





L. Y-40.



**C O D E X  
R E G U L A R U M  
MONASTICARUM ET CANONICARUM.**

---

**T O M I   V L**



LUCÆ HOLSTENII  
VATICANÆ BASILICÆ CANONICI  
ET  
BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI  
**CODEX REGULARUM**  
MONASTICARUM ET CANONICARUM

Quas

SS. Patres Monachis, Canonicis & Virginibus Sanctimonialibus  
servandas præscripterunt.

Collectus olim à S. BENEDICTO Anianensi Abbe:

Nunc autem

Auctus, amplificatus & in sex Tomos divisus.

Q U O R U M

( L )

Ipsum Codicem antiquum HOLSTENIANUM

( II. )

Varias Regulas ac Statuta, monastica & canonica,  
omnium fere religiosorum Ordinum, qui in Ecclesia  
Christi floruerunt, & etiamnum florent,  
usque ad Sacrum XII. inclusive,

( III. IV. V. & VI. )

Recentiorum Ordinum & Congregationum Regulas ac Statuta  
quibus S. Ecclesia, Sponsa Christi, mirifice exornatur,  
usque ad nostra tempora  
complectuntur.

Observationibus critico - historicis

A

P. R. P. MARIANO BROCKIE

S. T. D. Priore ac Seniore Monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonæ  
illustratus :

Eoque pie defundit

Ab alio ejusdem Cœnobii, Nationis & Instituti Asceta  
ulterius continuatus  
Et

Indicibus necessariis instructus.

\*\*\*\*\*  
**AUGUSTÆ VINDELICORUM**

Sumptibus IGNATII ADAMI & FRANCISCI ANTONII VEITH Bibliopolarum.

ANNO MDCLIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

*Imprimatur H. S.*

*Augusta Vindelicorum 20. Novembris 1758.*

**FRANCISCUS XAVERIUS L.B. ADELMANN**  
de Adelmannsfelden, Episcopus Maetari-  
tenis, Ecclesie Cathedral. Augustanæ Ca-  
nonicus Capitularis, Suffraganeus, in  
Spiritualibus Vicarius Generalis, & Con-  
fili Ecclesiastici Praeses *mpria.*

**FRANCISCUS JOSEPHUS de HANDL,**  
SS. Theol. Licent. Ser.mi & Rev.mi Prin-  
cipis & Episcopi Augustani Confiliar. Ec-  
cles. Major Poenitentiarius, & Librorum  
Censor; nec non insignis Collegiate Ec-  
clesie ad S. Mauritium Canonicus & Pa-  
rochus *mpria.*

LUCÆ HOLSTENII  
VATICANÆ BASILICÆ CANONICI  
ET  
BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI

# CODEX REGULARUM MONASTICARUM ET CANONICARUM

Quas

SS. Patres Monachis, Canonicis & Virginibus Sanctimonialibus  
servandas præscripterunt.

Collectus olim à S. BENEDICTO Anianensi Abate:

Nunc autem

Auctus, amplificatus & in sex Tomos divisus.

---

## TOMUS PRIMUS

COMPLECTENS

Ipsum Codicem antiquum HOLSTENIANUM

(cujus Elenchus habetur infra in Præfatione generali N.<sup>o</sup> XXXVIII.)

*Observationibus critico - historicis*

A

P. R. P. MARIANO BROCKIE

S. T. D. Priore ac Seniore Monasterii S. Jacobi

Scotorum Ratisbonæ

illustratus :

*Eoque pie defundo*

Ab alio ejusdem Cœnobii, Nationis & Instituti Asceta

Præfatione & Indicibus necessariis

Instructus.

---

## AUGUSTÆ VINDELICORUM

Sumptibus IGNATII ADAMI & FRANCISCI ANTONII VEITH Bibliopolarum.

ANNO MDCLIX.





## PRÆFATIO

Ad Lectorem benevolum, aliosque Antiquitatis  
Christiano-Monasticæ Amatores.

### I.

**Q**UAMPRIMÙM jacentibus litteris pristina dignitas restitui cœperat, & jam Eruditorum animis crevit antiquitatis exultatio, quod ubique veterum Scriptorum libri ex intimis Archivorum pluteis in lucem publicam prodierint, doctissimis quidem notis hinc inde honorati, qui tamen plerumque ad profanos scriptores spectabant. Notum quippe est, illos solummodo inter Eruditiores numeratos fuisse, qui in Ethniconum scriptis explanandis operam dabant, atque in exortandis Græcis, Romanisque ritibus vitam suam consumere voluerunt. Pauci siquidem circa Christianorum Instituta laborabant, vel vetera sanctorum Patrum scripta evolvabant, aut eorum acta, sacra & salutaria monita de tenebris in lucem erūtere conati sunt.

Viri docti ante  
Sæculo XV.  
Ethniconum  
tenetum scripta  
notis illustra-  
bant, negligebat  
SS. Patrum  
scripta, que

### II.

Et quamvis non nulli ex illis restitutæ rei litterariæ primis cultoribus aggettæ sint quædam celebriorum SS. Patrum Opera, cum quibusdam qualitercunque elaboratis Commentationibus in publicum proferre, quemadmodum præstitit celeberrimus Erasmus, SS. Ecclesiæ Doctores Augustinum & Hieronymum exhibens orbi eruditio: attamen & has lucubratiæ valde inopæ agnoscent hodierni Viri docti, utpote potioribus adjumentis destitutas. Nondum enim scriptores illi, alias celeberrimi, intima Bibliothecarum, & Archivorum scriinia inspicerant, nec piissima primo-rum Christianorum acta rimari, vel sincera à spuriis discernere cogitave-  
rant, posteris hanc egregiam artis criticæ spartam relinquentes.

præter omnia  
egregius est  
Erasmus Ro-  
terod. sed  
non satis felli-  
citer, ob igno-  
raniam hodi-  
eræ artis cri-  
tice, que

### III.

Postquam autem inunte sæculo XVII. plures Viri eruditæ, & ob id Sec. XVII.  
æterna memoria digni, Bibliothecas hucusque neglectas paucisque per-  
vias perscrutari cœperant, tunc plura Antiquitatis Christianæ monumenta,  
quæ nimis diu pulvere obsita latebant, in publicam lucem prodierunt,  
atque Historia tam sacra quæ profana mirificè exculta est, sinceris ve-  
terum scriptorum actis ab omni fraude discretis. Nulli igitur ignotum est,  
à talibus excellentissimis ingenii præstantissima emolumenta Reipubliæ &  
Christianæ simul & litterariæ accresisse, cum per laudabilissimum hoc stu-  
dium abditissima Religionis nostra Mysteria clarius patescant, primævi Chri-  
stianorum mores, ritus, & laudabiles cærenoniæ aperiantur, atque orbi  
eruditæ ad imitandum proponantur.

à multis doctis  
paullum excolli  
corpi Antiqui-  
tatis Perie-  
monumenta  
scrutandas,

## IV.

Inter hos purioris Doctrinæ cultores præ reliquis in arte critica ap-  
eminuit Lucas Holstenius primè versatis eminuit *Dom. Lucas Holstenius*, vir ad abdita antiquitatis  
monumenta illuftranda natus, & in utroque Reipublice litterariæ foro  
optimè versatus. Natus ille est Hamburgi in Germania anno MDXCVI.  
ubi sub doctissimis Magistris eximio cum fructu studia humaniora absolvit,  
lingua Hebraica, & Greca de more imbutus, ut ex ephebis vix egressus  
egregia nobiliorum studiorum specimina ediderit, prout eruditæ ejusdem  
notæ in varios veteres profanos scriptores testantur. At relictis juvenili-  
bus Muis, ut altioribus studiis animum excolet, relicta Patria primum  
Lugduni Batavorum arcanis Medicinæ artibus aliquo tempore operam de-  
dit. Verum animæ medicinam anxius inquirere cupiens in Gallias fecel-  
lit, ubi Lutetiae Parisiorum studiis Theologicis assidue incubuit. Dum fa-  
ciam Litterarum & SS. Patrum dogmata fedulo revolveret, agnitus Prote-  
stantium erroribus ad gremium Orthodoxæ & Catholice Ecclesiæ Romanæ  
conversus est, apud Viros doctos magnam solidæ Eruditionis famam ad-  
eptus. Tandem Romam vocatus Bibliothecæ instruclissimæ Barberinæ  
præficitur, atque Cardinali Barberino à secretis stetit, à summo Pontifice  
Urbano VIII. Canonicus Basiliæ Vaticanæ constitutus.

*Postea Parilia  
SS. Patrum  
Opera evolu-  
vens, ex iis Ca-  
tholicis fidem  
didicit Roma-  
de n. Vaticanæ  
Basilica Canoni-  
cicus & Bi-  
bliothecarius  
sit, &*

## V.

Dum igitur clarissimus Holstenius omnigenè virtutis & doctrinæ ra-  
diis ubique spargeret, summus Pontifex Romanus Innocentius X. per-  
spectam habens ejusdem singularem in erudiendis antiquitatis monumen-  
tis peritiam, atque in scrutandis veterum Sanctorum Manuscriptis præ-  
claram notitiam, illum celeberrimæ Bibliothecæ Vaticanæ primarium  
Præfectum ordinavit. Quod etiam summum officium ipsi confirmavit  
Alexander VII. Papa, & ipse doctorum Vitorum Phcenix, puriorisque Do-  
ctrinæ Cultor eximus, qui proin Holstenium nostrum debito honore cu-  
mulare voluit. Nam anno MDCLV. illum ad serenissimam Christinam Sue-  
corum, Gothorum, & Vandalorum Reginam misit legatum, ut ab eadem  
publicam Catholicæ fidei professionem susciperet: quam piissima Regina  
festivo gaudio ad manus ejus emisit in publico Nobilium Vitorum con-  
fessu apud *Oenipontum* sub solemi sacra Missæ sacrificio.

*Alexandri  
VII. nomine  
& Christini  
Suecorum &  
Regina fidei  
Catholicæ  
professionem  
suscepit Oeni-  
poni. Deni-  
que*

## VI.

At reverfus Romam Holstenius cum Religiosissima Regina jam in gre-  
gium Ecclesiæ Catholicæ solenniter recepta, cùm in pericrutanis Anti-  
quitatis Christianæ monumentis, & veterum SS. Patrum scriptis colligen-  
dis fedulam operam impenderet, jam doctis laboribus fractus ad aeternæ  
quietis gaudia vocatus est IV. Nonas Februarii anno MDCLXI cuius qui-  
dem morte Respublica litteraria jacturam passa est irreparabilem. Ante  
mortem in Ecclesia *B. Marie de anima* Nationis Germanicæ sepulturæ sibi  
locum elegit, ubi piissimæ animæ justis persolutis ad perpetuandam  
tanti viri memoriam Eminentissimus Cardinalis Barberinus erigi curavit  
superbum ex marmore tumulum cum insigni hoc Epitaphio, quod me-  
morabilia vitæ acta complectitur.

*ei moreuo  
Epitaphio  
ponit Cardi-  
nalis Barberi-  
nus.*

## D. O. M.

*Luce Holstenio Saxoni Hamburgensi, qui clarus in Galliis, Ro-  
mae clarius, gentium omnium etatuumque Historias, & Ecclesiæ  
res mente complexus diversis Regionibus peragratis, diversos ea-  
rum fines & nomina probè tenuit, varias quoque linguis præter-*  
*Græ-*

*Græcam, Latinamque, quarum scriptoribus plurimum lucis attulit, antiquam Philosophiam calluit: ab Urbano VIII. Canonicatu Basiliæ Vaticanae, ab Innocentio X. Praefatura Biblioteca ornatus, ab Alexandro VII. sapienter unus electus, ut occurreret Suecorum Gotborumque Reginæ incomparabili, quæ miram in tanto Viro summi ingenii, summaque modestia conjugationem suscepit, & prædicavit: vita denique laudatissimæ, & illustrum operum cursu interrupto eximius Patricæ Germanicæ Amator, Propugnatorque Religionis Catolicae obiit anno ætatis suæ LXV. iv. nonas Februarii Anno MDCLXI. Franciscus Barbarinus Card. S. R. E.*

*Vice-Cancell. Hæres ex aſſe Amico optimo P.*

## VII.

Inter præstantissima autem hujus clarissimi Viri opera, & doctissima Veterum monumenta ab ipso collecta, haud ultimum locum meretur præfens *Codex Regularum Monasticarum*, quem tenebris erutum luci publicæ parabat locupletandum eruditissimis animadversionibus simul ac dissertationibus ad Historiam Monasticam illustrandam perquam necessariis, nisi immatura morte præventus fuisset. Etsi enim hanc veterum Regularum collectionem non collegerit Holstenius, prout ipse fatetur, sed eandem ab antiquo Codice Coloniensi descriptam à summo Pontifice Alexander VII. ad corrigendum suscepit: attamen & illam cum aliis antiquis Codicibus collatam correxit, & doctissimis notis hinc inde illustravit, testimonia veterum scriptorum cuiilibet Regulæ præfigens.

Holstenius  
præfens Re-  
gularum Co-  
dicum debe-  
mus, non qui-  
dem Auſtori,  
sed Editori.

## VIII.

Primus autem, qui Regulas Monasticas in unum Codicem collegit, & rededit, erat S. Benedictus Abbas Anianensis, cuius Acta primus edidit Vir doctissimus Hugo Menardus Congregationis S. Mauri Monachus Benedictinus, quæ postea eruditissimi Hagiographi Bollandus, & Henschenius de novo illustrata ad diem XII. Februarii inter aliorum Sanctorum vitas collocaverunt. Sanctus quippe Benedictus Anianensis Abbas multorum Cœnobiorum Pater, & Author, à Monasterio per ipsum in paterno solo apud Anianæ fluminis ripam erecto cognomentum hoc: *Anianensis*, fortitus est: qui nobilissima Comitum Magalonensium stirpe ortus, ex aulico gratioso & forti milite, factus est Monachus Monasterii S. Sequani in Diocesi Lingonensi, circa annum DCCLXXIV. ac post quadriennium in paterna possessione Anianense hoc Cœnوبium in Aquitania condidit, arctamque Regulæ Benedictinæ disciplinam observavit. Hinc Carolo Magno Imperatori in primis charus, ac deinde ejusdem piissimo Filio Ludovico Aquitaniae Regi, & post mortem Patris Imperatori perquam familiaris, plura Monasteria per Aquitaniam & Provinciam Narbonensem exstruxit, ac sanctissime gubernavit. Sed tandem ab eodem Imperatore Ludovico Pio Aquisgranum vocatus, Inde Cœnوبium instituit, unde & *Indensis Abbas* sive appellatur, sub cuius praefidio, anno DCCCXVIII. Aquisgrani habitus est conventus Abbatum Franciæ cum suis Monachis pro Reformatione Monasteriorum, prout Leo Ostiensis in Chronico Cassinensi Capite 18. notavit, atque in Præfatione ad Capitula ibi sancta disertis Verbis reperitur.

Eius  
primus Colle-  
ctor S. Bene-  
dictus Anian.

Comitum Ma-  
galonenſium  
ſtirpe ortus.  
qui ex milie  
factus Mons-  
chus

multorum  
Monasterio-  
rum Abbes  
extitit, &  
praefedit Con-  
ventual Abbes-  
tum Aquis-  
grani pro Re-  
formatione  
Monasterio-  
rum, in qua  
finem

## IX.

## IX.

ex collectis,  
quas poterat,  
invenire Re-  
gulas, concur-  
diam eorum  
eum Regula  
Benedictina  
concessit.

Ad reformatum igitur Statutum Monasticum constitutus S. Benedictus Anianensis à piissimo Imperatore Ludovico primarius Praeses omnes *Regulas Monasticas* ante exordium seculi IX. conscriptas in unum volumen collegit, ex quibus insignem tractatum compofuit, quem *Concordiam Regularium recte nominavit*. Quo quidem tractatu piissimus Abbas unitatem & conformitatem Status Monastici monstrare voluit; quamvis pri-  
mi Institutores scripserint diversas vivendas normas, quas tamen inter se concordare probavit, ex omnibus coactans in unum tentandas, quæ cum præscriptis Regulae Benedictinæ convenire noscuntur præceptis, singula aliarum Regularum Capita ejusdem argumenti singulis Benedictinæ Regulæ Capitulis subjiciens. Jam dudum igitur sanctus Abbas Anianensis in unum corpus collegerat celebriores Regulas Monasticas, ex quibus hanc *Regularum Confessionem* monstravit.

## X.

S. Benedictus  
Magnus per  
suam Regulæ  
non instituit  
novum, sed  
antiquum, qui  
ubique unitus  
erat, perfecit  
Statutum Mo-  
nasticum.

Quisquis enim prima illa Religiose vitæ sœcula vel obiter confide-  
ret, omnino perspiciet, sanctissimum Monachorum occidentalium Patriar-  
cham Benedictum Cassinensem non instituisse novum Monasticum Statutum,  
sed solummodo per suam *Regulam discretionis præcipuum*, sermone lucu-  
lentam perfecisse, prout eandem commendat S. Gregorius Magnus Dialog.  
Lib. 2. Nam ab exordio introduci Monastici Ordinis tanta vigebat uni-  
tas, tanta morum conformitas, ut ubique unus, idemque exititerit Sta-  
tus Monasticus, facilisque fuerit ex uno ad aliud Monasterium transitus,  
Monachis eandem vivendi rationem, èdemque Monachatus Professio-  
nem observantibus, non obstante diversarum Regularum observatione,  
quæ quidem uniformes censebantur, nullamque inducebant Ordinum  
diversitatem.

## XI.

cujus  
unitati non  
obstat plura-  
bitas Regula-  
rum.

Hoc ex variis sanctorum Patrum Actis omnino constat, atque clarius patebit ex Leonis Allatii Præfatione ad presentem Regularum Codicem mox adducenda, ubi Vir doctissimus exortis verbis contendit, nullatenus tali unitati obstat Ordinum diversitatem. Etenim ille, inquit, à singulis ut præsens usus poscebat Patribus scriptæ aliorum similia cupientium flu-  
diis descriptæ in communem proponebantur: ut ex his quaque pro locorum &  
nationum differentia vitam uniformi, quoad præcipua, disciplina temperarent.  
Primaria sane & quasi fundamentalis Monachorum Regula Evangelium erat;  
illa inquam Christi consilia, qua castrare se ipsum propter Regnum Celorum;  
qua abnegare se, & crucem tollere, qua patrem & matrem, uxorem, &  
agros propter Christum relinquere; qua vendere patrimonia, & dare pauperi-  
bus, si que nudos Christum Jequi suadebant. Regulæ particulares nibil nisi  
ejus prime Regulæ applicationes aut declarationes locis & personis plerumque  
aperte habebantur. Hinc in uno eodemque Monasterio fures aliquando  
receptas Regulas reperimus, prout Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 18.  
de Attanenii apud Lemovicas Monasterio testatur, in quo non modo Casi-  
iani, verum etiam Basiliæ & reliquorum Abbatum, qui Monasteriale vitam  
instituerunt, celebrabantur Regulæ. Multa talia hujus rei exempla adducit  
clarissimus Mabillonius in suis Præfationibus ad Acta Sanctorum Ord. S. Be-  
nedicti, & præcipue in Præfatione ad Tomum 1. Annalium Benedictinorum,  
ubi ex professo agit de hac Status Monastici unitate, non obstan-  
te tot Regularum varietate, quæ saepius in uno eodemque loco observa-  
bantur, etiam post promulgatam Regularam Benedictinam. Sic S. Philiber-  
tus Gemeticensis Cœnobii Conditor & Abbas Basiliæ sancti Chrysostoma, Ma-  
carii

*cavii Regulam, Benedicti Decreta, Columbani Instituta sanctissima, assidua lectione frequentasse legitur.*

## XII.

Unde perspicuum est Regulatum multiplicitatem nullatenus induxit Ordinum Monasticorum diversitatem, qualem nunc videmus; quando diversi Monachorum Ordines certo charactere discriminati, & certis ac cuique propriis legibus, officiisque Deo militant: nec facilis ab uno ad alium Ordinem conceditur transitus, absque annua probatione & nova noviter suscepit Ordinis solenni Professione. Adeoque primis illis saeculis Monachi sub una particulari Regula educati, de uno ad aliud Monasterium etiam aliâ Monastica Regula gubernatum facile transire potuerunt, nulla emissa nova Professione, neque admissa annua probatione. Hujus unitatis etiam apud Monachos diversarum Regularum cultores evidens argumentum nobis suppeditat ipse S. Benedictus Monachorum occidentalium Patriarcha in Regula sua Capite LXI. ubi sic praecepit: *Si quis Monachus peregrinus è longinquis Provinciis in Monasterium supervenerit, si pro Hospite voluerit habitare in Monasterio, & contentus fuerit consuetudine loci, fuscipiantur, quanto tempore cupit. Si vero posseta voluerit stabilitatem suam firmare, non rennatur talis voluntas, & si quidem vir frugi erit non solum, si petierit, fuscipiat in Congregationem, verum etiam fundatur, ut sit; ut ejus exemplo alii erudiantur, & quia in omni loco uni Domino servitutis & uni Regi militatur.*

adeo  
ut facilior fine  
probacione ab  
uno ad aliud  
Monasterium  
transitus efficit.

## XIII.

In susceptione igitur peregrini Monachi etiam sub aliena Regula educati, S. Benedictus non exigebat annuam probationem, vel novam Regulæ sua professionem, sed tantum requirebat stabilitatis promissionem ob mutuum initum inter utrosque contractum. Hujus promittendæ stabilitatis formulam ex Hildemaro antiquo Regulæ Benedictinae Commendatore, adducit laudatus Mabillonius Annal. Bened. Tom. 1. lib. 8. pag. 215. quæ talis erat: *Ego N. veniens de longinquis Provinciis in hoc Monasterium, quia placuit mibi conversatio Fratrum istius loci, & illis placuit mea conversatio: ideo stabilitatem meam in hoc Monasterio per banc scripturam manu mea scriptam perpetuè confirmo.* Adeoque non aliam rationem & cærenonias ad fuscipendum peregrinum Monachum exigebat sanctus Benedictus, licet & Regulam peculiarem jam condiderit, ad hoc tamen attendens, ut Monachus ille peregrinus, si ex Monasterio noto & vicino venerit, haberet Abbatis sui consensum, ac litteras commendatitias, ne alias hæc Monachi admisso scandalum vel offendiculum inter illa duo Monasteria generaret.

## XIV.

Non ergo distinctum Ordinem Monasticum S. Benedictus instituit, nec præscribendo stabilitatem & morum conversionem (Regule Benedictinae Cap. 58.) aliquid essentialie innovavit, sed solum ex aliis præcedentibus Monachorum Regulis & Constitutionibus Statum Monasticum reddidit præstantiorem, præscribendo *Regulam discretionis præcipuum, sermone luculentam.* Pari modo discurrendum est circa rigidam Scotorum Monachorum disciplinam, quæ tamen mirifice propagata est non solum in Britannia & Hibernia, verum etiam apud Gallos, & Italos per S. Columbanum, ejusque Socios, etiam si non nulla ab aliorum Monasteriorum ritibus abhorrentia complectetur. Notum quippe est, hos Scotos Monachos ex errore calculi alteri festum Paschatis celebrasse, quam alii Christiani, ipsa namque quarta decima luna, si in Dominicam incidisset, Pascha celebrantes. Dein eorum Tonfura Clericalis longè dissimilis erat à Romana & Græca: rasa scilicet anteriori capit is parte ab aure ad aurem, posteriori intonfa.

jura  
ipsum S. P. Be-  
nedictum, qui  
à peregrinis  
Monachis ni-  
hil require-  
bat, nisi sta-  
bilitatem lo-  
ci.

Sed neque ipsi  
Monachi Sco-  
ti, ut ut rigi-  
dissimi, huic  
unius Seuile  
Monastici ob-  
stabant,

intonsa. Verum his aliisque diversis ritibus non obstantibus nusquam legimus hos Scotos Monachos constituisse diversum ab aliis Monasticum Ordinem.

## XV.

exceptis quibusdam ritibus ipsis peculiariis,

quoniam peregrinus Monachos sine novae probatione admittuntur;

Nam si *Ordinem Monasticum* in Monasterio Culrosensi saeculo V. usitatum inspiciamus, quem inter hujus Codicis additamenta collocavimus, tunc perspiciemus, eandem disciplinam ab orientalibus æque ac occidentalibus Monachis usitatam, si excipias frequentes in aquam immersionses Scotis Monachis peculiares. Et quamvis *S. Columbanus* natione Scotus, & paternarum traditionum etiam exoticarum acerrimus vindictus, cum turma Monachorum, anno D XC. in Gallias secesserit, atque ædificatis pluribus Monasteriis Regulam peculiarem suis Monachis prescrisperit; attamen non novum Monasticum Ordinem instituit, sed ad imitationem *S. Benedicti*, ex aliis peregrinis Monasteriis advenientes Monachos liberè & absque aliquo annua probationis exemplo, in suam Congregationem suscepit. Sic *Attala* Monachus Lirinensis, postquam plures annos illuc vitam Monasticam egisset *Regularis Disciplinae* studio ad *S. Columbanum* se recepit; quem mox Vir sanctus suo *Monasterio* junxit, ac *deuinis monitis erudire* tentavit. Aliud quoque exemplum adducit saepe laudatus *Mabillonius*, assertor *Eustachii Luxoviensem Abbatem*, & *S. Columbani* successorem ex Agauensi Monasterio abduxisse secum *B. Amatum* istius Cœnobii Monachum, & in suorum Fratrum societatem immediatè admisisse.

## XVI.

Quæ sane omnia satis superque declarant unitatem, & conformitatem Statutus Monastici non obstante diversarum Regularum observantia, quæ locis & personis adaptatae tanquam diversi vitæ Monasticæ Commentarii considerari debent, utpote non nisi particulares ipsius mandati Evangelici applicationes, & declaraciones. Et quidem ipsi Scotti Monachi, ad observationem Catholici Paschatis perduci & exoticam suam tonsuram rejicientes tandem hanc Monasticæ vitæ unitatem ubique manifestabant, non obstante rigida eorum disciplina. Nam, post Synodum Matisconensem anno DXXV. celebratum in omnia sancti Columbani Monasteria facili negotio introducta est Regula *S. Benedicti*; atque teste Ven. Beda, Hist. Eccl. lib. 5. & in vita *S. Cuthberti*, post conflictum Pharensem inter *Columbanum Scotum*, & *Wilfridum Anglum* initum, in omnibus Northumbriani Regni Cœnobib⁹ per Scotos Monachos erectis, Regula Benedictina cum rigida Scotica Disciplina floruit, donec haec omnino obsoleta, & illa sola ubique prævaluit; immediatè enim *S. Eata Metropolita* in hodierna Scotia Abbas, Cœnobii Lindisfarnensis gubernationem suscepit, cui & succedit *S. Cuthbertus* ejusdem etiam olim Praepositus. Postea autem *Scoti*, & *Picti*, per sanctum *Coelfredum*, & sanctum *Eggbernum* Anglos Benedictinos ad rectum celebrandi Paschatis tramitem perduci, circa annum DCCXVIII. Regulam Benedictinam amplexi sunt, nulla alia interveniente vitæ Monasticæ mutatione, nisi quod rejecta sua deformati *Tonsura Scotica* suscepserint *Tonsuram coronalem*. Haec omnia fuisse tractantur in *Monastico Scoto*, ubi in ejusdem Propyleo exhibentur peculiares dissertationes, circa mores & disciplinam veterum Monachorum Scotorum, qui olim nuncupabantur *Kildes*, & *Kiledei*, ab ipsis celis, quas inhabitabant, non vero à cultu, quem ibidem exercebant denominationem sumentes.

imo  
rejetas, quibus differebant, confundebant, confirmabat Regulum S. Benedicti amplecti sunt.

## XVII.

## XVII.

Stabilita igitur Monastici Statūs unitate, & unione, quam Regulæ multiplicitas non magis variabat, quam variae nunc commentatio-nes in Regulam S. Benedicti, ex quibus exortæ sunt tot Benedictinæ Regule propagines, quales sunt, *Luniacensis*, *Camaldulensis*, *Cisterciensis*; & plures aliae Monachorum Congregationes, quæ pro vita, & morum norma primaria constituant Regulam S. Benedicti, & per sua peculiaria Statuta solummodo inter se differre videntur, quoad majorem vel minorē Regularis disciplinae observantiam.

Sic & veris  
Benedictino-  
rum Congre-  
gationes nea-  
mentant Regu-  
lam Benedi-  
ctinam,

Nunc autem ad Statūs Monastici antiquitatem indagandam progre-dimur, cum nonnulli Antiquitatum Ecclesiasticarum Mangones hujus Sta-tūs exordium apud Nazaræos & Rechabitæ in veteri Testamento requirunt, vel ejusdem originem ex Anachoreti *Eliæ*, & *Elisei* Prophetarum dedi-cunt, quamvis ante tertium Ærae Christianæ saeculum nusquam reperi-mus verum & perfectum Statūs Monastici exemplum.

Exordii Sta-  
tūs Monastici  
vera Epocha  
non diuenda  
est ex Testi-  
mento veteri.

## XVIII.

Nam quidquid de Nazaræis, & Rechabitæ, vel Prophetarum Ana-choreti dici potest, nunquam exempla illa probare possunt perfectum & sincerum Monachismum, sed ad summum tantum figuram, & imagi-nem potius exhibebant, quam ipsam formam & essentiam; ita, ut in veteri Testamento, Statūs Monastici quedam quasi præludia & præfa-gia reperire sit, nunquam tamen vera, & authentica exempla. Idem esto iudicium de *Effenis* vitam quamdam communem in rerum divinarum contemplatione ducentibus, quorum mores Philo Judæus libro proprio describit. Eruditi enim omnes hoc nostro ævo consentiunt, Hebreos istos vita & moribus quam longissime discrepasse à vero Monachorum Instituto, etiamsi cum S. Hieronymo admittamus *Effenos* istos Christiana Religione fuisse imbutos. Non enim omnes primi Christiani etiam Jerosolymis habitan tes ad Consilia Evangelica amplectenda obligabantur; nam plerique erant conjugati, nec uxores dimittere volebant, prout de *Nicodemo* & *Gamalièle* constat, liberumque erat cuique fundos suos retinere vel dimi-ttere, siquidem S. Petrus dixit Ananias: (Act. Apost. cap. 5 v. 4.) *Nonne ma-nens tibi manebat, & veniendum erat in tua potestate.* Fatendum tamen est, plures Jerosolymorum Christianos, miracula ab Apostolis patrata con siderantes, ad perfectionem Evangelicam obtinendam omnia pro Christo reliquisse, vitam communem ducentes. Nam S. Lucas in Actis Apostolo-rum Cap. 2. v. 45. & Cap. 4. v. 32. sic de quibusdam primis illis fidelibus loquitur: *multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum dicebat, sed erant iis omnia communia.*

quo tempore  
nunquam  
fuerunt veri  
Monachi,

## XIX.

Adeoque ex his primis Jerosolymitanis Christianis *Status Monasticus* sumpsit exordium, cuius quidem primaria & præcipua Principia cognoscuntur ipsa Evangelia Consilia, quibus equidem hortamur: *nos castrare propter Regnum Cœlorum, crucem tollere, patrem, matrem, uxorem, & agros relinquere propter Christum, & per omnianum rerum temporaliterum, imo pro-prie voluntatis abnegationem, Christi vestigia sequi.* Nec minus certum est, alias Christianos hanc Evangelicam vivendi formam amplexos fuisse; *Metaphrastes* enim initio vita S. Pauli primi Eremitæ refert, primis duobus Ecclesiæ saeculis plurimos extitisse, vita Monastice Professores; vita quoque S. Eudoxie Martyris, quæ temporibus Trajani Imperatoris floruit, Monasteriorum jam tum institutorum meminit. Cum vero Ecclesiastica illorum saeculorum monumenta, plerumque perierint, partim Diocletiani

fed à primis  
Christianis  
Jerosolymi-  
tanis, cuius  
Regula funda-  
menta sunt  
ipsa Consilia  
Evangelica.

In SS. Paulo  
& Antonio la-  
dubata vita  
Monastice  
exordia ap-  
parent.

Imperatoris impio mandato flammis consumpta, partim injuriis temporum perdita; hand ante pacem Ecclesiae per Constantimum Magnum Imperatorem redditam authentica & indubitate vita Monasticae primordia certò ostendi possunt, quæ S. Paulo primo Eremitæ, & S. Antonio Abbatii merito referuntur.

## XX.

In hoc igitur *Regularium Monasticarum Codice*, jute primum locum occupat Abbatis sanctissimi Antonii Regula, ex ipsius ad viros Monachos Epistolis collecta, à quo tempore usque ad nostra saecula habemus sine interruptione continuatum vite Monasticae progressum, & quidem ex sinceris, & indubitatis monumentis manifestatum, quæ in hoc Codice variis Additamentis amplificato, secundum Regulas chronologicas & criticas exhibentur. Hanc vitæ Monasticae unitatem, & primam originem sic explicatam, jam pridem doctissimus Holstenius noster eruditis Dissertationibus illustrare meditabatur, nisi, dum primam hujus Codicis Regularium editionem prelo committere parabat, immatura morte surreptus fuisse. Jacturam hanc ex schedis posthumis Holstenianis Reipublicæ Litterariae quodammodo supplevit Vir Eruditissimus & Holstenio charissimus Leo Allatius, qui sequentem Dissertationem Procemialem quatuor Capitulis exaravit, quam proin hic adducimus, cùm hucusque dicta perspicue ex eadem deducantur, reservato tamen quarto ejus Capite, donec ordinem ipsius Codicis Regularum ostenderimus.

Holstenii in-  
temportui  
operam re-  
paravit Leo  
Allatius

# MATERIA

## DISSERTATIONIS PROOEMIALIS

AD

### REGULAS MONASTICAS

#### E SCHEDIS POSTHUMIS

# LUCAE HOLSTENII

## C A P U T I.

*Origines Instituti Monachorum, & eorum diversæ species.*

In V. T. san-  
tum figura  
erat Mono-  
chismi.

Vix Regul-  
laris-Auctores  
fuerunt Paulus  
& Augustinus.

**F**rustra sunt, qui verum & perfellum Christianismum vetustiorem faciunt; ejus in veteri Testamento figura magis, quam forma, praesagia potius, quam exempla reperiuntur. Elia Anacoreta, bujus & Elisai discipulorum convulsi, Nazariorum, & Recabitarum Instituta, tum si qua occurrunt alia ejus generis, videri possunt quadam quasi Rudimenta gratia Monachos facere exordientis. Effenique, quorum Hebrei meminerunt, ut & quos Paulus Libro primo describit (quamquam bos S. Hieronymus suisse Christianos putat) multis, ut palam est, differentiis a Monachorum Instituto discrepabant. Judicat Metaphrastes, initio vita S. Pauli Eremitæ, non defuisse primis duobus Ecclesiæ seculis Monastica vita multos Professores. Sane vita S. Eudoxia Martiris, qua temporibus Trajanis floruit, Monasteriorum iam tum institutorum meminit. Verum, ut alio multa Ecclesiastica Monumenta illorum temporum, sic memoria distinctior primava illius vite Regularis Diocletiani flammis, quibus Christianæ tabularia conflagravunt, abolita fuit; ex his porro, quæ superfluerunt, monumentis atati Constantini Magni vita Regularis initia imputanda sunt; tunc scilicet per Ecclesiæ pacem ea perpetuari sine interpolatione, dilatari sine obstaculo potuit. Autiores porro ejus primi Paulus & Antonius suorum, quo-

*monum exemplis duo genera Monachorum informantur, alterum Eremitarum seorsim Monachi pri-  
mæ arbitrio degentium, Canobitarum alterum in domo communis convivientium, & manus diviti-  
miscebantur in illis principiis bac duo genera plerumque, ut idem ex Eremo in Co-  
nictum, ac vicissim è vita communis in solitariam transirent; quamquam hoc cum  
multis experimentis effet deprebenſa, periculofor caput pra illa Canobitico celebrari  
disciplina, præfertim post editam à Pacobonio Regulam, dictante Angelo excedat,  
quæ latine Hieronymus tranſtulit. Ex hoc tempore duo laudabilia diſtingui genera  
Monachorum coperunt, solitariorum, & communiter viventium, quibus alterum  
submitem est non probum, Sarabitarum ut vocabant, qui hinc aut termi paſſim per ur. & Sarabitas.  
bes aut castello proprio arbitratu viverent.*

## C A P U T II.

## Propagatio Monachismi ex Ægypto in omnes terras.

*I*nstituta per hunc modum in Ægypto vita Monastica Anterioribus Paulo, Antonio &  
Pacobonio, in omnes inde se terras solitari propagatione diffudit. Primus Hilarius  
ex Antonii scolo Monasticam in Syria disciplinam & exercuit, & docuit. Basilius  
Iustus Magnus Monasticam Professionem ex Ægypto acceptam in Pontum & Asiam mi-  
norum intulit. Audens relegatus Monasteria in Gothia fecit. Penetravit quoque  
idem Institutum in Æthiopiam, Persidem, & Indianam; ex quibus Provinciae turmas  
Monachorum se Bethleem suscepisse scribit S. Hieronymus. In Italianum Institutum  
Monasticum partim ex Ægypto, partim ex Syria transiit. Primum enim Romanum  
advocans S. Athanasius cum vitam & se scriptam S. Antonii publicasset, juventutem  
utriusque sexus plurimam ad ejus imitationem inflammavit. At S. Eusebius Ver-  
cellensis Disciplinam Monasticam è Syria petitan in suam Ecclesiam intulit, & Cle-  
ricum etiam suum sub Regulam adgit. Sanctus quoque Isaac Syrus prope Soletum in  
loco deserto Monasterium posuit, ut docet S. Gregorius Dial. lib. 3. cap. 14. Ex alte-  
utra istarum originum vel Ægyptia, vel Syriae prodisse videntur Monasteria, qua  
multa per Italianum fuisse SS. Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, alioque testantur.  
Abbas quoque & Affecta insignes, Eutychius, Florentius, simulque multi à S. Gre-  
gorio memorati, ante S. Benedicti atatem. Item virgines & Sandimoniales. Non  
solum autem in continentis Italia, sed & in Insulis Dalmatia & Maris Etrusci plurim  
mos fuisse per ea tempora Monachos, S. Hieronymus indicat. In Sicilia quam ingens  
jam olim multitudo Monachorum fuerit, Rochus Piribus testatur in Notitia Abbatarum  
eius Insula, uti & de aliis majoribus Mediterranei Marii Insulis alii, qui de  
ipsis scriperunt. Et Capraria Insula, ubi greci Monachorum fuisse indicat Rutilius  
Numontinus scribens circiter annum Christi 416. missi ad sanctum Augustinum Mo-  
nachi id Institutum in Africam intulerunt, quod ibi receptum est, necquidquam Do-  
natistis obstantibus. Monasteria Carthagine, Tagaste, Hyppone, fuisse testatur Paulinus  
Copiariente postea & Palmaria Monasteria reformavit S. Gregorius Magnus. Sed  
inter Insulas Monachismo clara, Lerina in primis celebrata est, ubi Auctore Hono-  
rato sancti senes divisi cellulis Ægyptios Patres in Gallias amulabuntur, ut S. Eu-  
cberius tradit. Hinc eductus ad Episcopatum est S. Honoratus anno Christi 426. quod  
exemplum postea frequentatum legimus, ut merito Lerina Seminarium Episcoporum  
diceretur. Quintum inde faculum Barbarorum irruptionibus, Imperio, & Ecclesia  
funebris multos publicorum malorum pertasos ad vitam Monasticam locis secretis co-  
lendam perpulit, tutum asylum pondeat humanarum misericordiarum. Per Gallias nubilo-  
minus formisse Professionem Monasticam, ex historiis Regum prima stirps Actis  
SS. Hilarii, Martini aliorumque, tum ex Gregorio Turonensi, aliisque Monumentis  
manifestum est. In Insulis Oceanæ per eadem tempora Monachismus penetravit, Au-  
gure Patritio Britone, qui peragratis Gallia atque Italia, Insulisque Tyrrheni Ma-  
ris, cum in juventute S. Martinum vidisset, & S. Germano Autiflörensi Praeceptore  
missus esset, missus postea à S. Celestino Papa ad convertendos Hibernos anno Christi  
431. Monasteria ibi plurima instituit, ut ex antiquis Monachis Ufficiis docet; obiit  
S. Patritius anno 49. David Menorenſis Episcopus nobile Monasterium construxit.  
Monasterii Benchoriensis meminit Beda. S. Columbanus Armaccanum & Tyrrhenense  
Monasteria fundavit anno 561. bac erant in Hibernia & Britannia illa parte, quam  
non occupaverant Anglo-Saxones, ad quos deinde ipsos Monasticum Institutum fuisse  
cum Christiana Religione penetravit, magnis & paribus utriusque incrementis. Monachus in  
S. Augustinus Monachus & Monasticarum Regularum peritus, missus deinde à S. Gre-  
gorio in Britanniæ invexit S. Pa-  
tritius.

*Ad Northumbros S. Aidanus.*

gorio Magno in Angliam, Monasticam ibi disciplinam propagavit, Doroverniensi praesertim Monasterio fundato, ut auctor est Beda. Apud Northumbros & Septentrionis illius Iesu's populos S. Aidanus vitam Religiosam induxit. Prosterat his è scola S. Columbani, & in Lindisfarnensi Insula Monasterium habuit. Hac omnia confirmant celebrata in Historiis illarum gentium diffensione inter utriusque scola Monasteria varia, praesertim de Psalmate ac Tonsura: & videntur per ea tempora Monachi in Ecclesiis Episcopatibus functiones sacras obiisse, quod indicat Beda. Unde Cathedrales Ecclesiae Münster, sive Monasteria vocantur Anglis. De Hispanis, Germania, Dacia, Pannonia, Sarmatia, ceterisque Regnis ac Provinciis signatissimam dicere infinitum sit. Extant Historici cujusque, qui plane doceant, ubicunque Christi Religionis viguit, etiam Regulare Institutum floruisse. Porro ubris gentium viri Ascensio cultore, feminis quoque eos annulata pro captu sexus, Perseveratione studuerunt: idque vel canobiosis, aut cellulis clausa, vel in dominis propriis virginitatem Deo sacratam, aut sanctam viritudinem exercentes. Sed de his satis.

*In Scotiam S. Regulus.*

*Ad Burgundiones Monschiorum transfluit S. Columbanus.*

Apud Gallos Benedicti Regulam introduxit S. Maurus. Apud Frisones verò & Saxoness SS. Wilibrordus & Bonifacius. Venerunt, cum ipsa Christiana Religione apud tunc barbaras illas Nationes.

Ex antiquis monumentis constat, longe ante S. Patritii tempora apud veteres Britannos, & hodiernos Scotos Monasticam vitam floruisse. Sic apud primos celebre erat Monasterium Beanchorense, & in hodierna Scotia notum Cenobium de Kil-Ruel à S. Regulo cum Reliquiis S. Andreæ Apostoli in Scotiam veriente erectum circa annum CCCLXIX. & ideo Cella S. Reguli olim nuncupata. Deinde S. Palladius ad extinguentiam Pelagianam Hæresim apud Scotos gracilantem à S. Celestino Papa missus, circa annum CCCCXXVIII. per se, suosque discipulos Ternanum & Servanum varia Monasteria condidit. Circa ea quoque tempora omnino certum est, S. Niniam vel Ninianum S. Martini discipulum candidæ Casæ in hodierna Scotia Episcopum, ibidem ex lapidibus albis nobile construxisse Monasterium, unde & nomen hoc (*candidæ Casæ*) traxit, teste ven. Beda. S. Servanus circa annum Christi CCCCXL. ad borealem Forthæ fluminis ripam celebre Culrosense condidit Cenobium, ex quo prodidit S. Kentigernus primus Glasqua Episcopus, eximius vita Monasticæ propagator, cuius Monasterii *Ordinem Monasticum* inter Additamenta ad hunc Codicem collocavimus. S. Patritius Hibernie Apostolus *Britannoduni* in Scotia natus, priusquam Hibernie Apostolatum habuit, jam in Patria sua apud Britannodunum Monasteria aliqua erexit, quorum rudera & situs etiamnum apparent ab ipso Sancto denominationem habentia, prout testatur *Kil-Patrick*, id est cella Patritii, & iterum *fedes S. Patritii*. Dein postquam S. Columba non Columbanus, Scotorum Monachorum Patriarcha anno DLXV. *Jonam Insulam* à Congallio Scotorum Rege obtinuerat, & celebre *Hyensem Cenobium* construxerat, per Scotorum & Pictorum Regna Institutum Monasticum maxime floruit, referente in sua Historia Ecclesiastica ipso ven. Beda. Ex *Hyensi* siquidem Monasterio S. Oswaldus Northumbrorum, sive Anglorum borealium Rex, ad subditos suos in fide Christiana instruendos evocavit *sancitum Aidam* & socios suos Scotos, qui Episcopus Northumbriæ declaratus Lindisfarnense Cenobium condidit, atque in omnibus aliis Ecclesiis vitam Monasticam instituit juxta Scotorum rigidam disciplinam. Similiter circa annum DXC. S. Columbanus cum Monachorum turma in Gallias secedens, Luxoviense apud Burgundiones erecto Monasterio vitam Monasticam insigniter propagavit, Scotorum fuerum Traditionum acerrimus vindex, uti ex ejus Regula & Penitentiali in hoc Codice exhibita, constat. S. quoque Maurus, S. Benedicti discipulus etiam ante medium hujus saeculi constructis Monasteriis apud Gallos Benedictinam Disciplinam ubique introduxit, cui tandem, utpote discretissimæ rigida Scotorum Religio lubentissime cessit. Omnes etenim illi Scotti & Angli Monachi, qui cum S. Wilibrordo & S. Bonifacio Germanorum Apostolo ad convertendos Frisones & Saxones in Germaniam venerunt, cum ipsa Christiana Religione apud tunc barbaras illas Nationes.

tiones, Monasticam S. Benedicti Regulam introduxerunt, cunctis Coenobitis amplissimis, & introductis ubique in ipsas cathedrales Ecclesias Benedictinis Monachis.

## C A P U T III.

## Unitas Regularis Instituti usque ad S. Benedictum.

Obiter de Patria Cassiani.

**E**x hodiernis diuinis de multitudine ubique colentium vitam Monasticam in utroque Iesu, facile cuiquam vetera ex praestitibus afflantibus persuadetur, siue primis illis temporibus diversos, & certo carcerare de crimina Monachorum ordinet, que fuit prout posse institutum praesertim in Mendicantibus, quorum universa quamvis latè sparsa familia, sub uno peculiari capite certis & cuicunque propriis officiis, ac legibus Deo militant. Valde fallor, si jam tam primis sex septemve Ecclesiis Saculis iste usus invaserat. Certe vestigia nubi quidem non apparent, qui, quoconque intueror, uniformiter ubique Monachatus rationem, & facilem ac promiscuum invicem transsum, mutuunque commentum Professionum & Canobiorum cerno. Orientales Monachos, quando in Occidentem venerant, cum ibi proficitibus Religiosam vitam sine discrimine censebantur: vicissim occidentales in Oriente; quod cum innumeris exemplis possit demonstrari, unum ta-tum hic afferam, Cassiani & Germani Gallorum Monachorum, qui Aegypti Monasteria peragravant Instituti Monachici cognoscendi causa, & animo in Patriam referendi baustauit inde notitiam disciplinarum in suum, & populorum suorum usum; unde satis appetet, existimat ipsos, unum esse in commune omnium ubique Monachorum modum, & usum Religionis profunda. Moverit forte quempiam (ut hunc obiter scrupulum Lechi vi eximam contraria vulgi opinione praeoccupato) quod Cassianum Gallum dixi. Quid ni verò id ego ipsi de se affirmans crederem?

Legimus Cap. i. Coll. 24. Cassianum cum suo unanimo Abbatu Germano sibos esse qui Natione Abbatis Abramabo: quia (verba sunt ipsius) ad repentina Provinciam nostram, Gallus era, atque ad revisitos Parentes, quotidianis actius zelibus urgebamur. Quam aliam Provinciam intellegamus, nisi illam Orienti obversam Gallicam oram, qua jam tum quasi proprio nomine, quod bodeque retinet, Provincia vocabatur, in quam dernde certò confitit redire Cassianum, in eaque vixisse, constans, obiisse. Addit de Parentibus suis, siue illas magna Religionis & Pietate præditos; unde non impedituri putarentur, ne Monasticam ibi vitam coleret; tum eostem copiosos, qui affatim prabituri essent necessaria, & sollicitudinem villi parandi temptavi. Quia omnia mire convenient Indigenis illarum uberrimarum Regionum, ubi præcipua tum erat Religionis vigor, & passim nobilissimi quique Lerinum confinebant profunda cavae vita Monastica. Unde hibi (quod mox subhicit) merito aucto blandisbantur, sive verisimili de conversione multorum, qui velut nostro essent (inquit) ad viam salutis exemplo, & monitis dirigendi. Videant autem, qui in solitudines Scytharum Cassiani non ex Scythia, summovent, quam apte illi desertorum squallori & concorsis rigoribus conveniat, quod de sua Patria Cassianus subiectus: Tum præterea ipsorum locorum situs, in quibus erait à Majoribus nostris avita professio, iplacuisse amoenitas jucunda regionum ante oculos pingebatur, quam gratae & congruae solitudinis ipsarum tenerentur: ita ut non solum delectare Monachum possent secreta sylvarum, sed etiam magna victus præbere compendia. Denique diuinis ipsa & stylis, quam non Scythia barbariam redoleat, palam est. Quia etiam ratione residuntur, qui Abbeniemem Cas- neque Atheneum putant. Inde enim potius Atticam Gracissime proprietatem ducere potuissent, vis orruens. quam eum, quem præsert ubique Latinitatis gallicana genuinum, succum ac leporem, qualis in Eucerio, in Vincentio Lirinensi, in Foulo, in aliis ejus tractus scriptoribus passim floret; sed de his plura dicendi locus hic non est. Ad uniformitatem Instituti Monastici revertamur, adversa quam nibil præscribit Regularum hoc Codice relatarum numerus & diversitas. Etenim illa à singulis, ut præsens usus possebat, Patribus scripta, aliorum familiæ cupientium studiis descripta, in commune proponerentur, ut ex his quique pro locorum, & Nationum differentia, vietam uniformem, quoad præcipua, disciplina temperarent. Primaria sane, & quafvis fundationalis Monachorum Regula Evangelium erat: illa, inquam, Christi Consilia, qua castitate serpsum propter Regnum Calorum; qua abnegare se, & crucem tollere; qua patrem, & matrem, uxorem, agros propter Christum relinquere, qua venere patrimonia, & dare pauperibus, sicutque nudos Christum sequi suudebant. Regula particulare nibil nisi ejus prima, ac universalis Regula applicationes, aut declarata-

& solum  
terris locis  
ac personis  
aperte sunt,  
E. g.  
Cassineni  
Canobio,

clarationes locis & personis plerumque aptatae habebantur. Quod adeo verum est, ut ne  
ipse guidem S. Benedictus, qui antiquum, quem reperit in Ecclesia, Monasticum Ordini-  
nem suscepit, excoluit, dilatavit, Regulam universalem suis ubique omnibus promul-  
gaverit; sed peculiarem duxit etiam Cassineni Canobio, cui praeferat, qua inde privata  
diligentia descripta, & imstanti studio publicata, adeo non quasi abrogasse priores  
ceteras est credita, ut S. Benedictus Asianensis, bujus, quam datus, Collectionis Au-  
tor, idea aliud Opus elucubraverit, nuper a viro doctissimo Hugone Menardo, luci  
publica cum eruditis observationibus datum, cui Concordia Regularum nomen fecit,  
qua singulorum Benedictinorum Regulae caputum consensionem eum ceteris omnibus alius  
Regulis clare demonstrat. Hac disputari pluribus debet; verum metus erat, ne  
in contentione res abiaret ab hoc aditu tranquilli pacificique operis alienum: cer-  
tum quippe bonum, quos abundare in suo sensu facile fuisse, obnoxia in contra-  
rium armataque studia noveramus, cum quibus rixari nunc quidem volumus.

## XXI.

Diximus supra, Leonem Allatum ex schedis Holstenianis posthumis  
hanc Dissertationem Procmiale exarasse; sic enim prodit clarissimus  
Mabillonius in Praefatione ad Tom. I. Annal. Benedict. n. 19. ubi ad mon-  
strandum Instituti Monastici unitatem, sub nomine Allati adducit pro-  
lixum textum ex allato Capitelli III. Dissertat. Procmial. desumptum. Cum  
igitur tot Viri graves & eruditi, inter vitæ Monastice primos cultores  
plenarium consensum repererint, atque ipsius Instituti ratio, utpote in  
Consiliis Evangelicis fundata, hoc ipsum manifestet, hinc non obstante  
Regularum diversitate talis concordia in dirigeris Monachis manxit in-  
conclusa, donec posterioribus saeculis Ordines Mendicantes insurrexerunt,  
qui Monasticum Statum tam circa habitum, quam circa cursum  
quodammodo mutaverunt, quamvis omnes Ordines Religiosi ad eundem  
terminum tendant, nimurum ad excolenda Confilia Evangelica.

## XXII.

donec Men-  
dicantes Mo-  
nasticum Sis-  
tum quadam-  
modo muta-  
verunt,

Existimat quidem Vir doctissimus Ludovicus Thomassinus Oratoriæ  
Gallicani Presbyter, de veteri Disc. part. 1. lib. 3. cap. 24. *Cluniacenses Mo-*  
*nachos* primos fuisse, qui in Ordinem Monasticum induxerunt diversitatem  
ab omnibus aliis distinctum corpus conflando, & singulari Regulæ se se-  
addicendo, cum ante saeculum decimum sub uno generali Monachorum  
ordine, cuncta Monasteria ita constituta fuerint, ut suam Regulam am-  
plectendo non excluderent alias, sed diversas Regulas admitterent. Verum  
pace eruditissimi Viri, nec Cluniacenses, vel postea Camaldulenses, Cister-  
cienses, aliisque plures Benedictinæ disciplinæ Reformatores tantam in Or-  
dinem Monasticum induxerunt differentiam, utpote pro primaria vitæ nor-  
ma constituentes S. Benedicti Regulam solam, à Monachis occidentalibus  
observatam, longe ante *Cluniacensis Congregationis* exordium, adeoque  
omnes illæ Congregationes ab eodem fonte emanantes, haud aliunde suam  
diversitatem hauserunt, quam laxiori vel strictiori Regulæ Benedictinæ ob-  
servantia, ad quam in suo rigore conservandam peculiaris cuiusque Con-  
gregationis Constitutiones, diversis personis & locis excogitatae sunt, qua-  
rum proin præcipuae inter hujus Codicis Additamenta exhibentur.

## XXIII.

Canonici Re-  
gulares à pri-  
mis Christianis Hierosolymitanis ortos  
se propagau-  
to esse, non  
est credibile:

Ex quibus omnibus omnino patescit, Statum Monasticum ab exor-  
dio uniformem, simulque cum ipsa Christiana Religione sumpsisse originem,  
& cum eadem per Orbem simul propagatam fuisse. Cum autem *bodieni*  
*Canonici Regulares*, qui sub communi Regula S. Augustini Deo militare  
gloriantur, etiam à primis Christianis Hierosolymitanis suum exordium  
repetant, sic de eorum Instituto pauca proponere luet, eti in Codice  
Regu-

Regularum Holsteniano nullum suæ originis monumentum meruerint, et si confiteret, hos viros Religiosos ad obtinendam Evangelicam perfectiōnem, mores, & actiones suas semper composuisse, vitamque vere Apostolicam tribus solennibus Votis suffultam duxisse; ast, cosdem à primis Christianis Hierosolymitanis Evangelica Confilia amplexis, exortos esse, ac perpetua serie propagatos, omnino vanum est afferere, nisi in quantum cum Monachis convenient.

## XXIV.

Nemo enim vel leviter in Historia Ecclesiastica versatus ignorat, nomen *Canonicorum* primis Ecclesiae saeculis inauditum fuisse, neque ante seculum sextum illud auditum est apud occidentales Auctores, prout *Canonicorum Regularium* Propugnator eximius Eusebius Amort, in suo laudabili Opere de veteri & nova Disciplina Canonica part. 1. pag. 2. agnoscit. Imo ante seculum octavum per *Canonicos* solummodo intelligebantur Clerici illi, qui adscripti erant Matriculae alicujus Ecclesiae, tanquam *Beneficiarii* sive *Præbendarii*, quibus *Canon* sive *Dimensionem* dispensabatur. Nec sane magni resert obficere, Matricularios seu Matriculae Ecclesiarum inscriptos quosdam extitisse, qui non erant *Canonici*; quales existimantur viduae, & pauperes Catalogo Ecclesiarum olim inscripti, & ex oblationibus fidelium certas & determinatas elemosynas singuli accipientes, ut nec S. Cornelius Papa ad Fabium Antiochenum scribens circa annum CCLIV. omnes Clericorum gradus simul ac viduas & pauperes Ecclesiae Romane Catalogo inscriptos recensens, ullam *Canonicorum* mentionem facit. Cum enim primis illis Ecclesiae Saeculis cuncti viri Ecclesiastici, imo & pauperes utriusque sexus in Matriculam Ecclesiarum relati, ex oblationibus fideliūm quotidiani viverent, neque proprios fundos possiderent, sic nec *Beneficiarii*, aut *Præbendarii*, multo minus *Canonici* appellari potuerunt, utpote nullo certo & determinato *Canone* gaudentes, licet catalogo Ecclesiae inscripti. Postquam autem Ecclesia fundis, & possessionibus abundare cooperat, sic & plurimi Clerici Ecclesiastam cathedralibus, quam aliis immatriculati, *Præbendas*, & *Beneficia* certa & ordinaria acquisierunt, quatenus liberius Officio Divino inlistentes annuam idcirco pensionem accipiebant, sic jure optimo *Canonici* nuncupari potuerunt, *Canon* enim apud veteres nihil aliud erat, quam *Regulata quadam pensio*, prout variis Juris Civilis textus testantur.

## XXV.

Utcunque vero *Canonici* nomen suum derivare aveant, sive à *Matricula*, vel *Canone* Ecclesiarum, quibus inscripti erant, sive à *Canone* vel *Regulata quadam pensione* ipsis annuatim dilapsata; hoc unum certum est, ante Pipini Magni tempora nullam determinatam Regulam vivendi, ipsis praescriptam fuisse, quia Ecclesiae universalis Canones omnibus Clericis & Christianis communes erant. Fatentur enim omnes Ecclesiasticae Historiae scriptores, sanctum Eusebium Vercellensem Episcopum primum fuisse, qui vitam communem Clericis suis mandavit circa annum CCCXXX. vitam Clericalem cum Monastica conjugens. Neque S. Augustinus Clericis suis in communī viventibus peculiarem Regulam tradidisse legimus; nullam enim aliam vivendi normam scripsisse affirmant Viri docti, nisi vulgarem illam Regulam sanctimonialibus foeminiis praescriptam, quam in hoc Regularum Codice inter alias sacrarum Virginum Regulas collocavit Lucas noster Holstenius. Reperimus quidem sanctissimi Præfulis duos Sermones de communī vita Clericorum, qui tamen potius dicendae sunt exhortationes, quam vitae communis Norma vel Regula.

1. Quis nomine  
Cannicorum  
primi Ecclesie  
Saeculis  
fuit inauditus.  
quaque ante  
Seculum VIII.  
solum obli-  
nebant Ecclesie  
Bracellae-  
ri, tunc *Præ-  
bendarii*, non  
oblitus,  
quod viduae  
& pauperes  
*Præbendas*  
estia seu ele-  
mosynas ab  
Ecclesia ac-  
cepserat,  
qui postea  
soli Clerici  
*Præbendas* &  
*Beneficia* cer-  
ta obtinebat,

2. Quis ante  
Pipini tempo-  
ra certa vi-  
tare Regula  
non dum  
obtinuerunt,  
licet S. Euse-  
bius vitam  
communem  
Clericis suis  
mandaverit,  
ac S. Augusti-  
nus II. Ser-  
mones de  
communi vita  
Clericorum  
dixerit.

## XXVI.

Nam Canonici haud erat, ulla tenus appellari possunt Canonici, quorum nomen in Ecclesia nondum auditum erat, sed potius Coenobitæ dicendi sunt, quia Episcopum, ubi cum Episcopo degebant, in modum Coenobii erectum fuerat, & forsitan ipsummet erat Monasterium ante initum Episcopatum erectum, prout Possidius in ipsius vita insinuare videtur. Frustra quoque in suas partes trahere conantur Canonici S. Basilius & S. Cesarius Regulares sed Monachos insinuantur. S. Basilius Regula Monachis non Clericis adoptata est; quam proin sanctissimus Monachorum occidentalium Patriarcha S. Benedictus Reg. Cap. 73. omnibus Monachis legendam proponit, ejusque Auctorem sanctum Patrem Basilium nominat. Certum quoque est, S. Cesarium in celeberrimo Litinensi Monasterio educatum, Monasticam vitam semper excoluisse, Regulasque suas pro Monachis & sacris Virginibus in Monasterio degentibus praescripsisse, prout ex observationibus ad utramque Regulam præviis fatis superque monstravimus.

## XXVII.

*Iddictio  
ante medi-  
um Sæculi  
VIII. non  
inveniuit in-  
tegras Cleri-  
corum Con-  
gregatio-  
nes, que se ad  
tria Vota so-  
leniensia obser-  
vanda adiun-  
gebat,*

Quidquid ergo adducunt Canonici Regulares ad probandam perpetuam successionem suam à primis Christianis Hierosolymitanis usque ad nostra tempora, nullis omnino solidis Argumentis fulciri potest; etiamsi concedamus, quosdam semper extitisse Clericos bonis suis omnibus renunciantes, aliaque Confilia Evangelica observantes; nunquam tamen primis septem Sæculis adduci possunt integræ Clericorum Congregations, quæ se ad tria Vota solennia: *L'apertitatis, Castitatis, & Obedientie* obseruanda adtrингebant, vel ad hæc præstanda per aliquam exprefsum Regulam obligabantur. Omnes enim tales Congregations à sanctissimis Episcopis aliisque piissimis Viris institutæ potius erant *Monastica*, quam *Canonicae*, quemadmodum cunctæ Regulæ in hoc Codice Regulorum adductæ perspicue satis demonstrant. Adeoque Clerici in communis viventes, quorum non nulli omni bonorum proprietati forsitan renunciabant, nunquam tamen tria solennia Vota emittebant, vel communem Regulam vivendi, distinctam ab Ecclesiæ Canonibus ante medium Sæculi octavi admittebant; licet his temporibus nomen *Canonicorum* in aliquibus locis florere coepit.

## XXVIII.

*Sed S. Chrodo-  
gangus Epis-  
copus Me-  
ten primus  
realis, qui  
ejusmodi  
Regulam Ca-  
nonicæ Me-  
tenibus pro-  
mulgavit,  
que ex Re-  
gule S. Be-  
nedicti potis-  
simum de-  
tempore est,  
neque tan-  
tum velut,  
ut Canonicos  
Regulares*

Primus enim, qui Canonicis Regulam peculiarem præscripsit, erat S. Chrodogangus seu Rodingangus, & Trotongangus anno DCCXLIII. vel sequenti, in Episcopum Metensem electus, quam Sedem piissime rexit usque ad annum DCCLXVII. sub quo tempore hanc Regulam pro Canonicis Metenibus promulgavit, quæ inter hujus Codicis Additamenta habetur. Hanc omnium primam Regulam Canonicis traditam ex Regula Benedictina plerumque defumptam agnoscunt Viri eruditæ, nusquam tamen legimus, eandem in Ecclesiæ alias introductam fuisse, neque ab illa Canonicos appellatos fuisse Regulares. Nam hoc tempore etiamsi extiterint *Canonicorum Capitula*, non tamen illa Regularia nuncupabantur, prout exerte probat saepe laudatus Thomassinus Part. 1. Lib. 3. Cap. *De Capitulis sub Imperio Caroli magni*, ubi in testimonium adducit Canonem Concilii Vernonensis DCCLV. celebrati, quo *Monachi* dicuntur *Regulares* (nulla de Canonicis Regularibus mentio-

ne facta ) etiamsi de *Ordine Canonico* hoc Concilium loquatur , cuius <sup>demonstrare</sup> verba hæc sunt : *de illis bonariibus , qui dicunt , quod je propter Deum prout confitentur consenserent , & modò res eorum vel pecunias habent , & nec sub manu Episcopi sive Monasterio sunt , nec in Monasterio regulariter vivunt , placuit , ut in ex quo patet Monasterio sunt sub Ordine Regulari , aut sub manu Episcopi sub Ordine Canonico.*

## XXIX.

Cùm igitur hoc Concilium manifeste distinguat Ordinem Regulari-  
rem , tanquam Monachis proprium , ab *Ordine Canonico* , sic aëo Ca-  
soli Magni nullus exstabat Canonicus Regularis. Quicunque enim di-  
cebantur Regulariter vivere , erant Monachi , & è contrario illi Cano-  
nici nominabantur , qui sub obedientia Episcopi , Professionem obser-  
vandi Sacros *Canones* faciebant ; nec Regulares potuerunt dici , cùm  
per Concilium Monachis opponantur , qui proprie vocantur hic Regu-  
lares , prout argutè discurrit laudatus Thomassinus loco citato , qui ultra  
progrediens , non dubitat afferere per *Ordinem Canonicum* intelligi debe-  
re Statum Clericalem , cui quidem nullus *Vitam Regularem* adhuc prä-  
scriperat , quamvis circa medium huius Sæculi octavi jam Clerici Ca-  
thedralium Ecclesiarum vitam communem inire cœperint.

tempore Ca-  
roli M nullum adhuc  
suffit Cano-  
nicum Regu-  
larem , at  
primum

## XXX.

Verum postquam S. Chrodogangus Regulam Canonicis promulga-  
verat , atque in Aquisgranensi Concilio , anno DCCCXVI. pro omni-  
bus Galliæ & Germaniæ Canonicorum Collegiis peculiaris Regula con-  
dita est , tunc & ipsi Canonicis appellari *Regulares* cœperunt , & eorum  
Collegia nominata sunt aliquando *Monasteria* , ob quandam cognationem  
inventam inter ipsos jam Regulariter viventes , & Monachos , qui ab  
exordio proprie Regulares erant , utpote vi *Instituti Monastici* peculia-  
ri & determinata Regula adstricti. Fusius quidem tractas hæc omnia  
laudatus Thomassinus loco citato , monstratque sub his temporibus qua-  
dam Monasteria laxioris vitae amore ad *Institutum Canonicum* descivisse ,  
tandemque inter utrumque Institutum quandam Commixtionem exor-  
tam fuisse , quod sèpius hæc *Monachorum* , & *Canonicorum* nomina in-  
discriminatum adhiberi cœperint. Sic piissimus Imperator Carolus Mag-  
nus in *Epistola ad Alcuinum* , apud Baluz. *Capitular.* Turonensibus Mo-  
nachis S. Martini exprobrat inconstantiam & levitatem animi & morum ,  
quod nunc *Monaci* , nunc *Canonicos* dici vellent : *aliquando enim Mona-  
chos , aliquando Canonicos , aliquando neutrum vos esse dicitis.* Sic eti-  
am Concilia temporibus his celebrata testantur , präfertim *Vernonense*  
supra citatum , quorum Canones hoc ipsum monstrantes adducit präla-  
datus Ludovicus Thomassinus.

A.DCCCXVI.  
Canonicis ad  
Regulam S.  
Chrodogan-  
gi vel Conci-  
lii Aquisgra-  
nenesis viven-  
tes appellati  
sunt *Regula-  
res* ,

& *Monachi*,  
ideo tamen,

## XXXI.

Labente ergo Sæculo octavo , & ineunte sequenti quidam *Canonici*  
omnibus bonis suis renunciantes appellari cœperunt Regulares , vel ob ob-  
servantiam Regulæ S. Chrodogangi , vel intuitu Regulæ Aquisgranen-  
sis , nulla enim alia determinata *Vite Regularis* norma ipsis präcripta erat  
ante medium Sæculi octavi ; & quidem in confessio est apud omnes , *Re-  
gulam Aquisgranensem* nuncquam ab Ecclesia universali approbatam vel  
receptam fuisse , sed solum Authoritate Cæfarea ordinatam ; unde &  
illa *Vite Regularis* norma haud dici potest , utpote nimis vaga , atque  
quibusdam *Canonicos* non renuntiantibus bonorum suorum Dominium  
permittens , renuntiantibus etiam nimis prodigam cibi , & potus men-  
d

ur hac poste-  
rior Regula  
modice tem-  
per Authori-  
tatis fuerit.

d suram ,

suram, aliasque laxitates concedens. Hinc raro hanc Regulam adducunt in testimonium vitæ Asceticæ Scriptores, neque ejusdem mentionem facit S. Benedictus Anianensis in sua *Regularum Concordia*, quamvis tempore conditæ Regulæ vixerit, & post Concilium Aquisgranense tam ipsum *Regularum Codicem*, quam earum *concordiam* cum *Regula Benedictina* conscripsisse credatur.

## XXXII.

*Quemvis autem plurimi utriusque sexus Canonici vitam Regularem coluerint, tam illam partim ob suam prolixitatem, partim quia hodierni Canonici eam renunt, omittimus, ac solum antiquam Canoniconum Regulam in S. Chrodogangi & Aquisgr.*

*Conc. Regularis collectionis, nec non tres Regulas S. Augustino imputatas, unacum Regula S. Petri de Ilona, exhibebit præfens Codex,*

Verum cum intuitu *Regule Aquisgranensis*, & exhortatione Patrum Concilii, sed præcipue Ludovici Pii Imperatoris admonitionibus excitati plurimi utriusque sexus Canonici vitam Regularem excolare coeperint, sic & eandem inter Addimenta apponere cogitavimus, sed ejusdem prolixitas prohibuit, & præfertim, quia hodierni *Canonici Regularis* illam pro sua vitæ Asceticæ norma agnoscere tenuunt, quamvis nuper Vir eruditus Eusebius Amort supra laudatus hanc Regulam inter alia *veteris & novae Disciplinae Canonicae* monumenta collocaverit. Quæ & in Conciliorum Collectione Labbeana Tom IX. reperitur. Ut autem in hac Regularum Collectione nihil omittatur, quod ad *Canonicae* vita cognitionem conducere valet, inter Addimenta collocavimus *antiquam Canoniconum Regularis* ex S. Chrodogangi & Aquisgranensis Regularis collectam, & forsan Authoritate Ludovici Pii Imperatoris per Amalarium Ecclesiæ Metensis Decanum promulgatam, prout in observatione ad eandem prævia exitimamus. Deinde cum præviis observationibus exhibemus tres Regularis S. Augustino imputatas, quas Canonici Regularares ante Sæculum undecimum sibi non adoptarunt, sed labente hoc & sequenti Sæculo florente se se *Augustinianos* nominabant, quorum proin antiquas consuetudines adducimus. Denique eximium vite *Canonicae* monumentum proferemus, nimirum Regularis *Beati Petri de Horneis* Ecclesiæ Portuenis conscriptam, atque anno MCXVII. oblatam summo Pontifici Paschalii II. quam nuper edidit saepe laudatus Eusebius Amort, agnoscens eandem exitare primam *Canoniconum Regularium Regularis* juxta hodiernum Institutum, cui proin observationem præviam satis amplam præfiximus.

## XXXIII.

*In quo nill nisi latissime justo longiore sunt prætermissa.*

Igitur in hoc Codice *Regularum Holsteniano* æquo, & locupletato, nullum vetus monumentum ad vitam *Monasticam & Canonicanam* pertinens, quod ad nostras manus pervenit, præterire voluimus, nisi, quod non nulla Statuta Sacrorum Ordinum ob nimiam prolixitatem omittere coacti fuerimus, ne forsan hoc præfens volumen justam molem excederet. Hic studio missa fecimus antiqua *Chuniensem Monachorum Statuta*, in *Spicilegio Dacheriano* descripta, cum illa sola, si S. Guilielmi Hirsauggensis Abbatis *Institutiones* supperadditæ fuissent, integrum volumen perfecissent, quorum proin loco Statuta *Disciplinam* apud pios illos Monachos observatam satis declarat. Pari quoque modo cogitavimus circa Statuta *Cisterciensium*, aliorumque plurium Ordinum, ad quorum cuncta amplissima Statuta exhibenda non unum, sed plura volumina vix sufficerent, prout fuisius in Præfatione ad Tomum secundum hujus Codicis monstrabimus.

## XXXIV.

Interea ad ipsum Codicem Regularum redeamus, cum circa eundem quædam scitu digna occurrant. Etiamfi enim certum fit, S. Benedictum Anianæ Abbatem Regularas veterum Monachorum collegisse, & in

in unum Codicem redigisse; attamen dubitavit supra laudatus Hugo Menardus hanc *Regulorum Collectionem* amplius existere, quia Anianensis *Codicem Regularum* nobilioribus Galliae Bibliothecis, nullibi Codicem Regularum com-  
rum à S. Benedicto Anianensis compositum reperire potuit, prout posuerit.  
in Præfatione ad *Concordiam Regularium* testatur, numerans ibidem  
Bibliothecas, ex quibus latentes SS. Patrum Regulas eruere co-  
nabatur. Hinc merito etiam dubitatur, an sepe nominatus S. Ben-  
dictus Anianensis, omnes Regulas Monasticas ante medium Sæculi octa-  
vi scriptas in unum Codicem redegerint, easque suæ *Regularum Concordie* inferuerit, cum haud minimum discrimen appareat inter Regulas in  
hoc præsenti Codice contentas, & illas ad *Concordiam* componendam  
adhibitas.

## XXXV.

Quod primum dubium attinet, & illud perspicuè resolvit clariss. refolvit La-  
mus Holstenius afferens, hunc ipsum Codicem Regularum eundem esse, nius.  
cas Hollste-  
quem S. Benedictus Anianensis conscripsit, cùm ejusdem vetustissimum  
Exemplar in celeberrimo S. Maximini propè Treviro Monasterio con-  
servatum, hujus sanctissimi Abbatis nomen & titulum præseferat, uti &  
ipsius Apogramphum ante aliquot Sæcula conscriptum testatur, quod ex  
Biblioteca Canoniconum Regularium Domus B. Virginis Coloniae ac-  
ceptum, primus Typis mandare jussit; quæ omnia ex Holstenii schedis  
posthumis Leo Alatus disertis verbis declarat in *Materia Dissertationis Proemialis*, sic de hoc Codice Regularum, ejusque Appendix differens.

## DISSERTATIONIS PROOEMIALIS

## C A P U T IV.

*De hoc Codice Regularum, ejus Appendix, & utriusque Compilatore.*

**C**rester annum Christi 820. floruit in Galliis opinione Sanctitatis atque D. G. S. Benedic-  
tina Benedictus Abbas Anianensis, qui ortus è nobilissima Comitum Mag-  
lonensem stirpe, ex Antico gratioso, & fortissimi militi, Deo ad meliora vocan-  
te, primum Religiosam vitam suscepit in Monasterio S. Sequani; unde postea in  
Patrion reversus Anianense Monasterium in paterno fundo, tum non procul inde  
Gellone in grotta Guilelmi Comitis insituit. Mox aliis permultis Ludovici  
Pii Imperatoris voluntate profuit. Ad extremum Aulam sequi coatus, quod Impe-  
rator ejus consiliarii curari cuperet, credo prope aquigranum, ubi plerunque de-  
gebat Imperator, Monasterio Indensi, sanctam ibi vitam sanctam morte conclusit. Ex-  
tant ejus Acta ab ipsis Discipulis conscripta, qua primus edidit Hugo Menardus, S. Benedictus Abbas Anianensis.  
Eius Librum de Regulis diversorum Patrum. Ad quem Petrum, fecit Librum  
tum Bollandus & Henschenus de novo illustrata recitant ad diem 11. Februaris.  
In his Actis ita legitur: Fecit Librum de Regulis diversorum Patrum. Ad quem Petrum,  
locum sic adnotat Menardus: An iste Liber adhuc extet, non mihi compertum  
est. In testamento S. Gennaril Episcopi Asturicensis, inter Libros, qui ab eo dan-  
tur Monasterio S. Petri de Montibus, recententur Liber Regularum Virorum Il-  
lustrium, qui an idem sit cum eo, qui à nostro Benedicto collectus est, non cujus  
adeo constat. Hac ille; qui si vidisset Codicem nostrum Titulo Benedicti Abbas Exemplar  
Anianensis prænotatum, non opinor, dubitasset, quin hoc Opus illud ipsum sit, cuius affervetur  
Auctor vita ejus loco recitato meminit. Servatur, ut ajunt, apud S. Maximum prope  
Treviros antiquissimum exemplar bujus collectionis, unde Apogramphum exscriptum  
custodit apud Canonicos Regulares Domus B. Virginis Coloniae, cum vidisset apud S. Ma-  
ximum prope Treviros, & illi  
et Nuncius illuc Apostolicus (bodie S. D. N. Alexander VII. Pontifex Maximus)  
describendum curavit, & exemplum inde sumptum nobis benignissime communicavit, nos ex eo editionem banc curavimus. Sed, ut subinde occurribant antiqui Co-  
dici di-

et ruelin  
alind erat  
in Bibliotheca  
Cristinae  
Gothorum  
&c. Regiae. dices exhibentes aliquam ex hinc Regulis, edita nostracum iis conferebamus, diversitates  
adnotabamus ad marginem inde notulæ pauca ad calcem operis compedita formata sunt. Cum  
autem eo studio ferreunus conquirendi antiqua Monumenta, ex quibus hac editio locupletari  
posse, occurserunt ecce nobis in leđissima Biblioteca Serenissimæ Dominae Christinae Ale-  
xandra, Gotborum, Pandatorum, Sacrorumque Reginae, vetusti duo Codices exhibentes pa-  
netica quadam opuscula antiquorum Patrum ad Instituta Monachorum utriusque  
sexus accomodata, qua cum flatine judicassimus optime utiliterque posse adjungi ad  
jam editum Regularium Codicem: tam ad idem nos multo magis illud impulit, quod  
satis versicoloris conjectura esset, banc quoque collectionem Parvæscion ad vitam Mo-  
nasticam ejusdem esse manus, atque ipsam collectionem Regularum. In hunc videlicet  
modum scribit Author vita S. Benedicti Anianensis. Alium nihilominus compo-  
suit Librum ex sanctorum Doctorum Homiliis; quadrat satis hoc indicium in no-  
strum hoc Opus ex Patrum variorum opusculis contextum, qui partim Monachos,  
partim Sanctimoniales erudierunt. In quo aptè respondet hoc Appendix suo operi  
Regulas Virorum Multiterisque Perfectionis Studentium digerenti. Scio Hugonem  
Menardum, cum in fine Codicis, ex quo Concordiam Regularum edidit, reperiret  
congesta quadam fragmenta Patrum ad virtutes & vices, qua in Monachis depre-  
ratur aut carentur pertinencia, opinatum, esse illum ipsum Librum contextum ex  
sanctorum Doctorum Homiliis, quem fuisse a S. Benedicto compositum Ancoræ ejus  
vita refert; sed mihi quidem non persuadet, qui nos Homilias aut opuscula inte-  
gra Patrum, sed sententias duntur, & testimonia ipso testente Menardo conge-  
cta, sciam in illam ferraginem Concordia Regularum assutam: nostra autem collectio  
integræ exhibet ablationes, aut conciones Patrum optime congruentes ad ar-  
gumentum Regularum: quare consentaneè iis subjici oportet, opinor, & prudens  
Lector, ubi cognoverit, fatebitur. De singulis Regulis, vel Autoribus earum nibil  
bic prefari opus duximus; premisimus enim suis locis ad singulas testimonia Veterum,  
qua notitiam, quanta fere baberi potest, tum ipsarum, tum Autorum le-  
genti suggerent.

## XXXVI.

In Codice  
& Concordia  
S. Benedicti  
Anianensis  
plures de-  
finit Regule  
ante medium  
Saeculi mo-  
ni conditæ.  
Adeoque extra omnem controversiam statuit Holstenius S. Benedi-  
ctum Anianensem esse hujus Codicis Regularum verum & indubitatum  
Collectorem, simulque adhortationes, ac non nullas SS. Patrum Con-  
ciones in Appendice exhibitas, in unum collegisse, atque ipsi Codici  
assuisse, cuius proin in hanc rem adductas satis probabiles rationes fu-  
sius in Observatione prævia ad ipsam Appendicem examinavimus. Jam ad  
alterum dubium supra propositum, de quo major restat difficultas ve-  
niamus; cum enim in hoc Regularum Codice, sicut & in ipsa Concordia  
Regularum desint plures Regule ante medium Saeculi noni conditæ,  
quarum Supplementum vulgaverat saepè laudatus Hugo Menardus teste  
hujus Codicis Typographo, Ludovico Billaine, sic ad finem Cata-  
logi Regularum in eodem contentarum loquente: Item sanctus Bene-  
dictus Anianensis Abbas Regularum Concordiam cum Regula S. Benedicti  
Abbatis Cassiensis compo-  
suit, quam R. P. D. Hugo Menardus Congregat.  
S. Materi Monachus edidit, & Observationibus doctissimis illustravit, que  
loco esse possunt earum, quas Doctissimus Holstenius in hunc Codicem me-  
ditabatur, quæ quidem Concordia in eadem officina Ludovici Billaine venalis  
proficit, qui pollicetur Supplementum hujus Codicis, in quo SS. Patrum  
Regule & Constitutiones ab Holstenio pretermissee, & alia plurima ope  
doctorum Virorum ex variis Bibliotecis conquista, continebuntur.

## XXXVII.

Ex quibus omnino constat, in hoc Codice non omnes veterum  
Patrum Regulas Monasticas comprehensas esse, nec sane ad nostram  
notitiam adhuc pervenit, facta etiam diligenter inquisitione, promissum  
Supplementum, secus omissas Regulas inter Additamenta collocasemus. Et  
quidem ut taceam Regulam S. Cibrodangi inter Additamenta nostra po-  
sitam, certum est, S. Benedictum Anianensem omisisse eximuum veteris  
Dis-

Disciplinae Monasticæ monumentum, scilicet Regulam S. Joannis Abatis Biclarensis, post medium Sæculi sexti scriptam à S. Isidoro Hispanensi, ac postea ab ipso Trithemio commemoratam, quorum tempore & ipsa Regula exstebat, quamvis nunc nullibi appareat. De hac autem Regula sic scribit clarissimus Calmetus in suis Observationibus criticis ad Religiosorum & Canonicorum Regulas, ad calcem Commentariorum in Regulam S. Benedicti: *Scripsit Joannes Abbas Biclarensis è Valclara in Catalonia Regulam Monasticam, quam S. Benedictus Anianensis ignoravit, aut saltem invenire non potuit, siquidem eam nullibi citat, quamvis ab Isidoro Hispanensi laudatur, sicut & à Tritbenio. His temporibus omnino ignoratur tam Regula, quam Monasterium Biclare.* Postea Joannes Abbas de Biclare Sedem Episcopalem Gerundie tenuit, ac Cronicis ad annum DLXXXIX, pertinens, scriptit. Nos quoque admiratione affici- mur, nec sanctum Benedictum Anianensem, nec Holstenium mentionem fecisse illarum Regularum, quæ pro Canonice utriusque sexus in Concilio Aquisgranenſi sanctæ erant, cum primus Regularum Collector illis temporibus vixerit, atque fatente ipso Holstenio, ipsi Synodo adfuerit, à püissimo Imperatore ad collapsam Disciplinam Monasticam simul ac Ecclesiasticam restaurandam destinatus. Nec sane alia hujus silentii causa assignari potest, nisi, quod Regulæ illæ Aquisgranenses appareant nimis vagæ & indeterminatæ ad introducendam veram & solidam vitam Regularem, nec unquam à Sede Apostolica approbatæ fuerint.

qui hic san-  
ctus Vie sue  
non inventus.

*sunt supra ad-  
dere opera  
preium esse  
non duxit.*

## XXXVIII.

Cum vero haud parum discriminis in numerandis & ordinandis Regulæ in hoc Codice contentis, atque in exhibendis illis in Concordia Re- gularum relatis, exortum videatur: sic operæ premium duximus, utriusque ordinem tam ab Holstenio, quam ab Hugone Menardo obser- tum proponere, quatenus legentibus omne dubium auferatur circa hujus Codicis *adversaria*. Tota enim diversitas exorta est, quod Doctissimus Menardus publicando Concordiam Regularum nusquam reperire potuerit Codicem Regularum ab eodem S. Benedicto Anianensi con- scriptum, & ideo nomina Regularum in hoc eodem Opere hinc inde dispersa solummodo notaverit, cum econtra Holstenius invento vero Regularum Codice ediderit Regulas in ipso M. S. antiquo repertas, quas in unum Codicem collegerat S. Benedictus Anianensis, priusquam Concordiam exarare cooperat. Hinc clarissimus Holstenius, juxta fidem M. S. Codicis, Regulas distribuit in tres partes, quarum prima Re- gulas Orientalium Patrum complectitur, altera Occidentalium, tertia vero sanctorum Patrum Regulas pro sacrificiis Virginibus scriptas, quibus & Appendicem adjunxit, quasdam sanctorum Patrum Exhorta- tiones continentem, juxta hanc præsentem methodum:

*Codex Regu-  
larum sicut  
habuit ex-  
positionem,  
quam Con-  
cordia Re-  
gularum.*

*quem ex  
ordine La-  
cas Holste-  
nius editio,  
prout fe-  
quuntur.*

## C A T A L O G U S

REGULARUM ET ALIORUM TRACTATUUM,  
*qui in hoc primo CODICIS REGULARUM Tomo continentur.*

## P A R S . I.

## Regulæ SS. Patrum Orientalium ad Monachos.

	Saculum.	Pagina.
I. S. <i>Antonii</i> Abbatis.	IV.	3
II. S. <i>Iosiae</i> Abbatis.	IV.	6
III. SS. <i>Serapionis</i> , <i>Macarii</i> , <i>Paphnutii</i> , & alterius <i>Macarii</i> &c.	IV.	9
IV. SS. Patrum alia.	IV.	14
V. <i>tertia</i> .	IV.	16
VI. S. <i>Macarii Alexandrinii</i> , Abbatis Nitriensis. Eiusdem Epistola	IV.	18
VII. S. <i>Pachomii</i> , Abbatis Tabennenensis, cum Præfatione S. Hieronymi in eandem. Eiusdem <i>Monita</i> .	IV.	22
VIII. Ejusdem & <i>Tibordi</i> Epistole & verba mystica.	IV.	37
IX. S. <i>Orisciri</i> , Abbatis Tabennenensis, Doctrina de Institutione Monachorum.	IV.	ibid.
X. Regula Orientalis, ex Patrum Orientalium Regulis collecta a <i>Vigilio Diacono</i> .	IV.	47
XI. S. <i>Basilii</i> , Episcopi Cæsarenensis.	IV.	60
	IV.	65

## P A R S . II.

## Regulæ SS. Patrum Occidentalium ad Monachos.

I. S. <i>Benedicti</i> , Abbatis Cassinensis.	VI.	111
II. Regula confessoria Monachorum.	VI.	136
III. Alia Regula Incertæ.	VI.	137
IV. SS. <i>Pauli</i> & <i>Stephani</i> Abbatum.	VI.	138
V. S. <i>Casarii</i> , Episcopi Arelatenensis.	VI.	144
VI. S. <i>Aureliani</i> Episcopi Arelatenensis.	VI.	147
VII. S. <i>Ferreoli</i> , Episcopi Ucetienensis.	VI.	155
VIII. S. <i>Columbeni</i> Abbatis. Eiusdem <i>Panisstiale</i> .	VI.	166
IX. <i>Tarrensis</i> Monasterii.	VI.	174
X. S. <i>Johori</i> , Episcopi Hispalensis.	VI.	179
XI. S. <i>Fructuosi</i> , Episcopi Bracarensis.	VII.	186
XII. Ejusdem monastica communis. Eiusdem <i>Padum</i> .	VII.	208
XIII. Patris cuiusdam.	VII.	218
XIV. Regula <i>Magistris</i> .	VII.	220
XV. <i>Grimlaci</i> Presbyteri Regula Solitariorum.	IX.	224
		291

## P A R S . III.

## Regulæ SS. Patrum ad Virgines.

I. S. <i>Augustini</i> , Episcopi Hippoensis.	V.	347
II. S. <i>Casarii</i> , Episcopi Arelatenensis. Eiusdem <i>Serm.</i>	VI.	352
Eiusdem Epistola ad Oratorem Abbatissam.	VI.	363
Eiusdem <i>Testamentum</i> .	VI.	367
	III. S. <i>An-</i>	367

	<i>Saculum.</i>	<i>Pagina.</i>
III. S. <i>Aurelianii</i> , Episcopi Arelatenensis.	VI.	368
JOANNIS, Episcopi Arelatenensis, Epistola.	VI.	375
IV. S. <i>Domati</i> , Episcopi Vesontiensis.	VII.	<i>ibid.</i>
V. Patris cuiusdam.	VII.	393
<i>Sententia de Regulis Devotarum</i> , unicus Decreto Concilii Hispalensis.	VII.	404
VI. S. <i>Leandri</i> , Episcopi Hispalensis.	VI.	405
VII. B. <i>Ælredi</i> , Abbatii Rievallensis.	XII.	418

## A P P E N D I X

## Complectens EXHORTATIONES SS. PATRUM ad Monachos

&amp; Virgines

## de Observantia Vitæ Religiose,

quas

à S. BENEDICTO Abate Anianensi olim collectas, LUCAS HOLSTE-  
NIUS è duobus MSS.<sup>is</sup> Floriacensibus Ser.<sup>mæ</sup>  
Reginæ CHRISTINÆ edidit.

I. S. <i>Abbamati</i> Alexandrinii Liber de Observationibus Monachorum.	IV.	444
II. Ejusdem Exhortatio ad Sponsam Christi.	IV.	447
III. S. <i>Basilii M.</i> Admonitio ad Filium spiritualem.	IV.	451
IV. <i>Eusebii</i> Monachi Sententia ad Monachos.	IV.	455
V. Ejusdem Sententia ad Virgines.	IV.	468
VI. <i>Fauſti</i> , Abbatis Liricensis, Sermones IV. ad Monachos.	V.	469
VII. S. <i>Eucherii</i> Exhortatio ad Monachos.	V.	478
VIII. Ejusdem Sententia ad Monachos.	V.	480
IX. Ejusdem Admonitio ad Virgines.	V.	481
X. S. <i>Cajetani</i> , Episcopi Arelatenensis, Epistola II. ad Caseriam Abbatissam.	VI.	483
XI. Ejusdem Epistola hortatoria ad Virginem Deo dedicatam.	VI.	490
XII. <i>Norati</i> , Catholici, Sententia de Humilitate & Obedien- tia, & de calcanda Superbia.	IV.	492
XIII. S. <i>Paulini</i> ad Monachos de Penitentia.	V.	494
XIV. <i>Europieri</i> Abbatis Epistola ad Petrum Papam de Districione Monachorum & Ruina Monasteriorum.	VII.	495
XV. Incerti sermones II. de decem Virginibus.	VII.	497

## XXXIX.

Atque haec est ceconomia, quam adhibuit Holstenius in publican-  
do hoc Regularum Codice, nec ambigere licet, quin Regulas eodem modo  
ordinatas in suo MS. repererit, prout ex ipsis schedis posthumis eruitur,  
etiam si quedam adhuc ibidem Regulae S. Benedicti Anianensi omnino igno-  
tae, utpote longe post ipsius obitum conditae, quales sunt: Regula pro  
inclusis Monachis utriusque sexus scripta à B. *Grimalaico*, & S. *Ælredo*  
*Abbate Rievallensi*. Nec sane hoc in præjudicium hujus Codicis verti  
debet, quasi ille non sit, quem S. Benedictus Anianensis scriperat;  
nam Amanuensis labente Saeculo XIII. vel sequenti inchoante exscribens  
verum & authenticum Regularum Codicem, prudenter judicavit super-  
addi posse has duas Regulas, utpote ad perfectam vitæ Monasticae nor-  
mam apprime pertinentes. Pari quoque libertate Holstenins huic Codicis  
assuere voluit non nulla aliunde petita; in alio enim veteri MS. reperiens  
Sententiam de Regulis Devotorum, candem hic pag. 404. voluit inferere,  
simil ac Concilii Hispalensis Caput XI. ad Sanctorum clausuram  
spectans, quam etiam Sententiam de Regulis Devotorum, & nos obser-  
vationi præviae ad Regulam S. Isidori conjunximus, tanquam illius Re-  
gulae Caput ultimum, prout ibidem pag. 187. notavimus. Cum igitur

Fidelitatis Co-  
dicia S. non  
obedi, quod  
Regulas con-  
tinest longe  
post ipsius  
obitum con-  
ditas.

qua ab Ama-  
nuense quo-  
dam superad-  
di posuerunt;  
sic ipse Hol-  
stenius que-  
dam noviter  
adiecit.

fimi Abbatis *de Institutionibus Monasticis*, quas proin inter Additamenta ipsius Codicis Regularum primo loco posuimus; quod autem attinet *Regulam S. Hieronymi* h̄c nominatam, existimat idem laudatus Menardus, illam nihil aliud esse, nisi Epistolam præfixam Regule S. Pachomii, de qua eruditus ille *Concordiae Regularium* Editor loco citato sic loquitur: *Regula S. Hieronymi nibil aliud est quam Epistola illa, quam præfixit Regula S. Pachomii; nam quedam ex illa Regula hic citata videre est in eadem Epistola, alia vero sapientiæ stylum S. Hieronymi, nec discrepant ab Institutionis sancti Pachomii, que in illa Epistola recensentur: quamvis integrum haberemus, nondubie in ea omnia reperirentur, que hic ex ea preferuntur, maximè cum S. Hieronymus nullum scripsit Regulam Monachorum.* Deinde in hac Regularum *Concordia* citatur tantum una Regula S. Cæsarii, quemadmodum & una sancti Aureliani, cum tamen omnino constet, unumquemque ex his duobus Arelatenfis Ecclesiæ Episcopis duas Regulas distinctas scripsisse, unam pro Monachis, alteram pro sanctimoniis sceminiis, prout ex ipso *Regularium Codice* instruimur, ubi binæ utriusque Episcopi Regulæ reperiuntur. Nec sane Regula S. Leandri de distinctione Virginum ad sororem Florentinam scriptæ mentionem facit, quamvis illa constans XXI Capitulis inter alias sacrarum Virginum Regulas in ipso *Regularium Codice* sit collocata.

## XLII.

Hinc mirari non debemus, in Regulis Monasticis numerandis tantam diversitatem apparere inter *Codicem Regularium* earumque *Concordiam*, præferunt si admittamus, Auctoris intentionem in condendo utroque opere fuisse quodammodo dissimilem. Sanctissimus enim Abbas Anianensis colligendo SS. Patrum Regulas in unum Codicem, id solummodo mente agitasse videtur, ut Religiosi viri æque ac Feminae percurrente diligenter tot eximia vita Monastica Instituta, per talia monita salutaria, diversis temporibus & locis data, ad arctam disciplinam observandam excitarentur, cum econtra componentendo Concordiam Regularum ad id animo ferebatur, ut Monachismi unitatem ab exordio Instituti probaret, atque omnium aliarum Regularum conformitatem cum Regula Benedictina monstraret, quam solam deinceps observandam præceperat piusissimus Imperator, prout supra indicavimus. Cum igitur in Regula Benedictina, quamvis à Monachis utriusque sexus adaptata, nulla sacrarum Virginum memoria reperiatur; sic facile omittere potuit Regulas illas solis sacris Virginibus præscriptas, etiam si easdem in ipso *Regularium Codice* collocavent.

quis in co-  
scribendo  
utrumque  
hunc librum  
alium  
aque alium  
sibi præfixit  
scopum S. Be-  
nedictus  
Anianensis.

## XLIII.

Existimat quidem doctissimus Menardus pag. 57. S. Benedictum Anianensem in sua Concordia, proferendo sententias ex Regula S. Cæsarii, S. Aureliani, & aliorum, in ulum SS. Monialium scriptis, solummodo nomina scemina in masculina mutasse, neque ad eorum Regulas Monachis præscriptas attendisse. Verum in eam opinionem adductus est Vir eruditissimus nondum de illorum SS. Patrum Regulis ad Monachos scriptis certior factus. Si enim præfens hic Codex Regularum ab ipso S. Benedicto Anianensi olim scriptus ad sœpe laudati Menardi notitiam pervenisset, tunc aliter judicasset, cum ibidem geminæ istorum Sanctorum Regulae inveniantur, una ad Monachos, altera ad sacras Virgines ordinata. Fatendum tamen est, S. Benedictum Anianensem conferendo Regulam S. Augustini cum Regula Benedictina coactum fuisse nomina scemina in masculina comutare, quia sanctissimus ille Ecclesiæ Doctor nul-

Neque credi-  
debet. S. Be-  
nedictum  
Anianensem ex  
Regulis SS.  
Monialium  
nomina in  
masculina  
mutasse.

lam aliam Regulam scripsit, nisi illam, quæ defumpta est ex illa celebri Epistola ad Foeminas sanctimoniales missa, & nunc Religiosis Augustinianis utriusque sexus accommodata. Hæc quidem omnia ex ipsa *Concordia Regularium* clarius innoteſcent, quæ prodiit Parisiis anno 1638. doctissimis Observationibus nunquam non laudandi Menardi illustrata, quæ etiam hujus *Codicis Regularum aucti*, & amplificata quasi quedam Interpretatio considerari posſit, utpote clarius explicans illa, quæ in antiquis Regulis obſcura apparent.

## XLIV.

Nic proin  
Regularum  
Codex exi-  
miam His-  
torie Eccle-  
siae con-  
tinet,

unde  
Novatores  
coſtituti  
poterunt.

Atque hæc fuit, de quibus circa præsentem *Regularium Codicem* Lectores benevolos certiores reddere cogitavimus, quatenus & illi percepere valeant verum vitæ Monasticæ Statum ab exordio Christianæ Religionis ad hæc nostra tempora propagatum. Nullus enim inficias ibit, hæc vetera monumenta Monastica eximiam Historie Ecclesiastice partem comprehendere, cum certam Evangelii observantiam à primis Seculis usitatam exhibeant, atque SS. Patrum nobiliores Asceticas admonitiones proferant, quibus homines excitabantur ad votanda Christi Confilia, non quidem omnibus Christianis necessaria, sed illis, qui ad veram perfectionem nituntur condere utilissima. Hinc convelluntur Novatorum aliquorum inique contumelias, qui Monachatum otiosorum hominum Statum existimant; ex illis quippe authenticis monumentis discimus, doctissimos simul ac sanctissimos Christiani nominis Athletas S. Athanasium, S. Basiliū, S. Augustinum, aliosque maximos Viros extitisse vitæ Monasticæ Cultores & Legislatores. Hinc etiam primarii rei Litterariorum Restauratores ad excolendum Statum Monasticum summopere laborarunt, vetera monumenta ad eundem pertinencia ex tenebris Bibliothecarum pluteis eruentes, atque eruditissimis Observationibus illustrantes, quemadmodum & clarissimus noster Holstenius præstigit, in publicam lucem emittens hunc præsentem *Regularium Codicem*, quem iterum recusum multisque, aliis diversorum Ordinum, Monasticorum monumentis amplificatum hic exhibemus.

## XLV.

Occasio hujus  
Operis edidit.

Interim tempus est, ut paucis referamus, quid in hac nova Editione actum sit; non enim ob aliam rationem illam aggressi sumus, nisi quod diffractis tam Romanæ quam Parisiensis Editionum exemplaribus plures Viri docti conquererentur, se tanti Operis utilitate privari, præfertim cùm in Germania hucusque nulla ejusdem comparuerit. Comparato igitur Editionis Parisinae exemplari anno MDCLXIII. à Ludovico Billaine factæ, per celebris Bibliopola Augustanus Martinus Veith novam hanc meditari coepit, variis Additamentis auctam, cāmque in folio; quatenus idem Codex sic amplificatus in justi voluminis molem accresceret, celebriorum Ordinum, tam Monasticorum quam Canoniconrum, Regulas & Instituta complexus, atque in sex Tomos divisus.

## XLVI.

Codex Hol-  
steinianus To-

Et quidem Tomus primus ipsum *Codicem Regularum* ab Holstenio editum complectitur, cuius ordinem & distributionem invertere non præsum-

\* Mors anno 1755. prævenitus, finem vello Operi imponendum filius suis perficit.

psumus, grande piaculum existimantes, si quid ex illo demere, vel augere prætenderemus, cum Vir clarissimus exerte afferat, se Regulas ita coordinatas ad fidem *Codicis Colonensis* edidisse, nec timeat affirmare, cundem esse Codicem, quem S. Benedictus Anianensis collegerat. Nihil ergo immutatum est, sed *Codex Holstenianus* quoad omnia etiam minutissima integer prodiit, ut ille à Ludovico Billaine prænotato anno Typis est impressus. Quod ante quamlibet Regulam præmissa sit quedam *Observatio Critica*, hoc nullatenus integratam Codicis obesse potest, sed potius ad majorem splendorem conduit, prout ad easdem Regulas præmisit Holstenius *testimonio veterum Patrum* de cuiuscunque Regule Legislatore, quæ tamen in veteri M. S. non reperit, ex quo Codicem Regularum excrispit. Nec sane magni refert, quod in hac nova editione *Materiam Dissertationis Proemialis* alio ordine referamus; hoc quippe haud abo fine factum est, nisi nt clariss mens primi Editoris innotescat, qui prematura morte surreptus hoc Procemium non condidit, sed aliud magis elaboratum meditabatur, prout supra prænotavimus ex clarissimo Mabillonio, afferentes hoc Procemium ex posthumis Holstenu sche-  
dis *Leonom Allatium* composuisse.

mo i. spud  
nos fidcliser  
exhbetur,  
ia tamen,

ut Observa-  
tiones que-  
dam Critice,  
ad majorem  
splendorem  
fuerint ad-  
jeclite.

unacum Me-  
teria Differ-  
tationis Pro-  
emialis, il-  
cer alio  
ordine.

## XLVII.

Quod autem *Observationes* ante quamlibet Regulam præmissas attinet, & illas quodammodo necessarias duximus, ut per easdem cuiuslibet Regulae vera ratio pateat, et sub uno obtutu dubia circa Regulam Legislatores obvenientia, dissolvantur. Hinc & *Observationes Criticas* nominavimus. Si quis enim *artem criticam* sano sensu consideret, tunc præfatas *Observationes* vere criticas agnoscere debet, cum de qualibet Regula ejusque Authore justum & æquum judicium proferant, de eruditissimis rerum Religiofarum Scriptoribus, Mabillonio, Calmeto, & Edmundo Martene desumptum. Non enim eo consilio *Observationes* exaravimus, ut Censoris officium usurparemus, sed solummodo aliorum Doctorum judicia proferre voluimus, ut ex rebus illis sua antiquitate obscuris, veritas magis elucescat. Non diffitemur, in his *Observationibus* quedam scitu digna omessa, non studio, sed ex quadam illarum rerum ignorantia, quæ tamen facile suppleri possunt ex iis, quæ doctissimus Menardus præmisit ad *Concordiam Regularum*, quod eximium Opus ad manus meas non pervenit, nisi post jam impressas *observationes criticas*.

Observa-  
tiones culiber  
Regulae pre-  
missæ, quid  
præsident?

## XLVIII.

Denique, ut Codex Regularum ab Holstenio editus in omnibus suam retineat integratem, post Appendicem apposuimus *Notas quasdam & amplias* best postre-  
variantes *Lectiones in totum Opus a Luca Holstenio editas*, pag. 502. Post ma hoc edi-  
quas sequitur *Glossarium sive Interpretatio vocabulorum difficiliorum in toto Opere*.  
*Opere contentorum ordine Alphabetico*, pag. 505. quibus rerum & verborum Index additus est; & ut nihil omittatur, adjungimus *Praefationem Typographi*, utriusque cum Romane tum Parisiensi editioni, appositam, quæ superius dicta omnino confirmat rationemque reddit totius ordinis in hoc Codice observati, quem immutare piaculum existimavimus.

**D.** Lucas Holstenius *Vir illustrissimus in quo super mortuo Republica literaria jacturam fecit irreparabilem, inter alia monumenta Veterum, qua teurbit eruta luce publica plurima & optima parabat, banc Regularum Collectionem antiquam à Coloniensi descriptam Codice, meis dudum Typis excudendam curaverat; Editionem interim differens, sicut ejus tum collatione novorum Codicis emendanda, ac compleanda, tum Dissertationibus & animadversionibus, quarum materiam uidiq[ue] corruebat, munenda, ornandaque. Sed Deo alter visum, cui placuit, Ministrum fidelem, utilissimam indefesso studio Ecclesiae operam nauantem ad laborum (ut meritò spernavi) evocare præmia, priusquam is, vel huic, vel aliis multis ejus generis, & meriti Operibus, qua patienter elimat, imposuisset ultimam manum. Hinc jam omnes facili sentient sublatum omnem editionem bujus distinctione causam, contemptusque protextus morarum. Ergo me hanc parentem sentio ferendo amplius convito expectationis publica, à fide mea repetenti Opus in commune utilissimum, jam pridem apud me depositum. Accedit eodem iudicium supremum Editoris ipsius, quem Avicci recordantur exinde commendasse morientes, ut quoniam primum hic Liber emitteretur. Cujus autem dedicationes tres trium ejus Partium, paucis verbis, cum per mortis viciniam pluribus non posset, ultima, quam in terris vidi luce, distinxit; easdem ipsas, quarum primam secundam partibus, secundam parti tertiam, tertium denique Appendix prefaxas vides. Praefationem amplam, Notas uberes, eruditum Glossarium, quo ille destinabat, nec exhibere opus mea, nec tua humanitas sit, Lector benignus, flagitare. Verum ut post subito incendiorum, aut rapinarum casus, qui defolatas in aedes venient Hospites, quantumvis lauti, & splendidis affuet, tamen qui consulunt pro solito argento instrui Saniis mensas sterni canaculae tegetibus, pauperiem denique mundam, procul Attalicis aut Persicis apparatus placidi reincidentes patiuntur; sic te nunc quidem eam moderationem inducere in animum res exigit, ut possis contempnere opes, ac proterquam nudum ipsum Opus per ornamenti ac pretiis secum affert, non altam à Scitamentis, aut Choragio gratiam sperare, ita unice contentum, quo dare possumus, scilicet pro Praefatione, praefationis materiam, prout eam ex Adversariis tu passus descripsimus: vice autem Notarumnotulas paucas, quas e scbedit ejusdem, & marginibus editorum foliorum ipsius manu subinde notatis, attento spicilegio sublegimus: denique loco ampli & accurati Glossarii, quod ab Editore exspectabatur, Indiculum declaratorium inustitiorum bujus Codicis vocabulorum ad calcem adjecimus. Vale: & tua causa conantibus fave.*

## XLIX.

Habes ergo in hac Praefatione omnia, que in prioribus Codicis Regularum Holsteniani editionibus premissa sunt, quorum nec apicem immutavimus, sed illa integra retulimus, licet alio ordine relata. Et quia nunquam non cum reverentia nominandus Operis Editor in devotissimam gratiarum actionem, illud à summo Pontifice Alexandro VII. acceptum agnoscat, sic etiam & duas primas partes eidem consecrare voluit, quam dedicationem propriis moribundi verbis exaratam subiungimus, cum tertiae partis & Appendix Dedications suis propriis locis apponantur.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

**ALEXANDRO VII.**  
PONT. OPT. MAX.CODICEM ANTIQUUM  
REGULARUM MONASTICARUM

ANTE ANNOS OCTINGENTOS A S. BENEDICTO ANIANENSI ABBATE

C O L L E C T U M

ET AB IPSO

FABIO CHISIO  
NERITINORUM TUNC EPISCOPO  
ET APUD UBICOS APOSTOLICO APOCRISARIO  
EX VETERI COLONIensi MSC. CODICE

A C C U R A T E

D E S C R I P T U M E T C O L L A T U M  
N U N C B O N O P U B L I C O  
T Y P I S E D I T U M

C U M H U M I L L I M O P E D U M O S C U L O

O F F E R T D A T D I C A T C O N S E C R A T  
S E D I S A P O S T O L I C Æ O B S E Q U I S D E D I T I S S I M U S  
L U C A S H O L S T E N I U S .

## L.

Quod denique attinet secundum Tomum hujus *Codicis Regularium audi*, & amplificanti, cum ille contineat varia Monumenta Monastica in primo Tomo omissa, simulque exhibeat celebriorum Ordinum Religioforum Regulas & Statuta, post Sæculum nonum sancta, usque ad nostrum tempus, sic ante eundem præmisimus Præfationem, per quam quilibet æqui justique estimator in his colligendis Additamentis nostros facile percipiet conatus, utinamque ex illis verum *Monastici Institutii* fructum colligere valeat. Cuncta enim Religiosa Statuta ad arctiorem vite Christianæ observationem conducunt, nosque ad obtinendam Legum Evangelicarum Perfectionem trahere conantur, modo non curiositatis gratia, sed sincero animo progrediendi de virtute ad virtutem nostra applicemus studia. Quod reliquum est, Lector benevolè, nostris utere conatibus feliciter, & si quid te forte offendit, pro humilitate excusa; in scrutandis enim quorundam sacerorum Ordinum obscuris originibus haud omnibus placere potuimus, notum quippe est:  
*veritas odium parit.*



I N D E X  
CHRONOLOGICO - HISTORICO - CRITICUS  
OMNIUM REGULARUM

in toto hoc Opere contentarum

*juxta seriem Sæculorum, à IV. inclusivè ad præsens XVIII.  
exclusivè, per XIV. nempe Sæcula religiosa.*

\*      \*      \*

REGULÆ SÆCULI IV. seu ORIENTALES.

<i>Regula</i>	<i>Tomus</i>	<i>Pagina</i>
I. Regula S. Antonii, Cœnobitarum Religioso- rum Parentis, ad Monachos. Natus is fuit an- no 251. vel 252. Anno 270. in solitudinem secessit. Mor- tuus anno 356. vel 357. Annis 5. centenario major. -	I.	3
II. S. Iaiae Abbatis ad Monachos. Hic Iaias eog- taneus fuit S. Antonio Abbati, nec non Abbatibus Pastori, Amoni & Anupho: Annus autem, quo obiit, ignoratur. -	I.	6
III. SS. Serapionis, Macarii, Papbmutii, & alterius <i>Macarii</i> ad Monachos. Hos IV. SS. Patres ex XXXVIII. Patribus in unum congregatis præcipuos, reli- quorum omnium nomine & approbatione, præsentem Re- gulam composuisse creditur. -	I.	9
IV. Alia Patrum ( forte eorundem IV. præcedentium ) ad Monachos, sed Cœnobitis maximè accomodata.	I.	14
V. Tertia Patrum Regula ad Monachos, maximè Cœnobitas. Hanc doctissimum Calmetus longe recen- tiorens, imo post tempora S. Benedicti scriptam esse suspi- catur, & quidem primitus latine, ob rationes, quas ad- ducit pag. 16. hic notatas. -	I.	16
VI. S. Macarii Alexandrini, Abbatis Nitrienſis, ad Monachos. Hic Macarius diligendus est à duobus præcedentibus Macariis. Fuit S. Antonii discipulus, eui regimen V. sive millium Monachorum post mortem suam S. Antonius commisit. Obiit centenarius sequentis Sæculi anno IV.	I.	18
VII. S. Pacbonii, Abbatis Tabenensis, ad Monachos. Hic Monachorum Cœnobitarum communitates primus in- filiuit, primusque Regulam Monasticam scripsit, qua nihil perficiens Patres Orientales in suis Regulis scriperunt. Hanc Regulam Monasticam non solus scripsit, sed unacum SS. Orlilio & Theodero discipulis composuit; conse- guens.		

<i>Regula</i>	<i>Tomus</i>	<i>Pagina</i>
quenter non est ea, quam ei ab Angelo revelante dictatam tuisse refert <i>Pauladius Hist. Longinca Lib. 8. Cap. 38.</i> Motuus anno 348.	I.	22
<b>VIII. Ejusdem alia ad Monachos</b> , omnino diversa à praecedenti, quam S. Hieronymus primò Egyptiace scriptam, dein Græcè versam, tandem in latinum sermonem trans-tulit.	II.	38
<b>IX. S. Orfescii</b> , Abbatis Tabennensis, Doctrina de Institutione Monachorum. Fuit dilectus Discipulus S. Pachomii, & successor in regimine Monasteriorum Tabennensium.	I.	47
<b>X. S. Basili</b> , Cæsareæ Cappadociæ Episcopi, Regula ad Monachos. Natus est anno 319. Anno 355. sicutum reliquit, annoque 379. mortuus est.	I.	65
<b>XI. Regula Orientalis</b> , ex Patrum Orientalium Regulis collecta à Vigilio Diacono. Hanc quia ex orientalibus collecta est, iis cum Hoffenio in hoc Seculo adjungimus; eti⁹ Vigilius Diaconus eam sequenti Seculo scripterit.	I.	68

*Appendix ad hoc Sæculum.*

1. **S. Athanafii**, Episcopi Alexandrini, Liber de Observationibus Monachorum. Natus est anno 298. & anno 326. ætatis sue 28. Ecclesiæ Alexandrinæ prefectus est, multis fane ærumnis jaellatus, acerrime que ab Arianis vexatus; tandem anno 371. Episcopatus fui 45. vel juxta Baronium sequenti mortuus est. I. 444
2. **Ejusdem** Adhortatio ad Sponsam Christi. I. 447
3. **S. Basili**, Cæsareæ Cappadociæ Episcopi, Admonitio ad Filium spiritualem. De hoc S. Patre Basilio vide suprà num. X. I. 455
4. **Evagrii**, Monachi, Sententiæ ad eos, qui in Cœnobiis & Xenodochiis habitant Fratres. Eram Evagrius Presbyteri filius ex Iberorum urbe, que ad Euxinum Pontum sita est: *Panticus* inde, & à S. Hieronymo *Hyperborita* dictus, à S. Basilio Ecclesiæ Cæsariensis Lector ordinatus, à Gregorio Nysseno Diaconus Constantinopolitanus constitutus, à quo & sacras litteras didicit, utriusque Macarilii discipulus. Claruit anno 380. & grandevus obiit, quo autem anno, ignoratur. I. 465
5. **Ejusdem** Sententiæ ad Virgines. I. 468
6. **Novati**, sed Catholicæ, Sententia de Humilitate, & de Obedientia, & de calcanda Superbia. Hic Novatus catholicus quidam Monachus fuit, quem hoc Sæculo vixisse putat Magarinus. I. 492

## REGULÆ OCCIDENTALES.

## SÆCULUM V.

*Regula**Sæculum Pagina*

- XII. S. *Augustini* (Aurelii) Hipponeñsis Episcopi, Epistola CIX. Regulam Sanctimonialibus præscriptam continens, quam ad sororem suam misit anno 423. Hec sola ex variis ei adscribi solitis Regulis genuina est, ex qua confecta est vera Augustinianum Regula XXIV. Articulus continens. Natus est autem S. Augustinus anno 355. Mortuus anno 430. Aetatis sue 76. Hanc Regulam clarissimus Holstenius posuit primam in parte III. Codicis, quæ solas contineat Regulas ad Virgines, nullam enim pro Viris scripsit S. Augustinus Regulam, ut omnibus notum est.

L. 347.

- XIII. Regula sive Institutiones D. *Joannis Cassiani*, Abbatis Massiliensis, Libris IV. comprehensa. Scripta fuit in eunte Sæculo V. cum nulla Regula latina Monachis prodita fuit. Vixit S. Cassianus annos 97. Mortuus anno 448.

II. 1

- XIV. Ordo Monasticus apud Scotos Monachos in veteri hodiernæ Scotiæ Monasterio de *Kilros*, vulgo *Cillros*. Observatus olim ab antiquis Monachis sub exordio Christianæ Religionis; vetustissimum est Monachorum Occidentalium monumentum. Hic Ordo magnam cum Ægyptiorum Patrum Regulis connexionem habet; imo ante S. Cassiani propagationem Institutionem à *Kildis*, vetustissimis Monachis Scottis, observatus fuit: ideoque post S. Cassianum jure hunc locum sibi vindicat.

II. 62

*Appendix ad hoc Sæculum.*

1. S. *Paulini* Exhortatio ad Monachos de Pænitentia. Paulinus, origine Romanus, genere Patritio & Consulari Burdigalæ in Gallia natus est anno 353. Anno vero 391. baptizatus, dein in Hispaniam profectus Monasticam vitam aliquo tempore duxit. Biennio post cogente plebe Presbyter ordinatus, postea Nolanus Episcopus creatus, tandemque anno 431. aetatis sue 78. mortuus. Multa scripsit solito & ligato sermone varii argumenti. Inter desperata eius Opuscula *Caveus* recentest: *ad Monachos de Pænitentia Librum*, quem cum aliis piis Opusculis in vetusto Codice Regine Suecia repertum, Appendici *Codicis Regulorum* inferuit clarissimus Holstenius.

L. 494

2. S. *Eucherii* Exhortatio ad Monachos. S. Eucherius natione Gallus, natalibus illustris, vitam Monasticam egit in Insula quadam prope *Lirinum* posita, ubi ut videtur moratus est, donec anno 434. Episcopus Lugdunensis factus est. Anno 444. Concilio Arausiano interfuit. Obiit circa annum 454. Valentiniiano & Martiano regnabut.

L. 478

3. *Ejusdem* Sententia ad Monachos.

h

L. 480

4. *Ejus-*

<i>Regula</i>		<i>Saculum</i>	<i>Pagina</i>
4. <i>Eiusdem Admonitio ad Virgines.</i>		I.	431
5. <i>Fauſti, Abbatis Lirinenſis, Sermones ad Mo-</i> <i>nachos.</i> Fauſtus Abbas, natione Gallus, Lirinenſis, ex Britannis Aremorici oriundus, primò Monachus, deinde post Maximum Abbas Lirinenſis; quo munere functus est usque ad annum 472. Maximo Epifcopo Regiensi, cui an- te in Cenobii præfæctura succellerat, in Epifcopatu quo- que ſuccellit. Obiit circa annum 480. vel 481. Non debet confundi cum altero Fausto, S. Benedicti diſcipulo, qui floruit anno 610. uti <i>Signeus</i> aliquid male faciunt.	I.	469	

## S A E C U L U M VI.

XV. <i>Regula S. Benedicti Magni, Abbatis Cassi-</i> <i>nensis, Monachorum in Occidente Pa-</i> <i>triarchæ.</i> Narus est anno 480. In eremum fecellit anno ætatis, ut vulgo creditur, 16. Construtis apud Sublacum XII. Monasteriis, Cassinum petiti anno, ut cre- ditur, 529. & anno 543. XII. Kal. Aprilis Sabba o ante Dominicam Passionis mortuus est. Codicem fux Regu- lae propria manu ſcripsit, & quidem, ut exiftimatur, anno 545. Hæc ejus ſacra Regula in Conciliis VI. VII. & VIII. Seculorum dicebatur <i>Regula patrum</i> , item <i>Regula canonica</i> , <i>Regula monofitica</i> , <i>Regula sancta</i> , <i>Re-</i> <i>gula sanctorum Patrum.</i> Sola denique à fummis Pontifi- cibus & Conciliis promulgata, plerique Regula post eam scriptæ, ex hoc fonte Benedictino emanarunt.	I.	111
XVI. <i>S. Cæſarii Arelatenſis ad Monachos.</i> Ex Mo- nacho Lirinenſi factus Abbas anno 499. & trienio poſt Epifcopus Arelatenſis, Regulas suas iuſtituit juxta diſci- plinam, quam olim apud Lirinenſes didicerat. Mortuus anno 541.	I.	144
XVII. <i>Eiusdem alia ad Virgines.</i> Hanc Regulam Cla- ſiſtimus <i>Holſtenius</i> ſejunxit à priori, & poſuit in terda parte fui <i>Codicis</i> inter reliquas Regulas ad Virgines.	I.	352
XVIII. <i>S. Aurelianii, Arclatenſis Epifcopi, ad</i> <i>Monachos.</i> Hanc Regulam ſcripsit circa annum 545. obitque anno 555.	I.	347
XIX. <i>Eiusdem alia ad Virgines.</i> Hanc quoque Idem <i>Holſtenius</i> collocavit in tercia parte inter Regulas pro Virginibus scriptas.	I.	368
XX. <i>Regula SS. Pauli &amp; Stephani.</i> Quinam hi Sancti fuerint, ignoratur. Videntur circa tempora S. Benedi- cti vixisse: citant enim lacram Scripturam juxta Vulgam antiquam Italicam, non vero S. Hieronymi versionem.	I.	138
XXI. <i>Regula confessoria Monachorum.</i> Hæc ideo confessoria dicta creditur, quia omnium in illo Monafe- rio præſentium Patrum confensu ſcripta fuit; ſed quo tempore, pro certo determinari nequit: ſupponimus ta- men, eam non longe poſt S. Benedicti tempora conditam fuisse, ut probant textus S. Scripturarum in ea adducti, Jux-	I.	138

*Regula*

*Sacrum Pagina*

ta antiquam Volgatam Italicam , non vero S. Hieronymi interpretationem ; ideoque illam Regulis hujus Sacculi anumerare judicavimus . Hanc Regulam unacum sequente quidam contra communem Doctorum perperam adtribuunt S. Augustino Ecclesie Doctori .

I. 136

**XXII. Regula incerti Authoris.** Cujus antiquitas judicanda itidem ex sacre Scripturæ textibus , secundum antiquam Vulgatam , non S. Hieronymi interpretationem ad ductis : qua de causa pariter illam inter hujus Saculi Regulas collocamus . Hæc quoque à quibusdam male attribuitur S. Augustino .

I. 137

**XXIII. Cujusdam Patris Regula ad Monachos.** Hunc Patrem discimus ex MS. Scotiano fuisse S. Columbanum , Abbatem Hyensis Cœnobii in Scotia , qui fuit Monachorum antiquorum Scotorum verus Patriarcha & Archimandrita , 100. Monasteriorum tum pro viris , tum pro sceminiis Conditor , & cuicunque disciplinis monasticis per hodiernam Scotiam & Hiberniam si non primus Author , saltem Reparator . Hic enim est Archimandrita ille , de quo S. Columbanus cap. 7. *Regula* ait : Sub uno Archimandrita mille Abbates esset . Mortuus anno 592.

I. 220

**XXIV. Ejusdem alia ad Virgines.** Haec Holstensis inter reliquas pro Virginibus scriptas Regulas posuit in Parte III. *Codicis* sui .

I. 393

**XXV. Regula S. Ferreoli , Uzctensis Episcopi , ad Monachos , Ferreolenses ab eo dictos , pro quibus Monasterium anno 558. quo Episcopatum adeptus est , construxit , & hanc Regulam scripsit .**

I. 155

**XXVI. Regula Tarnatenensis Monasterii .** Hoc Monasterium in honorem S. Mauritii Thebaæ Legionis Ducus , & à Maximino Imperatore interficti construxit Sigismundus Burgundionum Rex circa annum 515. Præiens tamen Regula non nisi anno 70. Saculi VI. scripta est , Monasterio interim vivæ vocis oraculo Abbatum suorum , secundum laudibiles consuetudines in eo jam usitatas , usque ad tempus scriptæ hujus Regula gubernato ; uti palam antiquitus in aliis Monasteriis moris erat , quemadmodum observat doctissimus Calmetus .

I. 279

**XXVII. S. Leandi , Hispalensis Episcopi , Regula , sive de Constitutione Virginum , & Cötemptu Mundi ad Florentinam Sotorem Liber.** Hanc parvuetiam Regulari videtur scripsisse S. Leander post adeptum Episcopatum , quem ab anno 575. ad annum 603. sanctissime rexit . Hæc Regula ab Holsteno inter Regulas pro Virginibus in Parte tertia collocatur .

I. 405

**XXVIII. S. Columbani Abbas Regula Cœnobialis cum Pœnitentiali .** Hic S. Paternatus est anno 560. Viam Monasticam professus in Monasterio Beanchorense (utrum Hybernia , Wallia , an Scotia , inter Autotes controvertitur ) tot enim fuerunt Beanchorense Monasteria ) cum hujus ultimi Alumnus fuisse , suadere videatur , quod Pascha , aliasque ritus antiquorum Monachorum Scotorum acerrime defenderit , ut Eruditi norunt . Multo ibidem transacto tempore Galliam pœnit circa anna

h 2

num

num 590. Aliquamdiu apud Anagrei prope Luxovium moratus, & exstructo Luxovienti Coenobio, cui 20. annis praeuit, in illo Regulam hanc pro Monachis ad se confluenteribus scripsit. E Gallia puluis Italiana venit, ac in Bobiensis Monasterio, cui uno anno praeuit, vitam finiit anno 15. sequentis Seculi. Has duas Regulas hic collocamus, quia supponimus pro certo, eas hoc Seculo sive scriptas, eti carum Auctores sequenti Seculo mortui fuerint.

I. 176

## Appendix ad hoc Seculum.

- |   |    |     |
|---|----|-----|
| 1. S. <i>Cæsarii</i> , Episcopi Arelatensis, Epistolæ II.<br>ad <i>Cæsariam</i> Abbatissam, ejusque Congregationem. | I. | 483 |
| 2. <i>Eiusdem</i> Epistola hortatoria ad Virginem<br>Deo dedicatam.   | I. | 490 |

## SÆCULUM VII.

- |  |    |     |
|--|----|-----|
| XXIX. S. <i>Donati</i> , Vesontionensis Episcopi, Re-<br>gula ad Virgines <i>Jussanensis</i> Coenobi. Hic sanctus Donatus ideo sic vocatus, quia iustrali ad-<br>optione S. Columbani Filius fuit. Mortuus anno<br>624.  | I. | 375 |
| XXX. S. <i>Idori</i> , Hispalensis Episcopi, <i>Leandi</i> (de<br>quo supra) Fratris & Successoris in Episcopatu, Re-<br>gula Monachorum. Hanc scripsisse videtur post<br>ad eptum Episcopatum. Mortuus anno 636.  | I. | 186 |
| XXXI. S. <i>Fruktuosi</i> , Regio Gothorum sanguine orti, primæ<br>Complutensis Abbatis, deinde Durmientis<br>Episcopi, demam Archi-Episcopi Braca-<br>rensis, Regula Monachorum. Quæ ex Regu-<br>la S. Benedicti magnam partem defumpta est. Hanc, ut<br>Abbas Complutensis Monasterii, pro suis Complutensi-<br>bus Monachis ante adeptum Episcopatum conscripsit.<br>Mortuus anno 670.  | I. | 198 |
| XXXII. <i>Eiusdem</i> Regula Monastica <i>communis</i> . Hanc temperatissimam, & fragilitati humanae accommo-<br>datam post adeptum Episcopatum pro hominibus cuius-<br>vis status & conditionis, ad tollendum intolerabilem<br>abusum, jam aliquo tempore tunc apud Hispanos gra-<br>fiantem, quo conjugati unacum uxoribus, liberis & ser-<br>vis domicilia sibi in modum Monasterii componebant, ut<br>sic à tributis Principi debitis, aliisque exactioribus libe-<br>rarentur, scripsit, admittens omnis generis & etatis ho-<br>mines, ita tamen, ut viri cum filiis sub obedientia Abba-<br>tis, feminae cum filiabus sub regime Abbatis se-<br>cundum in Monasterio degerent, & Deo servirent. | I. | 208 |
| XXXIII. Regula <i>Magistri</i> ad Monachos. Hic Magi-<br>ster ignoratur, quis fuerit: existimatur tamen sive<br>natione Gallus, ac vixisse hoc Seculo VII.   | I. | 224 |

*Apro*

## Appendix ad hoc Sæculum.

Regula

Tomus Pagina

1. Epistola *Eutropii* Abbatis ad Petrum Pamam de districtione Monachorum, & ruina Monasteriorum, directa Romæ. Hanc Epistolam ad Episcopum Iratabensem (quem *Pipon* nominat) scripti S. Eutropius, Hispanus, Vir sanctus, Monachus & Abbas Monasterii Sirbitani (alii legunt *Servitani*) in Hispania, & postea Episcopus Valentinus, Vir eruditissimus, & monasticis disciplinis apprimè instrutus, cum in plurima sanctitate populos sibi subditos gubernasset. Clarus miraculis migravit ad cœlum II. Id. Junii. Vixit exente Sæculo precedenti, & inuenit hoc Sæculo VII. - - - - L 495
2. Incerti Authoris Sermones II. de decem Virginibus. Hunc Autorem, incerti & nominales & Sæculi, hic appendendum judicavimus. - - - L 497

## SÆCULUM VIII.

- XXXIV. Regula S. Chrodogangi. Qui ex Referendario electus Metensis Episcopus anno 743. vel sequenti, illam Sedem sanctissime rexit usque ad annum 76. vel sequentem, quo regiminis tempore hanc Regulam pro Canonice suis Metensibus compilavit, quæ inter Regulas Canoniconum vulgaras supremum antiquitatis gradum tenet, utpote omnium prima pro Canonice in communitate viventibus scripta, & magnam partem ex Regula S. Benedicti defumpta. - - - - II. 93

## SÆCULUM IX.

- XXXV. Ordo quidam Monasticus, hue ulque S. Benedicto Magno Cassinensi Abbatii perperam ab Arnaldo Wion aliisque passim attributus, quem nos potius cum Calmeto alteri S. Benedicto, ejusdem S. Patriarchæ equi-vac filio, nominis simul & virtutum heredi dignissimo, S. nempe Benedicto Anianensi conjecturaliter tantum (nec enim hanc novam opinionem ut certam affirmare audeamus) adscribimus. Hic S. Abbas, qui exente Sæculo VIII. & inuenit Sæculo IX. maxime claruit, præcipuus Hoffeniani Regularum Codicis Protoparenz & primus Collector. Mortuus est anno 811. De eo vide plura in Praestatione generali. - - - - II. 66

- XXXVI. Antiqua Regula Monastica. Quam eruditissimus P. Martene ex M. S. Codice Colberino optimè notæ ante annos septingentas exarato eruit sine nomine Authoris, & nota temporis, quo primitus scripta fuit. Antiquitatem quidem sapit, num autem scripta fuerit post tempus S. Fructuosi (ut suplicari videtur P. Martene) vix credibile est, eam potuisse effugere diligentiam S. Benedicti Anianensis, cuius proposito (Reformationis nempe Monasteriorum) admodum opportuna fuisset, utpote scripta ad versus Monachos deficientes à primævo fervore, quibus reformati plurimum laboravit S. Benedic-

## Regula

Bus Anianensis; ideo eam hunc Sæculo annumeramus statim post hunc S. Abbatem.

Tomeus Pagina

II. 71

XXXVII. *Grimlaici Presbyteri Regula Solitariorum*

magnam partem ex Regula S. Benedicti desumpta. Hujus Regule Author longe post annum 816. floruit. Solitariorum nomine hic non intelliguntur Eremitæ vel Anchoreæ, sed *Inclusi*, & sponte incarcerati Monachi ex consenu Abbatis & Monachorum, imo & Episcopi (sub eiusu direccione erant) qui nempe ex diuturna Monasterii probatione (ut loquitur S. Benedictus) ad singularem non Eremi, sed angustæ Celle pugnam descenduerunt.

I. 291

XXXVIII. *Plures parvi Tractatus à celeberrimo Mabillio collecti, & inter vetera sua Analegia collocati, qui ad cognitionem Status monastici maxime conducunt. Quos itidem huic Sæculo appendimus, quia eorum Autores & tempus, quo scripti fuerint, nulquam indicatum invenimus. Supponimus circa haec tempora eos suisse exaratos.*

II. 78

XXXIX. *Regula Canoniconum Regularium ab anonymo quoipiam Interpolatore ex Corodogangi Norma, & Concilii Aquitigranensis Regulis per Amalarium, Ecclesie Metenisi Decanum (ut creditur) promulgatis, aliisque sacris Canonibus consarcinata, tanquam Compendium utriusque predicitæ Regule anno 816. conscriptæ, nimisque prolixæ, nec ab Ecclesia unquam approbatæ. Exente nihilominus VIII. & incunæ IX. Sæculo Canonici Bonis suis renontiantes cooperant appellari Regulares, vel ob observantiam Regula S. Chrodogangi, vel intuitu Regule Aquisgranensis. Hodie autem Canonici Regulares neutram harum Regularum pro vite sue asceticæ orma agooscunt, neque S. Benedictus Anianensis, qui tunc vivebat, & Regulas monasticas colligebat, eas sue Collectioni inferendas judicavit. Nos interim cum Cl. Labbe huic Sæculo annumeramus.*

II. 109

## SÆCULUM X.

Hoc Sæculo cum magno Ecclesiæ fructu & ornamento instituta fuit in Galliis Congregatio Cluniacensis, Ordinis S. Benedicti. Hujus Congregationis & Ordinis S. Benedicti Reformationis caput à Willermo Pio Comite Arvernensi & Aquitanorum Duce in fundo proprio in Burgundia sita, seu in Villa Cluniaco, Diœcesis Matisconensis fundata ac constructa est anno 910. B. Berno, primus Cluniacensis Monasterii Abbas, variis jam antea præter Abbatii seu Cellis, & inter eas etiam Cluniaco, cui præfuit XI. annis. Ei succedit S. Odo, qui Congregationem ad Statum perfectum perduxit adeo, ut longe latèque propagata mirifice ubique floruerit. Habuit præter sanctam Regulam Benedictinam, pricipuam & fundamentaliem ejus normam, etiam proprias Consuetudines, que in compedium redactæ à S. Petro Mauritio Ven. IX. ejus Abbatie. Habentur infra Sac. XII.

II. 126

XL. *Regulæ tres S. Augustino attribui solitæ.*

Quas omnes Viri docti & eruditæ agnoscunt esse suppositias, non vero genuinum scutum magni Augustini. Prime enim duæ, sub nominibus Confessoria Monachorum,

rum, & altera sequens *incerti Authoris*, habentur supra *Sacculo VI*. Tertia vero prolixior similiter S. huic Doctori abjudicatur, eti fortan ex ejus Operibus & piis Opusculis collecta, à variis varie exhiberi soleat. Ea, quam hic exhibemus, unacum duabus prædictis, est secundum Editionem Monacensem, quæ anno 1660. prodidit, quia secundum ordinem Capitulorum istius editionis olim per Angliam, & Scotiam observata fuit. Has tres Regulas moderni Canonici Regulares sibi non adoptarunt ante XI. Sæcum. IL 120

## SÆCULUM XI.

- XLI.** Constitutiones Ordinis *Camaldulenfis*, Autore *S. Romualdo* circa annum 1023. Oblit vero *S. Romualdus* anno 1027. etatis 70. non ut perpetram alii 120. Constitutiones (que nihil aliud sunt, quam declarationes ipsius sacræ Regule Benedictine secundum ordinem Capitulorum) adaptavit *S. Romualdus* præcipue Eremitis, Habitumque nigrum mutavit in album. II. 192
- XLII.** Constitutiones Ordinis Monachorum *Vallis umbrosæ*. Quem instituit *S. Joannes Gualbertus* nobilis Florentinus apud *Vallem - umbrosam*, unde Ordo do nomen traxit anno 1038. cuius confirmationem *S. Stephanus* videtur nunquam petisse; cum nil aliud flaret, nisi Regule jam dadum approbatæ observantiam. Mortuus autem est anno 1073. \* \* \* IV. 358
- XLIII.** Statuta Ordinis Grandi-montensis instituti à *S. Stephano Vice-Comite Tierne*, & approbati à *Gregorio VII.* anno 1073. \* \* \* II. 309
- XLIV.** Statuta Ordinis *Carthusiensis* juxta Mabilionium exorti anno 1084. Institutore *S. Bruno*. \* \* \* II. 310
- XLV.** Constitutiones *S. Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis & Primatis Angliae*, qui his Constitutionibus suis ad Henricum, Cantuariensis Ecclesie Priorem, collapsam bellorum tumultibus disciplinam Ecclesiasticam restauravit. Mortuus anno 1088. \* \* \* II. 349
- XLVI.** Statuta Ordinis *Cisterciensis*, à *S. Roberto Abate Molismensi* instituti anno 1098. \* \* \* II. 385
- XLVII.** Constitutiones *Hospitaliorum S. Antonii Abbatis* in Gallia. Cujus Author *Gaston* magnificum Hospitale in Diœcesi Viennensi prope Urbem Motam, Congregationem Hospitaliorum mere Laicorum, instituit, approbante Urbano II. anno 1097. Postmodum ab Innocentio III. confirmati, Privilegiisque donati ab Honorio III. facti sunt veri Religiosi Hospitalarii, tribus votis secundum Regulam *S. Augustini* emissis, retento Habitu priori Hospitaliorum *S. Antonii Abbatis*, anno 1218. V. 319

## S A C U L U M XII.

Regula

Tomes Pagina

**XLVIII.** Regula S. Petri de *Honeftis* pro Canonici Regularibus Ecclesie Portuensis. Scripta anno 1115. A Paschali II. approbata anno 1117. Obiit B. Petrus anno 1119. Has igitur Peruenes Constitutiones, tanquam perfectam Vita regularis Normam, primi Canonici Regg. moderni Instituti, post eorum approbationem Pontificiam suscipere coepérunt, earumque observantiam ubique commendarunt, etiam postquam S. Augustini Regulam communem suscepérant. Quod anno 1139. ex prescriptione Innocentii II. in Concil. Lateran. Generali factum est.

IL 138

**XLIX.** Statuta Candidi & Canonici Ordinis *Præmonstratensis*. Qui exordium fumperit anno 1119. (S. Norberto, postea Archiepiscopo Magdeburgensi, Autore, & Reformatore Ordinis Canonici) in loco divinitus ei antea *præmonstrato* ( unde Ordini nomen adhaesit ) erecto Monasterio, quod totius Ordinis caput est. Sequenti anno numerous Congregationem Clericorum. & Laicorum ad vota solemnia admisit, sexroque post anno nempe 1126. ab Honorio II. confirmationem obtinuit,

V. 163

**L.** Regula Militum *Templariorum*. Qui anno 1118. à novem Viris illustribus, quorum præcipui Hugo de *Paganis* & Gaufredus de S. Ademaro erant, instituti, & ab Honorio II. anno 1127. in Concilio Trecis habito confirmati fuerunt.

IL 429

**LI.** Regula Militum *Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani*, sive Institutum *Equitum de Malta*. Quod Templarios quidem præcessit; post eos vero primum ad instanciam Raymundi de *Puy*, secundi Ordinis Magistri, per Eugenium III. confirmatum est anno 1145. Eorum Regula à Bonifacio VIII. iterum fuit confirmata anno 1294. Et ab Honorio II. anno 1127. in Concilio Trecis habito confirmati fuerunt.

II. 441

**LII.** Statuta S. Petri *Mauritii* dicitur *venerabilis*, Abbatis IX. Cluniacensis Monasterii anno 1123 electi. Qui hæc Statuta ex antiquis consuetudinibus Cluniacensibus cum consensu Fratrum condidit. Ipsa autem celeberrima Cluniacensis Congregatio instituta fuit anno 910. De cuius fundatione vide supra *Seculo X.*

II. 176

**LIII.** B. *Ælredi*, Abbatis Rievallensis, Regula sive Institutio Inclusarum. His Sanctus, genere Scotos, in Aula piissimi Regis Davidis piissime tanquam In Monasterio cum ejusdem Regis filio educatus, tandem reliqua Aula factus Cisterciensis Monachus, solo virtutis nomine Abbas secundus Monasterii Rievallensis, Scoticus *Revesby*, creatus est. Hanc Regulam pro *ponte inclusi* Virginibus ( sicut piissimus Grimlaicus, de quo supra *Seculo IX.* pro sponcie Incarceratis Monachis ) Regulam monastica-  
cam conscripsit. Mortuus est anno 1166.

I. 418  
LIV.

Regula

Tomus Pagina

LIV. Regulæ Ordinis *Sempringensis*, sive *Gilbertinorum Canoniconum*, instituti à S. *Gilberto de Sempringham*, qd anno 1141. primum Monasterium pro sacris Virginibus in cellis separatis *inclusis* condidit, prescripta eis S. *Benedicti Regulæ*, Confirmationeque obtenta ab Eugenio III. Piliſſime in Domino mortuus est anno 1189. postquam sui novi Ordinis curam ( quam Patres Cistercienses acceperat renuerant ) Caonici Regularibus in Anglia runc florentibus commisit.

II. 466

LV. Constitutiones Ordinis *Vallis Caulium*, instituti à S. *Guidone* sub finem Seculi XII. nempe anno 1193. Hic Ordo originem duxit à Carthusiano *Luvigniacensi Connobio*, & Regularm S. Benedicti amplexus est, juxta quam professiones sunt.

III. 11

LVI. Regula *Trinitariorum*, sive *Fratrum Redemptoris Captivorum*, circa annum 1197. à S. *Joanne de Mathe & Felice de Valois* institutorum, qui codem anno ab Innocencio III. Papa novi Ordinis approbationem, postmodum verò ab eodem Pontifice Ordinois & Regulæ confirmationem obtiuerunt anno 1198.

III. 8

LVII. Antiquæ Consuetudines *Canoniconum Regularium* Monasterii S. *Jacobi de Monte forti* in Diocesi Maclovienii. Has debemus diligentia eruditissimi Patris *Edmundi Martene*, qui eas ex MS. eruit, exhibet Tome IV. *Thesauri sui novi Anecdotorum col.* 1215. Ex quibus apparet, quam arcta horum Canoniconum Regularium prima fuerit disciplina, adeo, ut à Cisterciensium prima vivendi ratione parum discrepaverit, quorum usus etiam his in coœfœtudinibus paſſim inferuntur: quas proin, cum Cistercienses dudum præcessisse ſupponant, nec verum tempus earum usq[ue] notatum inveniamus, huic Seculo XII. appendendas esse judicavimus.

II. 228

## SÆCULUM XIII.

LVIII. Regula Ordinis S. *Spiritus in Saxia*, instituti ab *Innocencio III.* Papa, & *Guidone Comite Montis Peffulani*, primo ejus Magistro generali coſtituto ab eodem Pontifice, qui illum novum Ordinem condit⁹ novis Statutis confirmavit anno 1204. Scopus hujus Ordinis est, in Hospitalibus servire infirmis Pauperibus & Peregrinis, & principie Infantes expotitas curare.

V. 497

LIX. Regulæ quatuor S. *Francisci Afflati*. *Prima* scripit circa annum 1207. ab Innocencio III. confirmata anno 1215. *Secunda* confirmavit Honorius III. anno 1223. *Tertia* pro S. *Clara*, ejusque Ordine scriptam confirmavit Ieronimus IV. *Quarta* pro *Tertiariis* utriusque sexus in suis dominibus obſervandam. Ipsam sacram Ordinem S. Francisci per Revelationem diuinam constit⁹ confirmavit Innocentius III.

III. 22

LX. Constitutiones Fratrum *Predicatorum*. Quorum Author S. *Dominicus* initio Seculi XIII. sui Ordinois, sub k

Regula

Regula S. Augustini, & Constitutionum Confirmationem obtinuit ab Honorio II. anno 1216. apud S. Sabinam 11. Kalend. Januarii.

**LXI. Constitutiones Fratrum facri & regalis Ordinis  
*B. V. Mariae de Mercede Redemptionis Capti-***

*vorum.* Qui revelante B. Virgine exorsus circa annum 1218. per SS. Petrum Nolafcum, Raymundum de Pennafort & Jacobum Arragonis Regem (à quo ipse Ordo appellatur *Regalis*) quem vivæ vocis oraculo Honorius III. approbavit, & postmodum Gregorius IX. per authenticam Bullam unacum Costitutionibus confirmavit anno 1235.

**LXII. Constitutiones Ordinis Monachorum *Sylve-*  
*strinorum*, Ordinis S. Benedicti, à S. Sylvester**  
Gozzolino denominationem sumentis, in Monte Fano iustiti-  
tuti anno 1231. & ab Iooocentio IV. approbati anno 1247.

**LXIII. Constitutiones Ordinis Fratrum *Eremitarum***

*S. Augustini.* Hic Ordo ex diversis Eremitis per He-  
triam & alias Italæ partes dispersis coaluit, quod fieri  
incepsit sub Iooocentio IV. ( ante cujus Pontificis tempora  
Eremitæ Angulatiniani in Ecclesia nunquam auditæ fuerunt)  
Hic eom̄ Pontifex Eremitis S. Joannis Boni (ab eo Bonitas  
dictis) anno 1254. pro norma vite Monastica Regulam  
S. Augustini præscripsit, quibus postmodum Alexander IV.  
relliquos Eremitas hinc lode per varias Italæ Provincias  
dispersos per Bullam *Magna unionis* dictam univit anno  
1256. sub eadem Regula, Habitū, & Morib⁹ viuturos. Ex  
quibus unus ex precipuis Mendicantum Ordinibus mirifice  
in Ecclesiæ agro longe lateque florens, multisq; privityl-  
egiis donatus, & ab Ordinarijuris jurisdictione ex-  
emptus, coiffatus est.

**LXIV. Regula *Carmelitarum*, ab Alberto, Episcopo Ver-  
cellensi, postea Patriarcha Hierosolymitanus scripta circa  
annum 1260. Quam postea Iooocentius III. Papa approba-  
vit, sacramq; Ordinem in Ecclesiam Occidentalem intro-  
duxit.**

**LXV. Constitutiones *Caelestinorum* Monachorum,  
Ordinis S. Benedicti. Quas S. Petrus de Murrone,  
Eremita Benedictinus (postea Caelestinus IV. Papa) in Ere-  
mo Montis Magellani eretto primo Monasterio cum Eccle-  
sia in honorem S. Spiritus anno 1264. instituit, & Grego-  
rius X. io Concilio Lugdunensi anno 1274. celebrato, so-  
lemniter confirmavit.**

**S A C U L U M XIV.**

**LXVI. Constitutiones Monachorum Benedictino-  
rum, Congregationis *Montis Oliveti*,  
à S. Bernardo Tolomeo & duobus Sociis Senenibus ins-  
tituta anno 1319. & à Joanne XXII. Papa confirmata anno  
1324.**

Regula

## LXVII. Regula S. Salvatoris, sive Constitutiones S Bir-

*gittæ Viduæ.* Fuit S. Birgitta Danicæ Regis filia, Ulpionis Neritiae in Suecia Principis vidua. Instituit religiosum Ordinem S. Salvatoris circa annum 1363. apud *Wästena* in Suecia, sub Regula S. Augustini, additis novis Sanctionibus, Christo (à quo per Revelationem multa didicit) dictante, cui primam Abbatissam præfecit suam filiam B. *Catherinam*. Veste & clamyde grisei coloris tam Viri quam Moniales illius Ordinis induuntur, cruce rubea clamydi intertexta, cum albo circulo in medio. Ipsa hunc habitum Monachalem nunquam sumpit, sed Ordinis sui confirmationem obtinuit ab Urbano VI. anno 1379. Obiit peregrinationibus, revelationibus & miraculis clara Romæ X. Kal. Augufti anno 1373. & anno 1419. à Martino V. in Sanctorum numerum relata est.

III. 103

## LXVIII. Regula Ordinis Monachorum S. Hieronymi

in Hispania. Quem *Petrus Fernandes* nobilis Casteljanus instituit anno 1370., & *Gregorius XI.* anno 1374. approbavit.

VI. 8

## LXIX. Constitutiones &amp; Regulæ Fratrum Eremi-

tarum Ordinis S. Hieronymi, Congregationis B. *Petri de Pisis*, ex illustrissima Familia de *Gambacurda*, qui anno 1380. hunc Ordinem instituit, sub Regula S. Augustini & Patrocinio S. Hieronymi, & in Monte bello primam Ordinis Ecclesiastici mitificatam sanctissimam Trinitatem dedicavit. Hunc Ordinem approbavit Martinus V. anno 1421. aliquique Pontifices variis privilegiis ornarunt. Pius V. anno 1568. vota simplicia, que emittebant, postea in solemnia commutavit.

VI. 22

## S A E C U L U M X V .

## LXX. Regula Monachorum S. Hieronymi à Lupo

*Oliveto* scripta, & à Papa Martino V. confirmata circa annum 1410.

III. 43

LXXI. Statuta Ordinis Fratrum *Militum de Aureo*

*Vellere*, instituti à *Philippo Burgundie* Duce, cognomento *bone*, anno 1419. & ab Eugenio IV. anno 1433. confirmati.

II. 450

LXXII. Regulæ Ordinis Fratrum *Minimorum S. Fran-*

*cijci de Paula*, instituti anno 1474. eodemque anno à Xysto IV. confirmati. Secundam Regulam mitigatam obiulit *Julio II.* confirmandam: Tertiam pro *Sanctimonili-* bus: Quartam denique pro *Tertiariis* utriusque sexus in dominibus commorantibus.

III. 35

## S A E C U L U M X VI .

## LXXIII. Constitutiones Congregationis Clericorum

Regularium *Theatinorum*, vulgo *Cajetanorum*.

Quæ prima est Clericorum Regularium, à *Fetro Caraffa* Episcopo Theatino (postea *Paulo IV.* Papa) & S. *Cajetano*

k. 2

This.

*Regula*

## Tomus Pagina

*Tiburnae emissæ ad manus Pontificias Clementis VII. Professio religiosa inchoata anno 1524. eodemque anno ab eodem Pontifice per solemmnam Bullam confirmata.*

V. 343

## LXXIV. Constitutiones Congregationis Clericorum

Regularium S. Pauli decollati. Qui vulgariter *Barnabitas* nominantur, à prima Ordinis Ecclesia S. Apostolo Barnabæ dedicata, cuius fundamentum anno 1116. Mediolani jecit Antonius Maria Zacharias, nobilis Cremonensis, cum duobus aliis nobilibus & piissimis Presbyteris Mediolanensis, post emissâ tria vota in manibus Archiepiscopi, Clemente VII, anno 1533: approbante & confirmatione.

V. 449

## LXXV. Constitutiones Clericorum Regularium S. Mar-

joli Papiæ, Congregationis Somaschæ. Hujus Congregationis Author fuit B. Hieronymus Emiliani, qui Venetiis anno 1528. erecto Xenodochio eam fundavit, à Paulo III. postmodum confirmatione anno 1540.

III. 197

## LXXVI. Regulæ Societatis Jesu. Cujus S. Ignatius, nobilis

Cantaber in Hispania natus, admirabilis pietatis odore florescens, prima fundamenta posuit. Hanc anno 1540. per solemmnam Bullam 27. Sept. datam confirmavit Somenus Pontifex Paulus III. sanctumque Ignatium constituit Propositum Generalem, scriptam ab ipso Regulam omnibus Sociis strictissime observandam prescipient, que sub nomine: *Libri Constitutionum Societatis Jesu*, primum Romanæ in Aëdibus Societatis anno 1558. impressa fuit, & ab illo tempore usque nunc in Congressibus generalibus Societatis, prout ère sua judicabant, aucta est. - . -

III. 221

## LXXVII. Ordo &amp; Regula Fratrum Hospitaliorum

S. Joannis de Deo, Lusitani. Qui fui Ordinis, erector Granata amplissimo primo Valetudinario, fundamenta jecit ante medium hujus Seculi, nempe anno 1538. Obiit anno 1550. genuflexus in osculo Domini, quem etiam mortuus tenuit in eadem corporis constitutione sex circiter horis, viventis inflar. Piissimus ejus successor & locutus Antonius Martin Ordinis confirmationem obtinuit à Pio V. anno 1572. Constitutiones vero totius Ordinis confirmavit Paulus V. Papa anno 1617. - . -

VI. 264

## LXXVIII. Instituta Congregationis Oratorii in Valli-

cella de Urbe, à S. Philippo Neri ampla edificata prope Vallicellam Ecclesia anno 1577. fundate, & eodem anno à Gregorio XIII. Papa confirmata. - . -

VI. 234

## LXXIX. Constitutiones Congregationis Clericorum

Regularium Minorum, à piissimo Joanne Augustino Adorno, Genuensi, anno 1588. emissis prius tribus votis, Neapoli institute, & à Sixto V. confirmata, cuius Alumnos iussit vocari Clericos Regulares Minores. -

V. 415

## LXXX. Regula &amp; Constitutiones Trinitariorum, sive

Fratrum Redemptionis Captivorum discalcedatorum, Congregationis Hispanæ. Quam reformato instituit P. Joannes Baptista d' Concepcion anno

1599.

1599. & eodem anno à Clemente VIII. Papa sine Reformationis confirmationem obtulit, que Reformatio incepit in Monasterio *Valdepegas*, Reformationis principe domo.

VI. 129

S A C U L U M XVII.

LXXXI. Congregatio Presbyterorum *Oratorii D.N. J. C. in Gallia*, Institutore D. *Petro Berulio* Cardinale. Qui aliquot piorum Sacerdotum consti-  
to Coetu anno 1611. sive Congregationis fundamenta posuit, à Papa Paulo V. anno 1613. confirmata.

VI. 529

LXXXII. Congregatio Clericorum Regularium *Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum*. Quam fuodavit B. *Josephus Calafantius* apud S. *Pantaleonem* Romae anno 1612. posteaque anno 1617. Paulus V. confirmavit. Anno 1621. Gregorius XV. iussit ut emissis votis religiosis inter Ordines religiosos numeraretur, con-  
cessis Privilegiis reliquorum Ordinum mendicantium. Bea-  
tum vero Istitutorem *Benedictus XIV.* beatorum Confes-  
orum numero adscriptis anno 1748.

VI. 439

LXXXIII. Congregatio & Regula *Piorum Operariorum*. Hæc Coogregatio propriis suis Constitutionibus regitur, fundata à piissimo Patre *Carolo Caraffa* Neapoli, quem confirmavit Gregorius XV. anno 1621.

VI. 514

LXXXIV. Constitutiones *Urbanae* Fratrum Ordinis *Minorum Conventualium S. Francisci*. Has ex Regola S. Francisci quodammodo mitigatas, & ab Honori-  
rio III. confirmatas, Fratres Conventuales condiderunt, carumque confirmationem per Bullam authenticam anno 1628. obtinuerunt ab Urbano VIII. à quo & *Urbana* dicitur; postquam ipse ficer Ordo unacum IV. Regulis ab ipso Se-  
raphico Patre scriptis Jam Seculo XIII. fuit approbatus & confirmatus, ut supra ista Seculo videre est.

III. 293

LXXXV. Institutum Clericorum Sæcularium *in com-  
mune viventium*, vulgo *Bartolomitarum*, à Ven. *Bartolomaeo Holtebauer* erectum circa medium  
hujus Seculi XVII. Innocentius XI. anno 1680. ex-  
aminatis eorum Institutis Breve Apostolicum concessit, quo  
idem Istitutum unacum Constitutionibus confirmavit; has  
postea auctas anno 1684. denno approbavit.

VI. 543

LXXXVI. Reformatio & Regulæ Monasterii *Trap-  
penis*, Ordinis Cisterciensis. Hoc Monasterium  
anno 1140. in *Salu Pertico* coedit *Rotrou Comes*,  
postmodum sub *Guilielmo*, quinto ejus Abbatie, in honorem  
B. Virginis dedicatum fuit. Demum Seculo XV. ab Anglis  
Galliam infestantibus direptum expulsi Monachis, qui in-  
ter seculares conversantes sæcularium quoque mores si-  
nato bello in Monasterium reversi intulerunt. Donec hoc  
Seculo Ven. Dom. P. *Armandus Joannes le Bouthillier de Rancé*, ejus primùm jure commendeatario, postea autho-  
ritate regia etiam regularis Abbas, Reformationem devora-  
tis maximis difficultatibus, resuscitato primævo Cistercien-  
sis Ordinis spiritu introduxit feliciter anno 1663. Et hodie-  
num sancta Monachorum conversatio totum ædificat Or-  
bem Christianum.

VI. 596

INDEX



INDEX  
ALPHABETICO - CHRONOLOGICUS,  
SEU  
REPERTORIUM  
SINGULARUM REGULARUM HUJUS OPERIS.

S. significat Seculum: T. Tomum: p. Paginam.

A.

- A*dorni ( Joannis Augostini ) Clericorum Regularium *Minorum* Institutotis Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 415.  
*B.* Alredi Abbatie Rievallensis Regula ad Virgines. S. XII. T. I. parte III. p. 418.  
*B.* Emilianii ( Hieronymi ) Clericorum Regularium Congregationis Somaachae S. Ma-  
joli Fundatoris Constitutiones. S. XVI. T. III. p. 197.  
*Alberti* Vercellensis Regula Carmelitarum. S. XIII. T. II. p. 18.  
*Anonymi* Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 137.  
*Anonymi* cuiusdam Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 220.  
ad Virgines. T. I. part. III. p. 393.  
*Anonymi* alterius antiqua Regula monastica à P. Martene exhibita in suo Thesauro Anecdotorum. S. IX. T. II. p. 11.  
*Anonymi* Sermones II. de decem Virginibus. S. VII. In Appendix Tomi I. p. 497.  
*Anonymorum* Patrum Regula II. ad Monachos. S. IV. T. I. part. L. p. 14. & 16.  
*S. Antonii* Abbatis Regula ad Monachos. S. IV. T. I. part. I. p. 1.  
*Antonianorum* Canonicon Regularium Hospitaliariorum in Gallia Constitutiones. S. IX. T. II. p. 109.  
*Armandi* ( Joannis Buttilieri Rancei ) Abbatie Trappensis Regula & Reformatio. S. XVII. T. VI. p. 596.  
*S. Atbanii Alexandrinii* Liber de Observationibus Monachorum. S. IV. In Append. Tomi I. p. 444. Ejusdem Exhortatio ad Sponsam Christi. Ibid. p. 447.  
*S. Augustini* ( Aureli Hippomenis Episcopi ) Regula Sanctorum. S. V. T. I. p. 347. Ejusdem Regulae suppedititiae. S. X. T. II. p. 120. Ejusdem Eremitarum Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 219.  
*Aurei Velleris* Militum Statuta. S. XV. T. II. p. 450.  
*S. Aurelianii* Arelatensis Episcopi Regola ad Monachos. S. VI. T. I. p. 147. Ejusdem alla ad Virgines. S. VI. T. I. p. 368.

B.

- B*arnabitarum Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 419.  
*Ven. Bartolomai* Holzhauser, Bartholomitarum Authoris Institutum. S. XVII. T. VI. p. 543.  
*S. Baillii* M. Episc. Cappad. Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 65. Ejusdem Admo-  
nitione ad Filium spiritualem. In Append. Tomi I. p. 455.  
*S. Benedicti* M. Abbatie Cassinenis Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 111. *Ania-*  
*nensis* Ordo Monasticus S. Benedicto M. Abb. Cassi perperam attributus. S. IX. T. II. p. 66. Ejusdem Epistola ad S. Remigium Rhemenlem. Ibid. p. 70. Ejusdem Sermo in S. Placidi morte. Ibid. Ejusdem Sermo habitus in discipulis S. Mauri & Sociorum. Ibid.

S. Bernardi

- S. Bernardi Ptolomaei, Montis Olivetanorum Beneficiorum Institutoris Constitutiones. S. XIV. T. V. p. 1.  
 B. Berulii (Petri) Oratorii D. N. J. C. In Gallia Institutoris Confuetudines. S. XVII. T. VI. p. 129.  
 S. Birgitta Vidue Constitutiones, five Regule S. Salvatoris. S. XIV. T. III. p. 100.  
 S. Brunonis Carthusianorum Institutoris Statuta. S. X. T. II. p. 310.

## C.

- S. Clesarii Arciatensis Regula ad Monachos. S. VI. T. I. p. 144. Ejusdem alia ad Virgines. S. VI. T. I. p. 352. Ejusdem Sermo. Ibid. p. 363. Epistola ad Oratoriam Abbatissam. Ibid. p. 365. Testamentum. Ibid. p. 367. Epistola II. ad Cesarium Abbatissam. In Append. T. I. p. 418. Epistola hortatoria ad Virginem DEO dedicatam. Ibid. p. 490.  
*Cajetanorum Clericorum Regularium Constitutiones.* S. XVII. T. V. p. 342.  
 B. Calafantii Josephi Clericorum Regularium piarum Scholatum Authoris Constitutiones. S. XVII. T. VI. p. 419.  
*Camaldulensis Congregationis Constitutiones.* S. XI. T. II. p. 192.  
*Canonicorum Regularium Regula.* S. IX. T. II. p. 109. *Alia eisdem ex S. Chrodogangi & Aquisgranensi ab Anonymo quopiam Interpolatore confarcinata.* S. IX. T. II. p. 71.  
*Habitus S. Antonii* in Gallia Constitutiones. S. XI. T. V. p. 119.  
*Gilbertinorum five Sempringensium Regulæ.* S. XII. T. II. p. 466.  
*De Monte Forti* antiquæ Confuetudines. S. XII. T. II. p. 128.  
 B. Petri de Honefis Canonicor. Reg. Ecclesia Portuensis Regula. S. XII. T. II. p. 138.  
*Pramonstratensium Statuta.* S. XII. T. V. p. 162.  
 Ord. S. Spiritus in Saxia Constitutiones. S. XIV. T. VI. p. 1.  
*Caraffa* Caroli pictorum Operariorum Institutoris Constitutiones. S. XVII. T. VI. p. 512.  
*Carmelitarum Regula.* S. XIII. T. III. p. 18.  
*Cartusienis Ordinis Statuta.* S. XI. T. II. p. 310.  
 S. Cossiani Abbatis Regula ad Monachos, five Institutiones Libris IV. comprehensa. S. V. T. II. p. 1.  
*Cassinensium Scriptum* ad Fratres ejusdem Ord. sc. S. Benedicti, in Alemanniam & Franciam, & de Rribus *Cassinensium & Cluniacensium.* S. IX. T. II. p. 81.  
*Caulium Vallis* Constitutiones. S. XII. T. III. p. 11.  
 S. Chrodogangi Metensis Regula. S. VIII. T. II. p. 93.  
*Cisterciensis Ord. Statuta.* S. XI. T. II. p. 385.  
 S. Clara Sanctimonialium Regula. S. XIII. T. III. p. 34.  
*Clericorum Regularium* S. Pauli decollati, vulgo *Barnabitarum* Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 442.  
*Secularium in commune viventium, vulgo Bartholomitarum* Constitutiones. S. XVII. T. VI. p. 543.  
*Regularium Cajetanorum seu Theatinorum* Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 342.  
*Regularium minorum* Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 415.  
*Oratori S. Marie* in Vallicella à S. Philippo Nero fundati Institutio. S. XVI. T. VI. p. 234.  
*Oratori D. N. J. C.* in Gallia S. XVII. T. V. p. 529.  
*Regularium S. Majoli Papie Congregationis Somacha*, Constitutiones. S. XVI. T. III. p. 197.  
*Cluniacensium Congregationis Statuta.* S. X. T. II. p. 176. De ejusdem Rribus Scriptum Fratrum de Monte Cassino ad Fratres ejusdem Ordinis sc. S. Benedicti, in Alemanniam & Franciam. S. IX. T. II. p. 81.  
*Calcestinorum Monachorum*, Ord. S. Benedicti, Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 476.  
 S. Columba Monachorum Scotorum Archimandritæ Regula ad Monachos. S. VI. T. I. p. 220.  
     Ejusdem alia ad Virgines. S. VI. T. I. p. 393.  
 S. Columbani Abbatis Regula Cenobialis ad Monachos. S. VI. T. I. p. 166.  
     Ejusdem Poenitentiale Ibid. p. 174.  
*Consenforis* Regula Monachorum. S. VI. T. I. p. 136.  
*Confuetudines antique Monasteriorum* Ord. S. Benedicti. S. IX. Tom. II. p. 80.  
*Conventualium S. Francisci Alifici* Constitutiones *Urbanae*. S. XIII. T. III. p. 293.  
*Culros*, Monasterii veteris in Scotia, Ordo Monasticus. S. V. T. II. p. 62.

## D.

S. *Dominici* Ord. Prædicatorum Authoris Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 1.  
*Domus* S. *Benedicti* ( *le Dome* ) Ordo Officii ante Pascha. S. IX. T. II. p. 78.  
*S. Donati Venetieni* Ep. Regula ad Virgines. S. VII. T. I. part. III. p. 375.

## E.

*B. Lredi* Abbatis Regula ad Virgines. S. XII. T. I. part. III. p. 418.  
*Equitum de Malba* Institutum. S. XII. T. II. p. 444.  
*Templariorum* Regula. S. XII. T. II. p. 429.  
*Eremitarum* S. *Augustini* Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 219.  
*S. Hieronymi*, Congregations B. *Petri de Pisit*, Constitutiones & Regule. S. XIV. T. VI. pag. 88.  
*Eugrii* Monachi Sententia ad Monachos. S. IV. In Append. T. I. p. 465. Ejusdem ad Virgines. Ibid. p. 468.  
*S. Eucherii* Exhortatio ad Monachos. S. V. In Append. T. I. p. 478. Sententia ad Monachos. Ibid. p. 480. Admonitio ad Virgines. Ibid. p. 481.  
*Eutropii* Abbatis Epistola ad Petrum Papam de Districione Monachorum & ruina Monasteriorum. S. VII. In Append. T. I. p. 495.

## F.

*F. Anfi* Abbatis Sermones IV. ad Monachos. S. V. In Append. T. I. p. 469.  
*Fernandes* Petri Monachorum *Hieronymianorum* in Hispania Institutoris Regula. S. XIV. T. VI. p. 1.  
*S. Ferreoli* Ucetiensis Ep. Regula ad Monachos. S. VI. T. I. p. 155.  
*Formula* IV. Oblationis puerorum. S. IX. T. II. p. 84.  
*S. Francisci Affiliatus* Regule IV. S. XIII. T. III. p. 22. & seq.  
*de Paula* Fratrum *minimorum* Institutoris Regule tres. S. XV. T. III. p. 35. &c.  
*Eratrum* B. V. *Maria de Mercede Redemptoris Captivorum* Constitutiones. S. XIII. T. III. p. 433.  
*de M. JESU Christi*: de *Penitentia* seu *Tertii* Ord. S. *Dominici* Regula. S. XV. T. IV. p. 140.  
*Misericordia* seu *Hospitaliariorum* S. *Joannis de DEO* Regula. S. XVI. T. VI. p. 264.  
*de Penitentia*, seu *Tertii* Ordinis S. *Francisci Affiliatus* Regula. S. XIII. T. III. p. 39.  
*Redemptionis Captivorum* seu *Trinitariorum* Regula. S. XII. T. III. p. 1.  
*Redemptionis Captivorum Discalceatorum* Congregationis *Hispania*, Regula & Constitutiones. S. XVI. T. VI. p. 129.  
*S. Fructuosi Bracarense* Archiep. Regula ad Monachos. S. VII. T. I. part. II. p. 198. Ejusdem Monastica communis. Ibid. p. 208. Ejusdem padum. Ibid. p. 218.

## G.

*Gaffonis* Hospitaliariorum *Antonianorum* seu *Canonicorum* Habitus S. Antonii in Gallia Constitutiones. S. XI. T. V. p. 119.  
*S. Gilberti* Regule Ord. Sempringensis. S. XII. T. II. p. 466.  
*Grandimontensis* Ord. Stacuta. S. XI. T. II. p. 303.  
*Grimdalci* Presbyteri Regula Solitariorum. S. IX. T. I. p. 291.  
*S. Gualberti* Joannis Monachorum *Vallis Umbrosa* Institutoris Constitutiones. S. XL T. IV. p. 358.  
*S. Guidonis* Ord. *Vallis Caudium* Institutoris Constitutiones. S. XII. T. III. p. 11.  
*Comitis Montis Pefulani, & Innocentii III. Papæ* Ord. S. *Spiritus in Saxia* Institutoris Regula. S. XIII. T. V. p. 495.

## H.

*Heronymianorum* Monachorum in Hispania à *Petro Fernandez* institutorum Regula. S. XIV. T. VI. p. 1.  
*Monachorum Regula* à *Lupo Oliveto* scripta. S. XV. T. III. p. 43.  
*Eremitarum* FF. B. *Petri de Pisit* Constitutiones. S. XV. T. VI. p. 88.  
*De Ho-*

- De *Honestis* B. Petri Canonicorum Regularium S. Augustini Regula. S. XII. T. II.  
pag. 138.  
*Hospitaliorum* Ord. S. Spiritus in Saxia Regula. S. XIII. T. V. p. 495.  
*Habitus* S. Antonii in Gallia Regula. S. IX. T. II. p. 11.  
*S. Joannis de DEO*, vulgo *Fratrum Mijericordia* Regula. S. XVI.  
T. VI. p. 264.  
*Militum* S. Joannis Hierosolymitani, sive *Equitum de Maltba* Regula.  
S. XII. T. II. p. 441.  
*Humberti* Liber de Instructione Officialium Ordinis FF. *Prædicatorum*. T. IV. p. 150.

## I.

- Jesuitarum* Regula. S. XVI. T. III. p. 121.  
*S. Ignatii Loyola* Epistola de Virtute Obedientie. T. III. p. 192.  
*Incerti* Authoris Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 137.  
*Incerti* alterius cuiusdam Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 220. Ejusdem  
ad Virgines. T. I. part. III. p. 393.  
*Incerti* Sermones II. de decem Virginibus. In Append. Tom. I. p. 497.  
*Incertorum* Patrum Regule due ad Monachos. S. IV. T. I. part. I. p. 14. & 16.  
*Innocentii III. Papæ*, & *Guidonis* Comitis Montis Pessulani Ord. S. *Spiritus in Saxia* Institutorum Regula. S. XIII. T. V. p. 495.  
*Interpolatoris* cuiusdam Anonymi Regula Canonicorum Regularium, ex Chrodon  
gangi & Aquisgranensis Concilii Regulis confarcinata. S. IX. T. II. p. 109.  
*Joannis Arelatensis* Epistola ad Virgines. T. I. part. II. p. 375.  
*S. Joannis de DEO* Hospitaliorum Ordo & Regula. S. XVI. T. VI. p. 264.  
*S. Maria* Abb. Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 6.  
*S. Isidori Hispanensis* Episc. Regula Monachorum. S. VII. T. I. part. II. p. 186.

## K.

- Kl.-ros* Monasterii veteris in *Scotia*, Ordo Monasticus. S. V. T. II. p. 62.

## L.

- S. Lanfranci* Cantuarense Episc. Constitutiones. S. X. T. II. p. 343.  
*La Trappe*, Monasterii in *Gallicâ*, Ordinis Cisterciensis, Constitutiones. S. XVII.  
T. VI. p. 596.  
*S. Leandri Hispanensis* Episc. Regula ad Virgines. S. VI. T. I. p. 405.  
*Littera* quinque ad inuidam suffragiorum Societatem cum Monachis Cluniacensibus &c. T. II. p. 89.  
*B. Lupi Oliveti* Hieronymianorum Regula ex. S. Hieronymi operibus defumpta.  
S. XV. T. II. p. 43.

## M.

- S. Macarii Alexandrini* Abb. Nitriensis Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 18.  
Eiusdem Epistola. Ibid. p. 21. Aliorum duorum hujus nominis Abbatum  
Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 9.  
*Magistri* Regula ad Monachos. S. VII. T. I. p. 224.  
*B. V. Maria de Mercede Redemptoris* Captivorum Constitutiones. S. XIII. T. III.  
p. 433.  
*de Matba* S. Joannis & S. Felicis Valeffii Regula FF. Trinitariorum. S. XII. T. III. p. 1.  
*Melitensum* Equitum Regula. S. XII. T. II. p. 441.  
*Militia JESU Christi de Panitentia* seu tertii Ordinis S. Dominici Regula.  
S. XV. T. IV. p. 140.  
*Militum de Aureo Vellere* Statuta. S. XV. T. II. p. 450.  
*Militum* Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, seu *Equitum de Maltba* Regula  
vid. supra *Melitensum* &c.  
*Militum Templariorum* Regula. S. XII. T. II. p. 429.  
*Minimorum* S. Francisci de Paula Regula. S. XV. T. III. p. 85. & seq.  
*Minorum* S. Francisci Affili. Regula. S. XIII. T. III. p. 21. & seq.  
*Montis fortis* Canonicorum Regularium antiquæ Confuetudines ex P. Martene  
Anecdotorum thesauro. S. XII. T. II. p. 128.  
*Montis Oliveti* Constitutiones. S. XIV. T. V. p. 1.

## N.

- Nerii* S. Philippi, Oratori Romani B. V. M. In Vallicella Institutoris Statuta. S. XVI. T. VI. p. 234.  
*Nolasci* S. Petri unacum Jacobo Aragonie Rege & S. Raymundo de Pennafort Ord. B. V. M. de Mercede Redempt. Capt. Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 433.  
*S. Norberti* Archiep. Prémonstratensium Institutoris Regula. S. XII. T. V. p. 162.  
*Nevetti* Catholici, Sententia de Humilitate & Obedientia, & de calcanda Superbia. In Appendice T. I. p. 490.

## O.

- Oblationis Puerorum* formulæ quatuor. S. IX. T. II. p. 84.  
*Olivetanorum* Monachorum Ord. S. Benedicti Constitutiones. S. XIV. T. V. p. 1.  
*Operariorum* piorum Constitutiones. S. XVII. T. VI. p. 512.  
*Oratorii* D. N. J. C. in Gallia, Institutore B. Petro Berullio, Notitia. S. XVII. T. VI. p. 529.  
*S. Maria in Vallicella* de Urbe, Fundatore S. Philippo Neri Institut. S. XVI. T. VI. p. 234.  
*Ordo Monasticus* S. Benedicti Anianensis, S. Benedicto M. olim perperam attributus. S. IX. T. II. p. 66.  
*Ordo Monasticus* apud Scotos Monachos in veteri Scottie Monasterio de Kil-ro, vulgo Cuibros olim observatus. S. V. T. II. p. 62.  
*Ordo Officii* in Domine S. Benedicti (*le Dome*) ante Pascha. S. IX. T. II. p. 78.  
*Ordo Regularis* apud eos, qui in Arce Regulari pollent. S. IX. T. II. p. 80.  
*Orientalis* Regula ad Monachos à Vigilio Diacono collecta. S. IV. T. I. p. 60.  
*S. Orifissi* Abbatis Tabennensis Doctrina de Institutione Monachorum. S. IV. T. I. p. 47.

## P. T. V

## P.

- S. Patricii* Abbatis Tabennensis Regula ad Monachos. S. IV. T. I. p. 22. Ejus Motu. Ibid. p. 37. Ejusdem Epistola & Verba mystica. Ibid. Regula alia, à priori omnino diversa, Notis & Scholiis Alardi Gazzi illustrata. S. IV. T. II. p. 38.  
*S. Papenutii* Abbatis Regula ad Monachos. S. IV. T. I. part. I. p. 9.  
*Patris* cuiusdam Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 220. Ad Virgines. T. I. part. III. p. 393.  
*Patris Anonymi* Sermones duo de decem Virginibus. S. VII. In Append. T. I. p. 497.  
*Patrum* Anonymorum Regule dux ad Monachos. S. IV. T. I. part. I. p. 14. & 16.  
*SS. Pauli & Stephani* Abb. Regula ad Monachos. S. VI. T. I. part. II. p. 138.  
*S. Paulini* Exhortatio ad Monachos de Penitentia. S. V. In Append. T. I. p. 494.  
*Petri Caraffæ* Epise. Theatini, & S. Cajetani Theatinorum Institutorum Constitutiones. S. XVI. T. V. p. 342.  
*de Honestis* Regula pro Canonice Regularibus Ecclesiæ Portuensis. S. XII. T. II. p. 138.  
*Ven. Mauriti* Abb. Statuta Congregationis Cluniacenfis. S. XII. T. II. p. 176.  
*de Fisi* Eremitarum Hietonymianorum Institutoris Constitutiones. S. XIV. T. VI. p. 88.  
*Philippi cognomene Boni* Burgundie Ducis Ord. Aurei Velleris Authoris Statuta. S. XV. T. II. p. 450.  
*Piorum Operariorum* Constitutiones. S. XVII. T. VI. p. 512.  
*Prædicatorum* Constitutiones. S. XIII. T. IV. p. 1.  
*Præmonstratensium* Ord. Statuta. S. XII. T. V. p. 163.  
*Prologus* in Librum Confucetiudinum *Hirsaugienfum*, Autore Willermo Abbe. S. IX. T. II. p. 82.  
*Puerorum Oblationis* formulæ quatuor. S. IX. T. II. p. 84.

## R.

- Ranci* Joannis Armandi de Buthilier Abb. Trappensis Regule & Reformatio. S. XVII. T. VI. p. 596.  
*Regula Confessoria* Monachorum. S. VI. T. I. p. 136.

Regula

- Regula incerti ad Monachos.* S. VI. T. I. p. 137.  
*Regula Magistri ad Monachos.* S. VII. T. I. p. 22.  
*Regula Monastica antiqua.* S. IX. T. II. p. 71.  
*Regula Orientalis ad Monachos ex PP. Orientallum Regulis à Vigilio Diacono collecta.* S. IV. T. I. p. 60.  
*Regula III. S. Augustino attribui solite.* S. X. T. II. p. 120.

## S.

- S. *Alvatoris Regula*, sive *Constitutiones S. Birgitta.* S. XIV. T. III. p. 100.  
*Scriptum Fratrum de monte Caffino ad Fratres ejusdem Ordinis, sc. S. Benedicti in Alemanniam & Franciam &c. de Rituibus Caffinensis & Glunisensis.* S. IX. T. II. p. 81.  
*Sempringensis Ordinis à S. Gilberto fundati Regula.* S. XII. T. II. p. 466.  
*Sententia de Regulis Devotarum unacum Decreto Concilii Hispanensis.* S. VI. T. I. part. III. p. 404.  
*S. Serapionis & trium aliorum Regula ad Monachos.* S. IV. T. I. p. 9.  
 Eorundem alia ad Monachos. S. IV. T. I. p. 16.  
*Societas JESU Regulae.* S. XVI. T. III. p. 121.  
*Somachae Congregationis Constitutiones.* S. XVI. T. III. p. 197.  
*S. Stephani Abbas Regula ad Monachos.* S. VI. T. I. part. II. p. 138.  
*S. Stephani Vice - Comitis Tiernae Grandimontensium Authoris Instituta.* S. XI. T. II. p. 303.  
*S. Sylvestri Gozzolini Monachorum Sylvestrinorum O. S. Benedicti Auctoris Regula.* S. XIII. T. IV. p. 412.

## T.

- Tarnatenis Monasterii Regula ad Monachos.* S. VI. T. I. part. II. p. 179.  
*Templariorum Militum Regula.* S. XII. T. II. p. 429.  
*Tertiariorum Ord. S. Dominici Regula.* S. XV. T. IV. p. 140.  
*Tertiariorum Ord. S. Francisci Affil. Regula.* S. XIII. T. III. p. 39.  
*Tertiariorum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Regula.* S. XV. T. III. p. 96.  
*Theatinorum Constitutiones.* S. XVII. T. V. p. 342.  
*Theodori Epistolæ & Verba mystica.* S. IV. T. I. part. I. p. 37.  
*Tractatus plures parvi à Mahillonio collecti.* S. IX. T. II. p. 78.  
*Trappensis Monasterij, Ord. Cisterciensis Constitutiones.* S. XVII. T. VI. p. 596.  
*Trinitariorum Regula.* S. XII. T. III. p. 1.  
*Trinitariorum discalceatorum, Congregationis Hispaniae, Regula & Constitutiones.* S. XVI. T. VI. p. 129.

## V.

- Vallis Caulium Constitutiones.* S. XII. T. III. p. 11.  
*Vallis Umbrae Constitutiones.* S. XI. T. IV. p. 358.  
*Vedeleris Aurei Militum Statuta.* S. XV. T. II. p. 450.  
*Vigilius Diaconi Regula Orientalis ad Monachos.* S. IV. T. I. p. 60.  
*Uræana Constitutiones Fratrum Ord. Minorum Conventualium S. Francisci Affil.* S. XVII. T. III. p. 193.

## W.

- Wilhelmi Abbatis Prologus in Librum Consuetudinum Hierosolymitum.* S. IX. Tom. II. pag. 82.

## Z.

- Zacharia Antonii Monachorum Barzabitarum Institutoris Constitutiones.* S. XVI. Tom. V. pag. 449.



# BULLARIUM MONASTICUM

Exhibens Bullas Pontificias in toto hoc Opere  
contentas, quibus varii Ordines & Congregationes, earum-  
que Regule & Statuta approbantur & confirmantur.

*A Sæculo XI. ad currens Sæculum XVIII.*

## Sæculo XI.

*Tomus Pagina*

- I. GREGORII VII. Diploma concessum S. Stephano Vice-Comiti Tierino, pro instituendo suo novo Ordine *Grandimontenſi*, quod incipit: *Quoniam religiosam vitam instituenteſ &c.* anno 1073. II. 303
- II. Ejusdem Epistola consolatoria ad Monachos *Vallis Umbroſa*, ſupra mortem fædissimi ſui Institutoris, cuius initium: *Licet ve-neranda memoriaſ &c.* anno 1073. IV. 363
- III. URBANI II. Bolla, qua *Vallis Umbroſana* Monachos cum omnibus fuis Monasteriis in Sedis Apostolice protectionem fuſcipit, variaque illis Privilegia concedit. Incipit: *Cum universis fædæ Ecclesiæ &c.* anno 1090. IV. 363
- IV. Ejusdem Epitola pro reditu S. Roberti Abbatis ex eremo ad *Molismenum*, que incipit: *Molismenum Fratrum &c.* II. 387

## Sæculo XII.

- V. PASCHALIS II. Epitola, in qua fuſcipit & conformat Conſtitutio-nes *Canonicon Portuenſium*, que incipit: *Hanc Inſtitu-tionis Canonica Regulam &c.* anno 1117. II. 175
- VI. HONORII II. Confirmatio Inſtituti Ordinis *Pramonifratenſis*. Incipi-  
t: *Apostolica disciplina &c.* anno 1136. V. 173
- VII. Elogia aliquot ſummorum Pontificum de Ordine *Pramonifra-tenſi*, ſcilicet:

  - 1. HADRIANI IV, quod incipit: *Attendentes itaque &c.* anno 1126. V. 173
  - 2. ALEXANDRI III, quod incipit: *Omnipotenti Deo &c.* - ibid. ibid.
  - 3. HONORII III, quod incipit: *Benefaciens Dominus &c.* - ibid. 174
  - 4. GREGORII IX, quod incipit: *Cum Religio veftra &c.* - ibid. ibid.
  - 5. INNOCENTII IV, quod incipit: *Utique adeo &c.* - ibid. ibid.
  - Ejusdem*, quod incipit: *Sane mundo celebris &c.* - ibid. ibid.
  - Ejusdem*, quod incipit: *Virtute conspicuus &c.* - ibid. ibid.
  - 6. URBANI IV, quod incipit: *Attendentes itaque &c.* - ibid. ibid.
  - 7. NICOLAI IV, quod incipit: *Quanto praelata &c.* - ibid. ibid.
  - 8. COELESTINI V, quod incipit: *Fraternitatem vestrarum &c.* - ibid. ibid.
  - 9. BONIFACII VIII, quod incipit: *In Ecclesia firmamento &c.* - ibid. ibid.

VIII, IN-

VIII. INNOCENTII III. Epistola CCCCLXXXI. five Bulla confirmatoria Regule Fratrum Trinitariorum, seu Redemptiois Captivorum S. Joannis de Matba, cuius initium: *Operante divisa dispositionis &c.*

III.

2

## Sæculo XIII.

IX. INNOCENTII III. Bulla confirmans erectionem Archi-Hospitalis Ordinis S. Spiritus de Saxia, ejusque unionem cum Hospitali Montis Pessulani. Incipit: *Inter opera pietatis &c. anno 1204.*

V. 496

X. Ejusdem Epistola CXII. concedens Indulgencias illis, qui meretrices ducerent in legitimas uxores. Incipit: *Universis Christi fidelibus &c.*

V. 499

XL. INNOCENTII IV. Privilegium generale Ordini Praemonstratensi concessum, videlicet super protectione Ordinis & confirmatione Statutorum & regularium Institutorum, & super pluribus aliis libertatibus. Incipit: *In eminenti Sedis &c. anno 1246.*

V. 167

XII. Ejusdem Bulla confirmans Congregationem Sylvesterinorum Monachorum sub Regula S. Benedicti viventium, cuius initium: *Religiosam vitam &c. anno 1247.*

IV. 413

XIII. INNOCENTII VII. Copia confirmans Regulas Fratrum & Sororum Ordinis de Penitentia B. Dominici, Fundatoris Ordinis Predicatorum, cuius initium: *Sedis Apostolica &c.*

IV. 143

XIV. COELESTINI V. Bulla confirmans Privilegia Monachorum Calestinorum Ord. S. Benedicti, cuius initium: *Etsi cunctos Ordines &c.*

IV. 49

XV. HONORI III. Bulla confirmatoria super Regulam secundam Fratrum Minorum S. Francisci. Incipit: *Solet annuere Sedes Apostolica &c.*

III. 295

XVI. BONIFACII VIII. Confirmatio super Regula Raymondi Puy, Magistri Equitum de Maltba. Incipit: *Culminis Apostolici &c. anno 1294.*

II. 445

XVII. Ejusdem Bulla confirmans Canonicit Regularibus S. Augustini Monasterium S. Antonii, illudque in Abbatiam erigens. Incipit: *In dispositione Ministeriorum Ecclesiae Dei &c. anno 1297.*

V. 120

## Sæculo XIV.

XVIII. JOANNIS XXII. Bulla confirmans Congregationem S. Mariae de Monte Oliveto. Incipit: *Cum a nobis &c. anno 1324.*

V. 5

XIX. URBANI VI. Bulla super confirmatione Regule S. Salvatoris, S. Brigitta concessa anno 1379. cuius initium: *His quae pro divini cultus augmento &c.*

III. 102

XX. EUGENII IV. Confirmatio Donationis & Hospitalis Monasterii S. Salvatoris de Sacra anno 1383. quod incipit: *Cum a nobis petitur &c.*

III. 120

- XXI. EUGENII IV.** Copia confirmans Regulas Fratrum & Sororum Ordinis de Penitentia B. Dominici, Fundatoris Ord. Predicorum. Incipit: *Provisionis nostra &c.* IV. 143

### Sæculo XV.

- XXII. MARTINI V.** Approbatio Regulæ Monachorum S. Hieronymi, à B. Lupo Oliveto scriptæ anno 1420. Incipit: *Etsi pro cunctorum Christi fidelium &c.* III. 43

- XXIII. XISTI IV.** Bulla mandans, ut omnes Commendatarii Ordinis S. Spiritus seculares, qui peius erant, in posterum sint religiosi. Incipit: *Statuentes ac etiam decurrentes &c. anno 1476.* V. 508

### Sæculo XVI.

- XXIV. JULII II.** Tenor Litterarum Apostolicarum, quibus Patribus Ord. Praemonstratensis datur potestas, vetera Statuta mutandi &c. Incipit: *Rationi congruit &c. anno 1503.* V. 179

- XXV. CLEMENTIS VII.** Bulla approbans Congregationem Clericorum Regularium Thentinorum; cum elargitione omnium gratiarum & privilegiorum Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensem. Incipit: *Exponi nobis super fecissis &c. anno 1524.* V. 343

- XXVI. Eiusdem** Bulla confirmans Ordinem Clericorum Regularium S. Pauli, ieu Barnabitarum. Incipit: *Vota per gressu &c. anno 1533.* V. 450

- XXVII. S. PI V.** Bulla concedens Privelegia & Indulgencias plenarias in forma Jubilei, Dominica IV. Quadragesimæ, Ordini S. Augustini Congreg. B. Petri de Pis. Incipit: *Hinc est quod nos &c. anno 1571.* VI. 91

- XXVIII. Eiusdem** Bulla confirmans Ordinem Fratrum Hospitaliorum S. Joannis à DEO. Incipit: *Exhibita siquidem &c. anno 1572.* VI. 271

- XXIX. GREGORII XIII.** Bulla excommunicans omnes Monachos Congregationis Montis Oliveti, qui ex favoribus Magnatum assequuntur dignitates quascunque in eadem Congregatione vacantes, atque ipsos Magnates cum Monachis eadem pena adstringens. Incipit: *Cum nihil ita alienum &c. anno 1579.* V. 7

- XXX. Eiusdem** Bulla approbans Congregationem Ovatorii S Mariae in Vallicella de Urbe, à S. Philippo Neri fundate. Incipit: *Dudum siquidem &c. anno 1579.* VI. 241

- XXXI. SIXTI V.** Bulla, qua constituit, singulis trienniis Abbatem generali eligendum Congregationis Montis Oliveti. Incipit: *Ex relatione &c. anno 1587.* V. 9

- XXXII. Eiusdem** Bulla approbans Congregationem Clericorum Regularium Minorum, cum aliquarum gratiarum concessione. Incipit: *Sacra Religionis &c. anno 1588.* V. 415

- XXXIII. CLEMENTIS VIII.** Bulla confirmans Reformationem Fratrum Trinitariorum Congregationis Hispanæ, Incipit: *Cum itaque &c. anno 1599.* VI. 131

## Sæculo XVII.

Tomus Pagina

XXXIV. CLEMENTIS VIII. Bulla confirmans & approbans Institutum & Constitutiones Clericorum Regularium Theatinorum. Incipit: <i>Etsi ex debito &amp;c. anno 1604.</i>	V.	347.
XXXV. PAULI V. Bulla approbans Ordinationes & Instituta Congregatio- nis S. Philippi Neri. Incipit: <i>Exponi nobis &amp;c. anno 1612.</i>	VI.	244.
XXXVI. Ejusdem Bulla prohibens, ne quævis Congregatio ordinationes sub denominatione B. Philippi Neri promulgare &c. possit. Incep- pit: <i>Cum dilecti filii &amp;c. anno 1613.</i>	VI.	253.
XXXVII. Ejusdem Bulla confirmatoria Congregationis Oratorii D.N.J.C. Incipit: <i>Sacrosancta Romana Ecclesia &amp;c. anno 1613.</i>	VI.	532.
XXXVIII. Ejusdem Breve approbans & confirmans Constitutiones Ordini- nis Fratrum Hospitaliorum S. Joannis de DEO. Incipit: <i>Ex- ponit nobis siquidem &amp;c. anno 1617.</i>	VI.	393.
XXXIX. GREGORII XV. Bulla, qua Scholas Piaras inter Ordines religiosos numerari præcepit &c. Incipit: <i>Cum itaque dilectus Jo- sephus &amp;c. anno 1621.</i>	VI.	446.
XL. Ejusdem Breve Apostolicum confirmans Constitutiones Congre- gationis Clericorum Regularium Scholarum Piarum &c. In- cipit: <i>Cum sicut dilecti Filii &amp;c.</i>	VI.	447.
XLI. Ejusdem Bulla confirmans Constitutiones Piarum Scholarum. Inci- pit: <i>Confuevit Sedes Apostol. &amp;c.</i>	VI.	457.
XLII. URBANI VIII. Bulla confirmatoria Constitutionum Clericorum Re- gularium S. Majoli Papia Congregationis Somasca. anno 1626. Incipit: <i>Sacrosanctum Apostolatum Officium &amp;c.</i>	III.	199.
XLIII. Ejusdem Bulla confirmans Constitutiones Monachorum Califino- rum, Ord. S. Benedicti. Incipit: <i>Sacrosanctum Apostolatum Officium &amp;c. anno 1626.</i>	IV.	495.
XLIV. Ejusdem Bulla confirmans Constitutiones Fratrum Minorum Con- ventualium, cuius initium: <i>Militantis Ecclesie Regimini &amp;c. anno 1628.</i>	III.	396.
XLV. Ejusdem Bulla continebat Regulam primitivam Fratrum Discal- centiorum Trinitariorum, sive Fratrum Redemptionis Captivo- rum. Incipit: <i>Salutaribus Apostoli &amp;c. anno 1631.</i>	VI.	140.
XLVI. Ejusdem Bulla approbans Constitutiones Piorum Operariorum. Incipit: <i>Militantis Ecclesie Regimini &amp;c. anno 1634.</i>	VI.	517.
XLVII. ALEXANDRI VII. Bulla confirmans Decreta pro regulari Instaura- tione in Religione Minorum Conventualium. Incipit: <i>Inscruta- bili divina Sapientia &amp;c. anno 1660.</i>	III.	425.
XLVIII. CLEMENTIS X. Bulla decisiva Præcedentia tenenda inter Patres conicípios Minorum Conventualium, Ordinis S. Francisci, in quinque species distinctos. Cuius initium est: <i>Ex injunctio nobis &amp;c. anno 1671.</i>	III.	429.
XLIX. Ejusdem Constitutio, qua approbantur & confirmantur aliquot Decreta Capitulorum generalium Clericorum Regularium Theatinorum, ex iporum Actis excerpta. Incipit: <i>In sublimi Sedis Apostolica specula &amp;c. anno 1675.</i>	V.	392.

- L. INNOCENTII XI. Bulla, qua Monachis *Sylvestrinis*, Ord. S. Benedicti, permittit, ut tempore vacature officii Abbatis generalis, Vicarius generalis id officium gerat usque ad Capitulum triennale. Incipit: *Cum sicut acceperimus &c.* - - IV. 419
- LL. Ejusdem Bulla confirmans statum presentem Monachorum *Sylvestri-norum*, anno 1683. Incipit: *Pastoralis offici &c.* - - IV. 416
- LII. Ejusdem Breve Apostolicum, quo Institutum Clericorum secularium in commune viventium, seu *Bartholomitarum*, una cum Constitutionibus confirmat, & postea auctas approbat anno 1684. Incipit: *Sacrosancti Apostolatus &c.* - - VI. 548
- LIII. Ejusdem Breve aliud Apostolicum, quo iisdem *Bartholomitis* jus ad Beneficia Ecclesiastica &c. declaratur, & titulus ordinationis pro Clericis secularibus in commune viventibus conceditur. anno 1685. Incipit: *Prospere felicique &c.* - - VI. 593
- LIV. Ejusdem Breve Apostolicum concessionis indulgentiarum pro Instituto Clericorum secularium in commune viventium. Incipit: *Cum nos Institutum &c. anno 1685.* - - VI. 594
- LV. ALEXANDRI VIII. Bulla confirmans Constitutiones Congregationis *Sylvestrinorum*. Incipit: *Pastoris aeterni vices &c.*, anno 1690. IV. 421
- LVI. Ejusdem Bulla confirmans Decreta Capituli generalis Ordinis *Misericordiae S. Francisci Conventualium*, anno 1690. Incipit: *in supremo militantis Ecclesia &c.* - - III. 431
- LVII. INNOCENTII XII. Bulla confirmans Constitutiones Ordinis *B. Mariae de Mercede*, anno 1691. Incipit: *Ex injunctio nobis &c.* III. 437

*Sæculo XVIII.*

- LVIII. CLEMENTIS XI. Bulla confirmans Constitutiones Congregationis *Vallis Umbrosa*. Incipit: *Injunctio nobis &c.*, anno 1704. - IV. 367
- LIX. Ejusdem Bulla, qua *Cistelli* & *Septimi* Monasteria, Reformationis *Trappensis*, in Ducatu Etrurie, in eorum Superiorum tempore & in perpetuum recognoscere renentur Abbatem *S. Bartholomaei de buon solato* prope Florentiam; eisdem modo & forma, quies in Gallia pro tempore existentem Abbatem generalem Cisterciis recognoscunt *Trappensis*. Incipit: *Exponi nobis super fecerunt &c.*, anno 1705. - - VI. 603
- LX. CLEMENTIS XII. Bulla confirmans Constitutiones Ordinis Monachorum *S. Hieronymi in Hispania*. Incipit: *Ecclesia Catholica &c.*, anno 1730. - - VI. 10
- LXI. Ejusdem Bulla continens Constitutiones bidentinas Fratrum *Trinitariorum*, sive Fratrum *Redemptionis Caputivorum Discalceatorum*. Incipit: *Inter religioforum Ordinum &c.*, anno 1738. - VI. 145



# CODICIS REGULARUM *PARS PRIMA,*

*In qua SS. Patrum ORIENTALIUM Regule  
ad Monachos*

S. ANTONII ABBATIS.

S. ISAIÆ ABBATIS.

SS. PATRUM SERAPIONIS, MACARII,  
PAPHNUTII, & alterius MACARII

SS. PATRUM aliaæ.

S. MACARII Abbatis Nitriensis.

S. PACHOMII Abbatis Tabennensis:

EJUSDEM & THEODORI EPISTOLÆ.

S. ORSIESII DOCTRINA MONASTICA,

INCERTI REGULA ORIENTALIS.

S. BASILII Episcopi Cæsariensis.

200  
100  
50  
25  
12.5  
6.25  
3.125  
1.5625  
0.78125

100% 50% 25% 12.5% 6.25%

100% 50% 25% 12.5% 6.25%  
100% 50% 25% 12.5% 6.25%  
100% 50% 25% 12.5% 6.25%

100% 50% 25% 12.5% 6.25%  
100% 50% 25% 12.5% 6.25%  
100% 50% 25% 12.5% 6.25%

100% 50% 25% 12.5% 6.25%  
100% 50% 25% 12.5% 6.25%



# S. ANTONII ABBATIS REGULA AD MONACHOS.

## DE S. ANTONIO ABBATE VETERUM QUÆDAM TESTIMONIA.

MARTYROL. Rom. a. d. XVII. Januarii.

In Thebgide S. ANTONII Abbatis, qui multorum Monachorum pater, vita & miraculis præclarissimus vixit: cuius gesta S. Athanasius insigni volumine prosecutus est.

S. HIERONYMUS de illustr. Script. cap. LXXXVIII.

ANTONIUS Monachus, cujus vitam Athanasius Alexandrina urbis Episcopus insigni volumine prosecutus est, nisi Egyptiacae ad diversa Monasteria Apostolice sensus sermonisque epistolas vir. quæ in Graecam linguam translate sunt; quarum precipua est ad Arsacitatas. Floruit Constantino & filio ejus regnantibus. Vixit anno CV.

S. ATHANASIUS in vita S. Antonii, cap. xv. Interperte Evagrio.

Quadam die cum sanctis ANTONIUS ad congregatis fratribus rogarentur, ut eis INSTITUTORIA largiretur PRÆCEPTA, cum prophetica fiducia exultans voces aejebat: Ad omnem quidem mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere, &c.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Ex adductis SS. Patrum testimoniis constat, S. ANTONIUM non scripsisse Regulam Monasticam propriè sic dictam: neque teste Calmeto Monachi Orientales sub S. Antonii nomine militantes Deo, vel Canonici S. Antonii in Gallia & Italia adduc florentes, obseruant hanc Regulam. Primi enim sequuntur precipue Regulam S. Basili, qua in ejus Aëceticis comprehenditur: secundi tanquam Canonici Occidentales tenent Regulam S. Augustini. Existimamus ergo banc Regulam S. ANTONIO recentiorrem: & forsan ex septem epistolis ad diversa monasteria Egyptiacas scriptis desumpta est: qua tamen hanc S. ANTONIO indigna videtur, cum Stylis sententiosis, cincisis & nervosis scriptis sit: sed Eremitis potius quam Canonicis consona. Hoc etiam nostram conjecturam magis auget, quod in bus Regula primo exemplari sollemmodo articuli XXXV. inventi fuerint, in alio autem XIII. ita ut tota Regula confet XLVIH. articulis, quorum nonnullos, praesertim tredecim ultimos, ex Iсаia Abbatis Regule desumptos animadvertissem, prout sibi loqui dicemus. De reliquo, author bus Regula dicitur fuisse celebris ille S. ANTONIUS primus Eremita, qui anno 270, in solitudinem fecerit, & anno 356. pauperram animam Deo reddidit.

## REGULÆ AC PRÆCEPTA

S. P. N. ANTONII ad filios suos Monachos,

*Petentes hoc ipsum ab eo in Monasterio Nacalon.*

IN PACE DOMINI.

**D**ICAM Canones five Regulas, prout loquetur Dominus per os meum, illis qui sese tradere volunt sub gravi hoc jugo, felicet Monachatu. Opteret ergo ut audiant hæc præcepta: qui solverit aliquid ex eis, vult uacari in regno Celorum.

*Meth. 5.* 19. I. Ante omnia ora fine intermissione, & gratias, Deo age pro omnibus, que tibi eveniant.

II. Cum autem surrexeris mane singulis diebus, inquire de ægrotis, qui apud te sunt, & jejunia usque ad Nonam singulis diebus, excepto Sabbato & Dominico die; adveniente vero Nona ne adreas celiana cujusquam fratrum. Et cum federis ad comedendum, ora prius, tum comedere. Ora & lege perpetuo.

III. Ne loquaris cum juvene, neque cum puer; & ne converteris omnino cum illo: nec ligabis illum Monachum, nec assunes in filium, antequam induat habitum, ne reconciliet hostem diabolum; neque cubes super eadem storea cum minore te.

IV. Serva etiam horas orationum, nec pratermissas ullam earum; ne rationem pro illa reddas.

V. Ne obstringes agrotum ad manducandum; nec retrahas ab illo cibum; ne concubres animam illius afflictam.

VI. Si venerit ad te aliquis frater post temporis intervallum, latare de illo: gratias enim aget Deo & tibi. Seculari nullo modo commiscearis: nec ostentes teipsum, sicut Phariseus ille, qui ad ostentationem omnia sua agebat.

VII. Nec approprie finas ad te mulierem, nec permittas ingredi domicilium tuum; ira enim graditur post illum. Neque revertaris invilere consanguineos tuos carnales, nec faciem tuam illis vindictam prebeas, nec adreas illos.

VIII. Ne reserves tibi plus quam iodes; nec elargiaris plus quam potes: sed eroga eleemosynam infirmis Monasterii.

IX. Perolvare orationem tuam noctu priusquam adreas Ecclesiam.

X. Ne comedas cum aliquo, qui impendat pro te.

XI. Si scandalum ortum fuerit de juvenile aliquo, qui haecenus habitum non induerit; ne induat illum: & ejice cum à Monasterio; nec loquaris cum puer penitus, ne fiat tibi offendiculum.

XII. Si cogerit te necessitas adire civitatem, ne contendas illuc folus.

XIII. Ne feras terram tributis subiectam, nec societatem & contractum ineras cum magnatibus.

XIV. Ne coenmoreris in loco, ubi viuimus exprimitur: nec comedas carnem omnino.

XV. Ne frangas jejunium feria quarta & sexta, nisi ob gravem morbum.

XVI. Ne murmures in opere manuum tuarum: nec impropere alicui ulla de causa.

XVII. Si adieris aliquem fratrem, ne diu moreris in domicilio ejus.

XVIII. Ne loquaris in Ecclesia; nec rideas in exedris Monasterii.

XIX. Non jurato penitus vel veritatem vel dubium.

XX. Ne petas Ecclesiam, ad quam congregantur homines. Eroga elemosynam, quantum potes. Ne sepelias mortuum in Ecclesia.

XXI. Ne facias convivia; nec ad symposium vocatus accedas.

XXII. Addisce quotidie disciplinam à senioribus; nec ullum aggreditatis opus, nisi consulto Patre Monasterii.

XXIII. Cum. abls ad hauriendam aquam, interim dum iter conficis, legge quantum potes.

XXIV. Si erogaveris elemosynam, ne ostentes illum. Si adfueris aliquo in loco, ubi erogatur elemosyna, comedere, & gratias age Deo.

XXV. Contristare noctu diuque pro peccato tuo. Esto devinctus in cuculla tua, & in tunica tua noctu atque die. Accende lampadem tuam oleo oculorum tuorum, ne empe lacrymis. Si peccatum actus edideris, ne glorieris. Ne dimittas quemquam, qui querit Christum. Ne propales cogitationes tuas cunctis hominibus, sed solùm iis, qui possunt salvare animam tuam.

XXVI. Si abiectis ad messem, nemoraris, sed citò revertere ad Monasterium.

XXVII. Ne induas vestimenta, quibus extollaris. Ne ostentes vocem tuam, nisi in oratione præcepta. Ora in domo tua, antequam venias ad Ecclesiam.

XXVIII. Mortifica temetipsum quotidie.

XXIX.

XXIX. Ne improperes cuiquam causâ dolorum & afflictionum , quas patitur.

XXX. Ne glorieris , neque rideas omnino . Da operam , ut lugeras ob peccatum tuum , sicut luget is , penes quem aliquis mortuus est . Fac quantum potes , ut glorificetur Patertus , qui est in celis .

XXXI. Corrige filium tuum nec parcas : damnatio enim illius à te exigitur .

XXXII. Ne comedas ad satietatem , ne dormias , nisi parum & moderatè ; & veniat ad te Angeli .

XXXIII. Cùm oraveris , & memor fueris Dei , fac tibi indumenta tua fint aile , & evolabis super mare igneum .

XXXIV. Visita agrotos & infirmos , & imple mensuras seu vasorum eorum aqua .

XXXV. Ne pugnes lingua . Ita te presta , ut benedicant te omnes . Et Dominus Iesus Christus opem nobis afferrat ad operandum secundum ipsius beneficium : cui gloria cum Patre suo , & Spiritu suo sancto in seculum . Amen .

*Quæ sequuntur, habentur in alio Exemplari.*

XXXVI. Coge teipsum in opere manuum tuarum , & timor Domini inhabitat in te .

XXXVII. Si confexeris fratrem aliquem perpetratrem peccatum non ad mortem , ne contempnas & despicias , neque condennas illum : incides quippe in manum inimicorum tuorum .

XXXVIII. Cave tibi , ne sedecatur intellectus tuus , memorando peccata tua priora ; ne renoverentur in te .

XXXIX. Dilige humilitatem , que proteget te à peccato . Ne sis pertinax ad statuendum verbum tuum , ne occupet te malum . Ne reputes te sapientem , & gloriaberis , & incides manum inimicorum tuorum . Affuecat lingua tua dicere : Ignosce mihi ; & consequeris humilitatem .

XL. Cùm federis in cella tua , sollicitus esto de tribus hisce rebus perpetuo : nimisimum , de operem manuum tuarum , de meditatione tuorum psalmorum , & de oratione tua .

XLI. Cogita apud teipsum & dicio : utique non manebo in hoc mundo nisi presenti hac die , & non peccabis Deo .

XLII. Ne sis helluo ciborum ; ne resuscitentur in te priora peccata .

XLIII. Ne tñdeat te laboris , & superveniet tibi citò requies . Sicut parietinæ ruinarum extra civitatem fiunt locus statoris omnibus , ita anima pigri , qui crepit Monachatum , sicut manus passionibus & factoriorum .

XLIV. Coge teipsum , ut ores perpetuo cum lacrymis , ut fortè misereatur tui Deus , & exuat te veteri homine .

XLV. Persevera in hisce rebus quas dicam : scilicet , in labore , paupertate , peregrinatione , afflictionibus & quiete , & afferent tibi humilitatem ; humilitas vero dimittet omnia peccata . Humilitas autem est , ut homo reputet seipsum peccatorem , & quod nihil boni perpetret coram Deo ; & adhæreat quieti , & non affimet seipsum quidquam ; & non sit pertinax ad statuendum verbum suum : ut abscedat concupiscentiam suam , & demittat vultum , ponatque fibi mortem ante oculos , & servet semetipsum à mendacio , & non loquatur verba otiosa ; nec respondet Superiori ; & opprobrium sustinet , & odio habeat desidian , & instet laboribus & micerotibus .

XLVI. Curate igitur fratres mei hæc . servare præcepta , ne vita vestra sit sine fructu . Et sollicitus esto semper ad singula verba , quæ audis , ut dicas : Ignosce mihi : quia humilitas fugat omnia negotia inimici . Ne reputes teipsum quidquam propter opera tua .

XLVII. Sit tristis vultus tuus , nisi adventur tibi exterii fratres ; tunc gaude cum illis , ut inhabitet in te timor Domini . Si iter feceris cum fratribus , fcede ab illis parumper , ut sis in silentio , & dum incidis per viam , ne te conversas sinistrorum & dextrorum ; sed meditare psalmos tuos , & ora in mente tua ad Deum , quoconque in loco ingredieris ; nec perfidenter agas cum incolis illius .

LXVIII. In omnibus rebus tuis esto modestus , & ad ea quæ opponentur tibi , extende manum tuam lente . Si vero fueris juvenis , ne extendas manus tuas primus ad cibos : nec ingeras quidquam ciborum in os alterius . Et si cubaveris in aliquo loco , ne tegas te uno eodemque stragulo simul cum alio : & ora multum , antequam cubes . Et Dominus noster Iesus Christus opem nobis praefitet ad operandum secundum ipsius beneficium . Amen .

*Explicit Regula S. Antonii Abatis.*



# ISAIÆ ABBATIS

## REGULA AD MONACHOS.

### DE ISAIA VETERUM TESTIMONIA.

RUFFINUS In Vitis Patrum lib. i. cap. x. & PALLADIUS lib. viii. cap. lv.  
Abbas Syrus aliquando, & ISAIAS, & Paulus occurrerunt sibi invicem ad ri-  
pam fluminis; erant autem viri isti justi, summa abstinentia & totius religionis. Hi  
pergebant visitare quendam nomine Anup, &c.

IBIDEM lib. v. de verbis Seniorum.

Interrogavit eundem sermonem Abbas ISAIAS, dicit Abbas Pastor, sicut capsa  
plena vestibus, &c.

R. BELLARMINUS S.R.E. CARD. de Script. Ecc.  
ESAIAS Abbas, qui quo tempore vixerit, invenire non potui, scriptis bonis  
xxviii. valde utilis, praeferim Monachis ad perfectionem tendentibus.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Hac Regula edita est sub nomine ISAIÆ Abbatis, continetque sexaginta olio parva  
capita, qua potius dicenda sunt tota axiomata seu precepta moralia Eremitis congrua,  
atque Canobitis, qui aquo & pari jure vivere debent, accommodata. De hac Re-  
gula pari modo discurrendum est, ac de S. Antonii Regula; ut ibidem dictum est. Nam  
desumpta esse videtur ex Sermonibus ad Monachos ab ISAIÀ Abbatē habitis, qui Reli-  
giofis ad virtutis apicem aspirantibus valde utiles, effat & preceptis moralibus ubi-  
que repleti sunt, & quidem istud, qua in hac Regula continentur. Erat autem  
ISAIAS Abbas coetaneus S. Antonii, Abboti Pastori, Abboti Ammoni, & Abboti  
Anupio: & quoniam eius annus obitus ignoratur; tamen Christi fidem inter cruci-  
atus gloriosi confessus est. Plurima bujus sanctissimi Abbatis axiomata moralia in Vi-  
tis Patrum reperiuntur, atque viginti olio ejusdem Sermones supradicti editi sunt in  
tertio Tomo Bibliotheca Patrum Margarini de Abigne pag. 385.

### PRÆCEPTA SEU CONSILIA ABBATIS ISAIÆ

#### POSITA TYRONIBUS IN MONACHATU.

Ejus orationes nos custodiant, Amen.

**F**RATER dilectissime, si jam reliquum  
mundum hunc vanum, & Deo te-  
ipsum dedisti, penitentiam age  
de peccatis tuis, & ferva propositum,  
quod amplexus es; & ne auscultes cogita-  
tionibus tuis, cum animum tuum affligent,  
& dicent: Nequaquam peccata tua priora  
tibi condonata sunt; & ferva haec præcep-  
ta.

I. Cave, ne comedas cum muliere,  
aut fraternitatem in eas cum puerō, aut  
dormias cum adolescentē super eadem sto-  
rea. Cum exiūs vestem tuam, ne aspi-  
rias corpus tuum.

II. Si ad potum vini coactus fueris,  
ne bibas plus quam tres scyphos medio-  
res; cave, ne solvas præceptum prep-  
ter amicitiam.

III. Ne periolvas horarias preces ne-  
gligenter, ne incidas in manus inimicorum  
tuorum: Da operam, quantum potes  
meditationi psalmorum; quia hoc ferva-  
bit te ab immunda vita.

IV. Dilige laborem & afflictionem,  
ut leventur passiones tue. Ne reputes  
te ipsum quidquam in ulla re, & vacabis  
genitibus pro peccatis tuis.

V. Custodi te ipsum à mendacio; quia  
expelliāt à timorem Domini. Ne aperias  
omnibus tua benefacta, ne rapiat illa ini-  
micus tuus.

VI. Aperi morbos tuos patribus tuis,  
ut experiaris opem per ipsorum consilium.

VII. Coge te ipsum ad opus manuatu-  
rum, & habitabit in te timor Domini.

VIII.

VIII. Ne judices fratrem tuum, cùm peccat, nec despicias illum; incides enim in manus inimicorum tuorum.

IX. Ne sis contentiosus ad statuendum verbum tuum, ne inhabitent in te mala.

X. Dilige humilitatem, & non acquiscas tuo consilio. Assuestat lingua tua dicere: Ignosce mihi, & superveniet tibi humilitas.

XI. Cùm federis in cella tua, de tribus sollicitis esto, nempe de affiditate in oratione, meditatione psalmorum, & opere manuum tuarum.

XII. Cogita apud te, atque non sum superflus in hoc mundo, nisi hac die, & eriperis à peccato.

XIII. Ne sis helluo, nerenoventur in te priora peccata tua. Ne pīgeat te labōris; & da operam meditationi psalmorum, & adveniet tibi requies à Deo.

XIV. Coge te ipsum ad fletum in orationibus, & Deus misericordia tui, & exueret te homine veterem.

XV. Scito, quod labor, & patiportas, & peregrinatio, & afflictio, & silentium afferunt humilitatem; humilitas autem peccata omnia condonat. Humilitas autem est, ut homo reputet seipsum peccatorem, & injustum, & ne statuat verbum suum, & abscondat suam concupiscentiam, & defigat oculos ad terram, & sustineat injuriam, & laborem, & odio habeat honorem, & requiem, & dicat in omnibus: Ignosce mihi; beneficio autem humilitatis fugantur hostes.

XVI. Perpetrā tristis esto; si vero venerint ad te fratres, exhilareris cum illis, ut inhabitet in te timor Dei.

XVII. Si iter feceris cum fratribus, secede ab illis, ut filiere possis; nec te convertas hinc & illuc, sed meditare psalmos tuos, & ora ad Deum in mente tua. Et quemcumque locum ingressus fueris, ne præfidenter agas cum habitatoribus ejus. Serva modestiam, & verecundiam in omnibus, & ad ea, quae apponuntur coram te, manu non nisi invitus extendas.

XVIII. Ne cubes cum alio sub eodem stragulo. Ora multum ante cubitum, quamvis defatigatus sis ab itinere.

XIX. Ne permittas, ut quisquam ungat oleo corpus tuum, nisi propter gravem morbum.

XX. Cùm federis ad mensam cum fratribus, ne comedas cum delectatione, & extende manum tuam tantum ad ea, quae sunt ante te. Et complicata sint genua tua, nec eleves visum tuum ad alium. Nec bibas aquam avidè, nec cum sonitu.

XXI. Si extraneandi te usserit necessitas, cùm federis inter fratres, surge, & longius proice ab illis. Ne pandiculeris inter homines, & si acciderit tibi paniculatio, ne hies ore tuo, & deferet te.

XXII. Ne aperias os tuum ad risum, hoc enim indicat tibi decime timorem Dei.

XXIII. Ne concupiscas rem alienam. Si feceris librum, ne exornes illum, hoc quippe affectum tuum ostendit.

XXIV. Si peccaveris in aliquo, non pudeat te confiteri illud, neque excuses te mendacio, sed geona flecke, & confiteri delictum tuum, & pete veniam, & condonabitur tibi.

XXV. Si quis menitus fuerit apud te, ne irascaris, sed dico: Ignosce mihi, non revertar.

XXVI. Non pudeat te querere à tuo Magistro.

XXVII. Si quis pulsaverit januam celiae tuz, dum sedens incumbis operi tuo, desere opus tuum, & cura ejus requiem.

XXVIII. Ne loquaris cum quoquam, nec attendas verbis cuiusquam fine utilitate.

XXIX. Si misericordia te Magister tuus ad iter faciendum, postula ab illo quomodo te regas, & fac juxta mandatum ejus. Ne transferas verba. Si custodieris oculos tuos, & aures tuas, minimè peccabis lingua tua.

XXX. Si habitaveris cum aliquo fratre, esto cum illo ut peregrinus, nec praecipias illi quidquam, nec te superiorem illi facias, nec praefidenter agas cum illo: & si præceperebit tibi aliquid quod nolles, absconde voluntatem tuam, & ne contristes illum, ne abscondatur pax à vobis; & scias quod obediens est major.

XXXI. Si habitaveris cum fratre aliquo, & dicet tibi: coquito, Dic: quid vis? & si electionem tibi reliquerit, coquito, quod tibi veneris ad manus cum timore Dei.

XXXII. Cùm è somno surrexeris, ora antequam illum opus attingas, & meditare prius verba Dei; tunc aggredere impligré opus.

XXXIII. Hilariter occurre extero, & saluta illum: ne discessus vester ab invicem fit cum detrimento: & cave ne statim atque advenerit ad te, interrogas illum inutilia tibi, sed postula ab illo ut ore, & cùm federit, dic illi: Quomodo vales frater mihi? & exhibe illi librum aliquem legendum. Si vero est defatigatus ab itinere, permitte illi quiescere, & lava pedes ejus. Si autem loquetus verba inania, dic eicum caritate: Parce mihi frater mihi, quia infirmus sum, & non valeo audire haec. Si autem dissipata fuerint ejus vestimenta, confuse illa. Si vero infirmus est, & ejus vestimenta sunt foecida, lava illa. At si vagus est, & fuerint apud te sancti, ne permittas ingredi ad illos, sed fac ei misericordiam, & dimittit illum. Si est autem panper, ne tristem illum dimittas, sed da ei, quod concederis tibi Deus.

XXXIV.

## REGULA

XXXIV. Si quis frater deposuerit apud te aliquid , ne perscruteris depositum , nisi ipso praesente.

XXXV. Si quis reliquerit te in cella sua , & egressus fuerit , ne eleves visum ad peripiciendum quid in ea sit , sed dic ei dum egreditur ; Da mihi opus aliquod , cui operam navem , donec revertaris ; & quidquid tibi praeceperit diligenter perfice.

XXXVI. Ne ores cum pigritia & indiligenter ; hac enim ratione pro eo quod Deo placeas , ad iracundiam eum provocabis ; sed ita cum timore & tremore , & ne innatris muro , nec remittas pedes tuos , ut uno stes , & alium extendas. Obfite cogitationibus tuis , nec permittas , ut sollicitas sint de rebus carnalibus , ut sit accepta Deo oratio tua.

XXXVII. Si autem adfueris missis , custodi cogitationes tuas , & fensus tuos , & stes coram Deo altissimo cum timore ; ut dignus sis , qui sumas corpus Christi & sanguinem ejus , & sanas passiones tuas.

XXXVIII. Dum juvenis es , ne induas vestem bonam , donec pervenias ad senectutem.

XXXIX. Si iter feceris cum majore te , ne precedas illum. Si assurrexerit major te ad alloquendum alias , ne parui ducas illum , & maneas sedens ; sed ita cum illo , doceat tibi , ut resideas , praecipiat.

XL. Cum urbem aut oppidum ingrefius fueris , ad terram dimitte visum tuum , ne visa abs te sine tibi certaminis causa in cella tua.

XLI. Ne dormias in loco , in quo corde peccare times. Ne comedas cum muliere nec aspicias illam , neque etiam vestimenta ejus , si potes.

XLII. Si iter feceris cum fene , ne permettas , ut ille portet quidquam. Si autem fueritis juvenes , unusquisque portet partem aliquam. Si vero fuerit modicum , portet illum unusquisque per horam , & precedat , qui portat , & praecat infirmus , ut si laetus federit ad capiendam requiem , fedeat cum illo.

XLIII. Si quem senem interrogaveris de cogitationibus tuis , aperi illas liberum ut se habent ei , quem tua arcana servaturum confidis : nec rationem habeas illius , qui profecta etatis est , sed qui doctrina , opere , & spirituali experimento pollet , ne referas damnum , si augementas passiones tuas.

XLIV. Adnitere ut multum ores noctu , ut illuminetur intellectus tuus. Penitita peccata tua , & deprecare Deum pro illis , & ipse parcer tibi.

XLV. Si quis fratrem suum te presente judicare apponat , quamvis judicatus ex eorum sit numero , qui te judicant , dico illi cum humilitate : parce mihi fra-

ter mi , quia peccator & infirmus sum , & obnoxius illis quae dicis , quare illa audiire non possum.

XLVI. Praefor fratres tuos in omnibus , & si quis amicus prefisterit tibi honores , dico : Propter vos hos mihi praeficit honores ; neque gustes quidquam absque sociis.

XLVII. Mintuo aliquid a te postulanti , ne deneges.

XLVIII. Ne frequentius corde verses memoriam eorum , quos preceptor Dei caritatem deferuisti ; sed mortis & damnationis memento , & quod nullus illorum eo tempore tibi opem ferre poterit.

XLIX. Si dum federis in cella tua , memineris , quod aliquis tibi male fecerit , surge statim , & ora pro illo in corde tuo , ut parcas illi Deo ; ita enim passio quam ejus causa patieris , evanescit.

L. Si corpus Christi sumere velis , cave , ne cordi tuo ira aut odium insit contra contemptum : & si quem adversus te iratum noveris , pete ab illo prius veniam , quemadmodum praecepit Dominus noster. Matt. 5.

LI. Si oppugnatus fueris noctu a libidine , cave ne cogitatione repetas species illas interdiu , ne delectatione coquinetur cor tuum : sed prosterne te coram Deo , & ipse miserebitur tui ; novit quippe infirmitatem hominum.

LII. Si operam dederis nimbo jejuniu , & continuo orationi , ne fidas , quod haec te salvabunt ; sed confide , quod Deus miserebitur afflictioni corporis tui , & infirmitati tue opitulabitur.

LIII. Si morbo correptus fueris , ne tadeat te , & deficiat spiritus tuus ; sed gratias age Deo , quod de tuo euangelamento sit sollicitus.

LIV. Dum habitas in cella tua , constitue cibo tuo praechnittam mensuram , & statutum tempus , & ne præterea illud : & da corpori tuo quantum indiget , ut valeat orare , & colere Deum. Si vero oblatus tibi fuerit extra celiam tuam delicatus cibus , ne ad satietatem ex illo sumas , ut citò reverti vales ad cellam tuam.

LV. Si severint in te diaboli laborem , quem forte non vales , ne acceptes ab eis ; quotidiani occupant cor hominis quibusdam rebus , quas superare non valet , ut tardio illum afficiant , & deludant. Omnia fane eorum negotia sunt sine mensura , ac sine ordine.

LVI. Comede femei in die , sed non ad satietatem. Praebe corpori tuo quantum indiget , juxta exigentiam naturae.

LVII. Medium noctem ad invigilandum orationi decerne , alteram vero medietatem requieci corporis tui. Antequam autem cubitum eas , vigila per duas horas in oratione & laudibus , tum corpori tuo da requiem. Si pigretus corpus tuum , dum

dum ad orationem surgendum est, dici-  
to illi : Visne requiem capere hoc tem-  
pore, deinde abire ad longum supplicium?  
Nonne praefat, ut parum hic labores,  
cum requiescas illic cum sanctis in aeternum?  
Tunc enim statim recedit a te  
pigritia, & adueniet tibi divinum auxilium.

LVIII. Cum Monachatus institutum  
amplexus fueris, manumitte servum  
tuum; qui, si Monachatum sequi velit,  
ne permettas, ut habeat tecum.

LIX. Si abieris ad vendendum opus  
manuum tuarum, ne dixeris de pre-  
dio, ut seculares. Idem quoque praefas-  
tis, si quid emas. Inopiam rerum Deo  
te propinquum facere leias.

LX. Si depofuerit apud te frater  
quispiam vas, illoque indigeris, ne  
tangas illud, nisi ipso confulso.

LXI. Si quis frater rogarerit, ut  
illi aliquid emas, dum peregrinaris, fa-  
cito; si autem fratres fuerint tecum,  
sit in praesentia eorum.

LXII. Si quid tibi mutuo datum fue-  
rit, restitue illud, cum eo fucris usus;  
nec detineas illud, donec abs te repeta-  
tur: & si quid illius fractum, refarcito.  
Si quid mutuo alicui dedisti, ne repetas  
illud, si noviris illum non posse refi-  
tuere, praesertim si illo tibi opus non  
fuerit.

LXIII. Si egressus jam a cella tua,  
postea repetis illam, & inuenies aliquem  
fratrem jam ibi habitare, quare tibi  
alius: & cave, ne illum inde expellas,  
ne contra te irascatur Deus. At si  
ipse sponte illam relinquere voluerit,  
jam justificatus es; si autem acceperit  
aliquid ex ejus supellecstile, ne requiras  
Id ab illo.

LXIV. Si volueris egredi ab aliqua  
cella, cave, ne asportes aliquid ex ejus  
supellecstile, sed relinque illam alicui  
fratri pauperi, & Deus largietur tibi  
quocumque abiens.

LXV. De nulla re ita latentur dia-  
boli, sicuti latentur de eo, qui cogita-  
tiones suas spiritualem suum Magistrum  
celat. Ne putas te Patribus similem  
evasurum, nisi imitatus fueris eorum la-  
bores.

LXVI. Serva te ipsum a divitiis,  
carumque amore; quoniam corruptunt  
fructum Monachi.

LXVII. Si pugnas adverfus tentatio-  
nem aliquam, quae te opprefcit, ne de-  
fillas, sed prosterne te coram Deo,  
& dic: Adjuva me Domine, quoniam  
ego infirmus non valeo sustinere hanc  
pugnam: & ille oportulabitur tibi, si  
ex recto corde procerlerit deprecatio tua.  
Si certaveris, & viceris, ne glorieris, neque  
confidas; sed tibi cave, quoniam hostis difi-  
ciliorem priore pugnam in te machina-  
bitur.

LXVIII. Si deprecaris Deum, ne  
dicas: Domine remove hoc a me, &  
concede mihi hoc, sed dicio: Domine  
Deus meus tu sis quid mihi magis  
conducas, quocirca adiuva me, & ne  
permittas, ut peccem tibi, & percam  
in peccatis meis, quia sum peccator in-  
firmus, nec tradas me inimicis meis,  
quoniam confugi ad te: libera me Do-  
mine, quia tu es fortitudo mea, & spes  
mea: & tibi est potentia, & gloria, &  
beneficencia, & gratiarum actio in aeternum.  
Amen.

*Explicit Regula Iosai Abbatis.*

## SS. PATRUM SERAPIONIS, MACARII, PAPHNUTII, & alterius MACARII Regula ad Monachos.

### DE S. SERAPIONE, CÆTERISQUE hujus Regulæ auctori- bus Veterum testimonia.

PALLADIUS hist. Lausi. Cap. vii.

Cum toto anno in monte Nitria habitassem apud beatos & sanctos Patres, ma-  
num Arsitium, & Putapassum, & Hagiensem, & Cronium, & SERAPIO-  
NEM, & multis antiquorum Patrum spiritualibus narrationibus ab ipsiis essef simu-  
latus, veni in intimam solitudinem.

## IDEM Cap. CXVII.

*Ingressa est, ( Melania ) in montem Nitriae, sanctos Patres conveniens beatum Pambo, & Christi famulum Arfitionem, & magnum SERAPIONEM, sanctum quoque PAPHNUTIUM & venerabilem Isidorum.*

RUFFINUS hist. Eccles. Lib. XI. Cap. IV.

*Per idem tempus Patres Monachorum vita & antiquitatis merito, MACARIUS, & Isidorus, alias MACARIUS, atque Heracleus, & Pandus, Antonii discipuli per Aegyptum, & maximè in Nitria deserti partibus babentur viri, qui confortiorum vita & aedium non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis babere credebantur.*

## IBIDEM Cap. VIII.

*Floreat igitur Aegyptus ea tempestate non solum eruditis in Christiana Philosophia viris, verum etiam his qui per usum erenum commonentes, signa & proligia Apostolica simplicitate vita & cordis sinceritate faciebant. Ex quibus inter omnes quos ipsi vidi, & quorum benedicti manibus meruimus, hi sunt; MACARIUS de superiori eremo, alias MACARIUS de inferiori, Isidora in Sciti, Pandus in cellulis, &c.*

PALLADIUS hist. Lauf. Cap. xc.

*Cum quodam die convenisset (cum Cronio, & Jacobo clando) etiam PAPHNUTIUS cognomen Cephalus, qui dono cogitationis sacra Scriptura veteris novique testamenti pollebat, totam illam interpretabatur, cum Scripturam non legisset: ei autem erat modestus, ut virtutem propheticanam celaret.*

## IDEM Cap. XX.

*Narravit nobis & DEI servus PAPHNUTIUS, praelati bujus sancti ( Macarii ) discipulus, quod cum quodam die federet in aula sanctus MACARIUS &c.*

S. BENEDICTUS Anianus Abbas hanc ipsam & sequentes duas Regulas aliquoties in Concordia Regularum laudat, easque indiscriminatum communis appellatione REGULAS PATRUM vocat.

SMARAGDUS quoque Abbas multa ex iisdem ad Regulam S. Benedicti assert, & antiquos Monachorum Patres earundem autores citat.

## Observatio critica in Regulam sequentem.

Hac quidem Regula quatuor illis sanctis Abbatibus suprannominatis inscribitur, cum tamen ad ejusdem calcem bac verba legantur: Explicit Regula Patrum Abbatum XXXVIII. Quia quidem verba, prout in impresso sic & in manuscriptis reperiuntur, omnino denotant, hanc Regulam compositam fuisse in congregacione plurium Abbatum, qui in unum congregati ardenterque precibus Deum rogabant, ut Spiritum suum mitteret ad illos instruendos, quoditer Monachorum conversationem rite dirigerent, atque sanctam Vita monastica Regulam ordinare & statuere possent; prout ex ipsis Regula praeferatione instruimur. Cum vero inter omnes presentes majori sanctitatis sancti floruerint pronominati Abbat, sic & eorum quatuor paucissimi sanctis acquireretur & reliqui; quod exinde composta sit bac Regula, complectens vera praecepta moralia ad recipiendos novos Monachos necessaria, & iam receptis instruendis adaptata; prefertim circa jejunandi modum & laborem manuum, nec non circa prestantam debitam superioribus obedientiam, atque exhibendum agrotis necessarium auxilium. Et quidem prima tria praecepta composuit S. SERAPION, quatuor sequentia Abbas MACARIUS, alia quatuor sunt Abbatis PAPHNUTII, & ultima quatuor Abbas MACARIUS Secundus.



INCIPI-

**INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ MONACHORUM VEL  
Deum timentium pro discipulorum eruditione.**

**ID EST, SERAPIONIS, MACARII, PAPHNUTII, ET ALTERIUS  
MACARII, ET ALIORUM XXXIV.**

1. *Præfatio.*
2. *Serapion dixit, de prima conjunctio-*  
*ne Cenobitarum.*
3. *Idem ipse, de unanimitate, & jucun-*  
*ditate fratrum.*
4. *Qui supra, de Abate, & quomodo*  
*ei obediunt Monachi.*
5. *Macarius dixit, qualiter spirituale*  
*exercitium ab his, qui profunt, patri-*  
*bus teneatur.*
6. *Idem ipse, ut in oratione adstantibus*  
*nullus sine præcepto patris psalmum*  
*imponat.*
7. *Idem ipse, quomodo examinentur, qui*  
*ex seculo convertuntur.*
8. *Idem ipse, qualiter peregrini hospites*  
*suscipientur.*
9. *Paphnutius dixit, qualiter jejuniorum*  
*ordo teneatur.*
10. *Item ipse, qualiter debent fratres*  
*operari.*
11. *Item qui supra, qualiter infirmitas*  
*vel possibilis corporum ab eo, qui*  
*præst, patre consideretur.*
12. *Item ipse, qualiter officia se fratres*  
*præveniant.*
13. *Alius Macarius dixit, qualiter inter*  
*se Monasteria pacem firmam obti-*  
*neant.*
14. *Idemque, qualiter Clerici hospites*  
*suscipienti sunt in Monasterio.*
15. *Qualiter culpa singulorum emenden-*  
*tur.*
16. *Ut sine personarum acceptione aqua-*  
*liter judicetur.*

Expletunt Capitula.

**INCIPIIT REGULA SANCTORUM SERA-  
PIONIS, MACARII, PAPHNUTII, ET ALTERIUS  
MACARII.**

**CAPUT I. PRÆFATIO.**

**S**EDENTIBUS nobis in unum consilio  
sabellissimo, cum prece Dominum  
noscum rogavimus, ut nobis distri-  
bueret Spiritum sanctum, qui nos in-  
strueret, qualiter fratrum conversionem,  
vel Regulam vitæ ordinare possumus.

**CAP. II. De prima conjunctione Cenobi-**  
tarum. Serapion dixit.

**M**ULIERES misericordia Domini plena est  
terra, & multorum agmina ad vitæ  
fastigium tendunt; & quia eremi vasti-  
tas, & diverorum monstrarum terror  
singillatim habitare fratres non permittit,  
optimum videtur Spiritus sancti præcep-  
tis obediens. Nec nostra propria verba per-  
funt firma perseverare, nisi firmitas scrip-  
turæ, è centro primo secundo psal-  
mo, nostrum ordinem firmet, quo dicit: *Ete quam bonum & quam iucundum, habuisse  
fratres in una. Et iterum: Qui habuisse  
facit unanimes in domo;* firmam jam nunc  
Regulam pietatis per Spiritus Sancti  
ostensionem fratribus ordinare prosequa-  
mur.

*Cod. Reg. Tom. I.*

**CAP. III. Idem ipse, de unanimitate &  
jucunditate fratrum.**

VOLVIMUS ergo fratres unanimes in do-  
mo cum jucunditate habitare: sed  
qualiter unanimitas ipsa vel jucunditas  
recte ordine teneatur, Deo adjuvante  
mandamus.

**CAP. IV. Qui supra, de Abate, & quo-  
modo ei obediunt Monachi.**

VOLVIMUS ergo unum præesse seniores  
super omnes fratres, nec ab ejus  
consilio vel imperio quenquam sinistrum  
declinare, sed sicut imperio Domini cum  
omni letitia obediens; dicente Apostolo  
ad Hebreos: *Obedite præfatis vestris,* Hebr. 13.  
*qui ipsi vigilant pro vobis.* Et Dominus Matth. 9.  
dixit: *Nolo sacrificium, sed obediensiam.*  
Considerandum est quoque ab his, qui  
se tali opere unanimes esse cupiunt, quia  
per oedientiam Abraham placuit Deo,  
& amictus Dei appellans est. Per obediens-  
tiam ipsi Apostoli meruerunt telles Do-  
mino in tribibus & populis esse. Ipse  
quoque

*Jesu, s.* quoque Dominus noster de supernis ad inferiora descendens ait : *Non veni facere voluntatem meam, sed eum qui me misit.* His ergo tantis virtutibus firmata obedientia magnopere magnisque studio tenetur.

*Cap. v. Macerius dixit, qualiter spirituale exercitium ab his, qui profunt, Patribus teneatur.*

*Q*UONIAM fratrum insignia virtutum, habitationes quoque, vel obedientia superioris conscripta sunt, nunc qualiter spirituale exercitium ab his, qui profunt, Patribus teneatur Deo juvante ostendamus. Debetis, qui praefest Patres, tales vos exhibere, ut Apostolus ait : *Estante forma credentibus*: hoc est, ut per qualitatem mysticae pietatis & ferventiae fratrum animos ad coelestia de terrenis erigatis, dicente Apostolo : *Argu, obsecra, increpa, cum omni patientia & doctrina.* Et alio loco inquit : *Quid valitis, in virge venient ad vos, an in spiritu manuueritis?* Decernendum est ab illo, qui praefest, qualiter circa singulos debeat pietatis affectum monstrare; & qualiter tenere debeat disciplinam, non immemor Domini dicentis : *In qua mensura mea mensuris, remetetur vobis.*

*Cap. vi. Idem ipse, ut in oratione ad flandibus nullus sine precepto Abbatis psalmum impunat.*

*A*D STANTIBUS ergo ad orationem nullus profumat sine precepto, qui praefest, Patris psalmi laudem emittere. Ordo iste teneatur, ut nullus priorem in Monasterio ad flandum, vel psallendum ordine profumat procedere, dicente Salomone : *Fili primatum concupiscere noli j neque accubueris prior in convivio; ne venias melior te, & diu si tibi, surge, & confusione patieris in die illa.* Et iterum dicitur : *Noli alium sapere, sed simus.* Quod si tardus es, qui praefest, oportet primum in notitiam ejus deferre, & secundum ejus imperium obedire convenit, fratres.

*Cap. vii. Idem ipse, quomodo examinatur, qui ex seculo convertuntur.*

*Q*UALITER verò examinatio erga eos, qui de seculo convertuntur teneri debeat, ostendamus vobis. Amputanda fuit primò ab hujuscemodi divitiae seculi. Et si quis pauper converti videatur, habet & ipse divitias, quas amputare debeat, quas Spiritus sanctus offendit per Salomonem dicens : *Odis anima mea pauperum superbium, & divitiem menda-*

*cem.* Et alio loco dicit ? *Sicut vulnera- psal. 53. tam superbium.* Debet ergo is, qui praefest pater, magno studio hanc Regulam tenere; ut si pauper convertitur, primò exponat sarcinam superbie: & sic examinatus suscipiat. Debet ante omnia humiliter imbuī, ut quod magnum & Deo acceptum sacrificium est, suam voluntatem non faciat unusquisque vestrum, fratres; sed ad omne opus bonum parati esto. Quidquid acciderit, aut iustum quid fuerit, memores esse debetis : *In tribulatione patientes;* in operibus honesti. *Nolite vos invicem ad ira-* Rom. 12. *candam provocare, sed semper bona felicita-* Eph. 6. *ti.* Ii, qui tales sunt, cum de seculi hujus illecebris liberari voluerint, appropriantes Monasterio, hebdomada pro fortibus jacent: nulli cum eis de fratribus jungantur, & semper dura & laboriosa eis proponantur. Si verò perseveraverint pulsantes, eis non negetur ingressus; sed is, qui praefest, Pater hujusmodi homines introire permittat, & qualiter vitam fratrum, vel Regulam tenere possint, ostendat. Quod si dives est, & habens multas divitias in seculo, & converti voluerit, debet primò Dei voluntate implere, & consequi praeceptum illud pricipuum, quod adolescenti diviti dicitur : *Vende Mare. 16. omnia bona tua, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & sequere me.* Deinde instruendus est ab eo, qui praefest Patri, ut nihil sibi relinquat, nisi crucem Christi, quam tenet, & sequatur Dominum. Crucis verò fastigia, qua tenenda sunt, primò omni obedientia non suam voluntatem facere, sed alterius. Quod si voluerit Monasterio partem conferre, noverit quo ordine sive ipse, sive ejus oblatio suscipiat. Et si voluerit de servis suis secum in Monasterio conducere, noverit jam non cum servum habere, sed fratrem; ut in omnibus perfectus inventur homo ille.

*Cap. viii. Idemque, qualiter peregrini hospites suscipiantur.*

*V*ENIENTIBUS ies nullus nisi unus, cui cura circa hospitale fuerit injuncta, occurrat, & responsum det venientibus. Otare, vel pacem offrire non licet ulli, nisi primo videatur ab eo, qui praefest Patri; & oratione simul peracta, sequatur ordine suo pacis officium reddere. Nec licet alicui fratri cum superveniente fermocinari; non sit ulli cura interrogandi, unde venerit, ad quid venerit, vel quando ambulaturus sit, nisi soli qui praefest Patri, aut quibus ipse iussit. Venientibus verò fratribus ad horam refectionis, non licet peregrino fratri cum fratribus manducare, nisi cum

*Ad. 3.* eum eo, qui praefest Patre, ut possit edificari. Nulli licet cum eo loqui, nec alicuius audiatur sermo, nisi divinus, qui ex pagina proferatur, & ejus, qui praefest Patris, vel quibus ipse iussit loqui, ut aliquid de Deo conveniat.

**CAP. IX.** *Qualiter jejuniorum ordo tenetur. Papenbutius dixit.*

**M**AGNA & utilia ad animæ salutem dicta sunt, fratres: nec hoc tacendum est, qualiter jejuniorum ordo tenetAd. 3.ur. Nec aliud huic firmat testimonium convenit, dulcissimi fratres nisi illud, quod dicit: *Petrus autem & Joannes ascenderant in templum circa horam orationis nonam.* Debet ergo iste ordo teneri, fratres, ut nullo die nisi hora nona reficiantur fratres in Monasterio, excepta Dominica die & quinquagesima Pentecostes. Die autem Dominica nulli aliud agant, nisi Deo vident, ne pro aliqua occasione se vellint, aut alios excusare. Tamen confessio, fratres, quod nulla operatio in die illa sancta comperiat, nisi tantum hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

**CAP. X.** *Idem ipse, qualiter fratres debent operari.*

**I**TEMQAd. 2.UEM pricipimus. Debet ergo fratres illum ordinem tenere. A prima hora usque ad horam tertiam Deo vident, fratres, à tertia vero usque ad nonam, quidquid injunctum fuerit à Patre, sine aliqua murmuratione faciant; Minime debent hi, quibus injungitur, dicendum Apostoli: *Omnia, que facitis, sine murmuratione facite.* Timere debent illud dictum terribile: *Nolite murmurare, sed cum quidam eorum murmuraverint, & ab exterminatore perierint.* Debet etiam, qui praefest Patre, opus quod faciendum est uni injungere, ut ceteri ejus precepito, cui injunctum fuerit, fratres obedient sine querela.

**CAP. XI.** *Qualiter infirmitas vel possibilis corporula ab eo, qui praefest, Patre cognoscenda sit.*

**S**I quis ex fratribus pro jejunio, vel operibus manuum suarum, quæ Apostolus præcepit: *Operantes manus vestras, ne quiesceatis gravaremus.* Si is, qui talis est, fuerit infirmitate obfessus, providendum est ab eo, qui praefest, qualiter ipsa infirmitas sustentetur. Quod si infirmus est animo hujusmodi frater, oportet eum frequentius operari, considerando Apostolum, qualiter corpus suum servituti redigit. Hoc autem ob-

ficiandum est, ut in nullo voluntatem suam faciat ille.

**CAP. XII.** *Qualiter officiis mutuis se fratres præveniant.*

**S**i congregatio multa est, debet is, qui praefest Pater disponere hebdomadarios, & ordinem officii, quo sibi vicem succedant ad ministrandum: & decernere debet ille, quomodo debeat esse, qui cellarium fratrū contineat. Debet talis tantummodo eligi, qui possit in omnibus gale suis suggestionibus dominari, & Evangelico ordine fratribus suis viatum gubernare: qui timeat Iude sententiam, qui ab initio fuit. Studere debet, qui huic officio deputatur, ut audiat: *Quia qui bene ministeraverit, bonum gradum acquirit;* & animæ suis huic Tim. 5. crum facit. Nosse debent etiam fratres, quia quidquid in Monasterio tractatur, sive in vasis, sive in fermentis, vel extera omnia, esse sanctificata. Si quis de fratribus aliquid negligenter tractaverit, partem se habere noverit cum illo Rege, qui in vasis Domus Dei sanctificatis, cum suis bibebat concubinis, & qualem meruit vindictam. Custodienda sunt ista præcepta, & per singulos dies in aures fratrum recitanda sunt, ut non condermentur in peccatis suis.

**CAP. XIII.** *Qualiter inter se monasteria pacem firmam obtineant, alias Macarius dixit.*

**Q**UONIAM veritas protestatur, quæ dicit: *In ore diuina vel trium regnum sicut omne verbum;* firmanda ergo est Regula pietatis; nec tacendum est, qualiter inter se Monasteria pacem firmam obtineant. Non licet de alio Monasterio, sine voluntate ejus, qui praefest Patris, fratres recipere; sed nec videre oportet, dicente Apostolo: *Quia qui t. Tim. 5. primam fidem irritam fecit, est infidelis determinatus.* Quod si precatus fuerit ab eo, qui praefest Patre, ut in alio Monasterio ingrediatur, commendetur ab eo ei, qui praefest, ubi esse desiderat, & sic suscipiat. Nam sine voluntate, qui praefest debet in Monasterio Patris, nullatenus alibi recipiatur frater. Quod si presumptice talia facere, noverit se in Synodo Episcoporum, aut in conventu fratrū suorum in audienciam venire: & tunc recedat tamquam junior suus, donec ab eo, cui injuriam fecit, veniam petat; ut non per ipsum vitium alii despiciantur Patres. Ille vero Monachus quantos fratres in alio Monasterio invenierit, tantos se noverit habere priores. Nec attendendum est, qui fuit antea sed

sed probandum est, qualis esse coepit. Suscepimus vero si habere videtur aliquid, sive in rebus, sive in codicibus, ultra ei possidere non licet, ut possit esse perfectus, quod alibi non potuit. Referentibus vero fratribus, si fuerit aliqua de Scripturis collatio, & fuerit ex his talis scitus, non ei licet aliquid dicere, nisi preceptum ei fuerit à Patre.

CAP. XIV. *Idemque, qualiter Clerici bospites suscipiendi sunt in Monasterio.*

CUM omni reverentia ut ministri altaris: non licet nisi ipsi orationem completere, sive ostiarius, sive minister est templi Dei. Quod si aliquo casu lapsus est, & in eo, quod dicitur, probatus criminis, non licet ei ante eum, qui praefit Patrem, vel secundum completere. Nulli permittatur Clerico in Monasterio habitare, nisi ei tantummodo quem lapsus peccati ad humilitatem deduxit, & est vulneratus; ut in Monasterio humilitatis medicina sanetur. Hac vobis tendenda sufficient, fratres, custodienda convenient, & eritis irreprehensibiles in populo Dei.

CAP. XV. *Qualiter culpa singulorum emendentur.*

NEC hoc tacendum est, qualiter culpa singulorum emendentur, pro qualitate culpa erit excommunicatione. Ergo iste ordo tenetur. Si quis ex fratribus sermonem otiosum emiserit, ne reus sit concilii, precipimus eum triduo à fratribus congregione vel colloquio esse

alienum, ut nullus cum eo jungatur. Si vero aliquis reprehensus fuerit in risu, vel in scurrilitate sermonis, sicut ait Apostolus, que ad rem non pertinent iudeo Epistola, mus hujusmodi durum hebdomadarii patitur nomine Domini omni flagello humilitatis coerceri, dicente Apostolo: Si quis frater tuus in nomine Domini omni flagello humilitatis agnoscatur ita etiam aut superbus, aut maleficus, breue narrare, & non odite ut in Galatianis 6. micum, sed corripite ut fratrem. Et in alio loco: Si quis frater fuerit praeclarus in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi, & corripite fratrem; ita ut per humilitatis frequentiam non reprobis, sed probatus in congregacione perseveret.

CAP. XVI. *Ut fine personarum receptione aquiliter judicetur.*

HOC ante omnia precipimus vobis, qui huic officio praefisi, ut persona à vobis non accipiatur, sed aequali affectu omnes diligentur, & per correptionem omnes facientur, quia aequalitas placet apud Deum, dicente Propheta: Si vere unius iustitiam loquimini, iuste iusti psalmi 57. ecce filii dominum. Nec latere vos volumus, quia qui non corripit errantem, noverit se pro eo rationem redditurum. Eltote fideles & boni doctores ad omnes: corripite inquietos: suscipe infirmos: patientes eltote ad omnes: & quantos fueritis lucrati, pro tantis mercem accipietis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

*Explicit Regula Patrum Abbatum 38.*

## SEQUITUR ALIA PATRUM REGULA AD MONACHOS.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

An hac secunda Patrum Regula compilata fuerit à suprarelatis Abbatibus, merito dubitatur; cum nomen nullius authoris prescribatur: quamvis prefatio fasteatur, plures sanctos Patres in unum convenisse, ad ordinandam Regulam profecti. Irinum aquil ac Prapofitorum adaptata; quatenus in monasterii regimine tam superior quam inferior sine bastinatione ad operandum procedere valent. Adeoque apparet, quod sit supplementum alterius Regula à quatuor prefatis Abbatibus prescripta; quia hac praesens Regula pro Canobitis composta est, utpote praeficens tempora & modum recitandi Officii divini, laboris manuum: Deinde differit de infuntium submissione, de fraterna correptione, de vitando omni murmurandi genere &c. Quia omnia praecepta, septem numerò & quidem sat compendiosa, Monachis in commune viventibus omnino necessaria sunt.

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ à sanctis Patribus prolatæ.

1. *De unanimitate charitatis, & de diligendo ac obtemperando Abbatii.*
2. *Ut non se fabellis vanis destruant, & ut in Conventu nisi interrogatus quis loquatur.*
3. *Ut adveniens peregrino nihil plus exhibeat quis, quidam occursum bumi-lem. Et pacem.*
4. *Ut presente seniore pfallendi loquendi-ve non habeat facultatem.*
5. *De cursu orationis, & boris operan- di, ac de correptione delinquentium.*
6. *De bis, qui ad opus Dei tarde accu- rant.*
7. *Ut frater qui pro qualibet culpa ar- guitur patientiam habeat, & ut ad mensam nemo loquatur.*

Explicitant Capitula.

## INCIPIUNT PATRUM REGULÆ P R A E F A T I O.

Phil. 2. Col. 3.  
Act. 4. Luc. 10.

**C**um resideremus in unum in nomi-  
ne Domini nostri JESU Christi,  
secundum traditionem Patrum  
Sanctorum virorum, vñsum est nobis  
conseribere vel Regulam ordinare, quæ  
in Monasterio tenetur ad profectum fra-  
trum; ut neque nos laboremus; neque  
sanctus Prokopius, qui constitutus est  
in loco, dubitationem aliquam pati pos-  
fit: ut omnes unanimes, sicut scriptum  
est, & unum sentientes: invicem ho-  
norantes, ea quæ statuta sunt à Domino  
iugi obseruatione cultuantur.

I. Ante omnia habentes charitatem,  
humilitatem, patientiam, mansuetudinem,  
vel cætera quæ docet sanctus Apo-  
stolus; ita ut nemo quidquam suum  
vindiceret, sed sicut scriptum est in Actis  
Apostolorum, habeant omnia com-  
munia. Ille vero qui præpositus est,  
Dei judicium, & ordinationem Sacer-  
dotis in omnibus timere, diligere, &  
obaudire debet secundum veritatem: quia  
si quis illum putat se spernere, Deum  
spernit: sicut scriptum est: *Qui vos  
audiit, me audit: & qui vos spernit, me  
spernit: Et qui me spernit, spernit eum, qui  
me misit.* Ita ut sine ipsius voluntate nul-  
lus frater quidquam agat, neque acci-  
piat ab aliquo aliquid, neque det, nec  
usquam prorsus recedat sine verbo.

II. Observantes etiam hoc, ut non  
se invicem fabulis vanis destruant, sed  
unusquisque opus suum meditetur & cu-  
stodiat, & cogitationes habeat apud  
Deum. In conventu omnium nullus  
junior quidquam nisi interrogatus lo-  
quatur. Ceterum si quis vult consola-  
tionem accipere, vel verbum audire,  
secretum & opportunum tempus re-  
quirat.

III. Advenienti peregrino nihil plus  
exhibit quæ pacem, reliquum non sit  
illi cura, unde venerit, pro quo venerit,  
vel quando ambulaturus sit, nec se jun-  
gar ad fabulas cum illo.

IV. Illud quoque observandum est,  
ut presente seniore quocumque, vel  
precedente in ordine pfallendi, sequens  
non habeat facultatem loquendi, vel  
aliquid præsumendi, nisi tantum is, qui  
in ordine, ut dictum est, procedere  
videatur. Hoc usque ad imum ante om-  
nia in oratione, ieu in opere, fine in  
responso dando erit servandum. Si verò  
simplicior fuerit, vel impeditior sermo-  
ne, & dederit locum, ita demum le-  
quens loquatur. Omnia tamen in chari-  
tate fiant, non per contentionem, vel  
aliquam præsumptionem.

V. Cursus vero orationum vel psal-  
morum, sicut dudum flaturum est, ul-  
tra tempus illud meditandi operandique  
servabitur. Ita meditationem habent  
fratres, ut usque ad horam secundam  
legant; si tamen nulla causa extiterit,  
qua necesse sit etiam prætermissa medi-  
tatione aliiquid fieri in commune. Post  
horam vero secundam unusquisque ad  
opus suum paratus sit: & usque ad ho-  
ram nonam quidquid injunctum fuerit,  
*fine murmurazione vel blasfemie* perficiat, Phil. 2.  
sicut docet sanctus Apostolus. Si quis  
autem murmuravit, vel contentious  
extiterit, aut opponens in aliquo con-  
trarium voluntatem preceptis, dignè  
correctus tam diu abstineat, quamdiu vel  
culpa qualitas poposeerit; vel se peni-  
tendo humiliaverit, atque emendaverit.  
Correctus autem non audeat usquam re-  
cedere. Si quis vero de fratribus, vel  
qui in cellis consistunt, ejus errori con-  
fenserit,

senserit, culpabilis erit, atque excommunicatione dignissimus.

VI. Ad horam verò orationis dato signo, si quis non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi preponendum est) paratus fuerit, foras excludatur confundendus. Operam verò dabunt singuli fratres, ut tempore quo missæ sunt, five die five nocte, quando diutius ad orationem standum est, non deficiant, vel superfluo foras recedant; quia scriptum est in Evangelio: *Operet autem semper orare, & non deficere.* Et alio loco: *Non impeditis orare semper.* Si quis autem non necessitate, sed magis vito procedendum putaverit, sciat le, cùm deprehensus fuerit, culpabilem judicandum; quia per suam negligientiam & alios in vitium mistit. In vigiliis observandum est, quando omnes convenient; quicumque gravatrum somno, & exit foras, non se fabulis

Loc. 18.

occupet, sed statim redeat ad opus, ad quod conveniuntur. In congregations autem ipsa ubi legitur, aurem semper ad scripturas habeant, & silentium obseruent omnes.

VII. Hoc etiam addendum fuit, ut frater, qui pro qualibet culpa arguitur vel increparatur, patientiam habeat, & non respondeat arguenti; sed humiliet se in omnibus, secundum præceptum Domini dicentem: *Qui Deus humiliter i. Pet. 5. dicit gratiam, superbus autem reficit.* Et, qui se humiliat, exaltabitur. Qui verò superbus Luc. 14. correptus non se emendaverit, novissimus in ordine stare jubeatur; sicut Dominus dixit: *Sit iubilans eternus & pa. Matth. 18. misericordus.* Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui praestet, vel qui interrogatus fuerit.

*Explicit Regula.*

## SEQUITUR TERTIA PATRUM REGULA AD MONACHOS.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Hec est tercia Patrum in unum convenientium Regula, & quidem maximè Cenobitis prescripta: constat XIV. præceptu tam ad Monachos quam Abbates & Fratibus directis, quorum nonnulli sapient recentiori disciplinam monasticam. Nam in primæ vita monastica institutione Monachis ad clericatum communiter non evehabantur: prout bis supponitur: neque primi illi fecerit, præterea tempore S. Antonii, Serapionis, Pachomii, Papenutii &c. reperitur Regula monastica latini scripta: quemadmodum & hoc conscripta fuisse videtur ob varios terminos ab Occidentalibus five Latinis Monachis communiter usitatos, qui raro inveniuntur in Regulis ex lingua Ægyptiaca vel Graeca translati. Denique novitatem sopus prescriptus niger cuclis color, cum ante seculum septimum, immo tardius, vix reperi possit aliquis determinatus color Monachis designatus fuisse; recent enim est distinctio exorta inter Monachos nigros & albos.

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ à sanctis Patribus prolatæ.

1. De conversis.
2. Ut Abbas nibil sibi proprium vindictet.
3. De vestimentis Monachorum.
4. Ut nulla mulier ad Monasterium vel agrum Monachorum accederet.
5. De lectione & operatione Monachorum.
6. De bis, qui opus Dei tarde occurserunt.
7. De silentio ad mensam.
8. Ut ad necessaria quarenda bini vel terni mittantur.
9. Ut nusquam sine præcepto senioris egreditur.
10. De bis, qui de Monasterio extre moverint.
11. Ut Abbas cum fratribus reficiat omni tempore.
12. Ut nullus Monachus in infirmitate positus parentum studio commendetur.
13. De bis, qui furtum faciunt.
14. Ut nullus alterius Monachum sine permisso Abbatis suscipiat.

*Explicit Capitula.*

INCIPIT

## I N C I P I T R E G U L A.

## C A P U T I.

**C**USA in nomine Domini, una cum fratribus nostris convenissemus, in primis placuit, ut Regula & instituta Patrum per ordinem legerentur: quibus lectis placuit, si de seculo quis in Monasterio converti voluerit, Regula ei introeundi legatur, & omnes actus Monasterii illi patefiant. Quod si omnia aptè suscepit, sic digne à fratribus in cellula suscipiat, tum si aliquam in cellulam voluerit inferre substantiam, in mensa ponatur cotam omnibus fratribus, velut Regula continet. Quod si suscepimus fuerit, non solum de substantia quam inculit, sed etiam nec de seipso ab illa judicabit hora.

II. Abbatì verò nulli licet sibi quidquam proprie vindicare, cùm omnia Deo proprio in illius maneat porestare. Si quis verò, quod in Regula junioribus prohibetur, sibi aliquid ex successione parentum, seu quolibet donato retainere præsumpscrit, & non omnia in commune posuerit, à fratribus arguatur. Si in vitio perficerit, in notitiam Episcopi deferatur; qui si ab Episcopo correpus nec sic emendaverit, deponatur.

III. Vellimenta verò fratribus necessaria ita Abbas omnibus ordinare debet, quæ Monachis deceant; non diversis coloribus tincta, exceptis cucullis quæ comparantur, si fuerint nigra, ut eas debere censemus.

IV. Familiaritatem omnium mulierum, tam parentum, quæm extranearum pro custodienda vita, vel cavendis laqueis diaboli, ab omnibus Monasteriis vel culturis Monachorum; seu frequentationem Monachorum à Monasteriis puellarum, sicut Regula docet, prohibere censemus. Neque ulla mulier in interius atrium Monasterii ingredi audeat. Quod si cum confilio vel voluntate Abbatis Monasterium vel cellulas Monachorum quedam fuerit ingressa, merito ipse Abbas & nomen Abbatis deponat, & inferiorem se omnibus presbyteris recognoscat, quia talis sancto gregi præponi debet, qui eos immaculatos Deo offerre procuret; non per qualibet familiaritates diabolo sociare fessinet.

V. Meutino dicto fratres lectioni vacant usque ad horam secundam: si tam non nulla causa extiterit, qua necesse sit etiam prætermissa lectione aliquid fieri

*Cod. Reg. Tom. I.*

in commune. Post horam secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam: quod injunctum fuerit, sine murmuratione perficiat.

VI. Ad horam verò orationis dato signo, qui non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, ab Abbatē vel Preposito corripiatur: & nisi prostratus veniam petierit, excommunicetur.

VII. Ad menam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui praecell, vel qui interrogatos fuerit.

VIII. Ad necessaria querenda in cellula, bini egrediantur vel terni fratres: & ita illi, quibus creditur, non qui verbositatem aut gulam feellantur.

IX. Si quis verò extra conscientiam Abbatis vel Propositi, qualemcumque locum egressus, gula vel ebrietati se sociaverit; aut si in proximo transmissus, pro sua levitate vel gula, non statim expedita necessitate ad cellam redierit, cùm in id facinus fuerit detectus, ut Canonices docent, aut trigesita diebus à communione separetur, aut virgis casus emendetur.

X. Quod si casu quis frater de cellula ex qualibet scandalī causa exire voluerit, nihil penitus nisi rugalissimo induatur vestimento, & extra communioinem infidelis discedat.

XI. Illud quoque statuimus, ut Abbes omni tempore cum fratribus reficiant: quia eo tempore, quo fratres aut pro negligientia arguere, aut spiritualiter debent sermonem imbuere, absque certa necessitate se removete non debent.

XII. Id etiam pro custodienda fama specialiter statuimus, ut nullus Monachus in infirmitate positus reliquo Monasterio parentum suorum studio commendetur: quia magis eum secularium spectaculorum visu aut auditu pollui censemus, quam ab aegritudine posse purgari.

XIII. Si quis verò Monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum; ut junior virgis casus tanti criminis reus nunquam officium clericatus excipiat: si verò jam clericus in id facinus fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur: cui sufficere potest pto actus sui

C

sui levitate, impleta poenitentiae satisfactione communio.

XIV. Monachum nisi Abbatis sui aut permisum aut voluntate ad aliud Monasterium commigrantem, nullus Abbas aut suscipere, aut retinere prafumat. Quod si ad districtiorem Regulam non pro actus sui levitate tendenter Abbas suus ipsum ad alterum Monasterium transire permitterit, ut inde postea sub ali-

qua occasione egredi prafumat, nulla ratione permittimus. Sanè si quis post hanc diligentissimam sanctionem non observare, quæ sunt superius comprehensa, prafumperit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat.

*Explicit Regula à SS. Patribus proleta.*

## S. MACARII ALEXANDRINI ABBATIS Nitriensis Regula ad Monachos.

### DE S. MACARIO EJUSQUE REGULA Veterum testimonia

MARTYROLOGIUM Rom. postrid. Kal. Jan.

In Tbcbaide commemoratio S. MACARII ALEXANDRINI Abbatis.

S. HIERONYMUS Epistola xxxiii.

*Quid ante non plures annos Nitrie gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus paucior magis quam aurior, centum solidos, quos linea texendo acquisiverat, moriens dereliquit. Initum est inter Monachos concilium, (nam in eodem loco circiter quinque millia divisits cellulis habitoabant,) quid factio opus esset: alii pauperibus distribuendos; MACARIUS verb, & Pambo, & Isidorus, & ceteri, quae Patres vocant, fundo in eis loquente Spiritu decreverunt, infodiendos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem.*

SOCRATES Hist. Eccl. lib. iv. Cap. xviii.

MACARIUS ALEXANDRINUS cum cetera quidem omnia Ægyptio Macario esset familiis, in hoc tamen disper fuit, quod iis, qui cum convenientebant, bilare & jucundum se prabuit, & urbanitate quadam faceta adolescentulos ad Monasticam vivendi disciplinam aulexit.

SOZOMENUS Hist. Eccl. lib. iii. Cap. xiii.

Altero verò MACARIUS diu post presbyter factus, omnia fere vita ac discipline severioris exercitia expertus est, quorum nonnulla ipse excogitavit, quadam ab aliis accepta omni perfectori modo excoluit.

VITA S. Posthumii Cap. vii. lib. i. de vitis Patrum.

*Nota facta est sancto MACARIO, scilicet beati Antonii discipulo, convergatio Posthumii. Nam idem MACARIUS ab illustri viro Antonio Monachorum fere quinque millia suscepserat gubernanda.*

JONAS Abbas in vita S. Joannis Reomaensis lib. i. Cap. vii.

Regressus ergo ad prefatum locum studuit denuo salubria dogmata sub Regulari tenore, quem beatus MACARIUS Ægyptiorum inuidit Monachis ministrare.

VITA S. Philiberti Abbatis apud Surium.

*Legebat studiose Basili praelares constitutiones, MACARII Regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima.*

S. BENEDICTUS Anianensis, & SMARAGDUS Abbas siveius hanc Macarii regulam citant, & multa inde capita ille in Concordiam Regularum, hic in explicationem Regulæ S. Benedicti transcribunt.

Obser-

## Observatio critica in Regulam sequentem.

Phares olim extiterunt Abbes Macarii, atque jam supra in Regula Scapio-  
nis duo specialius nominantur, ad quorum distinctionem hujus Regule author di-  
citur MACARIUS Alexandrinus, quis forsitan in illa civitate natus vel educatus  
erat, priusquam in solitudinem secesserat. Hic est ergo MACARIUS ille S. An-  
tonii discipulus, cui moriens hic sanctissimus Abbas fecit quinque milium Monac-  
chorum regimen in Nitria monasterio reliquit; si fides autbori vita S. Pothumus  
adhibenda sit. Hoc unum certum est ex historio Laufia, quod S. MACARIUS  
Alexandrinus aliquando visitans, S. Antoniu invisus, ab illa hac verba audie-  
rit: Video, quod S. Spiritus in te residet, tóque deinceps ut omnium gratia-  
tiarum à Deo mihi concessarum hæredem apicium. In eadem quoque historia  
Laufia narratur, quod mortuo S. Antonio hic noſter S. MACARIUS, confu-  
turus S. Pachomium, incognitus accesserit Tabernas in Thebaide, ubi aliquo tem-  
pore moratus tanta virtutum specieſna edidit, ut Tabenarum Abbas diximus  
ipsum agnoscens, ei gratias egerit pro exhibitis Monachis suis tam singularibus  
abstinentiis omnisque perfectionis exemplis. Hinc mirum non est, quod antiqui pra-  
fentent S. MACARIUS Regulam in tanto prelio babuerint, tamenque Occidentales  
Monachi in celebrioribus suis monasteriis exculerint. Sic S. Joannes, Monaste-  
rii Reomeni primus Abbas & Fundator, sub sexti seculi exordio, ex celeberrimo  
canorio Lirinensi in suam novam abbatiam introduxit banc S. MACARIUS Ale-  
xandrinii Regulam; prout in ejus vita apud Mabillonianum Tom. I. Pag. 635. de  
sanctis Benedictinis de hoc S. Joanne legitim: Studuit denudo ipse, falubria do-  
gma ſub regulari tenore, quem B. Macarius Aegyptiorum indidit Monachis,  
ministrare. Nec sicut defunt magni nominis autiores apud sape laudatum Calve-  
tum in suis Observationibus critiscis, qui exhibimunt, Lirinenses Monachos banc  
Regulam cum aliis SS. Patrum Institutis ab exordio canobii obſervasse, nam nul-  
la alia specialis Regula ibidem obſervata reperitur; donec S. Aigulpus Lirini Ab-  
bas Regulum S. Benedicti introduxit circa annum 661. Utut hoc fuit, hoc unum  
certum est, quod fundiſsi aut Monachorum Occidentalem Patriarcha Benedictus ex  
hoc S. MACARIUS Regula in suam plurima inferuerit, prout cuiilibet utramque  
Regulam attentius legenti apparebit. Interca prater banc suam Regulam tringita  
sat brevib⁹ ſed nervosis capitib⁹ conſtantem ſcripsit etiam ad Monachos induc-  
dos Epifolam ñc insertam, in qua, ſtylo figurato & ad Proverbia Salomonis ac-  
cedente, reperuntur pauca ſed egregia præcepta contra galam, impuritatem, avariciam  
& vanitatem. Existimant nonnulli, quedam tam in Regula quidam in Epi-  
ſola ex S. Hieronymo mutuata esse.

INCIPIT REGULA S. MACARII, QUI HABUIT SUB  
ordinatione sua quinque millia Monachorum.

## CAPITULUM I.

**M**ILITES ergo Christi sic taliter fuos  
debet componere gressus, char-  
itatem in ſe perfectissimam  
continentes, Dom ex tota anima diligere,  
& ex tota corda, & ex tota virtute ſu.

II. Invicem inter ſe perfectissimam  
ſectantes obedientiam, pacifici, mites,  
moderati, non superbi, non injuriosi,  
non fuliginosi, non irriſores, non ver-  
boſi, non p̄ſumptuosi, non ſibi placentes,  
fed Deo cui militant Christo:  
non blasphemiant ſectantes, nec  
dicentes quidquam præter quod bonum  
est: ad obsequium non pigri, ad ora-  
tionem parati, in humilitate perfecti,  
in obedientia prædicti, in vigiliis in-  
ſtantes, in jejunio hilares.

Cod. Reg. Tom. I.

III. Nullus fe alio justiore arbitre-  
tur; fed unusquisque omnibus fe infe-  
riorem contemnat: Quis qui fe exaltat, Luc. 14;  
humiliabitur; & qui fe humiliat, exaltabi-  
tur.

IV. Præceptum senioris ut falotem  
ſufcipias: non murmurando ullam ope-  
rat facias: non reprobationem contra  
præceptum uſurpes.

V. Non te extollas, aut magnificeſ  
aliquam utilem operam fecife: non in-  
acquirendo aliquid lucri congaudeas, aut  
in danno contritteris.

VI. Non te familiaritas villa ſecularis  
trahat, fed tota delectatio tua in cellul-  
la demoretur. Cellam ut paradifum  
habeas;

C a

habeas ; fratres tuos spirituales ut ~~eter-~~  
nos confidas habere parentes.

VII. Præpositum Monasterii timeas  
ut dominum , diligas ut parentem . Si-  
militer quoque omnes oportet diligere  
fratres , cum quibus etiam te confidis vi-  
dere gloriam Christi .

VIII. Non oderis labores ~~sam~~ operam :  
otium quoque ne fœtus fuerit . In vi-  
gillis confessus , in opere justo affectus ,  
ambulans quasi dormitans , laetus ad stra-  
tum tuum venias , & cum Christo requi-  
escere te credas .

IX. Cursùmque Monasterii super om-  
nia diligas . Qui verò sapientius orare vo-  
luerit , ubiorem inveniet misericordiam  
Christi .

X. Matutinique dicto ita meditatio-  
nem habeant fratres usque ad horam se-  
cundam : si tamen nulla causa extiterit ,  
qua necesse sit etiam prætermissa medita-  
tione aliquid fieri in commune .

XI. Post horam verò secundam unus-  
quisque ad opus suum paratus sit usque  
ad horam nonam , ut quidquid Injun-  
ctum fuerit , ~~in murmuratione~~ perficiat ,  
sicut dicit sanctus Apostolus .

XII. Si quis autem murmuraverit ,  
vel contentiosus exticerit , aut referens  
in aliquo contrarium voluntatem præcep-  
tis , dignè correptus secundum arbitrium  
senioris vel modum culpe , tamdiu ab-  
lineat , quandiu vel culpe qualicas po-  
poseerit , vel se penitendo humiliaverit ,  
vel emendaverit ; ita ut correptus non  
audeat usquam recidere .

XIII. Si quis frater , vel qui in ora-  
torio sunt , vel qui per cellulas confi-  
sunt , quicumque ejus errori consenserit ,  
culpabilis erit .

XIV. Ad horam verò orationis dato  
signo , qui non statim prætermisso omni  
opere quod agit paratus fuerit , foras  
excludatur , ut erubescat ; quia nihil ora-  
tioni præponendum est .

XV. Operam Deo dabunt singuli fra-  
tres tempore quo Missæ in vigiliis ob-  
servandis sunt , quando omnes conve-  
niunt , ne deficiant . Quicunque grava-  
tur somno , exeat foras , non se fabulis  
occupet : sed statim redeat ad opus ,  
quo convenitur . In congregazione au-  
tem ipsa ubi legitur , autes semper ad  
scripturas habeant , & silentium obser-  
vent .

XVI. Hoc etiam attendendum fuit ,  
ut frater , qui pro qualibet culpa argui-  
tar , vel increpatur , patientiam habeat ,  
& non respondeat arguenti le ; sed hu-  
millet se in omnibus ; secundum præcep-  
tum Domini dicentis : *Quia Deus humilites  
dat gratiam , superbis autem reficit .* Et , qui  
se humiliat , exaltabitur .

XVII. Qui verò sapientius corriplitur ,  
& non se emendaverit , novissimus in  
ordine stare jubeatur . Qui , si nec sic qui-  
dem se emendaverit , extraneus habeat . *Mach. 18.*  
*Sicut Dominus dixit : Sit tibi fœci exhu-  
sic & publicetur .*

XVIII. Ad mensam autem specialiter  
nullus loquatur , nisi qui praest , vel  
qui interrogatus fuerit .

XIX. Nullus se in sua peritia , neque  
in voce exalteat , sed per humilitatem &  
obedientiam latet in Domino .

XX. *Hospitalarem fœcantes* per omnia . *Rom. 13.*  
& ne avertas oculum , autinanem dimis-  
tas pauperem : ne forte Dominus in ho-  
spite aut in paupere ad te veniat , & vi-  
deat te hæsitantem , & contemnari ; sed  
omnibus hilarem te ostende , & fideliter  
age .

XXI. Passus injuriam taceas . Injuriam  
facere non nosse , factam posse tolerare .  
Non te inania seducant consilia , sed ma-  
gis te specialiter in Christo confirma .  
Non tibi ~~estimes~~ ullos proximiores paren-  
tes , quam qui tecum sunt in cellula  
fratres .

XXII. Si ad necessaria requirenda  
è Monasterio bini egrediantur vel terci  
fratres , tales sunt , quibus creditur , qui  
timorem Dei in te habere videntur , non  
qui verboſitatem aut gulam spectantur .

XXIII. Ergo si quis de seculo ad Mo-  
naſterium converti voluerit , Regula ei  
introcenti legatur , & omnes altus Mo-  
naſterij illi patetant . Qui si omnia aptè  
fusinuerit , sic dignè à fratribus fuscipiat-  
tur in Monasterio .

XXIV. Nam si aliquanti in cellula vo-  
luerit inferre substantiam , in mensa po-  
natur coram omnibus fratribus , velut  
Regula continet . Qui si fusceptus fuerit ,  
non solum de substantia , quam intulit , sed  
etiam nec de ipso ab illa judicabit bora .  
Nam si aliquid prius erogavit paupribus ,  
aut veniens in cellulam aliquid intulit  
fratribus , ipsi tamen non est licitum , ut  
aliquid habeat in sua potestate .

XXV. Et si ex qualibet causa scan-  
dali post tertium diem inde exire volue-  
rit , nihil penitus accipiat , nisi in ueste  
qua venit . Quod si casu transfierit , nul-  
lus heredium ejus adire debeat . Quod si  
impulsa voluerit , Regula ei legatur ,  
& confundatur turpiter , & discedat con-  
fusus : quia & illi à quo repetit , fuerat  
recitata .

XXVI. Ergo ex qualibet causa quis  
peccaverit frater , ab oratione suspen-  
ditur , & jejunis distingatur . Quod si  
coram omnibus fratribus prostratus ve-  
niam postulaverit , dimittatur illi .

XXVII. Nam si in sua voluerit per-  
severare nequitia & superbia , & dicat :  
huc ego durare non possum , sed accipiam  
calu-

casulam meam, & eam, ubi voluerit Dominus ; quisquis de fratribus eum hoc dixisse prius audierit, refutat Praeposito, & Praepositus Abbatu. Abbas coram omnibus fratribus rehædat, & eum exhiberi jubeat, & virgis purgetur : & oratio fiat, & sic ad communionem recipiat. Ut si quis sanè non emendatur doctrina, virgi purgetur.

**XXVIII.** Quod si casu quis frater de Monasterio exire voluerit, nihil penitus accipiat, nisi in ootatissimo vestimento, & extrà communionem infidelis discedat. Nam quieti & pacifici excelsum ditipiunt regnum, & filii computantur altissimi,

Mon. 5.

& pretiosas splendidasqne accipient coronas : filii autem tenebarum in extero ibunt tormenta. Super quem requisitam, dicit Dominus, nisi super humorem, & quietem, & trecentem sermonem mors ? ib. 66.

**XXIX.** Quartæ & sexta feria qui interficiunt jejuniū, Judge astimantur participes, qui Christum tradidit.

**XXX.** Illud etiam attendendum fuit, ut inta Monasterium artificium non faciat ullus, nisi ille, cuius fides probata fuerit, qui ad utilitatem & necessitatem Monasterij faciat, quod poterit facere.

Explicit Regula S. Macarii.

## EPISTOLA B. MACARII DATA ad Monachos.

**L**Ignorum copia ingentem excitat flammam : multitudine autem escarum emitit concupiscentiam. Pesima concupiscentia escarum & inobedientia generat mortem. Indiges venter in orationibus vigilantium praefat, & coronam animæ acquirit ; repletus autem, somnum inducit gravissimum. Oculus gulofū convivia scrutatur, oculus autem sapientum meditat continentiam. Formidolosus miles horreficit ad tubam, quæ bellum significat, & gulofus si abstinentiam prædicantem audierit, non libenter auscultat. Flamma cū marcescet, eluefecit iterum si accepte lignum ; & libido sopta rursus crevit in saturitate. Non misereatis corpori, si laetitiae deficerit : equus contentiens indigena corpus nec ascensionem deicxit umquam. Concupiscentia gule, mater est libidinis. Oleum nutrit lampada lucernæ, & ignem reaccendit confabulatio mulieris. Facies mulieris, sagitta est truculenta ; infigit vulnus in animam. Ut venenum fuge confabulationem mulieris, si castus esse volueris : abscensum namque in eis est venenum beliarum nequissimum. Magis appropinqua igni ardenti, quam mulieri novella. Cum sis juvenis, fuge impetum libidinis, & confabulationem mulieris. Qui repleverunt ventrem, & promiserunt calitatem, sibi mencinuerunt. Forma pulchritudinis pejus quam procelia submergit. Species mulieris si femel mentem contrivit, etiam ipsam mentem contemnere persuaderet. Ut enim si paleis remoretur ignis, excitatflammam ; sic memoria mulieris permanens succedit concupiscentiam. Ut enim cumulata navis undarum iētu obruitur, sic multa possidens Monachus non salvabitur. Nihil possidens Monachus, athleta insuperabilis : nihil possidens Monachus cursor levis, velociter ad bravium vocacionis pervenit. Avarus Monachus operari

neglit : nihil possidens Monachus post opus moderatum orationibus & lectionibus vacat. Avarus Monachus thesaurizat sibi iram in die ultiōnis : nihil possidens Monachus thesaurizat in celo, & dabit laudem cum Angelis Deo. Gloriatio Monachi, patientia in tribulationibus ejus. Gloriatio Monachi, longanimitas cum charitate. Gloriatio Monachi, nullas res praesentis vita possidere. Gloriatio Monachi, vigilia & fleus in orationibus. Gloriatio Monachi, mansuetudo & cordis silentium. Gloriatio Monachi, quando Dominum ex toto corde dilexerit, & proximum suum tamquam seipsum. Gloriatio Monachi, abstinentia escarum, & à multiloquio linguae. Gloriatio Monachi, quando proximum suum sicut seipsum pacitur. Gloriatio Monachi, quando verba ejus operibus consonant. Gloriatio Monachi, quando in loco suo permanet, & hoc illucque non vagatur. Gloriatio Monachi, longanimitas. Sicut lampas in loco tenebroso, sicut sol radians, sic Monachus mente sobria, & corde pervigiliū in tempore salutis fixus. Sicut pondus salis deprimit virum infirmum, sic somnus Monachum. Sicut spinæ & tribuli agro opimo, sic & cogitationes turpes peccata in corde Monachi. Sicut tinea exterminat vestimentum, sic distractiones animam Monachum. Noli te dare ad colloquium mulierum, ne sis separatus à regno Dei : & ne velis dicere ; loquar cum muliere, & mundus sum. Monachus sapiens suis manibus operatur, & vicuum sibi quotidianum acquirit, & lucratus est orationes & jejunia sua ; si autem ab alio acceperit vicuum, quid prodefi, quodocat & vigilat ? sicut mercenarius malus, nudus evadit ; quia scriptum est : melius est dare quam accipere. A. 52. Qui legis, intellige in Domino semper.

Explicit Epistola B. Macarii.

# S. PACHOMII ABBATIS TABENNENSIS

## Regula ad Monachos.

### DE S. PACHOMIO EJUSQUE REGULA

#### Veterum testimonia,

MARTYROLOG. Rom. prid. Id. Maij.

*In Aegypto S. PACHOMII Abbatis, qui plurima in ea regione Monasteria erexit, & Regulam Monachorum scripsit, quam Angelo dictante didicerat.*

GENNADIUS de Illustr. Script. Cap. vii.

*PACHOMIUS Monachus, vir tam in dicendo, quidam in signo faciendo Apostolica gratia, & fundator Aegypti Canobiorum, scripsit Regulam utriusque generis Monachorum aptam, quam Angelo dictante perceperat.*

EX VITA S. Pachomii, Cap. n.

*Per idem tempus PACHOMIUS quidam, secundum ritum ac traditionem parentum gentilium, apud Thebaeum commandant, divina gratia gubernante Christianus effectus est.*

Cap. vi. *Audivit autem quendam Anachoretam, cui nomen erat Palamon, intra eremi secreta Domino servientem: ad quem confessum cum eo cupiens habitare perrexit, & pulsans ostium cellulæ ejus precobatur ingressum.*

Cap. vii. *Tunc sanctus Palamon spiritualibus oculis intuens PACHOMII fidem tandem patescere adiitum; cumque suscipiens habitu Monaci consecravit.*

Cap. xi. *Diligebat autem Anachoresis plurimum, frequenter expertus solitudinem: & illic diu in oratione persistens Domino supplicabat, ut a tantis se fraudibus eriperet.*

Cap. xii. *Quodam vero tempore contigit, ut PACHOMIUS procul a cella sua progressus veniret ad quendam vicum, cui nomen est Tabennense, in quo tunc nullus penitus habitator existebat. Ubi cum pro more diutius in orationibus perduraret, vox ad eum celitus delata est, dicens: Mane hic, O Pachomi, Monasterium condue: venturi sunt namque ad te quoniam plurimi, tua cupientes institutione proficere: quibus ducitum praefabis, juxta Regulam quam monstravero tibi. Et protinus apparuit Angelus Domini deferens ei tabulam, in qua erat omnis forma institutiones adscripta, que docendi forent, quicunque ad eum Magisterii studia pervenissent. Quam Regulam Tabennenses bodieque custodiunt, eodem cibo semper utentes & habitu, ipsam quoque disciplinam solicita circumspetione servantes. Nam Monaci, qui ibidem commandant, non solum more, sed & robore corporis & locorum situ praeceteris longe diversi sunt; & necesse est eos diversam quoque Regulam custodiere. Hanc ergo vocem PACHOMIUS mentis sinceritate discernent, quam illi divina gratia & merita vita contemplant, agnoverit ad se collitus delatam, Regulamque valde mirabiles approbarunt.*

Cap. xv. *Inter bac PACHOMIUS iterum divinitus admonetur pro Regulis, quibus deberent institui, qui erant per eum Domino credituri: capiteque euan germando suo habitaculum, in quo manebant, capacius reddere, & adfici ampliare quoniamplius, eorum ut diximus gratia, qui secundo renuntiantes ad serviendum Christo erant sine dubitatione venturi.*

Cap. xxl. & xxii. *Quodam autem tempore cum PACHOMIUS vigilaret in oratione, apparuit ibi Angelus Domini, dicens: Voluntas Domini est, O Pachomi, ut ei pura mente deserviens multitudinem congreges Monachorum, & juxta formam que tibi offensa est, cunctos institutas, ac Deo exhibere contendas. Acciperat enim dudum tabulam, in qua erant bac adnotata.*

*Singulis juxta vires suas edere concedas & bibere; & pro modo vescentium laborare compellas: & neque comedere modeste, neque jejunare prohibeas. Valdioribus quidem & comedentibus, validiora opera; leviora vero infirmioribus & abstinentibus imponas.*

Facies

*Facies autem diversas cellululas, & ternos per unam cellulam manere constitutas. Omnium verò cibos in uno loco paretur atque consumantur. Indumentum autem monachorum lebetones lineos, præcincti lumbos, habeantque singuli melotem, id est, caprinam pellam confeam albam, sine qua neque comedant, neque dormiant. Accedentes tamen ad communionem Sacramentorum Christi, & cingulos solvant, & melotem deponant, cucullis utentes tantummodo.*

*Hoc etiam præceptum erat, ut juxta numerum elementorum & Graciarum litterarum xxiv. Monachorum turmas constituerentur, ita ut singulis turmis imponerentur singularium nomina litterarum, id est, ab a & dinceps usque ad u, ut cum interrogaret archimandritus de aliquo in multitudine tanta, faciliter responderet cognosceret. Verbi gratia, cum dicaret, qualiter esset a, vel z, vel rursus a, vel q, vel t, proprio quodam signo nominis littera unicuique turmae mores exprimeret; simplicioribus & innocentioribus, nouem imponens, difficulterioribus autem & tortuosis & competenter accommodans: ita ut pro modo conversationis & propositi singulis turmis litterarum elementa concinerent, solis spiritualibus hac ipsa que significarent scire valentibus.*

*Sed & hoc in illa tabella cerebatur adscriptum, ut peregrinus alterius Monasterii si veniret habitu diversum, nullus cum eo coaderet, excepto eo, qui iter agens id observare non posset.*

*Qui verò semel ad hoc intraret Monasterium, ut ibi jugiter permaneret, per tres annos à studiis sacratoribus arceretur: operaretur tantum opera sua simpliciter, & ita post triennium studiis certaminis introiret.*

*Cum autem coaderent, caput suum cucullis operirent, ne frater fratrem viseret manducantem: & ut nullus comedens loqueretur, nec prater mensam suos alibi circumferret assetus.*

*Necnon ab Angelo, qui cum PACHOMIO loquebatur, hoc quoque constitutum est, ut diurna orationes XII. fuerint, ut vespertina XII. & nocturna XII. Cumque PACHOMIUS diceret, paucas orationes esse, respondit Angelus: has constitui, quas possent infirmiores abique labore perficere: ceterum qui perfecti sunt, hac lege non iudicent, apud se namque in propriis constituti cellulis ovato non deficiunt, qui puritate mentis & divina contemplatione proficiuntur.*

*Cumque hoc dixisset nuntius caelestis abscessit: & PACHOMIUS solite Deo gratias referens, de visione certus est redditus, quam trina revelatione cognoverat: capituloque suscipere cunctos, qui per ponitentiam se Dei miserationibus offerabant.*

*CAP. XXIV. Regularis igitur eis, quas acceperat, tradidit: scilicet ut haberent moderatum cibum, vilissimum vestitum, sonum etiam competentem. Statuitque ut bi, qui poterant, monasterii susciperent curam: & ita in brevi multiplicatus est Monachorum numerus.*

*CAP. XXV. Cumque in fide & in opere multi proficerent, & magnus fratrum numerus augeretur, omnes propinquum satagabant amulatores esse virtutis. Constituit igitur ex eis Præpositos, qui fibi ad lucrandas animas, quae ad eum quotidie confluebant, adjutores existenter. Iuribus enim, sicut dictum est, ad eum venientibus, & multipliciter in opere spirituali crescentibus, magna quadam conversationi eorum videbatur esse diversitas. Quibus lenex juxta datum fibi devinitus Regulam, gratia Christi se per omnia moderante, pro viribus & ingenii singulorum, mensuras & formas operum custodiens censebat: aliis quidem, ut labore manuum viatura quererent; aliis, ut fratrum occuparent obsequis, nec iisdem cuncti temporibus veserentur, sed uniusquisque pro labore suo vel studio continentia moderamina retinerebant.*

*CAP. XXVIII. Comperit autem germana foror ejus institutionem senis præclararam atque sublimem: cupiensque videlicet eum ad Monasterium ejus advenit, &c. Et compunctione divinitus ad exhortationem subversimmo mox appulit animum, seque Christo servare professa est. Hanc ergo mente germana sua PACHOMIUS agnoscens Deo gratias egit, qui ei promptam largitus est voluntatem: & protinus religiosibus imperat fratribus, ut ei procul a se Monasterium confirment. Quod ubi factum est, & illa secundum timorem Dei vitam diceret, convenerunt ad eam alia plurima, & brevi tempore magna multitudinis mater ecclesia est. PACHOMIUS autem descripsit eis Regulas, quibus utentes jugiter conversationis sua momenta dirigerent, exceptis enim melotis, quas famina non habebat, omnis institutionis eorum forma Monachis probabatur confirmatis. Una verò Regula tam virorum quam feminarum bodieque perduravat, nisi quod famina melotis, ut dixi, minime utuntur.*

#### SOZOMENUS Hist. Eccl. lib. iii. cap. XIII.

*PACHOMIUS præfuit eorum qui Tabenniota vocantur; quibus quidem habitus erat à reliquorum Monachorum disciplina in quibusdam rebus discrepans, sed*

*sed ad virtutem spectans, animumque tum ad rerum terrenarum despicientiam, tum ad celatum indagationem ita excitans, ut cum e corporis custodia migraret, adiutum ad celum baveret perfaciem. Ibi ad exemplum Hilaris Thebæta pellibus se induerant: ut singuli ex pelle corpori circumiecta, sicut mihi quidam videtur, virtutem Prophetae semper in memoriam revocantes, strenuè contra cupiditates venereas configereat, &c.*

*PACHOMIUM* vero ajunt primum in spelunca vitam Monasticam coluisse: eique saeculum Angelum visum est, præcepisse, ut adolescentes Monachos in unum cogeret, atque una cum illis degret. Nam cum in Monastico vivendi genere præclarè exerceatur, ideoque Monachorum congregationibus debere præesse, ut multis prodesse, eoque legibus institueret, quas ister ipse daturus. Dediisse autem illi talibam, quam Monachi adhuc servant, in qua erat scriptum, ut singulis concederet facultatem tantum comedendib, bibendi, operandi, jejunandi, vel fecus, quantum natura servet. His verò qui largius comedenderent, opera laboriosiora imponeret; faciliora autem bis, qui corpus jejunis & abstinentia castigarent. Præscriptis præterea, ut multas adiculas extriceret, & in singulis tres Monachi concurvarentur; in una tamen domo omnes cibum coparent; vescerentur cum silentio, & al mensas sedentem vultu operta, ita ut nec intueri seipso nuntio, nec aliud quidquam prater mensuram & apposta cibaria videare possent. Ut nullus peregrinus una cum illis manducaret, nisi duotaxat illac iter faciens exciperetur hospitio, &c.

**PALLADIUS, CASSIANUS, ET NICEPHORUS CALLISTUS** similia habent, ut taceam S. Benedictum Anianensem & Smaragdum, qui hanc Regulam Cepius laudant, & cum Regula S. Benedicti conferunt.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Inter cunctas Monachorum Orientalium Regulas nulla olim celebrior extitit, quam hoc præsentis à S. PACHOMIO conscripta, qua tamen solius S. PACHOMII fatus non est, cum Orsiusum & Theodorenum, insignes ejusdem discipulos, habeant etiam autores. Differt quidem ab illa Regula, qua S. PACHOMIO dictata fuit ab Angelo, quævis in Palladii Historia Lausaca lib. 8. cap. 38. & aliibi, apud Vitas Patrum in vita S. PACHOMII cap. 21. 22. pag. 120. reperitur. Hoc autem præfens Regula in 194. artibus distincta primò Ägyptiaci scripta fuit, poset in Graecam linguam versa; dein S. Hieronymus eandem reddidit Latinam, præstationeque præmisit, & pluribus vite monastica cultoribus rogatus. Et quidem hoc Regula prima est & perfectissima omnium ab Orientalibus Patribus conscriptarum; contact enim quidquid est necessarium, tum ad quodlibet monasterium privatum administrationem, tum etiam ad vegetum integrum congregatum, ex multis cenobis coacervatum. Nam S. PACHOMIUS natus anno 292. primus Monachorum Canonicorum communantes infusat, cuius Monachi ferme 9000. varia per Thebaeum cenobia inhababant, quandiuque Ordinis Monastici congregationem constituebant, quorum veluti Generalis Praeses erat ipse S. PACHOMIUS, qui primum monasterium Tabennis posuit, & postea octo in Thebaide condidit, quibus novem & quatuor nova adjunxit Theodoreus ejusdem discipulus, qua omnia cenobia hinc Regula obsequuntur, & secundum eaudem ubique uniformiter observabant discipulus. Quamlibet autem hic Ordo Monasticus integer subsisterit, ignoratur; cum & pluribus seculis ignoti nobis manent S. PACHOMII Monaci in omnibus monasteriis Orientalibus, forent Regula S. Basilii. Obiit autem S. PACHOMIUS anno 348. & prater novem Monachorum monasteria condidit etiam & aliud pro Sanctorum libris faminis, in gratiam sua sororis, qua ad ejus exemplum seculo renunciaverat, quibus & præscripsit Regulum præsentem observandam, paucis statui muliebri non adeo congrua mutatis. Sed præter Regulam sive lundata atque nonnulla præcepta & monita verè religiosa Regula aliquæc, scripsit duodecim Epistolas ad principios suos discipulos, congregationis ab ipso instituta Superiores, modò enigmatico & velut notis arcatis conscriptas, quarum intelligentiam tenet tantum qui scribit, & ad quem scribuntur. Has Epistolas, quemadmodum & verba enigmatica S. PACHOMII, interpretari conatus est Albanus Kircherus Jesuita, colens modò, quod figuræ hieroglyphicas obeliscis Ägyptiacis insculptas explicavit; sed meritis conculcaris uitur: Nullus enim pro certo designare id potest, quod tam obscura & intricata antiquitate involvitur.

INCIPIT

INCIPIT PRÆFATIO S. HIERONYMI PRESBYTERI  
IN REGULAM S. PACHOMII.

**Q**UAMVIS acutus gladius & levigatus si dū in vagina conditus fuerit, sordeſcit rubigine, & splendoris pristini decoris amittit. Unde & ego mares super dormitione sancte & venerabilis Paulæ, non quod contra praeceptum Apóstoli facerem, sed quod multorum incisa illius morte refrigeria suspicarem, accepi libros ab homine Dei presbytero mihi directos, quos ille Alexandria missos fuisse perat, ut etiam injunget transfiendos. Aiebat enim, quod in Thebaïdis cœnobitis, & in Monasterio Metanœz, quod de Canobo in penitentiam felici nominis coovertione mutatum est, habitarent plurimi Latinorum, qui ignorarent. *Ægyptiacum Grecumque sermonem, quo Pachomii, & Theotri, & Orteli præcepta conscripta sunt;* qui primi per Thebaïdem & *Ægyptum cœnobiorum fundamenta jecerunt, iuxta præceptum Del., & Angeli;* qui ad eos ob hanc ipsam institutionem misiūs fuerat.

2. Itaque quia diu tacueram, & dolorum meum silentio devoraveram, urgabant autem misi ad me ob hanc ipsam cauſam Leontius presbyter, & ceteri cum eo fratres, accito notario, ut erant de *Ægyptica in Grecam linguam versa,* nostrō lenone dictavi, ut & tantis viris imperantibus, ne dicam rogantibus, obedirem; & bono, ut ajunt, aūpicio longum silentium rumperem, reddens me pristinis studiis, & sancte feminæ refrigerans animam, qua Monasteriorum semper amore flagravit, & quod vītū erat in celo, hic in terris meditata est. Venerabilis quoque virgo Christi Euſtochium haberet, quod fratribus agendum tribueret; nostrique fratres *Ægyptiorum, hoc est, Tabennensium Moachorum exempla sequentur;* qui habent per singula Monasteria Patres, & dispensatores, & hebdomadarios, ac ministros, & singularum domorum Praepositos; ita ut una domus quadraginta plus minusve fratres habeat, qui obediant Praepositi; sintque pro numero fratrum tringinta vel quadraginta domus in uno Monasterio, & teneat vel quaterna domus in unam tribum fideherentur, ut vel ad opera simul vadant, vel in hebdomadarum ministerio sibi succedant per ordinem.

3. Quicunque autem Monasterium primus ingreditur, primus sedet, primus ambulat, primus pœlum dicit, *Cod. Regul. Tam. I.*

primus in mensa manum extendit, prior in Ecclesia communicat; nec etas inter eos queritur, sed profectio.

4. Nihil habent in cellulis præfaticum, & quæ infra scripta sunt, duo lebitonaria (quod *Ægyptis Monachis genus vestimenti est sine manicis*) & unum jam attritum ad dormiendum, vel operandum; & amictum lineum, cullosque duos, & caprinam pelliculam, quam meloten vocant, balteolum lineum, & gallicas, ac bacillum itineris focium.

5. Agrotantes ministrorum sustentantur obsequiis, & ad omnem copiam præparatis cibis. Sani majori possent abstinentia. Bis in hebdomada, quarta & sexta Sabbati ab omnibus jejunatur, excepto tempore Paschæ & Pentecostes. Aliis diebus comedunt, qui volunt post meridiem; & in cena similiore mensa ponuntur, propter laborantes, senes, & pueros, restusque gravissimos. Sunt, qui secundum parum comedunt; ali qui prandii, five cœntæ uno rankum cibo contenti sunt. Nonnulli gustato pauculum pane egrediuntur. Omnes pariter comedunt. Qui ad mensam ire noluerit, in cellula sua panem tantum & aquam, ac falem accipit, five in uno die voluerit, five post biduum.

6. Fratres ejusdem artis in unam domum sub uno Praeposito congregantur: verbi gratia, ut qui texunt lana, sint pariter; qui macta, in unam reputantur familiam; sarcinatores, carpentarii, fullones, gallicarii seorsum à suis Praepotitis gubernantur: & per singulas hebdomadas ratiocina operum suorum ad patrem Monasterii referuntur.

7. Omnium Monasteriorum princeps unum habet capit, qui habitat in Monasterio diebus Paschæ, exceptis his, qui in Monasterio necessarii sunt, ad illum omnes congregantur, ut quinquaginta millia ferè hominum passionis dominice simul celebrent festivitatem.

8. Mensa cui vocabulum est Meliore, id est Augusto, instar Jubilai remissionis dies exercentur, & peccata omnibus dimittuntur, reconcilianturque sibi, qui aliquam habuerant similitatem: & disponuntur Monasteriorum capita, dispensatores, praepositi, ministri, prout necessitas postularit.

9. Ajunt autem Thebaei quod Pachomio, Cornelioque & Syro, qui usque hodie ultra centum & decem annos vivere

vere dicitur, Angelus lingue mysticae scientiam dederit, ut scriberent sibi & loquerentur per Alphabetum speciale, signis quibusdam & Symbolis absconditos sensus involvens: quas non Epistolas; ita ut apud Aegyptios Graecosque leguntur, in nostram linguam vertimus, eadem ut reperimus elementa ponentes, & qua simplicitatem Aegyptii sermonis imitati sumus, interpretationis fides est:

ne viros Apostolicos & totos gratiae spiritualis sermo Rheticus immutaret. Cetera autem, quae in eorum tractatibus continentur prælibare nolui, ut in suis discantur auditoribus; & de fontibus potius quam de rivulis bibant, quos sanctæ conversationis studia delectant.

*Explicit Praefatio S. Hieronymi.*

## PATRIS NOSTRI PACHOMII HOMINIS

Dic, qui fundavit conversationem Cœnobiorum à principio per mandatum Dei, hoc est exordium præceptorum.

### CAPITULUM I.

**Q**ui rudis in collectam sanctorum ingreditur, & quem per ordinem janitor ab ostio Monasterii introduixerit, & sedere fecerit in conventu fratrum, non ei liberabit fedendi locum vel ordinem commutare, donec eum transferat Totihic, id est, Præpositus domus suæ, ad locum qui ei ritè debetur.

II. Sedebit autem cum omni decore & manuetudine; pelliculamque super humerum geret: ex latere & inferiori parte subdens natibus; & vestimentum, id est, tunicam lineam absque manicis, quam Leuitonarium vocat, diligenter adstringens, ita ut genua operiat.

III. Cumque audierit vocem tubæ ad collectam vocantis, statim egrediatur cellulam suam, de scripturis aliquid meditans usque ad ostium conventiculi.

IV. Et quando in loco collectæ coepit ambulare, ut ad locum fedendi standique perveniat, ne vel parum damni in Monasterio ex alterius veniat negligenter.

V. Sin autem nocte signum insonuerit, ne steterit ad focum, quem propter calefacienda corpora & repellendum frigus ex more succeditur: nec otiosus in collecta fedebit, sed funiculos in mattarum stramina manu celeri præparabit; absque infirmitate duntaxat corpusculi, cui cessandi tribuitur venia.

VI. Cumque manum percusserit stans prior in gradu, & de scripturis quidpiam volvens memoriter, ut oratione finiente, nullus confusget tardius, sed omnes patriter levabunt.

VII. Nemo aspiciat alterum torquentem funiculum vel orantem; sed in suo defixis luminibus opere sit intentus.

VIII. Haec enim præcepta vitalia à nobis majoribus tradita. Si acciderit, ut

psallendi tempore vel orandi, aut in medio lectionis aliquis loquatur aut rideat, illlico solvat vinculum, & inclinata ceruice manib[us]que ad inferiora depresso stabit ante altare, & à principe Monasterii increpabitur. Hoc idem faciet & in conventu fratrum, cum ad vescom diu pariter convenerit.

IX. Quando ad collectam tubæ clangor increpatur per diem, qui ad unam orationem tardius venerit, superioris increpationis ordine corripetur, & stabit in loco convivil.

X. Noche vero, quoniam corporis infirmitati plus aliquid conceditur, qui post tres orationes venerit, eodem & in collecta & in vescendo ordine corripetur.

XI. Quando la collecta orant fratres, nemo egredietur absque iussione majorum, nisi interrogaverit, concessumque ei fuerit exire pro natura necessitate.

XII. Nullus dividet juncos ad texendos funiculos præter eum, qui ministrat hebdomadæ; & si ille justo opere detenus est, majoris imperium præstolabitur.

XIII. De hebdomadariis unius dominus non eligentur, qui stent in gradu, & conventu omnium de scripturis aliquid replicent: sed omnes juxta fedendi & standi ordinem memoriter repeatent, quæ sibi fuerint imperata. E quibus, si quis oblitus quid hæstaverit in dicendo, negligentie & oblivionis correptionem sustinebit.

XIV. In die dominica vel oblationis tempore nullus deerit de hebdomadariis, sedens in loco Ebijmii, psallentique respondens, ex una duntaxat domo, quæ in majori servit hebdomadæ. Altera est etiam minor hebdomadas, quæ per singulas domos à paucioribus exhibetur.

XV.

XV. At si major est numerus necessarius, de eadem tribu alii vocabantur à Præposito domus, qui ministrat hebdomade: & absque iuſſione ejus nullus de altera domo ejusdem tribus ad psalmendum veniet, & penitus non licebit in alterius hebdomade, & de alia venire domo, niſi forte ejusdem tribus sit.

XVI. Vocatur autem una tribus, habens tres vel quatuor domos, pro numero & frequentia Monasterii; quas nos familias vel populos unius gentis possimus appellare.

XVII. In die dominica & collecta, in qua offerenda est oblatio, absque Præposito domus, & majoribus Monasterii, qui alicujus nominis sunt, nemo psallendi habeat potestatem.

XVIII. Psallente autem quolibet de majoribus, id est, dicente responsoriū, si quis fuerit, statim ante altare penitentie & increpationis ordinem sustinebit.

XIX. De collecta in qua offertanda est oblatio, qui sine præcepto majoris exierit, statim increpabitur.

XX. Mane per singulas domos finitis orationibus non statim ad suas cellulæ revertentur: sed conferent inter se, quæ Præpositos audierint disputantes, & sic intrabunt cubilia sua.

XXI. Disputatio autem à Præpositis domorum per singulas hebdomadas tertio fieri: & in ipsa disputatione fidentes sive stantes fratres suum ordinem non mutabunt, juxta domorum ordinem & hominem singulorum.

XXII. Si quis dormitaverit sedens Præposito domus vel Monasterii principe disputante, statim surgere compelletur: & tandem stabit, donec ei jubetur, ut fedeat.

XXIII. Quando signum infonuerit, ut convenient & audiant præcepta majorum, nullus remanebit: nec succendetur focus, antequam disputatione compleatur. Qui unum ex his præterierit, predictæ correctioni subiacebit.

XXIV. Qui hebdomadarius est, non habebit potestatem abſque præcepto principis Monasterii dare cuiquam funiculos, vel aliorum quid vasorum: & nisi ille iussiterit, signum dare non poterit, ut ad collectam meridianam, vel ad vespertinam sēx orationum congregentur.

XXV. Post orationes matutinas minister hebdomadis, cui hoc opus fuerit injunctum, interrogabit principem Monasterii de singulis rebus, quas necessarias putat; & quanti exire debeant operari in agrum. Et juxta illius iussionem circumibit singulas domos, & dicet, quid unusquisque habeat necessarium. Codicem si ad legendum petierint, accipiant;

*Cod. Regul. Tom. I.*

& finita hebdomade, propter eos, qui succedunt in ministerium, suo restituant loco.

XXVI. Si mattas operabuntur, interrogatur minister ad vesperum Præpositos domorum singularium; quibus junctorum singularis dominis necessarium sit; & sic infundet juncos, & mane per ordinem unicuique tribuet. Et si mane viderit alii quoque juncis opus esse, infundet eos, & ad singulas domos perferet tamdiu, donec signum vescendi increpet.

XXVII. Præpositus domus qui implet hebdomadam, & alius qui venturam suscipiet, principesque Monasterii habebunt curam videndi, quid operis prætermisum sit vel neglectum; & executi facient mattas, que super pavimentum in collecta expandi solent, numerabintque funiculos, quos per singulas hebdomadas torserunt, & eorum summam describent in buxis, & servabunt usque ad tempus annue Congregationis, quando reddenda est ratio, & peccata omnibus dimittuntur.

XXVIII. Dimissa collecta singuli egredientes usque ad cellulas suas, vel usque ad vescendi locum, de Scripturis aliquid meditabuntur; nullusque habebit opertum caput meditationis tempore.

XXIX. Cum autem ad vescendum venerint, sedebunt per ordinem statutis locis, & operient capita.

XXX. Statimque cum tibi à majori fuerit imperatum, ut de alia mensa ad aliam transire debcas, in nullo penitus contradicere. Nec audies ante Præpositum domus tuę manum in mensam extenderi: nec circumspicias alios vescentes.

XXXI. Unusquisque Præpositorum docebit in domo sua, quomodo debeant cum disciplina & manuſtudine comedere. Quod si quis vel locutus fuerit, vel riferit in vescendo, ager penitentiam, & in eodem loco protinus increpabitur, stabitque, donec alius surgat de vescentibus.

XXXII. Si quis ad comedendum tardius venerit, excepto majoris imperio, similiter ager penitentiam, aut ad dominum jejunus revertetur.

XXXIII. Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum sonitu dabit.

XXXIV. Si egressus fuerit à cibo, non loquaris in redeundo, donec ad locum tuum pervenias.

XXXV. Ministri absque his, quæ in commune fratribus preparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant preparare.

D 4

XXXVI.

XXXVI. Qui percutit ad vescendum, & congregat fratres, meditetur aliquid in percutiendo.

XXXVII. Qui ante fores convivii egredientibus erogat fratribus tragemata, in tribuendo meditetur aliquid de scripturis.

XXXVIII. Qui suscipit ea, quæ dantur, non in cuculo, sed in pelle accipiat; neque gustabit ante de his, quæ accepit, donec ad domum perveniat.

XXXIX. Ipse autem, qui ceteris dividet, suam partem à Præposito accipiet. Quod & ceteri ministri faciant, accipientes ab alio, & nil sibi suo abbatio vindicantes. Ea, quæ accepit per triduum, eis sufficiunt: & si cui residuum fuerit, reportabit ad Præpositum domus, & ille reponet in cellario, donec misericordia cum aliis, & cunctis fratribus præbeat.

XL. Nemo plus alteri dabit, quam aliter accepit, quod si obtenditur infirmitas, Præpositus domus perget ad ministram agrotantum, & ab his, quæ necessaria sunt, accipiet.

XLI. Si de ipsis ministris aliquis languerit, non habebit licentiam introeundi in coquiam vel cellarium, & sibi aliquid auferendi: sed ceteri ministri, id, quod ei necessarium viderint, dabunt: nec permittetur coquere sibi, quod desideraverit, sed Præpositi domorum, quæ necessaria viderint ei, ab aliis ministris accipient.

XLII. Nullus introeat locum agrotantium, qui non agrotat. Qui agrotaverit, à Præposito domus ducetur in triclinium agrotantium: & si opus habuerit palliolo, aut tunica, aut ceteris, quæ ad opericendum, vel ad vescendum necessaria sunt, ipse Præpositus accipiat à ministris, & dabit agrotantibus. Nec poterit languidus ingredi cellam vescientium, & comedere quæ desiderat, nisi à ministro, qui huic rei præpositus est, ducatur ad vescendum.

XLIII. Non ei licebit de his, quæ accepit in loco agrotantium, ferre ad cellam suam, ne ponum quidem.

XLIV. Qui pulmentaria coquunt, ipsi vicissim ministrantibus & vescentibus ministrabunt.

XLV. Vinum & liquamen absque loco agrotantium nullus contingat.

XLVI. Si aliquis eorum, qui peregrinatur, in itinere vel in nave agrotaverit, & habuerit necessitatem sive defiderium comedendi liquamen de pincibus, vel aliarum rerum, quæ in Monasterio comedere consueverunt, non manducabit cum fratribus ceteris, sed separatum: & dabitur ei à ministris ad om-

nem abundantiam, ne in ullo frater languidus contristetur.

XLVII. Agrotantem absque concessione majoris nullus audeat visitare; nec propinquus quidem atque germanus sine imperio Præpositi domus ingrediendi habebunt potestatem.

XLVIII. Si unum ex his ab aliquo fuerit prætermisum atque neglectum: & irreparacione solita emendabitur.

XLIX. Si quis accesserit ad ostium Monasterii volens seculo renunciare, & fratribus adgregari numero, non habebit intrandi libertatem, sed prius nuntiabit Patri Monasterii, & manebit paucis diebus soris ante januam, & docebitur orationem Dominicam, ac Psalms, quanos poterit ediscere: & diligenter sui experimentum dabit, ne forte mali quidpiam fecerit, & turbatus ad hotam timore discelerit, aut sub aliqua potestate sit: & utrum possit renuntiare parentibus suis, & propriam contempnere facultatem. Si enim videbit aptum ad orationem & ad omnia, tunc docebitur & reliquias Monasterii disciplinas, quas servare debeat & facere, quibusque servire, sive in collecta omnium statrum, sive in domo cui tradendus est, sive in vescendi ordine; ut instrutus, atque perficetus in omni opere bono, fratribus copuletur. Tunc nudabunt eum vestimentis secularibus, & induent habitu Monachorum, tradentque ostiario, ut orationis tempore adducat eum in conspectum omnium fratrum: sedabitque in loco, in quo ei præceptum sicut. Veſtimenta autem, quæ secum detulerat, accipient, qui huic rei præpositi sunt, & inerent in repositorium, & erunt in potestate principis Monasterii.

L. Nemo manens in Monasterio suscipiendo quempiam ad vescendum habeat potestatem, sed mirret eum ad ostium xenodochii, ut suscipiatur ab his, qui huic rei præpositi sunt.

Ll. Quando ad ostium Monasterii aliqui venerint, si clerici fuerint aut Monachi, majori honore suscipiantur: lavabuntque pedes eorum, juxta Evangelii præceptum, & deducent ad locum xenodochii, præbebuntque omnia, quæ apta sunt ulvi Monachorum. Quid si voluerint orationis tempore atque collegete venire ad Coaventum fratrum. & ejusdem fidel fuerint, janitor vel minister xenodochii nuntiabit Patri Monasterii, & sic deducentur ad otandum. Si homines世俗es aut debiles, aut vasa infirmiora, id est, mulierculæ venerint ad ostium & orandum, suscipient singulos in diversis locis, juxta ordinem propositi & sexus sui; præcipueque faminas majoris honore & diligentia curabunt, cum

cum omni timore Dei , & locum separatum ab omni virorum vicinia eis tribuente , ut nulla sit occasio blasphemandi . Quod si ad vesperam venerint , abigeret eas nefas est ; sed accipient , ut diximus , separatum locum & clausum cum omni disciplina atque cautele : ut grec stratum liberè suo officio serviat , & nulli detur ostendendum detrahendi .

LII. Si quis ante oltum steret Monasterii , dicens se velle videre fratrem suum vel propinquum , janitor nuntiabit patri Monasterii , & ille accitum interrogabit Praepositum domus , utrumnam apud eum sit : & permittente eo accipiet comitem egressionis sue , cuius fides probata est , & sic mitteat ad fratrem videndum , vel ad proximum . Si forte ei aliquis attulerit ciborum , quibus in Monasterio vecni licitum est , suscipere ipse non poterit , sed vocabit janitorem , & ille allata accipiet , quæ si talia fuerint , ut cum pane vescomda sint , nihil eorum is , cui allata sunt , accipiet , sed cuncta ad loca ægrotantium decenterent . Si verò sint tragemata , vel poma , dabit ei janitor ex his comedere , quæ poterit ; & cetera ad cellam languentium deportabit . Ipse autem nihil ex his , quæ allata sunt , gustare poterit , sed reddere ei , qui attulit , sive lapfania , quod genus herbarum est villorum , sive panes , sive olera premordica . Eos autem cibos , quos allatos à parentibus vel propinquis diximus tales esse , qui comedunt cum pane debeant , is cui allati sunt deducetur à Praepositu domus ad cellam ægrotantium , & ibi semel tantum ex his comedet : extera autem in manu ministri ægrotantium . Ipse quoque minister de his comedere non poterit .

LIII. Si fuerit nuntiatum , quod de propinquis corum atque cognatis , qui in Monasterio commorantur , aliquis ægrotet , janitor primum nuntiabit patri Monasterii , & ille accitum interrogabit Praepositum domus . Videbantque virum , cuius tides & disciplina probata sit , & mittent cum eo , ut vident ægrotantem , tantumque accipiet vlaici , quantum Praepositus domus ejus decreverit .

LIV. Quod si necessitas impulerit , ut foris maneat , & vescomda in paterna sive propinquorum domo , nequam hoc faciat ; sed manebit vel in Dominico , vel in Monasterio ejusdem fidei . Et si eis affines vel cognati preparaverint cibos & apposuerint , non accipient omnino , nec vescentur nisi his , quæ in Monasterio comedere consueverunt , non gustabunt liquamen , nec vinum bibent , nec aliud quidpiam , quorum edendi consuetudinem non habent . Si à parentibus quidpiam acceperint , tantum come-

dent , quantum in via sufficiat ; cetera que remanerint dabunt Praeposito dominus sue , & ille deportabit ea in cellam languentium .

LV. Si propinquus alicujus aut consanguineus mortuus fuerit , prosequendi funus non habebit licentiam , nisi Pater Monasterii præceperit .

LVI. Nullus solus foras mittatur ad aliquod negotium , nisi juncto ei altero .

LVII. Quando autem reversi fuerint in Monasterium , si viderint ante oltum querentem aliquem suorum affinum de his , qui in Monasterio commorantur , non audebunt ire ad eum , & nunciare vel vocare . Et omnino quidquid foris gesserint , & audierint , in Monasterio narrare non poterunt .

LVIII. Si signum datum fuerit , ut egrediantur ad opus , Praepositus antecedet eos ; & nullus in Monasterio remanebit , nisi is cui Pater præceperit . Et hi , qui pergunt , non interrogabunt , quo vadant .

LIX. Cumque universæ domus in unum fuerint congregatae , prioris domus Praepositus omnes antecedet , & pergit juxta ordinem domorum & hominum singulorum . Nec loquentur mutuo , sed unusquisque de scripturis aliquip meditabitur . Si forte eis aliquis occurrit , & voluerit cum aliquo corum loqui , janitor Monasterii , qui huic operi delegatus fuerit , occurret , & respondebit ei , cōquæ utentur nuntio . Si janitor coram non fuerit , Praepositus domus vel alius , cui hoc fuerit injunctum , occurrentibus respondebit .

LX. Operantes nihil loquentur secundare , sed aut meditabuntur ea , quæ scripta sunt , aut certè silebunt .

LXI. Nemo palliolum lineum tolleret secum vadens ad operandum , nisi forte concessione majoris : ipsoque palliolo in Monasterio ambulans post collectam nullus uestetur .

LXII. Operans non sedebit sine manus imperio .

LXIII. Ductores fratrum in itinere , si necessitas habuerint aliquem mittere , sine Praepositi iussione non poterunt . Quod si ipse , qui ductor est , cogeretur necessitate ire ad aliquem locum , officium suum ei , qui post se est in ordine , delegabit .

LXIV. Missi fratres , vel foris constituti , si absque Monasterio velcentur , hebdomadarius qui eos sequitur , dable cibos , absque coctione pulmenti : & ipse aquam circumferet & juxta vitrum : nullusque furgendi , vel hauriendi , vel borbendi habebit potestatem .

LXV. Quando revertuntur in Monasterium , nemo ex ordine remanebit .

LXVI. Cùm ad domos suas pervenerunt, ferramenta quibus opus fecerunt, & gallicas traudent ei, qui secundus est post Praepositum domus ; & ille inferet ea vespera in cellularam separatam, ibique concludet. Omnia autem ferramenta hebdomade completa reportabuntur in unam domum : & rursus, qui succedunt hebdomade, singulis dominis noverint, quid distribuant.

LXVII. Leutonarium, & quidquid in veste est Monachorum, nemo lavet in die Dominicæ, præter nautas & plastrarios.

LXVIII. Nec vadant ad lavandum nisi omnibus unum signum infonuerit ; sequentisque Praepositum suum, & lavabunt taciti cum disciplina.

LXIX. Nemo lavet retrahitis in altum vestibus plus quam statutum est ; cùmque laverint omnes pariter revertentur. Si quis remanserit eo tempore, quo ibitur ad lavandum, vel in presenti non fuerit, commonebit Praepositum suum, & ille mittet cum eo alterum : & sic loto vestimento revertentur domum.

LXX. Vespere secca levitonaria tollent, & dabunt secundo, id est, ei qui post Praepositum est, & ille reponeret in cellula.

LXXI. Quod si secca non fuerint, altera die expandentur ad solem, donec siccetur : nec dimittentur in ardore soles plus quam in horam tertiam ; cùmque collecta fuerint, leviter mollientur.

LXXII. Nec tenebunt ea singuli apud se, sed dabunt, ut reponantur in cellam usque ad sabbatum.

LXXIII. Nullus de horro tollat olea, nisi ab hortulano acceperit.

LXXIV. Palmarum folia ex quibus texuntur sportæ, nemo suo jure tolleret, absque eo cui palme creditz sunt.

LXXV. Nullus uvas aut spicas adhuc immaturas comedere audeat præter ordinem disciplinae : & omnino de omnibus, que in agro sunt, vel in pomariis, nemo cogedat separatim, antequam cunctis fratribus pariter exhibeantur.

LXXVI. Qui coquet, antequam fratres comedant, non gustabit.

LXXVII. Qui super palmas est, non comedet de fructibus earum, nisi prius fratres comedenterint.

LXXVIII. Si iussi fuerint palmarum fructus colligere, Praepositus colligentium dabit in eodem loco singulis ad vesendum modica : & cùm ad Monasterium venerint, inter ceteros fratres partes suas accipient. Si autem invenerint sub arboribus pomæ cecidisse, comedere non audebunt, sed reperta in transiit juxta radices arborum colloca- bunt. Ipse quoque, qui ceteris colligen-

tibus distribuit, gustare non poterit ; sed portabit ad dispensatorem, qui cum ceteris dederit fratribus, & ipsi tribuat partem suam.

LXXIX. Nullus in cellula sua reponat aliquid ad vescendum, absque his que à dispensatore acceperit.

LXXX. De parvulis autem panibus qui dantur domorum Praepositis, ut his eos distribuant, qui nolunt in commune vesci cum ceteris, & quasi majori abstinentia se dedicant, ita observare debent, ut nulli dent juxta gratiam, ne proficiantur quidem peregrinæ. Nec ponantur in medium : sed quando comedere volunt, cum disciplina dabuntur in cellulis, & cum his nihil aliud comedent, nisi solum tantum. Præter Monasterium autem coquianam nullus coquendii cibos potestatem habeat. Et si quando foris vadant, hoc est in agros ad operandum, accipiant olera sale acerisque condita, & in longos usus vestitis tempore preparata.

LXXXI. Nemo in domo & in cellula sua habeat præter ea, que in commune Monasterii lege præcepta sunt : non tunicam laneam, non pallium, non pellum intonsis arietum lanis molliorem ; non paucos nummos, non pulvillum quidem ad caput, aut aliud varia suppeditatis : exceptis his, que à Patre Monasterii per domorum Praepositos dividuntur, id est, armatura sua, levitonariis duobus, & uno attrito ex usu ; fabro longiore quod collo humerisque circumdat ; pellicula que pendet ex latte, gallicis & cucullis duobus, zona & bacello. Præter haec quidquid inventeris, absque contradictione auferes.

LXXXII. Nullus habeat separatum mordacem pavulam ad evellendas spinas, si forte calcaverit, absque Praeposito domus & secundo : pendeatque in fenestra, in qua codices collocantur.

LXXXIII. Si quis de altera domo transfertur in alteram, exceptis his que supra diximus, secum transferre nihil poterit.

LXXXIV. Nullus neque exeundi in agrum, neque ambulandi in Monasterio, neque extra murum Monasterii foras habeat facultatem, nisi interrogaverit Praepositum, & ille concederit.

LXXXV. Cavendum, ne quis de domo in alteram domum verba transferat, nec de Monasterio in Monasterium, nec de Monasterio in agrum, nec de agro in Monasterium.

LXXXVI. Si quis ambulaverit in via, vel navigaverit, aut operatus fuerit foris, non loquatur in Monasterio, que ibi geri viderit.

LXXXVII. Nemo dormiens supponat nisi reclinet in cellula sua, que ei fuerit mancipata. Nec in cells, nec in dormitoribus, in quibus vitandorum estrum causâ nocte requiescant, nec in agris cum ad dormiendum se collocaverint, alteri non loquetur, postquam obdormierit. Si post somnum noctu evigilaverit, oret; si sibi tunc experit, jejuniū autem instat dies, bibere non audebit.

LXXXVIII. Præter piastrum, id est mattam, in loco cellule ad dormiendum nihil alud omnino substernet.

LXXXIX. Cellulam alterius, nisi prius ad ostium percusserit, introire illuc cunctum est.

XC. Ad cibum non pergent, nisi generali sonitu convocentur; nec ambulabunt in Monasterio priusquam commune signum intonuerit.

XCI. Absque cucullo & pellicula nemino ambulet in Monasterio, nec perget ad collectam, nec ad vescendum.

XCII. Vespere ad ungendas & molliendas ab opere manus oleo absque altero ire non poterit. Totum autem corpus nemo unguet, nisi causa infirmitatis: nec lavabitur aqua nudo corpore, nisi languor perspicuus sit.

XCIII. Nullus lavare alterum poterit aut ungere, nisi ei fuerit imperatum.

XCIV. Nemo alteri loquatur in tenebris: nullus in piastrum cum altero dormiat: manum alterius nemo teneat; sed five steret, five ambulaverit, five federit, uno cubito dillet at altero.

XCV. Spinam de pede alterius excepto domus Präpositi, & secundo, & alio cui jussum fuerit, nemo audebit evellere.

XCVI. Nullus attondeat caput absque majoris arbitrio.

XCVII. Mutare de his, que à Präposito acceperit, cum altero non audebit: nec accipiet melius, & dabit deteriori: aut è contrario dans melius, & deteriori accipiens. Et in vestimento & in habitu suo nihil novi præter ceteros causa decoris inveniet.

XCVIII. Omnes pelle ligate erunt, & pendebunt ex humeris.

XCIX. Cuculli singulorum habebunt & Monasterii signa & domus.

C. Nemo vadens ad collectam aut ad vescendum dimittat codicem non ligatum. Codices qui in fenestra, id est intrinsecus parietis reponuntur ad vesperum, erunt sub manu secundi; qui numerabit eos, & ex more concludet.

CL. Nullus vadat ad collectam vel ad vescendum habens galliculas in pedibus, vel palliolo lineo invitatus, five in monasterio, five in agris.

CII. Qui vestimentum suum plus quam usque ad meridiem, quando fratres convocantur ad cibum, in sole esse permiserit, negligentie increpabitur.

CIII. Et in unum de his, que supra dicta sunt, contemptu preterierit, correctione simili corrigetur.

CIV. Galliculas, & si quid aliud jungenundum est vel componendum, absque eo, cul hoc ministerium delegatur à Präposito domus, facere nullus audebit.

CV. Si quis fratum Iesu fuerit aut perculsus, & tamen lectulo non discubbet, sed deambulat invalidus, & aliquare indigebit, vestimento videlebet, vel palliolo, & ceteris utensilibus, Präpositus domus ejus vadet ad eos, quibus fratum vestitula commissis sine, & accipiet. Cumque sanus fuerit, reportabit absque ulla mora.

CVI. Nemo ab altero accipiet quidpiam, nisi Präpositus iusseric.

CVII. Clauſa cella nulla dormiat, nec habebit cubiculum, quod claudi possit: nisi forte aetati alicuius vel infirmati Pater Monasterii concederit.

CVIII. In villam nullus vadat nisi missus, exceptis armentariis, & bubulcis, & agricolis.

CIX. Sub nudum dorsum asini duo pariter non sedebunt, nec super tegmine plaustrum.

CX. Si asinus sedens venerit aliquis, excepta infirmitate, desiliet ante portas Monasterii, & sic asinum precedens fuscicolo ducet ad manum.

CXI. Ad tabernacula diversarum artium soli pergent Präpositi, ut accipiunt quod necessarium est.

CXII. Ipse quoque ante meridiem, quando fratres ad vescendum vocantur, ire non poterunt: nisi forte quavis incumbat necessitas: & consilio Patris Monasterii mittet hebdomadarius, ut deferat, quod necesse est. Et omnino absque iussione majoris in alteram cellam nullus audebit introire.

CXIII. Commendatum etiam aliiquid à germano fratre nullus accipiet.

CXIV. Nihil in cella sua absque Präpositi iussione quispiam condet, nec poma quidem vilissima, & cetera hujusmodi.

CXV. Si Präpositus domus alterius quoquam profectus fuerit alius Präpositus dux erit ejusdem gentis, & tribus geret curam proficisciens, & ejus uteatur potestatibus, ac sollicitè omnia faciet: doctrinamq; duorum jejuniorum ita dividet, ut unam in sua domo, alteram in proficisciens exercet.

CXVI. Quando farinam conspergunt aqua, & malam subigunt, nemo loquatur alteri. Manè quoque quando tabulis ad sursum

furnum vel ad cibanos deportant panes, simile habebunt silentium : & tantum de psalmis & de scripturis aliquid decantabunt, donec opus impleatur. Si quid necessarium habuerint, non loquentur, sed signum dabant his, qui possunt afferre, quibus indigent.

CXVII. Quando ad miscendam farinam vocati fuerint, nullus residat in loco panes coquentium ; exceptis his, qui coctioni sufficient, & quibus jussum est, nemo residet.

CXVIII. In navibus quoque similis disciplina est. Nemo autem à terra solvet funiculum absque iustitione Patris, ne lembum quidem.

CXIX. In loco sentinæ & interiore parte navis ceteris fratribus super transstra & tabulata quiescentibus, nullus dormiat, & scutulæ homines dormire fecum in navi nemo patietur. Vafa infirmiora cum ceteris eis non navigabunt; nisi forte Pater Monasterii præcepit.

CXX. Nullus in domo sua audebit focum facere, nisi in commune omnibus succendarit.

CXXI. Qui una oratione de sex orationibus vespertinis tardius venerit, vel qui missariverit & locutus fuerit ad alterum, vel subtiliter in reliquis orationibus constituto ordine, ager penitentiam.

CXXII. Quando domi fedebunt, non eis licet loqui aliquid faculare ; sed si quid Præpositus de scripturis docuerit, vicissim inter se ruminent, & referant, quæ quis audierit, vel quæ memoriter teneant.

CXXIII. Nemo quidquam operis faciet, ne scyphos plenos aqua circumferet, nec funiculum quidem torquebit, nisi Præpositus iussirerit.

CXXIV. Nemo juncos infusos in aqua sibi toller ad operandum, nisi magister hebdomadis ei dederit.

CXXV. Qui vas fidele frigerit, & juncos tertio infuderit, ager penitentiam vespere in sex orationibus.

CXXVI. Post sex orationes quando ad dormiendum omnes separantur, nulli licet excepta causa necessitatis egredi cubiculum suum.

CXXVII. Si frater dormierit, omnis eum fraternitas prosequarur. Nemo permaneat absque majoris imperio, nec psallat nisi ei jussum fuerit : nec post alterum psalmum jungat alterum sine Præpositi voluntate.

CXXVIII. Duo simul tempore luctus non psallant, nec pallio circumdabuntur luto. Nec quisquam erit, qui psallenti non respondeat, sed jungetur & gradu, & voce confona.

CXXIX. Qui est infirmus in funere habebit ministrum qui eum sufficiat, &

omnino ad quenquam locum missi fuerint fratres, de hebdomadiis habebunt eos qui segregantibus serviant, si forte in itinere vel in agro languor obrepserit.

CXXX. Nemo ante Præpositum & ducem suum ambulet : nullus remaneat ab ordine suo.

CXXXI. Si quis aliquid perdididerit, ante altare publicè corripietur. Si vero de propriis vesticulis fuerit, quid perditum est, tribus hebdomadiis non accipiet ; & in quaarta acta penitentia dabit ei, quod amiserit.

CXXXII. Qui invenerit aliquid, per tres dies ante collectam fratrum suspenget, & tollat qui cognoverit.

CXXXIII. Cunctis increpationibus atque doctrinis, quarum scripta est & constituta, correptio Præpositi sufficit : & quid autem novi fuerit in delicto, referet ad principem Monasterii.

CXXXIV. Lotum in domo nullus faciat absque eo ; & omne quod novum est illius tentatio disponetur.

CXXXV. Omnis correptio ita fiat, ut distincti sint, qui corripiuntur ; stent quo in majori collecta, & in vescendi loco.

CXXXVI. Qui absque commonitione fratrum recesserit, & postea acta penitentia venerit, non erit in ordine suo absque majoris imperio.

CXXXVII. Præpositus domus & dispensator si una nocte absque fratribus dormierit : & postea acta penitudine ad conventum venerit fratrum, non ei permettur, ut introeat domum, aut stet in ordine suo, absque majoris imperio.

CXXXVIII. Omne quod in conventu fratrum audierunt disputatum, necessitate cogentur, ut inter se replicent, juniorum maximè tempora, quando à suis docentur Præpositis.

CXXXIX. Qui rudis Monasterium fuerit ingressus, docebatur prius, quæ debeat observare : & cum doctus ad universa confererit, dabunt ei viginti psalmos & duas Epistolas Apostoli, aut alterius scripturae partem. Et si literas ignoraverit, hora prima, & tertia, & sexta vadet ad eum, qui docere potest : & qui ei fuerit delegatus, stabit ante illum, & discit studiosissime, cum omni gratiarum actione.

CXL. Postea vero scribent ei eleminta, syllabæ, verba ac nomina ; & etiam nolens legere compelletur, & omnino nullus erit in Monasterio, qui non dicat literas, & de scripturis aliquid tenet : qui minimum usque ad novum Testamentum & Psalterium.

CXLII. Ad collectam, & ad psallendum & orandum nullus sibi occupationes inveniat, quibus se dicat occupatum quasi ire non possit.

CXLII. Et si in navi fuerit, & in Monasterio, & in agro, & in itinere, & in quolibet Ministerio, orandi & psallendi tempora non prætermittat.

## PRÆCEPTA ET INSTITUTA PATRIS NOSTRI PACHOMII hominis Dei qui fundavit ab exordio Sanctæ vite Communionem.

*Q*uomodo collecta fieri debent, & fratres congregandi sint ad audiendum sermonem Dei, juxta præcepta majorum, & doctrinam sanctorum scripturarum, ut liberentur de errore anima, & glorificant Deum in luce viventium: & sciant quomodo oporteat in domo Dei conversari sine ruina & scandalo, ut non inebriantur aliqua passione, sed

flent in mensura veritatis, & traditio[n]ibus Ap[osto]lorum & Prop[he]t[ar]um; & solemnitatum ordinem teneant, imitantes conversationem eorum in domo Dei, & jejunia atque orationes ex more complentes. Qui enim bene ministrent, sequuntur regulam scripturarum.

CXLIII. Hoc est ergo ministerium, quod Ecclesiæ ministri exercere debent. Congregent fratres orationis tempore, & omnia faciant, quæ rite complenda sunt, nullam detractioni occasionem tribuant, nec finant ambulare quempiam contrarium disciplinæ.

CL. Qui mentitur, aut qui odio quemquam habere fuerit reprehensus, aut inobediens, aut plus joco quam honestum est deditus, aut otiosus, aut durè respondens, aut habens consuetudinem fratribus detrahendi, vel his qui foris sunt, & omnino quidquid contra regulam scripturarum est & Monasterii disciplinam; audiet Pater Monasterii, & vindicabit juxta mensuram opusque peccati.

CXLIV. Si codicem postulaverint, deferant eis.

CLII. Præpositus domus culpe & increpationi subjacebit, si ante tres dies non nuntiaverit Patri, five in via, five in agro, five in Monasterio quid perierit & ageretur publicam penitentiam juxta ordinem constitutum. Et si homo fugerit, & ante tres horas non nuntiaverit Patri, rei erit perditionis ejus: nisi tamen eum rursus invenerit.

CXLV. Si quis de foris venerint vespere, & non occurserit accipere opus, quod altero die fakturus est, manè ei tribuatur.

CLIII. Hæc est ultio in eum, qui fratrem de domo perdiderit, tribus diebus ager publicam penitentiam, quod si eadem hora nuntiaverit Patri, in qua fugit, reus non erit.

CXLVI. Si defecerit opus quod habebat in manibus, referat ad majoris scientiam, & quod ille præcepit, faciat.

CLIV. Peccatum si in domo sua Præpositus viderit, & non statim increpaverit delinquentem, nec nuntiaverit Patri Monasterii, ipse increpationis ordinem subjacebit.

CXLVII. Qui minister est habeat studium, ne quid operis pereat in Monasterio in ulla omnino arte, que exercetur à fratribus. Quod si perierit, & negligenter fuerit diligatum; increpabitur à Patre minister operum singulorum; & ipse rursus increpabit alium, qui opus perdididerit: duntaxat juxta voluntatem & sententiam principis, absque quo nullus increpandi fratrem habebit potestatem.

CLV. Per domos singulas vespere sex orationes psalmisque complebunt, juxta ordinem majoris collectæ, quæ à cunctis fratribus in communione celebratur.

CXLVIII. Si vestimentum ad solem expandum tertius inventerit, dominus pro eo increpabitur, & ager penitentiam publicam in collecta. Pellicula, & gallicula, & cingulum, & si quid aliud perierit, qui perdidit, increpabitur.

CLVI. Per singulas hebdomadas binæ disputationes, id est catecheses, à Præpolito complebuntur.

CXLIX. Si quis tulerit rem non suam, portet supra humeros ejus, & ager penitentiam publicam in collecta, stabitque in vescendi loco.

CLVII. Nullus in domo quidquam faciet, nisi quod Præpositus iussit.

CLVIII. Si omnes fratres, qui in una domo sunt, viderint Præpositum nimium negligenter, aut durè increpantem fratres, & mensuram Monasterii excede-

tem,

tem , referent ad Patrem , & ab eo in-  
crepabitur . Ipse autem Præpositus nihil  
faciet , nisi quod Pater iudicerit ; maxi-  
mè in re nova . Nam quæ ex more de-  
scendit , servabit regulas Monasterii .

CLIX. Præpositus non inebrietur :  
non fœdeat in humilioribus locis juxta  
vafa Monasterii , ne rumpat vincula , quæ  
Deus in celo condidit , ut obseruentur  
in terris . Ne lugeat in die Feste Domini  
Saluatoris . Dominetur carni suæ Jux-  
ta mensuram sanctorum . Non invenia-  
tur in excelsis cubilibus imitans morem  
gentilium . Non sit duplicitis fidei . Non  
sequatur cordis sui cogitationes , sed le-  
gem Dei . Non refusat sublimioribus tu-  
menti animo potestatibus . Non freat ,  
neque hiriat super humiliores . Non  
transferat terminos . Non sit fraudulen-  
tus : neque in cogitationibus verset do-  
los . Ne negligat peccatum animæ suæ .  
Ne vincatur carnis luxuria . Non am-  
bulet negligenter . Non cito loquatur  
verbū otiosum . Non ponat scandalum  
ante pedes crucis . Non deceat volupta-  
tem animam suam . Non resolvatur rifu-  
stulorum ac joco . Non rapiatur cor  
eius ab his , qui inepta loquuntur & dul-  
cia . Non vincatur muneribus . Non  
parvolorum seruotem ducat . Ne afflig-  
atur in tribulatione . Ne timeat mor-  
tem , sed Deum . Ne prævaricator sit  
propter imminentem timorem . Non re-  
linquat verum lumen propter modicos  
cibos . Non nutet ac fluctuat in operi-  
bus suis . Non mutet sententiam , sed  
firmi sit solidique decreti , iusticie can-  
cta considerans , judicans in veritate abs-  
que appetitu glorie , manifestus Deo &  
hominibus , & à fraude procil . Ne igno-  
ret conversationem sanctorum , nec  
ad eorum scientiam excus existat . Nulli  
noceat per superbiam : nec sequatur con-  
cupiscentias oculorum suorum . Non  
cum superent incentiva vitiiorum . Ve-

riatem nuncquam prætereat . Oderit in-  
justitiam : secundum personam nuquam  
judicet pro muneribus , nec condemnet  
animam innocentem per superbiā . Non  
rideat inter pueros . Non deficerat verita-  
tem timore superatus . Non comedat  
panem de fraudulentia . Non desideret  
alienam terram . Non opprimat animam  
propter aliorum spolia . Non despiciat  
eos , qui indigent misericordia . Ne fal-  
sum dicat testimoniū seductus lucro .  
Ne mentiarū propter superbiam . Ne  
contendat contra veritatem ob tumorem  
animi . Ne deferat justitiam propter  
laſitudinem . Ne perdat animam suam  
propter verecundiā . Ne respiciat da-  
pes laitoris mensis . Ne pulchra vesti-  
menta desideret . Ne la neglīat , ut  
semper dijudicet cognitiones suas . Ne  
inebrietur vino ; sed humilitatem habeat  
junctam veritati . Quando iudicat , se-  
quatur præcepta majorum & legem Dei ,  
que in toto orbe prædicata est . Si quid-  
quam de his præterierit , reddetur ei  
mensura juxta quam mensus est , & re-  
cipiet secundum opera sua , quia moe-  
chatus est in ligna sua & lapides : & pro-  
pter fulgorem auri , & splendorem ar-  
genti dūmisit iudicium : & desidrio tem-  
poralis lucri laqueis se induit ethnico-  
rum . Et veniat ei contritio Heli & ra-  
morum ejus ; maledictio David , quam Psal. 51.  
imprecatus est Doeck : signum quo do-  
natus est Cain : sepultura asini , & de Je-  
sus 42. qua loquitur Jeremias : perdicio qua pec-  
tatores terre hiatus absorbut : & intre-  
stitus Chananeorum , & contritio hydriæ 13.  
ad fontem : & arenarum communio  
in littoribus & axis , quæ fluctibus ver-  
berantur ; & contractio virginis gloriose  
de Iisaia , ut sit quasi excus manu pal-  
pans parietem . Haec omnia ci evenient ,  
qui non servavit veritatem in iudicio ,  
& iniqua egit in omniis , quæ ci credi-  
ta sunt ,

## EJUSDEM PATRIS NOSTRI PACHOMII

### Præcepta atque Judicia.

Rom. 13.

CLX. Plenitudo legis charitas , scientibus  
tempus quæ jam instet hora , ut de somno  
confurgamus : & vixiā sit salus quam eo  
tempore quo credidimus . Nec præceſſit , dies  
appropinquavit : deponamus opera teutibrarum ;  
quæ sunt contentiones , detractiones ,  
odii , & tumentis animi superbia . Qui  
faciliſt est ad detrahendum , dicitquæ  
quod non est , si in hoc peccato fuerit  
deprehensus , moncebunt eum secundò :  
& si audiē contempserit , separabitur ex-  
tra conventum fratrum septem diebus :

& panem tantum cum aqua accipiet .  
donec pollicetur atque confirmet , se  
ab hoc vitio receffurum ; & sic dimitt-  
etur ei .

CLXI. Iracundus & furiosus si fre-  
quenter irascitur sine causa & propter  
rem inasem & vacuum , per lex vices  
commonebitur , in septima facient eum  
confurgere de ordine scissionis suæ , &  
inter ultimos collocabitur : docebuntque  
eum , ut ab hac mentis perturbatione  
mundetur , cùmque tres dignos testimo-  
nio

nio testes , qui pro eo pollicearuntur , ne-  
quaquam simile quid esse factum , ad-  
duxerit , tecipiet sellionem suam . Alio-  
quin si permanserit in vito , moretur  
inter ultimos perditio priore loco .

CLXII. Qui fallum cupit probare  
contra alterum , ut opprimat innocen-  
tem , tertio commonebitur ; & postea  
reus erit iniquitatis , sive de prioribus  
sive de inferioribus .

CLXIII. Qui habet pessimam con-  
fuetudinem , ut fratres suos sermone  
sollicitet , & pervertat animas simpliciorum , tertio commonebitur , si contem-  
perferit , & obstinata animo in duritate per-  
severaverit , separabunt eum extra Mo-  
nasterium , & verberabitur ante fores :  
dabuntque ei ad vescendum foris panem  
& aquam , donec mundetur a foribus .

CLXIV. Qui habet confuetudinem  
murmurandi , & quasi gravi opere se op-  
primi queritur , docebunt eum quinque-  
quies , quod sine causa murmuraret &  
obstinet perspicuum veritatem . Si &  
post hoc inobedient fuerit , & est per-  
fecte satatus , ita eum habebunt ut unum  
de agrotantibus , & ponetur in loco infir-  
mororum ; ibique auctor otiosus , donec  
redeat ad veritatem . Sin autem iusta  
est illius querela , & a majore inique op-  
primitur ; qui eum scandalizaverit , ei-  
dem iententie subfaciebit .

CLXV. Si inobedient quis fuerit , aut  
contentiosus , aut concordator , aut men-  
dax , & est perfida fons , decies  
commonebitur , ut deficiat a vitiis : si  
audire noluerit , Monasterii legibus in-  
crepabitur . At si per alterius culpam  
ad hæc vicia devolvitur , & hoc fuerit  
comprobatum : ille , qui causa exigit ,  
reus erit ultioris .

CLXVI. Si deprehensus fuerit aliquis  
è fratribus libenter cum pueris ridere &  
judere , & habere amicicias teratis intri-  
me , tertio commonebitur , ut recedat  
ab eorum necessitudine , & memor sit  
honestatis & timoris Dei , si non cessa-  
verit , corripietur ut dignus est corre-  
ptione severissima .

CLXVII. Qui contemnit precepta  
majorum & Regulas Monasterii , que  
Dei precepto constitute sunt , & par-  
pendunt seniorum consilia , corripientur  
juxta ordinem constitutum , donec cor-  
rigantur .

CLXVIII. Qui iudex est omnium pec-  
catorum , & perversitate mentis vel negli-  
gencia reliquerit veritatem , viginti viri  
laici & timentes Deum , sive decem ,  
& usque ad quinque , de quibus omnes  
dant testimonium , sedebunt & judica-  
bunt eum , & regradabunt in ultimum  
gradum , donec corrigitur .

CLXIX. Qui conturbat fratrum ani-  
mos , & facilis ad loquendum est , lites  
serens ac jurgia , decies commonebitur .  
Et si non facit expeditus , corripietur  
ordinis Monasterii , donec corrigitur .

CLXX. Qui viderit de majoribus &  
præpositis fratrem suum in tribulatione ,  
& noluerit causam tribulationis inquirere , eumque contempserit , quereret  
causa à supradictis judicibus inter fra-  
trem atque Præpositum ; & si deprehen-  
datur negligencia Præpositi vel superbia  
coangustatum fratrem , & judicasse eum  
non secundum veritatem , sed secundum  
personam , regradabitur de solo suo ,  
donec corrigitur , & ab iniustitia fordi-  
bus emundetur : quia non consideravit  
veritatem , sed personas , & servit pra-  
vitati animi sui , & non Dei iudicio .

CLXXI. Si quis promiserit se obser-  
vare Regulas Monasterii , & facere coe-  
perit , easque dimiserit ; postea autem  
reversus egerit penitentiam , obtendens  
infirmitatem corpusculi , per quam non  
possit implere , quod dixerat , faciant  
cum inter languentes commorari , & pa-  
scunt in æterno otiosos , donec acta peni-  
tentia impleat , quod promiserit .

CLXXII. Pueri si in domo fuerint  
dediti laibus & otio , & correpti non  
possint emendari , debet Præpositus us-  
que ad dies trigesima ipse eos monere &  
corripere . Si viderit in pravitate perfis-  
tere , & non tenentiaverit Patri , & ali-  
quod peccatum in eis fuerit deprehendit ,  
ipse pro eis culpa subfaciebit , jux-  
ta quod peccatum fuerit inventum .

CLXXIII. Omnes saltim pueri , qui  
non timent confundi pro peccato , & per  
imprudentiam judicium Dei non cogitant ,  
& correpti verbo non emendaverint , ver-  
berentur , quamdiu disciplinam accipient  
& timorem .

CLXXIV. Qui iniuste judicaverit ,  
iuste ab aliis condemnabitur .

CLXXV. Si unus , è fratribus vel  
duo vel tres scandalizati ab aliquo reces-  
serit de domo , & postea venerint , ven-  
tilabitur Inter eos & scandalizantem ante  
judicium , & si reus inventus fuerit , Mo-  
nasterii Regulis emendabitur .

CLXXVI. Qui consentit peccanti-  
bus , & defendit alium delinquentem ,  
maledictus erit apud Deum & homines ,  
& corripietur inçrepatione severissima .  
Quod si per ignorantiam deceptus est ,  
& non ita putavit , ut verum est , igno-  
ratur ei . Et omnis qui peccat per igno-  
rantiam , facile accipiet veniam & quia  
autem sciens peccaverit , sufficiet in-  
cperationem juxta mensuram operis sui .

**PRÆCEPTA AC LEGES PATRIS NOSTRI PACHOMII**  
de sex orationibus vespertinis, & de collecta quæ per singulas  
domos fit sex orationum.

**CLXXVII.** Viginti quinque orgyas  
Præpositus domus ac secundus debebunt  
de palmarum solii texere, ut ad exem-  
plum eorum operentur & cæteri. Quod  
si non fuerint in præsenti, qui loco co-  
rum præfuerit, huic opere atque mensu-  
re studium commendavit.

**CLXXVIII.** Postquam accisi fuerint  
veniant ad collectam, & antequam vo-  
centur, cellula nullus exhibet. Si qui  
huc præcepta contemperunt, increpa-  
tiuni solite subjacebunt.

**CLXXIX.** Ne plus operis fratres  
compellantur facere; sed moderatus la-  
bor omnes ad operandum provocet. Si  
que inter eos pax & concordia, & illi-  
benter majoribus subiectantur, sedentes,  
ambulantes, ac flantes in ordine suo, &  
invicem de humilitate certantes.

**CLXXX.** Si quid peccatum fuerit,  
Patres Monasteriorum emendare poter-  
unt, & constitutere quod lequi debeant.

**CLXXXI.** Præpositus autem domus,  
& qui secundus ab eo est, hoc tantum  
habebit juris, ut compellat fratres in  
collecta domus, sive in collecta majore,  
hoc est omnium fratum, subjacere po-  
nitentia.

**CLXXXII.** Quod si Præpositus pere-  
græ fuerit, qui secundus est, locum ejus  
obtinebit, tam in penitentia fratris re-  
cipienda, quam in quoconque alio ec-  
cumen, que in domo necessaria sunt.

**CLXXXIII.** Si quis absque conser-  
vicia duorum jerit ad alteram domum, vel  
alterius domus fratrem, codicem legen-  
dum mutuum postulare, vel quolibet  
aliud, & in hoc inventus fuerit, Mono-  
sterni ordine increpabitur.

**CLXXXIV.** Qui vult sine macula &  
absque contemptu in domo, cui depu-  
tatus est esse, omnia, quæ præcepta  
sunt, coram Deo observare debet.

**CLXXXV.** Quidquid necessarium est  
in Monasterio sive in agro, si Præposi-  
tus domus est, secundus impleat.

**CLXXXVI.** Sex orationes facere ve-  
spertinas; juxta exemplum majoris col-  
lectæ, in qua omnes fratres pariter con-  
gregantur, summa delectationis est, &  
ita facilè fiunt, ut nullum onus habeant,  
& ex onere nascatur tedium.

**CLXXXVII.** Si quis de foris vene-  
rit, & æstu laboraverit, aliquique fratres  
orationem celebrabunt, si ire non po-  
test, non cogetur.

**CLXXXVIII.** Quando Præpositi do-  
morum fratres de conversione fandæ  
vitæ docebunt, absque gravissima neces-  
sitate nullus aberit.

**CXXXIX.** Majores, qui cum fratribus  
mituntur foras, quamdiu ibi fue-  
rint, habebunt jus Præpositorum, &  
corum cuncta regentur arbitrio, doce-  
buntque fratres per constitutos dies. Et  
si fortitan aliquid inter eos ortum fuerit  
similitatis, audient ipsi majores, & di-  
judicabunt causam, & dignam culpa  
increpabunt: ut ad imperium eorum fla-  
tim pacem pleno corde confoscent.

**CXC.** Si quis ex fratribus contra  
Præpositum domus suæ habuerit trifitiam,  
aut ipse Præpositus contra fratrem aliquam  
querimoniam, probata fratres conversa-  
tionis & fidei eos audire debebunt, &  
dijudicabunt inter eos. Si tamen absens  
est Pater Monasterii, vel aliquò profes-  
sus, primùm quidem expectabunt eum;  
sin autem diutius foris videbint commo-  
rari, tunc audient inter Præpositum &  
fratrem, ne diu suspicio judicio trifitiam  
major oriatur. Et ille qui Præpositus  
est, & ille qui subjectus, & hi qui au-  
diunt, juxta timorem Dei cunctæ faciant,  
& non dent in ullo occasionem di-  
cordie.

**CXCI.** Igitur qui animo uno effe  
cupuscunt, & vivere mente commu-  
ni dilipuerunt, consilii majorum in-  
seruant: quod ex consilii processerit  
Patrum, id faciant.

**CXCII.** De vesiculari. Si quis ab his,  
qua præcepta sunt, amplius habuerit,  
absque commonitione majoris deseret ad  
cultudem cellæ: & introcundi, vel po-  
stulandi eniun habebit potestatem; sed  
erunt sub Præpositi, & ejus qui secundus  
est, arbitrio.

**CXCIII.** De puerarem disciplina. No-  
mo ad eas vadat visitandas, &c. Hoc  
sapit alio loco inter Regulas Virginum posu-  
imus, pag. 151. fide nostri codicis M. S. qui  
inter S. Pachomii præcepta non agnoscat.

**CXCIV.** Quicunque de his manda-  
tis aliquid præterierit, absque ulla du-  
bitatione negligens & contemptus aget  
penitentiam, ut possidere valcamus ro-  
gna coelorum.

Explicit Regula S. Pachomii.

## INCIPIUNT MONITA S. PACHOMII.

**H**Onora Deum & valebis. Memor esto genitui, quos perpessi sunt sancti. Efficiamur unanimes, permanentes in quo vocati fumus; pro omnibus curam gerentes, ut hanc, quam artipiuimus viram, perficere valeamus, & cursum institutionis nostra Deo placitum perficere mereamur; ut ne similes inveniamur, qui in vanis & caducis rebus letantur, ne quando mens nostra recti itineris lineam derelinques in peccatum corrutus, & spe eterna fraudetur. Intellexu namque est optimum, cognoscere voluntatem Dei. Omnimus enim superior efficit homo, qui obdierit veritati. Omnimus enim malorum pejus est, legi Dei resistere, & acquiescere propriæ voluntati. Qui enim suam perficit voluntatem, à divina cognitione fraudabatur nec poterit perhincendo propriam voluntatem viam sanctorum incedere; & in novissimo intericum & planctum inveniet. Nunc igitur tempus placendi Domino: quia salus in tempore tribulationis acquiritur. Ne ergo tantummodo credulitatem fidelis in tempore leticie teneamus, & in tempore tribulationis ab eadem recedamus. Scriptum est enim: *Si uoxis uacua Deum, ne moram fecis reddere illud, & in tribulatione ne deficias; sed patiens esto, & obsecra Dominum. Immobilis enim fidei plenitudo tribuetur à Deo, quam per Spiritum sanctum acquisierunt Prophetæ, in qua & Apostoli confirmati sunt, qui propter fidem diversas tribulations persecutionum excipientes ad promissa*

præmia pervcoerunt. Hoc ergo scientes ne circumferamur, errorum seductione decepti; sed potius firmi & immobiles maneamus, ut cogitationum pervaigationes, quæ velut aquæ effervescent, divina legis afflida memoria refrenemus; per quam carnalis concupiscentia legei defructores, omne quod Deo placitum est exquirere valeamus: & custodiamus illæsi à curis secularibus, omnique elatione; quæ est infans pessima, pejor omnium malorum. Dominum semper pro oculis habentes remittiscamus pallionem crucis ejus ac mortis, per quem redempti ac vivificati sumus. Odiamus ergo mundum, & omnia quæ in eo sunt; & odiamus etiam omnem requiem corporalem. Abrenantiemus huic vita, ut Deo vivere valeamus.

Memores ergo sumus, charissimi, professionis nostra, quemadmodum Deo polliciti sumus defervire: Hoc ipsum enim requiritur à nobis in die iudicij. Esuriamus, sitiamus, nuditatem perferamus, vigilemus, & in psalmis atque orationibus politi ex intimo corde ingemiscentes lacrymas effundamus: nosmetipos cauta discussione probantes, si vel in aliquo digni Deo pro ejus immensa clementia inveniri mereamur. Tribulationis angustiam non refugiamus, ut consolacionis dominicae requiem consequamur; & immortalis vita ac sempiternæ requiem percipere mereamur.

*Explicant Monita S. Pachomii.*

Bened. 5.

## SANCTORUM PATRUM PACHOMII & Theodori Epistolæ & Verba Mystica,

### DE IISDEM EPISTOLIS VETERUM TESTIMONIA.

GENNADIRUS Maffil. de Illust. Script. cap. viii.

**PACHOMIUS** Monachus, vir tam in docendo, quod signa faciendo Apostolica gratia, & fundator Ægypti Canobiorum, scriptis Regulam, &c. Scriptis &c ad collegas prepositura sua Epistolat, in quibus Alphabetum mysticis tecum Sacramentis, velut binominis confundit, excedens intelligentiam clausit; solis credo eorum gratia vel meritu manifestatum. Unam ad Abbatem Syrum, unam ad Abbatem Cornelium. Ad omnium Monasteriorum Prepositos, ut in unum antiquius Monasterium, quod lingua Ægyptiaca Baum vocatur, congregati Pascha die velut aeterna lege celebrent, Epistolam unam. Similiter & ad diem remissio-

E 3 nis,

## EPISTOLÆ

nis, qua mense Augusto agitur, ut in unum Praepositi congregarentur, Epistolas unam; & ad fratres, qui foras Monasterium missi fuerant operari, Epistolas unam.

IDEI GENNADIUS cap. viii.

**THEODORUS** Presbyter, successor gratia & Praepositura supradicti Abbatis Pacbonii, scriptis ad alia Monasteria Epistolas singularium scripturarum sermone digestas; in quibus tamen frequenter meminuit magistri & institutoris suis Pachomii, & doctrina ejus ac vita proponit exempla, que ille, ut doceres Angelo administrante, didicarat: simul & bortatur permanendum in proprio cordis & studio, & redire in concordiam & unitatem eos, qui post Abbatis obitum discessione facta, à caru semetipos abscederant unitatis. Sunt autem bujus exhortationis Epistolas tres.

**S. CYRILLUS** Alexand. Epist. ad Concil. Carthagin. apud Eg. Bucherium de Doctrina temporum.

Indicabo vobis, quod **PACHOMIUS** Monachus insignis, scilicet Apostolica gratia egregius, fundatorque Aegypti Canobiorum edidit ad Monasterium, quod lingua Aegyptiorum vocatur Baum, litteras quas Angelo distante perceperat, ut non errorem incurrerent in solemnitatis Paschalis ratione.


**BEDA** lib. de Argument. Lunæ.

\* Legimus in Epistolis Gracorum, quod post passionem Apostolorum sanctus **PACHOMIUS** Abbas in Aegypto cum Monachis fuit in oratione a Domino rogavit, ut ostenderet ei, quomodo Pascha deberet celebrare: & misit Dominus per Angelum suum ad prefatum sanctum **PACHOMIUM** Cychem decennovalem. Sic legitur in Epistola, quam beatus Cyrus ad Leonem Papam scripsit: Indicabo vobis &c.

**EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD SANCTUM**  
virum Cornelium, qui Pater fuit Monasterii Mochaneseos: in qua  
loquitur juxta linguam, que ambobus ab Angelo tradita est,  
& cujus nos sonum audivimus, ceterum vires & sensum  
intelligere non possumus.

**D**eus sapiens, Deus absque ulla  
occasione bonus, Deus sine  
omni querela, dedit requiem  
spiritui tuo: & tu da requiem anima  
tua, ut iacet Sion in diebus nativita  
tis sue. Fac opus Iotæ, quod vocatum  
est Y in diebus antiquis: & pone Delta  
ante oculos, ut bene sit anima tua. Ro  
tetendit manum suam, ut perveniret ad  
te; quod est Jota: hoc est sepulcrum  
cubiculi tui. Cane tu n, ne forte a  
tibi canat seculum impudentissimum. La  
tetetur tecum, ne tu eum seculo gaudi  
des procacissimo. Memento Heta: ne  
obliviscaris Kalendarum, que sunt dies  
paupertatis & cubilis tui. Tolle tibi  
Jota, quod præcipuum est ex eis: Non  
enim erat Lambda in Heta; & idcirco

enutritus es sine pannis. Revertere ad  
Kalendas, que sunt Xi, de Y paraver  
runt plaustra tabernaculi Principes tri  
buum, & obtulerunt ea latentes, cum  
etique dona cum omni gaudio. Et tu  
ut laepi cognosce capillum capitis tui in  
via, ut veniat gratia super his, que sunt  
dies innocentiae tue. Nunquid non Ka  
lendas sunt Tau? Heta est Pascha. In  
his omnibus ne obliviouscaris Simma, quod  
vocatur quidem Simma, sed habet com  
munionem cum Ro, donavit ille partem  
suam, ut fiat dives in n. Literæ hujus  
Epistole scriptæ sunt Delta, & Jota.  
Soluta caput & pedes, & manus, &  
oculos, & reliqua spiritus tui, que sunt  
Alpha.



EPISTO-

**EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD PATREM**  
**Monasterii Syrum, qui & ipse gratiam cum Pachomio & Cor-**  
**nelio Angelice lingua acceperat.**

**II.** **M**emento quæ scripserim tibi Y, in Epistola propter Tau scriptum, & recordare, & scribere Ni, propter Simma quod scriptum est. Nunquid Xi non est Y, quod in Kappa convertitur? In his omnibus recordare, & scribe Ni & Jota, ut Alpha pulchre scribatur in gratiam excelsorum. Nun-

quid Moë non est Y & Kappa; Kappa non est Tau? Aperi os tuum, & levia faciem tuam, ut oculi tui videant, & possis legere, quæ scripta sunt; Attende diligenter, & cave, ne scribas Delta super Phi, & inveterescant dies tui, & aquæ tue imminuantur. Memento, & scribe Theta & Ro, ut Ro scribetur bene.

**EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD PATREM**  
**Monasterii Cornelium, quod vocatur Mochanæcos.**

**III.** **H**onoræ Dominum, & confor-  
 taberis. Memento gemitus  
 sanctorum: Simma & Phi-  
 fiat, dominus tua juxta annos tuos sit dis-  
 ponsita, juxta exempla sanctorum; non  
 in cibis temporalibus, neque in ulla similitudine eorum, quæ videntur in cor-  
 lo sive in terra. Habetote n., ut possitis  
 occurrere Deo in die visitationis, liberati  
 ab increpatione Marthæ. Para domum  
 tuam secundum terminos ejus. Observa  
 Theta, ne reus sis increpationis ejus, cui  
 dictum est; *Redde rationem dispensationis*  
*tua*, vel illius qui comedit & bibit cum  
 ebris, quando noluit fodere, nec dare  
 confervis cibaria in tempore suo. Ideo  
 reddiderunt ei, quia oblitus est legis  
 Dei, & infirmos visitare contempnit. Et  
 idcirco fluctuare coepit; & indigere pa-  
 ne: imitans homines confidentillimos &  
 arrogantes, qui noluerunt dominum Hi.  
 Homo cognoscet, quæ dicuntur, quia  
 bellum Domini in manibus eorum est, &  
 creditum est eis, ut regerent carnem  
 suam, & flare facerent: si forte possint  
 effugere increpationem Daniclis, & rul-  
 nani Esaï, & duritiam Moab, & detrac-  
 tionem Ihsæalis, & illecebras faturitatis  
 ac ventris, quia sapuerunt ea, quæ fu-  
 per terram sunt. Abundantia autem ho-  
 minis sapientia ejus est. O Homo trade  
 disciplina cor tuum, ne multiplices mor-  
 tuos in contemptu & negligientia tua,  
 propter errorum cordis tui. O Homo no-  
 ne visibilias despicias. Mercenarius non  
 est pastor, in tenebris vulpes comedunt. Tene  
 gladium glorie tuæ, cognosce lori-  
 cam iustitiae, & ne contennas habitaculum  
 sapientie. Fac tibi sacculos, qui  
 non inveterescant: ut possis ad foramen  
 aspidum mittere manum. Ne ineberies  
 vino, ex quo ruine sunt plurimæ: &  
 ambulant nudi super terram. Cogita,  
 quod lex data sit de muliere menstruata,  
 ut extra calix projiciatur: via enim ejus

strata sunt spinis. Paupertas humiliat  
 virum, & perficit domus, ubi otiosæ  
 sunt manus. Ne infirmeris ad plagas li-  
 gnorum, Tau & Ro. Ventris infania  
 peior est omnibus malis. Error oculorum  
 immiuuit prudentiam sapientum. Defi-  
 cit sapiens propter concupiscentiam carni-  
 sis in carne, quod sanguis sanguini mi-  
 scatur. Omnes qui ellis cooperatores  
 Dei, ne perdatis gloriam vestram. Scito  
 ante omnia, quod si fueris in Alpha, Deus  
 consenseris tibi. Cum autem Deus  
 consenseris, in quo cursus tuus est, gau-  
 dere non poteris in omni re vana: cujus  
 si curam gesleris, prudencia tua verte-  
 tur in stultitiam. Qui ebrus est, ebrum  
 non potest adjuvare. Qui errat, quo-  
 modo erranti monstrabit viam? qui vo-  
 luerit ductore eo uti, vñ illi. Cæcus  
 enim cæcum ducet in foveam. Sapien-  
 tia apud sanctos est, & in illis Dei vo-  
 luntas reperitur: non in his quibus re-  
 pugnat Deus, & qui dicunt, Deus in  
 nobis est; gaudium eorum convertetur  
 in luctum. Non enim cognoverunt my-  
 sterium Dei: neque invenerunt viam fer-  
 vorum, ut operentur in ea. Flagellati  
 sunt, & non doluerunt: seducti sunt,  
 & non inrellexerunt. In his omnibus,  
 O homo Dei, revertere in exculum;  
 quod est scientia sapientie. Scriptum  
 est, *non concupisces, & rursus, non ine-*  
*briaberis*. Desiderium non est unius rei.  
 Laudatur peccator in operibus manuum  
 suarum. Dictum est & aliis: *qualem de- Ebd. 10.*  
*sum adiutoriis nibi?* qui quadraginta an-  
 nis audierunt sermonem Dei, & non ei  
 obtulerunt victimas, nec annis septuaginta  
 jejunaverunt illi. Cor enim eo-  
 rum erat post Idola: nec voluerunt Deo  
 vacare dicenti: *Vacate videte, quoniam Psal. 47:*  
*ego sum Deus, usque ad hanc diem non*  
*Psal. 4:* vacant Deo. Dicitur tibi homo, *quare*  
*diligitis vanitatem?* An cor vestrum ag-  
 gravatum est? Cain operabatur terram,  
 ut

## E P I S T O L E

ut offerret victimas Deo , & condidit civitatem : sed non juxta scientiam , quæ placet Deo , fecit haec omnia. Not & omnis dominus ejus in area de mundi est servata naufragio. Abram dives fuit : Isaac reliqui benedictionem Jacob. Ipsè que Jacob intellexit , quem amare deberet , & benedictionem ejus legis instar habuerunt. Joseph adjutor fuit generis sui , quia peccatum fugit , & detestatus est voluptatem , ostenditque posteris , quod vilitatibus eos effet Deus , & aperuit mysterium futurorum , memoriam relinqueus sapientia fuit. Surrexit postea Moyes , qui seculi vicit illecebras , dignitas pro nihilo habuit , Ægyptorum sapientiam stultam citè mostravit. Idcirco Jesus ministrabat ei , qui intellexit doctrinam eorum , & habuit scolum Caleb. Homines stulti non intellexerunt hoc ; & iste lumen tenebras esse dixerunt. Deus dedit justificationes suas , ut ambularet populus in eis : & in his omnibus non invenerunt eorū suum , nec conversi sunt in mandatis Dei : sed vacabant desideriis suis , & non operibus Dei. O Homo , usquequo non audis dicentem tibi , *Valete , & vadete , quia ego sum Deus :* sed unusquisque sequitur cogitationes animæ sive ? Num visitatis infirmos ? quare moriemini ? cur ad laqueum curritis ? Hæc sunt enim precepta vitalia , quæ accepérunt sancti , ut verberantur in eis , ut nihil aliud cogitarent , ut sacerdotes opera digna immortallitate. Volarilia ocelli non feminant nec metunt , & Deus dedit eis , ut raperent ex universi fructibus , & gratiò viveant. Homo iniquus & pessimus , qui res alienas desulerat , imitator est avium pessimorum ; rapit & commisit non sua. Hos vitare debemus , intelligere parabolæ , & non esse raptore & iniqui ; sed imitari majores nostros , qui placuerunt Domino , & increpaverunt Adam , quia comedit ad persuasione Evæ. Quia antequam comedenter , nomina cunctis rebus imposuit , & nunc quoque suis vocabulis appellantur. Postquam autem comedit , ejus est de paradiso , & operatus est terra , genuitque Cain & Abel , qui creverunt , & operati sunt juxta voluntatem suam , Opus Abel placuit Deo magis quam Cain : quia quæ etant electa & primaria offerebat Deo ; è contrario Cain si quid deterius fuit , hoc obtulit Deo , qui in exemplum humani generis præcesserunt. Omnes enim , qui electa offerunt Deo , similes sunt Abel : qui derectora Cain operibus comparantur ; & ejus qui irrigit patrem suum , & nuditatem ejus fratribus nuntiavit : & illius qui ædificavit turrim in campo Sennar , oblitus misericordiam

Dei , à quo in arca servatus est , & liberatus à diluvio , & à quo benedicti sunt patres ejus. Qui furore quodam fucios hortabantur , dicentes : Venite , dolemus lapides , ac cedamus sycomoros & cedros , & faciamus nobis turri , non considerantes ultionem turris Chalanne , quomodo Deus diviserit linguas eorum , volentium ædificare turrim superbitæ ad celum usque tendentem , & orientalem plagam relinquunt ; quia oblii sunt legem Dic , quam in corde suscepérunt. Nunc igitur provide & intellige ultionem turris ; quæ quamvis excedit sit , ad celum usque pervenire non poterat , & lapis super lapidem non reliquetur in templo , in quo contra Christum Phariseorum est congregata impietas. Scriptum est : *Nisi pertinuerit generatio eorum , de-Luc. 31 ne has annus sunt.* Nunc tempus est , ut operemur Domino , quis salus nostra in tempore est angustia , si poruerimus ejus calcare vestigia , & dicere semper : *Ataguiscetur Dominus , qui diligunt salvatores Psal. 39: eum.* Et iterum : *Ego autem sperabo in te semper ;* Psal. 74: semper. Non enim est fides , quæ tantum tempore gaudii est , & deficit in tempore tribulationis. Scriptum est : *Quo egredierint ex ore tuo , observa at facias.* Et rursum : *Si voreris Dominum , ne moreris Deut. 32: reddere :* ne forte requirat Dominus à te , & fit tibi in peccatum. Quare si dixeris : *Ego autem sperabo in te semper ;* & in hoc spesponderis , impie opere , ut in tribulatione quoque salutem merearis à Domino. Recordare quod scriptum est : *No Pro. 3: deficiat , & custodi consilium meum & cognitorem , ut vivat anima tua.* Qui enim custodit mandatum legis , servat animam suam. Scriptum est : *Opruit nos umbra Psal. 45: mortis , non sumus oblitii nominis Dei nostri.* Si expandimus manus nostras ad Deum alie- nam . Et iterum : *Ocupaverunt me lagne mortis , pericula inferni invenerunt me.* Tri-Psal. 27: balutiu[m] & dolorum invenerunt me. In eundem his non est concordans retrosum cor nostrum , sed nomen Domini invenerat. Dicit et alius credens corde firmissimo : *Non timebo mala Psal. 9: populi circumstante me.* Et hoc dicit , quia habet fiduciam in Deo. Fili , non deficit , sicuti amicum tuum , pro quo fidem fecisti , sciens quod omnes gentes ut surculi ex igne , & sicuti stipule levæ , quæ hoc atque illuc aura celeri deferruntur , & sicut puluis qui raptatur turbine. Scito , quod scriptum sit tibi , ne cum videris equum & ascensorem , & infinitam multitudinem , timesas animo , sed memento Domini Dei tui , qui dedit tibi fortitudinem , ut in prælio vinceres ; qui omnes homines vult salvari , & t. Tim. 2: venire ad scientiam veritatis. Si auditisti vocem Dei loquentis , *Calem & terram ego Psal. 22: 3: imples , non timebis , sed dices : Dominus noster.*

*noster in celo sursum, & super terram descendimus, ne audias: modica fidei quare debesisti?* Et tu rursus respondebis: *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum confugerent homines in nos, forte vivos deglutiissent nos.* Sape enim ab adolescentia tua pugnauerunt contra te; & tu portasti jugum dei à pueritia tua. Nec percussum est dorsum tuum oneribus Ægyptis, nec servierunt manus tuae in cophino; quia circumcisionem amasti spiritalem: quo

Mark. 4.

Bid. 123.

*occasione dedit saluti anime tue. Bre*

*viter auditus: grande periculum est ho*

*minis, dum multum est, ne efferveat.*

## EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD SYRUM

Patrem Monasterii Chnum, & Joannem Praepositum domus ejusdem Monasterii,

**I.** TRansivimus per te, & non potuimus pre nimia festinatione divinum tecum conferre fermonem: idèo nunc per Epistolam loquimur. Omni virtute contende ut implexas confuetudinem Monasterii, & facias, que præcepta sunt: ne correptioni futuri temporis præparabis, fuerisque in peccatorum vinculis condemnandus, & offerendus Deo propter negligientiam, non solum tuam, sed & fratrum qui tecum sunt, & cooperantur tibi, scientium, quod ea, quæ nobis dedit, illis fideliſſimè tradiderimus. Memineris & ministerii laborisque sanctorum, & amici tui, qui cognoverunt voluntatem Dei: ut & ipsi fiant colteredes ejusdem promissionis, & habeant immortalem fidem à Dei, quæ creata est per spiritum Prophetarum, & ab Apostolis robora. Qui sustinuerunt pro ea omnes angustias & persecutions. Crediderunt enim reprobationi ejus, & idcirco frangiantiam boni odoris sibi paraverunt. Considereremus ergo eos, quos Deus damnatione donavit, si forte eis servire mereamur, & eorum adhædere doctrinae, relicta omni superbia & peccato: fortissime resistentes Alpha, quod absque ti-  
i. Cor. 25. more operatur in corporibus.

*et enim uers in militaria. Et quomodo rursum infirmi sumus in hoc tempore: scientes quod statuta sit Ecclesia & dirigenda in bonum, sicut & prædictum tibi. Nostri, quod non gloriaret securis sine eo, qui præcedit in ea; & quæ doceant nos scripture habere responsum mortis: quam si devoraverimus, salvamus animam nostram. Non est timendum interitus in loco peregrinationis nostre: sed pugnandum, quomodo pacem cum his, qui Dei iustificationes custodiunt, habere possumus. Heta, si lucreris omnem mundum, & habcas contra Deum iniurias, quæ est utilitas? Decet igitur, ut quæ dicuntur nobis aliquando intelligamus: scientes quia mundus prettereat, & desideria ejus. Vigilate & videte quomodo ambuletis. Novimus, quod ineruditis occurrat mors. Et non*

*Cod. Regul. Tom. I.*

intelligite tempora, in quibus est error & seductio. Considera horas atque momenta, & mensum spatia, quorum cursu humana vita devolvitur: & eorum numero scitur, quanto tempore unusquisque vixerit: ut possint colligere vires suas, & implete ex his horrea, & fementem futuris mellibus præparare: & ut culturæ studia tempore mellionis inventiant: & coram Deo & omnibus possident necessaria, mortis timore superato, & transeunte mundo non celebrant festos dies in veteribus vestimentis. Civitates destrutæ sunt & repletæ alienis, qui haud pù sunt inire coelum lapiens. Fluxit in deserto aqua, & exultaverunt ac volatilia. Sapientes & continens homo non ungetur unguento, quod demolita sunt musca morientes, & quod compositum est filii agri. Ideò vigilare debemus, & omni felicitudine futuris lapidibus providere: ut non confundamus in tempore, quando venerint tempora refrigerii; & ne inveniamur subditæ servituti, sed ut simus nova consperatio: scientes quod pulchritudo nobiscum sit. Loquitur & alibi sermo divinus: *Nunquid caueram carnes sanctorum, aut san-*

*cti gium hincoram bibem?* Quamobrem non

circumferamur omni vento doctrinae: quia venit tempus ut sancti regnum accipiant.

Expandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam. Juvenes

infirmitati sunt in plagi lignorum: dispersentes aquas itinens sui.

*Myrmicoleon Job. 4.*

*perit, et quia non habebet osciam.* Qui cum

fure partitur, odit animam suam. Pro-

fanas & novas doctrinas devita. Adve-

ntia sicut Indigena sit inter vos.

*Oecidit Psal. 77.*

*in grandine uaneas eorum, & frumentos eorum in prima.* Acceptabilis regis minister

intelligens. Mel invenisti, comedere, quod sufficit, ne forte satiatus evomas

id. Memento judicii, & misericordie, ac fidei. Judicii, per quod regiones ha-

bitabiles sunt: misericordie, per quam

glorificatur Deus: fidei, quæ fundamen-

tum est mortuorum atque vivorum: ut

per hoc spem possidere valeamus. Pugna

atque contendere, & qui tecum sunt fra-

*F*tres,

tres, quia scripsi vobis in figuris & in parabolis, ut queratis ea sapienter, sequentes sanctorum vestigia: nec incuratis in judicium Dei, docti sermonibus ejus. Hyems praefatis sicuti nos ambulare non prohibeat: sed incessabiliter fluctuat Dei semper operemur, recordantes illius testimonii: *Donec pertranscat*

*bymus, & pluvia abeat, ac recedat fœtus.* *Cœs. 2.*  
Uxus adjutor nostri sit in pace, quæ mensuram non habet largitatis, que sit in dominibus nostris, dunc vespertinum tempus pertranscat. Hæc omnia scripsi vobis, ut nunc laborantes requiem in futurum habere possitis.

## EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD UNIVERSA Monasteria: ut cuncti fratres congregentur in Monasterium manus, quod vocatur Baum, in diebus Paschæ, & sit omnium una solemnitas.

V. **C**laram vestram prudentiam congregandæ subire debet: ut sit aperta janua vestra, antequam exestis è seculo. Pauper eum vescitur, juxta mensuram sue paupertatis vescitur. Dixi vobis, ut noveritis horas ac tempora pueritiae vestre, ut non sitis solliciti de domo, quæ preparata est vestra venatio. Et vos quando venitis ad nos, habetobis sollicitudinem lecti infirmitatum, ut sternatis illum: & non indigentis pane. Si quando invenire valeatis cultiram sive pulvillum ad caput, ut languidi requestan: ut monumentum, quod nobis scriptum est, impletatur: *Si quis autem fornicatus est profanari, sicut Esau.* Reheccaque studio factum est, ut non conserueretur benedictionem, nec stolam præsogeniti acciperet, offendit parentibus suis; qui redientes ei vicem, & ad simulationem boni operis superbi illius provocantes, induerunt vestimentis ejus Jacob. Non enim mereretur corum uici vestibus, quos superbus ac rigidus negligebat. Et idcirco non diviserunt substantiam suam filiis ejus: sed cuncta dederunt Jacob, qui innocenter habitabat dominum, & corum obtemperabat imperiis. Loquuntur & Salomon de Esau: *Filius indecens in per-* *Exod. 21;*  
*dissime.* Et Moyses pari sensu, *Maledic-  
tus,* Inquit, *bous qui maledicunt patri vel  
marri.* Kursimque Salomon: *Filius delectus Prov. 14;  
nihil erit boni.* Perdidit ergo benedictionem, & paterna hereditate privatus est. Quid loquar de Adam, qui ab initio humani generis in formam inobedientie contemptusque præcessit? Datus est enim ei dominatus in omnes bestias terra; sicut & primogenito iusta sunt dari duplicita omnia. Postquam verò contempnit imperium Dei, non solum perdidit dominationem; sed & ejus est de loco; quem ad habitationem acceptat in similitudinem hominis fornicanantis, qui de Ecclesia ejicitur, & à quo afferetur gloria sua. Omnia que ille perpeccus est, sustinebunt hi, qui Dei iusta contemnunt & ambulantes in superbia sentient illud, quod scriptum est; *Dixi, dereliqueris eos Num. 26;*  
*terra.* Nos verò iusti viri imitemur exemplum, qui sapienter suam servavit dominum, & gigantum percussa superbia, humilitate servatus est. Nec mirum si

*¶ Tim. 5.*

*Mal. 27.*

*¶ Mal. 44.*  
*¶ Mat. 6.*

stirite gubernacula, nec ulla peccatorum tempestate superatus est. Et qui cum deriserat, & fratribus suis nuntiaverat nuditatem ejus, maledictus est cum semine suo: & impletum est eo tempore illud, quod scriptum est: *Qui inobedierat Prov. 17;*  
*judicauit peccata.* Et rursum: *Maledictus qui Exod. 21;*  
*maledicunt patri & marie:* sicut Esau con- *Hab. 13;*  
*temnebat parentes suis.* Unde scriptum est de eo: *Ne quis fornicator sus profanari,  
sicut Esau.* Reheccaque studio factum est, ut non conserueretur benedictionem, nec stolam præsogeniti acciperet, offendit parentibus suis; qui redientes ei vicem, & ad simulationem boni operis superbi illius provocantes, induerunt vestimentis ejus Jacob. Non enim mereretur corum uici vestibus, quos superbus ac rigidus negligebat. Et idcirco non diviserunt substantiam suam filiis ejus: sed cuncta dederunt Jacob, qui innocenter habitabat dominum, & corum obtemperabat imperiis. Loquuntur & Salomon de Esau: *Filius indecens in per-* *Exod. 21;*  
*dissime.* Et Moyses pari sensu, *Maledic-  
tus,* Inquit, *bous qui maledicunt patri vel  
marri.* Kursimque Salomon: *Filius delectus Prov. 14;  
nihil erit boni.* Perdidit ergo benedictionem, & paterna hereditate privatus est. Quid loquar de Adam, qui ab initio humani generis in formam inobedientie contemptusque præcessit? Datus est enim ei dominatus in omnes bestias terra; sicut & primogenito iusta sunt dari duplicita omnia. Postquam verò contempnit imperium Dei, non solum perdidit dominationem; sed & ejus est de loco; quem ad habitationem acceptat in similitudinem hominis fornicanantis, qui de Ecclesia ejicitur, & à quo afferetur gloria sua. Omnia que ille perpeccus est, sustinebunt hi, qui Dei iusta contemnunt & ambulantes in superbia sentient illud, quod scriptum est; *Dixi, dereliqueris eos Num. 26;*  
*terra.* Nos verò iusti viri imitemur exemplum, qui sapienter suam servavit dominum, & gigantum percussa superbia, humilitate servatus est. Nec mirum si ipse

ipse & liberi, atque uxores eorum, de cuncto humano genere reservati sunt: cum etiam jumenta & volatilia evaferint mortem, & obedientia liberati sint. Columbam emisit de arca Noe, qui mittentis parentis voluntati ivit & reverfa est: & condemnavit obedientia sua homines contemptores; eo quod avis audierit justum, & homines non audiarent Deum. Omnes quoque bestie, & cuncta animantia per obedientiam libertata sunt. Et quia talia erant, propterea de illis obtulit viclimas Deo. Quæ historia nos docet, que scilicet in Dei offerantur sacrificia; & si obedientes ad illius fuerint iussione, eruantur de laqueis diabolici, & ejus bonis perfruantur; non secundum opera justitiae suæ, sed secundum misericordia ejus, qua ei omnes appropinquavimus. Quæ ventura scientes nobis invicem charitate jungamyr, ut effugere possimus imminentem sententiam Dei. Noli ad iracundiam aliquam provocari, ne forte moriatur, & relinquare ligatus, omnisque ejus tristitia in tuam animam conferatur, & effundat iram suam

super te Deus, quia & tu effundisti furorem tuum super fratrem tuum. Non obliviscamini mandatorum Dei, ne dicatur de vobis: *Poterunt ad me diusa facies Jer. 21*  
*& non faciem, & in tempore afflictionis tua dicent, forse & salvos nos es.* Et ipse respondebit: Arguam delicias eorum, & non eos faciam pervenire ad Pafcha, ad quod convocantur. Laboremus, invicem onera nostra portantes, sicut & Christus portavit infirmitates nostras in suo corpore, & non defecit. Si magister noster est Christus, simus ejus imitatores, & illius portemus injurias: ne in futuro tempore à nostris fratribus, qui tribulationes passi sunt, separemur. Sicut & alii passi sunt, qui incluerunt virtutibus vacare, sed virtus. Noster autem judex & testis est Deus, de celo cuncta prospectans, & in die visitationis secundum opera singulis redditurus. Omniaque sancti ejus sequantur vestigia, quorum & nos debemus audire præcepta. Locutus sum vobis per infirmitatem meam.

## EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD SYRUM

Patrem Monasterii, quod vocatur Chnum, & Joannem Praepositum in eodem Monasterio unius domus.

**V**olo vos intelligere litteras, quas scripsitis mihi, & quas ego re-scripsi vobis, & quomodo oporteat omnia spiritalis Alphabeti elementa cognoscere. Scribite Moe super Heta & Theta, & scribite Zeta super Xi: & Moe & Lambda & Jota. Quomodo legentes has litteras compleveritis, scribete vobis, ut intelligatis mysteria litterarum. Ne scribatis Moe super Xi & Heta & Hi: sed ut magis scribatis Zeta super Xi, & Moe super Heta & Theta. Sulcepitis litteris vestris statim rescripsi, & ad mystica ego quoque sacra respondi. Animadverte enim terminos esse Epistole vestre Heta & Theta: & idcirco etiam ego in eundem sensum verbaque confensi: ne impar videret vestra negligentie, & aliquid ex nobis damni sustineretis. Scripsi ergo vobis Simma Phi: rescribe Chi. Itaque nunc in diebus istis non scribimus Theta Moe. Et ne dixeritis, possumus scribere N, Heta, Phi, Labda, OYYOYY, Labda, Jota, Labda; ecce scripsi vobis & Xi totum atque perfectum in gyro. Et vos scribitis Xi & Phi, ut possitis scribere Simma Moe. Ecce Theta scriptum est antehac. Sufficiat vobis curam habere Kappa & Tau. Si tamen exituri esis,

*Cod. Regul. Tom. I.*

scripimus vobis Hi, propter laborem velutrum, ut omnem adhibeatis sollicitudinem, antequam proficiscamini. Nam & nos eandem curam habemus quam & vos: neque scripus Kappa & Tau. Scripsi vobis nomine; unde & vos quando videritis scriptum Kappa & Tau, rescribe Zeta. Quando videritis Simma & Phi, rescribe Moe. Quando videritis Lahda, Jota, Labda, rescribe Xi. Quando videritis YOYY Kappa, Ro: quia invenimus scriptum; nos autem scripimus Simma, Phi; habete curam. Hoc enim scribitur in diebus istis Ro, sollicito esto: qua littera vocantur Ægyptiacæ Orez & Thei. Scriptum invenimus enim, quæque vocantur Ægyptiacæ litteræ Bei & Thei. Habete ergo curam Hi, & scribete Alfa; quia dedi vobis illud pro Hi. Scribite quoque Simma, quia scriptum est Tau & Delta, ut ad nos pervenire valeatis. Cavete, ne obliuiscamini scribere Phi super Kappa, quia scriptum est prius, & Ro ante illud scriptum est: & ne forte dicatis Theta scriptum esse & partem Xi. Ideo totum scribimus Beta, ne diceretis, quod Gamma sit scriptum. In omni Epistola quam scripsi vobis, de vestra sessione continetur & de resurrectione,

F 2

&

& de umbra antemuralis, quæ est extra murum. Odor sapientie vestre ad nos usque pervenit, & compulit hæc vobis scribere. Et vos ut sapientes intelligite, que scripserim vobis: & exhibete vos, quales meus sermo describere elegit.

## EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD UNIVERSA

Monaeteria, ut congregentur omnes Monasteriorum Principes & dormorum Præpositi in Monasterio quod vocatur Baum, viceffimo die mensis qui apud Ægyptios appellatur Mesore, ut rite omnium peccatorum atque operum remissio compleatur.

VII. **T**empus in proximo est, ut in unum conveniatis iuxta monrem pristinum, juxta antiquam confuetudinem, ut remissio omnium rerum ritè celebretur, ut cognoscatis invicem; ut dimittant singuli, iuxta preceptum Evangelii, debita fratribus suis, & tristitias ac simulatae: & si quid est jurgii, à choro sanctorum abigatur: ut liberent corda sua timore Dei, & fugato mendacio dominetur veritas, ut cœlantibus bellis pacis tranquillitas redeat; & in ea ambulare possitis coram Deo & hominibus: ut omnes æquiter diligatis: ut servatiis Deo atque concordia, & non concupiscentis variis, & errori oculorum velitorum: & tumentis scientia fraudulentis, carnisque vitii. E quibus oriuntur schismata, & contemptus legis Dei, contentio, malæ cogitationes, quæ igne iracundie bullientes quandoque erumpunt foras, & despunt in corporis voluptatibus. Idcirco scripta est lex Dei, ut lex corporum & jura solvantur: & erubescant, qui in eorum ambulant concupiscentiis; tandemque redant ad Deum, & spretis temporalibus æterna perquirant: preparati sanctorum hereditati qui contempserunt presentem vitam pro vita futuri seculi: pro malitia sperantes benignitatem, pro tumultu atque discordiis pacem & concordiam, pro adoptione carnis, famulatum Dei. Ut ea querant, quæ placent illius voluntati; carnis incentiva superstantes. Scriptum est enim: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittere & vos Pater vester qui in celis est delicta vobis. Et rursum: Dimittant singuli fratres.

Matt. 6.  
Matt. 18.

bus ex corde suo. Et iterum: Dimittite vobis, & dimittentur vobis. Et deinde: Beneficite his, qui ederunt vos. Et alibi: Ne vindicaris in malo: sed vincere in bono malum. Luc. 11.  
Et illud: Ne dicas, vindica me de inimico meo. Et alibi: Non reddentes malum pro malo. Et iterum: Provideatis bona coram omnibus hominibus. Et illud: Non vos morietis vindicantes charissimi. Nec non & Ephes. 4:  
alibi: Estote invicem benigni, sperantes bonum ad omnes. Et iterum: Diligit inimicus vobis: et vos fratres: benefacie his, qui ederunt vos, orate pro his, qui vos persequuntur. Considereremus ergo fratres charissimi, quantis testimoniosis homo fidelis concluditur à Deo, ne peccet: si tamen voluerit audire legem ejus, & inclinare aurem suam præceptis illius, aperire oculos, dirigere cor, ut possit implere, quod dicitur. Multi enim sunt, qui desiderant quidem bona, & Deum querunt cum lacrymis, & diebus ac noctibus ingemiscunt; sed decepti oculorum concupiscentiis, & carnis titillationibus superari, dormierunt in genitu & dolore cordis, quod non potuerunt dominari carni suæ, & extuantum cogitationum incentivis comprimere; pro firmis & perpetuis inania breviisque felctantes. Qui desiderant legem, & opere Dei destruunt voluntatem: vera iudicant, & vincuntur mendaciis. Ideo ingemiscunt, juxta eloquia Prophetarum, & perpetuo terrore fluctuant, donec deficiant, & tabescant in viis suis, & dormiant in doloribus. Qui autem verè iusti sunt, & habent in se pacem, perfiruntur gaudio sempiterno.

## EPISTOLA PATRIS NOSTRI PACHOMII AD FRATRES qui tondebant in deserto capras, de quarum filiis texuntur cilicia.

VIII. **D**eus querit diligentes se: sicut invenit Israhel, quasi uvam in deserto, & quasi ficus primitivas, sic inventus est & Jacob in Mesopotamia, cùm erraret quasi uva

in solitudine, & Joseph in Ægypto sicut ficus primitiva: quem inter omnes fratres suos cognovit Deus, & dedit ei principatum post multas angustias. Quem debemus imitari, quia vicit carnem suam, prostra-

prostravitque peccatum, & oculorum calcavit infidias. Non est secutus fatigatatem ventris, ut servaret animam suam sanctam Deo, ut fieret templum Spiritus sancti, & captivitatem libertate mutaret. Non oblitus est Deus timentium se, & facientium iustitiam ejus. Unde & ille adolescentis, atque in lubrico etatis positus, quem carnis blandi-

menta non vicerunt, vicit vincula & carcera, & in loco angustiæ placuit Deo. Et nos ergo convidamus, quod Deus nobiscum sit in solitudine, & recordatio ejus semper in corde sit nostro. Servemusque sanctam carnem & animam in deserto, sicut & Joseph in captivitate servavit, ut meminerit nostri Deus, & sic nobiscum usque ad finem.

### VERBA PER LITERAS PATRIS NOSTRI PACHOMII, in lingua abscondita, de his quæ futura sunt.

**IX. A. n.** Secula effuberunt in malo, quod est Delta. BY fructus complectus est in labili, quod est Tau. IX. Deus obliuici fecit me paupertatis in domo mea, de capite montium usque ad verticem eorum, quod est PQ. A<sup>e</sup> propter dormitionem vidue, & gloriam pauperis, quod est OY. EY. Audierunt montes latitiam terre, & quod est ESL. Terra abscondita est<sup>m</sup> absque pretio quod est N. NC plantæ erunt super oculis usque ad vesperam I. EP purasne, respicient super puteum, quod est H. IY. Biberunt absconditum in letitia, quod est Jota. PO factum est spolia terra fine sanguine. NAS facta sunt profundi abyssi in luctu cordis, quod est ZE. HN. Fugerunt absconditi sine timore,


quod est OAN. Qui novit, si revertatur, & agat penitentiam Deus. TBR. Lætentur exilii, & exultet terra. eIX. Dan expedit filiatur Dei OAT. de Nazareth potest aliquid boni esse BI EY. Benedictus Deus ecam dedit timentibus fe, AKZT. Fructus oris mei dulcis factus est in labiis meis INC. Dominus dat mihi linguam discipline AEP. Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini. In. Qui ingreditur per me, salvis erit. TKO queritur judicium Domini ad populum ejus Damascus. OAZ quia misertus est Deus Israëlis, & humiles populi sui consolatus est. MN. Sicut aqua frigida anime ficiunt, sic nuntius bonus de terra longinquæ. OPNINOPHI.

### VERBA QUÆ LOCUTUS EST PATER NOSTER PACHOMIUS in visione, erudiens fratres in Monasterio Mochansi de his, quæ eis eventura essent; & illo dicente & loquente in Spiritu excepta sunt à fratribus; quæ vel facturi essent principes Monasteriorum vel passuri.

ANNAMMMA ABNIPIZZOIRIE PHCnTyrTX  
YAOMNΠΦΧΓΙΔΥΞΙΜΤΑΖΑΡΕΤ.

**X.** **M**Onasteriorum principes operati sunt iniquitatem in spottellis suis: gladius perditionis ipsorum sub axella eorum, qui est ortus: infidianter apud januas inferni. Abundantia terre & bona quæ largitus est Deus filiis hominum, dixerunt; venite, & scrutemur vias nostras, & videamus, si inveniamus fermentum, & mittamus illud in massam farinae, quæ non possit elevari, neque in altum configurere, sed deficit fame. Paraverunt laqueos pedibus suis, & arcum manibus, & secundum humero portaverunt: venerantque

ad hominem, qui habebat ferram, & dixit: Tee, & ligna præcidite. Et dixerunt ei: Nequaquam; sed scrutamur vias nostras, & invenimus fermentum, ut mittamus illud in massam, quæ non elevatur, neque in altum potest configgere, sed defecit fame. Vocavit ergo homo amicos suos, & excoriarerunt pedes eorum, summitatesque manuum, hoc est, digitos; & defluxerunt in terram. Venerunt autem pulli corvorum, & detulerunt eos, fecerunt ibi nidum, & corvi genuerunt in locis eorum, ac per eos inhabitata est terra.



INCIPIUNT VERBA PATRIS NOSTRI PACHOMII LIN-  
guæ abscondita, de his quæ futura sunt.

**XI.** **V**erax est in omnibus Deus, qui dicit PN, omnes torrentes vadunt in mare K. Dominus respicit de celo. A. Non est ultra sapientia in te. MANYT. Piacet Domino in his, qui timent Dominum. C<sup>o</sup>OM Exurge, ut quid dormitas Domine? E sapientum oculi in capite eorum. Arribon est patientia pauperis. H<sup>e</sup>AM Lazacia iustorum facere judicium. N filius sapiens judicium. V dolor stulti est deficere disciplinam. T aufer vestimentum ejus, præterbit enim injuriosus Y\*, & alius faciet contumeliam. CN. Thefaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. KM usquequo respicis contemporæ, & tacabis? TMA. Defeccrunt oculi mei in salutare tuum. C<sup>o</sup> cor sapiens intelligit parabolam. T vidimus quod Sion spoliaverit se gloriam, quam habuit ab initio: idcirco non incanduit C. Inter litteras NY non scribatis Z, sed magis ex superfluo scribite AOA. AIA scio, quod scribas ex temetipso. In his omnibus memento A, festina ut scribas I. & diccas, quod ipsius sit hucusque E. scriptum est INX ipse scripsit z. & si scripsum est similiiter & K, rursum expandum habebito. tibi necessarium est numerare, & sic iterum scribo A & Chi. Pone a ante oculos tuos, ut bene sit animæ tue. Memento C, quod reversum sit in Kalendas, quod est ZEO OY. Memento & scribe Z. propter K, quod est scriptum, non quo ego tibi nunc dicam, sed quo confidam, quod hanc diem audieris. P rursum tendit manum suam ad nos in diebus illis. Ante oculos tuos cor nostrum dolet pro C, quia vere est C. & sunt oblieti Kalendarum. Quod autem scripsisti ACHI, & alius ante nos fecit hoc idem: & dixi: Ecce mittovos sicut oves in medio luporum. Audivimus rursum de EINN, quod duce sunt molentes simul; una assimulatur, & altera relinquitur.

INCIPIIT EPISTOLA PATRIS NOSTRI THEODORI AD  
omnia Monasteria de Pascha.

**XII.** **A**ppropinquavit solemnitas azymorum: in qua Pascha celebrandum est, de quo & Moy-ses exenti populo de terra Ægypti præcepit dicere: *Comeditis hunc cum omni festinatione*. Josias quoque Rex justus diligenteriis celebravit Pascha in diebus suis, & studium ejus hucusque narratur. Super quo & Apostolus loquitur: *Pascha ualorem immolatus est Christus*. Itaque in eo festa celebremus, sicut præceptum est nobis. Accingite lumbos veltros, & calciate pedes calceamentis Evangelicis, habentes baculos in manibus, & lucernas ardentes; ut possimus comedere Pascha cum festinatione, & ascendamus in Hierusalem ante sex dies Pascha, sanctificantes nosmetiplos, ut sanctum diem in sanctitate celebremus, absque malitia & nequitia, in sanctimonia & veritate, quæ præcepit nobis & Apostolus, & Pater noster à quo Cenobiorum vita fundata est, ut pariter congregemur in pace, juxta terminos quos præterire nescis est: ut nullus nostrum absque dispositione majorum in Monasteriis remanere desideret; ut convenientes absque præcepto majorum non veniant. Nos quoque qui videmur Præpositi esse fratribus, & conversationis eorum ostendere regu-

las, absque necessitate gravi non eos patiamur residere domi: nec pro nostra occasione Paschalis frequenta deferatur; ut inveniamur evacuare præcepta Patris nostri, sed ut contriti ea quæ scripta sunt ab eo, normam veritatis putemus: & glorificare Deus, qui posuit sicut oves familias. Videant recti, & latenter; & omnis iniurias obcurat cor suum. Ut omnes nos senatus filiorum Israël, & cum eis secundi veniamus ad Pascha, & nullus è nobis reliquus inveniatur, qui non impletat terminos Patris nostri, & dispensatores Monasteriorum & domorum Præpositi, & omnis ordo fratrum universaque membra in unum corpus coeant; ut suscitent templum Dei. Congregemur autem in pace atque concordia: ut fines sanctorum & Patris nostri regulas impleamus. Sed & cathecumeni qui sunt in Monasteriis, & expectant terribilem remissionem peccatorum, & gratiam spiritualis mysterii, audiant per vos quod here debeat & lugere antiqua peccata, & preparare se sanctificationi animarum & corporum; ut possint sufficiere sanguinem & Corpus Domini Salvatoris: de quo etiam cogitasse terroristis est. Cætera autem quæ facere de beatis optimè nostis, nec necesse est per Episto-

Epistolam commonere : ut preparetis vos in tempore constituto, quod Pater noster dispoluit. Nos & omnes fratres qui nobiscum sunt vos impedio saluta-

mus, & universam fraternitatem quae in vestris est Monasteriis.  
Explicitur Epistola & verba Mystica ]  
SS. Pachomii & Theodorei.

## S. ORSIESII ABBATIS TABENNENSIS

### Doctrina de institutione Monachorum.

## DE S. ORSIESIO EJUSQUE REGULA SIVE DOCTRINA

### Monaestica Veterum testimonia.

AUCTOR vita S. Pachomii cap. lxx.

*Petronius paucis diebus totam fraternitatem gubernans & hic in pace defunctus est, velinque post se virum justum & acceptum Deo ORSIESIUM nominare.*

GENNADIUS Massil. Illust. script. cap. ix.

*ORSIESIUS Monacibus, amborum, id est Pachomii & Theodorei collega, vir in sanctis Scripturis ad perficium instrutus, compausit librum divino conditum scilicet, totiusque Monastica disciplina instrumentis constructum : & ut simpliciter dicam, totum penes in eo vetus & novum Testamentum compendiosos dissertationibus, iuxta Monachorum duntaxat necessitatem, inventur expositum : quem tamem vice Testamenti prope diem obitus suis fratribus obtulit.*

S. BENEDICTUS Anianz Abbas sibi hanc Orsiesii doctrinam laudat in Concordia Regularum.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Habemus b/c S. ORSIESII doctrinam, merito a Gennadio laudatam ; quia illa divino condita scilicet totius monastica disciplina instrumenta, tam Superioribus quam inferioribus facta necessaria, comprehendunt. Quia proin & Regula monastica dici potest ; utpote compendiosis sed necessariis praeceptis ex S. Scriptura collectis & Monachorum usi apprimit adaptatis referta. Erat autem S. ORSIESIUS dilectus S. Pachomii discipulus, a quo moriente constitutus est Tabennorum abbas, etque totius Ordinis Praefes Generalis, quod officium piissime per quinquennium pergebat ; sed deficientibus viribus sibi diffidens, tantum Monachorum multitudinem posse vite gubernare, in manus S. Theodorei, discipuli etiam S. Pachomii, munus hoc resignavit : Quod tandem mortuus & illud anno 365, reasumere coactus est. Denique S. ORSIESIUS senio & laboribus confectus sanctissimam animam Deo reddidit circa annum 368. atque per secundum testamenti Monachis suis reliquit banc doctrinam affectivam, sive Regulam monasticam scilicet capitulo corstantem, & ex multis consiliis spiritualibus refertam, quam ex Graco in Latinum sermonem vertit S. Hieronymus.*

## INCIPIT DOCTRINA ATQUE TRACTATUS

### Patris nostri ORSIESII.

#### CAPUT PRIMUM.

**A**utor Israël mandata vites ; suribus percipe, & intellige prudentialiam. *Quid est Israël quid in terra nimirum est ? invenietur in terra aliena : communicatur et cum mortuis :* comparatus es cum his, qui in inferno sunt, & dereliqueris fontem sapientie. Per viam Dei si ambulaveris, forsitan habuisses in pace. Dicis ergo, ait, ubi est prudentialia tua, ubi est fortitudo gloria aquae virtutis, ubi est iniquitas.

## DOCTRINA

*intelligentia, ubi lex seculorum, & pax. Qui inventit locum ejus, & quis ingressus est ad thesauros illius?* Hic loquebatur Baruch propter eos, qui in terram Babylonis & inimicorum suorum ducti sunt in captivitatem, quia noluerunt Prophetatum suscipere mandata, & oblii sunt legis Dei, quia data est per Moysem. Idcirco induxit Deus super eos penas atque supplicia, & captivitatis subdidit iugum: erudiens ergo eos ut fuos, & quasi pater filios emendans, nolensque perire correctos, sed salvare cupiens per penitentiam.

**II.** Unde & nos Apostolicorum debemus meminisse verborum, qui ait: *Si naturalibus ratis non peperit, nec nobis parcer, & Dei precepta complere negligimus?* *Hoc annis in figuris cantabat illus: scripta sunt antea ad correspondem nostram, in quos fides seculorum devenerat.* Et illi quidem de urbe Iudee translati sunt in urbem Chaldeorum, in terris mutantibus loca: nos autem si Deus videbit negligentes, in futuro seculo amitteremus civitatem nostram; & laetiam deferentes, trademus peccatum captivitati, perdemusque gaudium sempiternum, quod patres nostri & fratres laborare instabili repererunt.

**III.** Igitur non vos vincat oblivio, nec patientiam Dei existimemus ignorantiam, qui idcirco sustentat, & differt, ut ad meliora conversi, cruciatus non tradamus. Quando peccamus, non putemus Deum consentire nostris peccatis, quia non statim vindicat: sed illud cogitemus, quod citò exente de seculo separabimur in futuro à Patribus & fratribus nostris, qui locum victotiae possident. Quem & nos habebimus, si illorum voluerimus calcare vestigia, & illud attendere, quod Apostolus Paulus **2. Cor. 5.** hic quoque sanctos à peccatoribus separat, & tradit delinquentes in interiorum carnis, ut spiritus salvi fiat. Beatus homo qui timet Dominum, & quem corripit, ut emendatur, & legem suam docet eum, ut ambulet in mandatis ejus omnibus diebus vita sua; qui non murmurat pro peccato suo.

**IV.** Itaque & nos scrutemur vias nostras, & gressus proprios dijudicemus; revertamurque ad Dominum, & levemus cum manibus nostris corda nostra in excelsum, & in cœlum: ut in die judicij adjutor noster sit, & non confundamur, cum loquimur inimicis nostris in porta, sed magis digni simus illud audire: *Aperi te portas, ut ingrediar ut populus, qui confidit iustitiam & veritatem.* Cui veritas cordi est, & qui possidet pacem, dicere potest, quia in te speravimus Domine in æternum. Recordemur **Judas 15.**

Domini, & Hierusalem ascendat super cor nostrum. Ne obliscamur illius hominis, de quo scriptum est: *Benedictus Jer. 17. bonus qui confidit in Dominum, cuius est spes in eo, erit quasi lignum fructiferum juxta aquas, & ad humorem mittit radices suas: non timbit, cum auctor advenierit, habebitque frumenta ramis, & in tempore secularis vivet, per se solita germinans.* Grave cur in omniibus, & bona tibi, & quis cognoscit eum? Ego Dominus seruans corda & renes, ut redam unigeniti secundum vias suas.

**V.** Meminerimus nostri, nec contemnamus delicta, que fecimus; & singula mandata Patris nostri, & eorum qui nos docuerunt, corde sollicito petractemus: non solum credentes in Christo, sed & pro ipso patientes, & scientes illud de quo dicitur: *Spiritus vultus Thess. 4. nostri Gbrisus Dominus.* Et alibi: *Lucerna psalm. 118. pedibus meis lex tua, & lumen servit meum.* Et iterum: *Eloquium Domini erupit aortis mei, & Lex Domini immaculata, convertens animas.* *Mandatum Domini lucidum, - illuminans oculos.* **Rom. 8.** Et Apostolus, *Les.*, inquit, *sacra, & mandatum sordidum, & iustum, & bonum.* Quia omnia intelligentes, digni erimus **psalm. 96.** audire: *Cum cederet iustus non aliud esset, quia dominus sustentat manus illius.* Et iterum: *Sepries cadet iustus, & resurgent.*

**VI.** Nunc ergo fratres, Deo agente patienter, & nos ad peccantem provocante de gravi somno evigilemus, **1. Pet. 5.** quia adverarius noster quasi les ragient circuit querens quem devoret, cui acriter resistendum est, & sciendum eadem est: certamina nostris evenisse majoribus. Non deficit laborantes, jacentisque virtutum femina, ut in futuro gaudia mettere possimus, audiamusque Paulum docentem: *Tu autem qui servasti doctrinam, eruditionem, studium, patientiam, persecutionem & fanaticorum exempla lectantes permaneamus in eo, quod coepimus, habentes principem & psalm. 133. perfectorem Jesum.* Intelligamus comam capitis nostri in via, ut sit unguentum in barba nostra, ut ad oram perveniat vestimenti, ut possimus implere universa, quæ scripta sunt.

**VII.** Quapropter ducere & Prepositi monasteriorum ac domorum, quibus crediti sunt homines, & apud quos inveniuntur T, sive E, sive A, ut in communione dicamus, quibus crediti sunt homines, singuli cum turmis suis expectent Salvatoris adventum, ut conspectui illius ornatum armis exercitum præparent. Né refrigeretis eos in carnalibus, & spiritualia non tributatis alimenta. Aut rursum doceatis spiritualia, & in carnalibus affligitis, in escis videlicet atque vestitu. Sed & spirituales & carnales cibos pariter tribuite, & nullam detis eis occasiōnem negligendæ. Aut quæ est ista iustitia,

justitia, ut fratres labore affligamus, & ipsi otio vacemus? aut eis jugum imponamus, quod ipsi ferre non possimus.

**Math. 7.** Legimus in Evangelio: *Quae misera mensi fraternis remenentur vestrum.* Linde & laborem & refrigeria cum ipsis habeamus communia, nec discipulos servos putemus, & illorum tribulatio sit nostra latititia; ne Evangelicis nos cum Phariseis corripias, *Ne vobis legisperitis, qui ligatis onera importabilia, & impotitis ea super humeros dominum, & ipsis ne digito quidem auditis arringeret.*

**Math. 23.** VIII. Sunt aliqui attendentes semet ipsos, ut viventes juxta mandatum Dei sibi loquuntur, & dicunt: Quid mihi est cum aliis? Ego vero ut serviam Deo, & mandata ejus implam, non ad me pertinet, quid alii faciant. Hoc Ezechiel corripit dicens: *O pastores Israël, nonquid seuctupes pastores? nonne oves pastores?* Ecce lac comeditis, & leuis operatus, quod pinguis est non uolumplastis: & quod infirmum est non confortatis: quod frangam est non ligatis: quod errabat non redi- xistis: quod periret non quieatis: quod forte erat fecitis labore defecis, & dispersisti oves meas, cognos non haberent pastores. Propterea ipse Dominus venier cum senioribus & principibus suis, & complebitur illud in nobis: Exadires vestrum deputandum vos, & qui repente, errare vos faciunt. Quin magis audire debemus: *Beata terra, cuius rex filius: & ingenui & principes sui in tempore concidunt in fortitudine, & nos confundantur.*

**Ezch. 34.** IX. Ideò ô homo usque ad unam animam, quæ tibi credita est, monere non cesses & docere, quæ sancta sunt, & te ipsum bonorum opertum prabere exemplum, & cavere quam maximè, ne alterum ames, & alterum oderis; sed & cunctis exhibens equalitatem; ne forte, quem tu diligis, Deus oderit; & quem tu odoris, Deus diligit. Nulli erranti pro amicitia confidentias, & alcerum premas, & alterum subleves, & pereat labor tuus. Sedentes in locis humilioribus, in quibus Pater noster precipit penitus non sedendum, caveant Prepositi domorum, ne fortitan quilibet unus ex fratribus Preposito injuriam fecerit, & iratus ille discernat, ac dicat: Quid cause habeo ad hominem contemptorem? Faciat quod vult, ad me non pertinet; nec cum moneo, nec errantem corrigo, sive salvetur, sive pereat, ad me non pertinet. O homo quid haec loqueris? intellige quo furore iuperteris, & odium occupavit cor tuum, ut magis tuo vicio quam suo peccato frater pereat; cui debes ignorare, & cum suscipere penitentem; ut post illud Evangelicum dictere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & Cod. Reg. Tim. I.*

**Math. 18.** nos dimittimus debitoribus nostris. Si ergo vis, ut Deus peccata tua tibi dimittat, & tu dimittre fratrem tuo, quidquid illud est, quod in te peccavit; memori illius precepti: *Né oderis fratrem tuum in cor-Luc. 17, de me.* Et Salomonis monentis & Sofita Prov. 6. civem tuum pro quo spopulasti. Et iterum: *Ne ceſſes eridre parvulum, si enim virgo Prov. 29, percuerſis eum, non morietur.* Moysus quoque ausculta dicentem: *Corripue corri-Lev. 19, pies premium tuum, ne bateas peccatum pro ea.* Ne eveniat rursum illud Salomonis: *Qui non praedit filio, ut se custodiat à per-Prav. 19, dationibus, velociter dissipatur.*

X. Omnes quibus fratrum cura commissa est, parent se adventui Salvatoris, & formidoloso tribunal ejus. Si enim pro se ipso reddere rationem plenum est discriminis ac timoris, & quanto magis pro alterius culpa subire cruciatum, & incidere in manus Dei viventis? Nec possumus obtendere ignorantiam, cum scriptum sit: *Omnis factum Domini adiunxit Ecc. 12, in iudicio, in omnibus que negligenter sunt, sive bonum, sive malum.* Et in Apostolo legimus: *Omnes nos operari manifestari ante e.* Cor. 5, *tribunal Christi, ut antequaque recipias pro eo quod operatus es, sive bonum, sive malum.* Elias quoque dicitur constitutum significat, in qua iudicaturus sit Deus orbem terræ in iustitia, dicens: *Ecce Elia 3, dies Domini insensibilis venit furoris & ira, ut ponat orbem terræ in deserto, & perdat peccatores de eo.* Scimus quia omnia quæ in lege scripta sunt, & Prophetarum nobis vaticinia predixerunt, sanctus quoque Pater noster eruditivit, nos esse retinendos, & reddituros rationem de singulis, quare non fecerimus ea, aut negligenter fecerimus. Loquitur enim cui traditum est à Patre on ne iudicium, & veritas erudit veritatem: *Non pnc. Joan. 4, sis quia ego accuso vos ad Patrem i est qui vos accusat Moyses, in quo vos speratis.* Si enim credetis Moysi, crederetur & mihi & de me enim illi scripti.

XI. Ex quibus omnibus discimus, quod oporeat nns flare ante tribunal Christi, & de singulis non solum operibus, sed & cogitationibus judicari: & post rationem vite nostra, etiam pro aliis qui nobis crediti sint reddituros esse similiter rationem. Et hoc non solum de Prepositis domorum audiendum est, sed & de Monasteriorum principibus, & de singulis fratribus, qui reputantur in plebem: quia omnes invicem dcent **Gad. 6.** sua onera portare, ut adimplant legem Christi, & audiant Apostolum scribentem ad Timotheum: *O Timothee dep. 1, Tim. 6, sum casti, devitans profanas voces invenies, & profeciorum falsi nominis scientia.* Et nos habemus depositum à Deo traditum, conversatione fratrum, pro quibus laboran-

## DOCTRINA

- Iacob. 5.** laborantes & expectamus futura preemia: ite fortan dicatur & nobis: *Dumite populum istum, ut ater. Et traditiones patris nostri deserentibus ingeratur: Qui habent legem non reverentur me, pastores egrediuntur infra me. Unde alios corripit dicens: Ego Iudei hereditatem meam in manus tua, in animam tuam dedisti ultam misericordiam: senes aggrevasti iuga. Quod & nos non solum audire, verum etiam intelligere necesse est: Qui enim ignorat ignorabitur. Et in alio loco scriptum est: *Quia tu sicutiam meum repulisti, & ego repellam te, ne facias meum furgari subi.**
- Jer. 2.** XII. Itaque fratres charissimi, qui Clemibiorum vitam & praecepta sectamini, state in arrepto scmcl proposito, & implete opus Dei: ut Pater, qui prius instituit Clemobia gaudens pro nobis loquatur ad Dominum; sicut tradidit eis, sic vivunt. Quod idem & Apostolus adhuc in corpore constitutus loquebatur: *Laudate autem vos, quod in omniis meministis mei, & sicut traxi vobis traditiones meas confunditis.*
- Ephes. 4.** XIII. Et vos ergo Monasteriorum principes, estote solliciti, & a libete omnem curam pro fratribus cum timore & justitia Dei: nec abutamini potestate in suppliciis, sed exemplum praebeatis vos custodes & subdito gregi; sicut & Dominus noster in omnibus exemplum leprabuit, qui posuit quasi oves familiis: ut misericordiam gregi vobis credito, & memineritis Apollonice sententiae, in qua ait: *Nihil fabrasi, ut non annuntiarem vobis omniem calamitatem Dei. Et iterum: Non cessavi depicendo uniusquamque vestrum, & discendo vos publice. Videat quanta viscera, & quanta misericordia fuerint in homine Dei, qui non solum sollicitus est pro omnibus Ecclesiis, sed languet eum linguentibus, & omnium futinet passiones. Caveamus, ne per nostram negligientiam aliquis scandalizetur, & corrut, & obliviscamur verborum Domini Salvatoris, qui in Evangelio loquitur: Pater quis deripi mihi, non perdili ex eis quemquam. Nullam animam contemnamus, ne quisque per nostram duretiem pereat. Si enim aliquis propter nos fuerit mortuus, anima nostra pro illius anime tenebitur in reatu. Quod quidem & Pater noster indolenter nobis solebat inculcare, & monebat, ne illud eloquium impleretur in nobis: Singuli oppositorum proximum suum: Et iterum: Si invacuas mortales & devarias, videat se aduersorem confundanini. Ex quo apparet, quod qui alterius servat animam, custos anime suae sit.*
- Gal. 4.** XIV. Sed & vos qui secundi estis Monasterii, primis vos exhibete virtutibus, ne quis vitio vestro pereat. Né incurritis in illud opprobrium in quod incurrit ille, qui comedit & bibit cum ebriis, & non decit in tempore suo conservis cibaria: *Et veniet Destructio in Mense 14. die qua non sperat, & in hora qua nescit, ut decidat eum, & ponat partem eius cum hypocritis, ubi stetit & fidelis est dentium. Ne quos apprehendat eis vobis similis condenatio, sed cum tempora venerant refrigerii merecamur audire: Eage Luc. 19. ferme horae & fideliis, quia super medicinae suae fidis: supra multa te constitutum, intra in gaudium Domini tui.*
- Cor. 11.** XV. Vos quoque Prapositi domorum singularium, parati estote ad respondendum omniibus, qui a vobis exigunt rationem super ea facta, quae in vobis est. Munete eos qui inordinati sunt, consolamini pauperum; sustinete infirmos; patienter agite ad emnes, & audiite Apollonium monachem: *Et vos per Ephes. 6. tres nolite ad viam perducere filios vestros, sed emerite idos in agmina, & auxiliante Domini & scitoce quia est pars datur eis, Luc. 12. plus quecunq; ac eo; & cui plus creditum est, amplius exigitur. Nec tantum ea confidetis, que vobis protinet, sed illa quae proximis, & impleatur in vobis literatura dicens: *Quia vos regnare amavisse que Reg. 1. sublatum datum fuist; idcirco exaudiemur celum rectum suum, & terra tua dñe: fracta fuist, quoniam ingratis contra me sermone deponi. Dicitur et alibi: Quia non fecisti Mch. 15. nisi ex animis vestis, nec muti fecisti.**
- Ad. 10.** XVI. Septimus dicam, & eadem repetam; Cavete ne alios diligatis, & alios uideritis: ne hunc sustenteritis, & illum negligatis, & cassis inveniatur labor vester, & omnis sudor pereat: & quando exieritis de corpore, & de manu di hujus turbine liberati, portum vos putaveritis quietis intrare, tunc inveniatis iniustitia naufragia, & in qua mensura mens estis, reniciatur vobis ab eo, qui personas in iudicio non accipit. Si quid mortale, aut aliiquid turpitudinis ob negligentiam Prepusorum in dominibus commissum fuerit, pest illorum propria supplicia, *Utopolius quoque reus tenebitur criminis: quod nebas tecper sancte memorie latet nollet folerat ingenerare.*
- Joan. 17.** XVII. Quarobrem cum omni cautione & soleritudine singuli commissum sibi gregem custodiunt, & imitentur flores de Evangelio, ad quos non dormientes, sed vigilantes venit Angelus Luc. 2. Dei, & Salvatoris eis annunciat aduentum. Qui & ipse loquitur: *Pugnat bonus pro oves suis: qui autem mercenarius est, non est pugna, cujus non sunt oves, videt lupum venientem, & dimittit gregem, & fugit, & lupus rapit eum, atque devorat; quia mercenarius est,* &

## S. ORSIEL S.I.L.

51

**G** non ad eum pertinet de tribus. De hominis autem postoribus Luce terrible historia: Erant autem postores objectantes, & exsistentes apud ecclesias super gregem suam, & Angelus Domini venit ad eos, & gloria Dei circumfauit eos, & nubaverunt tamquam magno, dixique eis Angelus: Natus tuus erit ecce enim Evangelio vobis gaudium magnum, quod eris omni populo: quia est hodie misericordia Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et bujas rei signum erat tribus, invenerunt infantem pannis involutam, & posuerunt in praecipi. Num illi soli eo tempore pacchabant oves, & per desertum sequebantur gregem? Sed quia soli erant folliciti, & naturalem nocturnum somnum insidiantium loporum timor superabat, idcirco primi audire meruerunt, quod in vicino sit: at Hierosolyma dormiens ignorabat. Unde David dicit: Ecce non domini, qui confundit Irael. Itaque & vos cum trevere & timore vigilate sperantes vestram futuram, & scientes, quod universitas Dominus, per quem omnis caro receptura est, quinquid operata est, post resurrectionem filii Apostolorum apparuit, & dixit Apostolorum principi, Petro: Sim Joannis diligere me plus hoc? Respondet ei: Domine tu sis, quia ego diligo te. Dicit ei Jesus: Puge agnos meos. Dixit ei rursum facilius: Simus Joannis diligere me? Respondet ei: etiam Ioseph, tu sis quod diligas te, dixit ei; Tu pugnae oves meae. Tertio praceperit, ut pesceret oves: & in illo omnibus nobis hoc infunxit afflictionem, ut diligenter pascamus oves Domini, & in die visitationis ejus pro Libore a custodiis recipiamus, quia nobis in Evangelio promisit, dicens: Pater noster ut ab hoc iam egas, & isti sunt mercatores. Et iterum: Ut ergo sum, ibi & misericordia nostra. Recipiamus ad premium, & ad pietatem creduli, scilicet omnem periculum Liborem, ambulantes secutus ambulavit Ipse Dominus, qui promisior est premiorum.

XVIII. Vos quoque qui secundi estis singularium damorum, humilitatem fraterni & modestiam, & singula præcepta majorum vite communis normam patate, ut in illis conservantis vestras levigatas animas, & similes sis ei, qui ait: Amoris mea in manibus mea spongia. Filius glorificet patrem, & letamini fructibus vestris: quia absque operibus & fructibus nullus Dominii societas letabitur: ut cum habueritis fructum in Domino, ipso haerede & coherede potiamini.

XIX. Sed & vos omnes fratres, qui subiecti estis per ordinem liberta servitutis, habete secundas laudes vestras, & ardentes laeternas in manibus, fonsiles servorum, qui expellant Dominum suum, quando reverentur de mortuis, ut cum reverentur, & Cod. Regul. Tuna, F.

G 2

rum.

Lec. 2.

Mal. 30.

Joan. 21.

Joan. 12.

Mal. 21B.

Lec. 11.

pulsaverit, statim sperare ei. Beati servi, quos venient Domini intercessio vigilanter. Sic & vobis tunc, si longus labor latitudinem non operetur in vobis, vocabimini ad ecclasticum convivium & Angeli ministriabunt vobis. Haec sunt reprobationes castitatem mandata Dei, & ista præmissa futurorum, Caudere in Domine; rursum dico, gaudent. Subiecti patribus cum Phil. 4, omni obedientia; sine murmuracionibus, & cogitationibus variis, simplicitatem animæ ad bona opera perferentes, ut pleni virtutibus & timore Dei, Ephes. 6, digni efficiantur adoptione Dei. Attupite fons fiduciæ, in quo possitis unius legitatis diabolus ardentes resiliere, & gloriam Matth. 10, Spiritus, quod est verbum Dei. Egeste prædentes sunt serpentis, & similes sunt eis Col. 3, lumen. Audite Paulum loquentem: Fili obediens parentibus, & pollidite salutem animalium vestrum, per eos qui vobis preparatis sunt. Et in alio quoque loco t. Cor. 4, scriptum est: Auguratio p. inimicorum vestrum & iugis, quia ipsi regnus pro annubus vestris, rursum redditis per vobis. Et semper illud timete, quod idem Apostolus Ephes. 4, Ios loquitur: Templo Dei estis, & Spiritus Domini habitat in vobis. Si quis autem templum Dei violaverit, disperset eum Deus. Ibidem. Et iterum: Nolite coram facili Spiritu faciendum Dei, in quo signum ejus in vobis redemptio posuit jejunio.

XX. Servate pudicitiam corporis vestri, ut sitis buntus concubitus, sunt signatus. Cor. 6, Qui tamen natus ex Deo non peccat, guardianem i. Joan. 3, semen illius in eo permaneat. Idem Joannes loquitur: Scribo vobis juvenes, quoniam formam eis est, & sermo Dei in vobis permaneat, & cibis mili-<sup>mentis</sup>. Cum & vos viceritis hymnicum, Deo vobis praehabeat auxilium, tunc & ipse dicit: Eum eam de inferno, Ofer. 13, Ut redireas eis de morte, ubi est vobis contumia tua, ubi est mors fratrum tuorum? Si vera mortem deverbimus, superabimur eam, & dicetur nobis: Mors ei nequagnam Rom. 6, annulatur: quoniam mors, qua peccato mortui semel fuisse, in nobis mortua est, & vita, qua in Christo vivimus Rom. 7, semper vivimus. Qui enim in carne mortitur, justificabitur a peccato. Nequam ultra vivamus in desideriis hominum, sed reliquam vitam in voluntate Dei compleamus. Qui timetis Dominum armate vos castitate, ut audire mereamini: Por avorem non estis in carne, sed in ibidem, spiritu. Et scitote, quod perfectis perfecta tribuantur, & inanibus reddantur inania, juxta sermonem Evangelicum: Qui habet, dabitur ei, & abundabit: qui Marc. 4, autem non habet, & quod videbant habere, auferunt ab eo. Intemperie virgines factientes, que cum sponso thalamum ingredi meruerunt, que habebant in vasis suis & lampadibus oleum bonorum ope-

## DOCTRINA

rum. Porro stultæ virgines clausam thalamum januam repererunt, quia ante numeris. Cor. 10. ptias parare sibi oleum noluerunt. *Hee in figura contingebat illa; scripta sunt enim ad correctionem vestram, ut evitemus vetera, & severius praecepta sapientis, qui ait: Fili mi, si sapiens fueris cor tuum, latrificabis cor meum; & commemorabitis labia mea feruores tuis, si tamen recti fuerint.*

*Prov. 23. Et iterum: Non emulteris cor tuum peccatores, sed in timore Dei esto tua die; & Dei cultum obstrea jugiter.*

XXI. Vigilemus attenius, & sciamus, quod magnam nobis Deus praesertim gratiam per Patrem nostrum Pachomium, ut renuntiaremus seculo; & omnem solicitudinem mundi, & curas rerum secularium pro nibilo ponemus. Quia nobis occasio relata est, ut habeamus quidquam proprium à funiculo usque ad corrugendum calcamenti; cum habeamus Præpositos, qui pro nobis cum timore & tremore solliciti sunt tam in celo, & vestitu, & corporeculi languore, si forte abvenerit, ut in nullo timeamus, & per occasionem carnis anima emolumenta perdamus? Liberi sumus, jugum de cervicibus nostris mundanæ servitutis abiecimus; cur rufum volumus reverd ad vomitum nostrum, & aliquid habere unde solliciti sumus, & quod perdere metuamus? Ad quos usus superfluum palliolum, aut epulae laudiores, aut melior lectus; cum omnia in commune sint preparata, & nihil cruce Christi durius sit: juxta quam viventes Patres nostri redificaverunt nos super fundamentum Apostolorum & Proprietatum, & Evangeliorum disciplinam, quæ angulari continetur lapide Domino IESU Christo: quem sequentes de mortuaria altitudine ad vitalem descendimus humilitatem, divitias paupertate mutantes, & delicias simplici cibo.

XXII. Nolite, obsecro vos, obliuisci semel arrepti propositi, & traditiones Patris nostri scalas putemus ad celorum regna tendentes. Ne desideretis, quæ ante calcastis. Sufficit nobis habere, quod homini fatis est, duo levitonaria, & alium atritum, & palliolum lineum, duos cuculos zonam lineam, gallicas, pellem, & virgam. Cui Ministerium aliquod & dispensatio est credita Monasterii, & si ex ea luctum faciat, felius putetur, & sacrilegium quidquam ex ea contingere, & in propriam vertere requiem, quasi despiciens eos, qui non habent & felici paupertate sunt divites: ut non solum ipse perierit, sed & cateros provocet ad pereundum. Et illi quidem qui incurvaverunt cervicem suam, & cum omni humilitate & afflictione lu-

gentes atque plangentes in presentiarum placurunt Deo, cum de corporeculo isto exierint, ducentur, & accumbent cum sanctis Patribus Abraham, Isaac, & Jacob, Prophetis, & Apostolis, & consolatione digna fruentur, sicut & Lazarus frutus est in finu Abraham. Qui autem vixerunt in Cenobio, & de communione in suos aliquid averterunt usus, ut eis cum de corpore exierint, dicetur illis: *Alementes, quia recipihs bona in vita vestra; fratribus laborantibus, & jejuniis, & continentia & incessibili labore sudantibus.* Idecirco videte eos in gaudio, aquæ latititia, qui reliquerunt presentem vitam, ut futuram consequerentur: vos autem in squalore ac torturis, & miseria constitutos, quia noluistis Evangelium audire sermonem, & Esaiæ contemplis verbis dicentes: *Ecce qui seruiti vestrum mibi, coaserent, vos autem qui seruiti vestrum, ibant, vos autem qui seruiti vestrum mibi, exultabant, & vos clamabitis propter dolorem cordis vestri, & ab contritione spiritus ejuslibet.* Auditis omnes beatitudines scripturarum, & noluistis suscipere disciplinam.

XXIII. Ideò fratres æquales sumus, à minimo usque ad maximum, tam divites quam pauper, concordia & humilitate perfecti, ut de vobis quoque possit dici: *Quis malum, non dimidavit; qui parvum, non audiuit.* Ne quis suis providat deitatis, cernens fratrem in paupertate, & angustia constitutum, & dicatur ei illud Propheticum: *Nonne Deus Malo. 84. natus creavit vos?* Nonne Pater unus omnium vestrum: *Quare dereliquisti unusquisque fratrem suum, ut abominabile facerent regnatum Patrum vestrorum?* Derelictus est Iudas, sed abominatione facta est in Israël. Quapropter juxta illud quod Dominus atque Salvator precepit Apostolis dicens: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis in-John. 13. vobis, sicut & ego dilexi vos;* & in hoc fratris, quod vere discipuli nisi essent: nos invicem amare debemus, & ostendere, quod vere sumus famuli Domini IESU Christi, & filii Pachomii, & discipuli Cenobiorum.

XXIV. Si Præpositus dominus aliquem corripuet ex fratribus, qui sibi subiecti sunt, erudiens eum in timore Dei, & cupiens ab errore corrigerere: & alius voluerit pro eo loqui, & eum defendere, subvertens cot illius; qui hoc facit, peccat in suam animam: quia subvertit eum, qui corrigi poterat, & consurgentem deiecit in terram, atque ad meliora tendentem mala persuasione decepit, errans ipse, & alios errare faciens. Huic illud aptabitur congruenter: *Vñ Abac. 8; qui potum das proximo suo subversionem tunc bideris,*

**Deut. 27.** *bidam, & inebrians eum : Ve qui errare facit cecum in via : qui scandalizat quempiam deis,*

**March. 18.** *qui credunt Deo : expedit ei, ut appendatur ei mola asinaria super collum ejus, & precipiteretur in mare. Quia subvertit, ut diximus, sublevantem le, & obedientem transstulti ad superblam, & cum, qui in dulcedine charitatis poterat atbulare, convertit in amaritudinem ; & subiectum legibus Monasterii, malis consiliis depravavit, fecitque odisse eum, & contristari contra illum, qui eum docebat Domini disciplinam, lites ferens inter fratres atque discordias, & non timens illud, quod scriptum est : *Tu quis es, qui judicas alienum servum ? Sos dominus flats, aut cadit. Sebit autem, potens est autem dominus rursum flatuerit illum.* Considera, quid dixerit : *Potens est autem Dominus flatuerit illum.* Non ille potens est, qui verba Domini præterit.*

**Rom. 14.**

**XXV.** Unde fratres magnopere devitemus alicujus mentem subverttere contra doctorem & monitorem suum ; & meminerimus scripture dicentes : *Liberas cor tuum à malitia, ut salveris.* Nec pro obedientia superbiem & contumaciam in cordibus nostris invicem seminemus. Qui enim timet Dominum suum, si viderit fratrem suum errare & labi, magis debet monstrare, quæ sancta sunt, & rectum iter ostendere, ut cum omni easilitate & tremore Dei incedens, illum Salomonis exequatur sententiam : *Liberas, qui ducunt ad mortem, & redimere de interpellatione non ceperis.* Nec dicas, nescio hunc. Scito, quoniam Deus corda omnium novit. Et Judas in Epistola loquitur sua : *Et vos quidam de igne rapientes, & oculis habentes communicatam tanicam, Caveamus hujuscemodi vestimentum, & induamus prius armaturam Dei, ut passum resistere contra insidias diaboli.* Non est enim nobis pugna contra carnem & sanguinem, sed adversus potestates & principatus adversus reores tenebrarum harum, & adversus spiritus regnantes in celstis.

**Ier. 4.**

**Prov. 3,1.**

**Jud. 1.**

**Ephel. 6.**

**Ier. 80.**

**XXVI.** Hoc quoque maximè providendum est ; ne quis in alteram domum & in alterius cellulam commendet aliquid, & contra Monasterium faciat disciplinam. Qui talis est, non est in numero fratrum, sed mercenarius & advena ; nec Païcha Domini inter sanctos debet comedere ; quia factus est lapis scandalis in Monasterio, & de eo posset dici : *Lapidés de via mea præcicerit.* Si enim levitonaria nostra, quando lavamus, siccæ non fuerint, usque ad vesperam non habemus potestatem apud nos tenere, damisque Præposito, cui crediti sumus, vel ei cui creditum est cellarium, ut deferat ad eum locum, ubi

vestimenta pariter omnium reservantur, & manè nobis dantur, ut expandamus illa ad solem, & cum siccæ fuerint, non apud nos tenemus, sed damus id commune servanda, juxta precepta majorum ; quanto magis ea, quæ propriæ vias es possidere, si alteri commendaveris, aut in tua volveris esse potestate, peccas in Monasterii disciplinam, & non intelligis Paulum tibi loquenter : *Yes Gal. 5, 13.* *autem in libertatem vocati es, tantum ne libertate in occasionem carnis abutamini, sed caritate servite invicem :* Et iterum : *De Phil. 4, 8.* *minus justitia est, nolite esse folliciti, sed effete in oratione invicti & depreciationibus.* Sciat quoque ille, qui ab alio suscepit commendatum, & rem se arbitratur facere piam, ut fratrem refrigeret, quid peccet contra animam suam, subvertens regulam Monasterii. O flulta anima tua commissa est Præposto tuo, & qui animam tuam corpùsque custodit, indignus habebitur ut peritura conservet ? Amemus iustitiam, ut iustificemur. Legimus enim : *Misericordia occurrit bis, qui faciunt veritatem,*

**XXVII.** Hoc quoque observandum est, ne quis flulta cogitatione deceptus, imò diaboli laqueis irretitus, dicat in corde suo ; Quando moriar, tunc dono fratribus, quod habuero. O multissime hominum ubi hoc scriptum inveni illi ? Nonne omnes sancti servientes Deo statim omnem sarcinam depofuerunt ? Nonne in Actibus Apostolorum, omnia quæ habebant ad pedes Apostolorum deferebant ? Aut quomodo poteris mortuus iustitiae induere vestimentum, quib[us] illud vivus habere non meruisti ? Quare oblitus es illud, quod scriptum est : *Quod feminaveris homo, hoc & morte.* Et, *Gal. 6, 13.* *Unusquisque recipit, prout quod egit.* Et, *Ephel. 6, 8.* *Reddet unusquis juncta opera sua.* Et iterum : *Rom. 2, 23.* *Ego Dominus stranum cor da & probas remes,* *Psal. 61, 9.* *ut reddam unicuique taxiu[m] vias suas, & juncta fructu[m] adiutoriūm ejus ?* Quare nondum verfaris in vita, & in hoc corpuse constitutus non audis David loquente : *Thesaurizet, & ignorat, cui congregat ea,* *Psalm. 145, 10.* & fermoneum Evangelicum, avarum corripientem ; Stulte hoc nolle animam extinent à te : *que aveum preparasti, cujas erunt ?* Et iterum : *In illa die perirent omnes cognitiōes eorum.* Stulte quare non vis audire Dominum cohortantem : *Vade, & Iesu,* *Matth. 19, 26.* *vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & tolle crux tuam, & veni, & sequere me.* Quod adolescens audiens conversus est retro, non enim erat tectum cor ipsius, & idē potuit gravem divitiarum sarcinam depone. Habet quidem voluntatem, & scriptura testatur, perfecte vite, & splendore virtutum trahatur

batur ad laudem : sed retrahebant cum currentem divitiae : nec poterat Salvatoris audire dicitur, quia adhuc de mundi delitiis cogitabat. Unde & Sal-

**Mark.** 19. **vator** loquitur : *Dificile est eis, qui habent divitias intrare in regna cordorum.*

**Luc.** 6. **iterum** : *Nemo potest dubius Dominus servire: aut enim unum eis habebit, & alterius diligeret; aut una est obediens, & contineat alterum.*

**1. Tim.** 6. **Pharisei** autem cim illent avari, hinc audiebant & irridebant: quorum incredulitatem devirerimus, nec irridemus eos, qui nos provocant. Remuntemus mundo, ut perfecti perfictum segnemus thesaurum. Quorum animam possidet avaritia, his videtur pro Christo fluita paupertas. *Quosque est magis pietatis eum sufficientia?* Nihil enim invenimus in bona munera, nec afferre quid paucius: habentes enim & illicem & vestimenta, hic contenti simus. Q. i. autem vobis deinceps fieri, incitatus in tentatione & laqueo, in concupiscentias multas, que sunt fidei & noxia, & decolor humanum suum etenim & perdiderunt. Tunc enim quoniam maioram cupi- dat.

**XXVII.** Hisque hodie Elias Israe-  
**3. Reg.** 18. **len** corripit dicunt: *Quosque claudicatu- pede?* Deus i. iste & figurari eum. Et nobis loquitur: *Si mandata sunt Dei,* quae per Patrem nostrum tradidit nobis, & quae sequentes polliamus pervenire ad regna eorum, *toto eascum adfederio complemus:* si autem figurantes cogitationes nostras, & ad alium tendit animus, cur non errorem implicantem con- fitemimur? *Si offendimus, nos eis quod videi erubescimus?* Ne forte dicatur, & nobis: *Quare polluias locum meum fundum?* Et, *Ego enim eis & domum meam.* Si quisdam conciliabula monachorum verè Dei dominus est, & sanctorum vincit, si- cut scriptum legimus: *Vincas facta est Sa- lomon in loco, qui vacat Berlano, dedicat eam custodibus, unusquisque adest pro fructibus eius mille argenteos.* *Vita mea in cou- spida mea est, mille Salomon, & ducenti bis qui custodiunt fundum eius.* Nec ligunt pol- luientes eam projiciantur, sicut in Evan- gelio legimus ejectos eis de templo, qui vendebant in eis oves & boves: num- mularios quoque ingrediens Dominus at- que Salvator, & iacens ibi Hagellum de funiculis, ejicit e templo, & fundeis terra mensam e vendentium, & his qui vendebant columbas ait: *Anferre bac- onia, & nolle facere domum Patri mei domum negotiorum.* Scriptum est enim: *Domus mea domus orationis vocabitur eundem gentibus & vos autem sciscitis eam speluncam, latronum.* Et alibi: *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.*

**Ezech.** 22. **Osee.** 9. **leon** corrigit dicunt: *Quare polluias locum meum fundum?* Et, *Ego enim eis & domum meam.* Si quisdam conciliabula monachorum verè Dei dominus est, & sanctorum vincit, si- cut scriptum legimus: *Vincas facta est Sa- lomon in loco, qui vacat Berlano, dedicat eam custodibus, unusquisque adest pro fructibus eius mille argenteos.* *Vita mea in cou- spida mea est, mille Salomon, & ducenti bis qui custodiunt fundum eius.* Nec ligunt pol- luientes eam projiciantur, sicut in Evan- gelio legimus ejectos eis de templo, qui vendebant in eis oves & boves: num- mularios quoque ingrediens Dominus at- que Salvator, & iacens ibi Hagellum de funiculis, ejicit e templo, & fundeis terra mensam e vendentium, & his

**Cantic.** 8. qui vendebant columbas ait: *Anferre bac- onia, & nolle facere domum Patri mei domum negotiorum.* Scriptum est enim: *Domus mea domus orationis vocabitur eundem gentibus & vos autem sciscitis eam speluncam, latronum.* Et alibi: *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.*

**Luc.** 19. **propter** vos autem sciscitis eam speluncam, latronum. Et alibi: *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.*

**XXIX.** Obscero vos fratres, nē de nobis quoque dicatur: *Alius quidem est.* Cor. 11. *Et, alius autem ebrius est: in domo non habet, ne libabit, & confundatur & nisi foris Ecclesiam Del contemnit, & confundatur, qui non habent, ad quos dicitur: Si quis ejus sit, domini comedat, ne non in judicium con- curreat. Non sit domus nostra vocis aliena, nē illud nobis congrueret apte- tur: Opera Aegypti non absuleremur a se. Et Ezech. 20. iterum: *In præcepto meis non ambulaverunt, & sabbata mea contumaciter in præterea eum clamaverunt ad me, ego non exaudier- emus.* Non permanemus in cordis duci- tia, & ad iracundiam provocemus Deum, & fiat inimicus noster, & dicat: *Ego ex ibidem, tecum dabo eis præcepta non bona, & justifica- cias in quibus non possum: quia con- derunt fructum inuidiæ, & adorave- runt opera magnum suorum & repleta est terra enrum à principio augurio, ut terra alienigenarum.**

**XXX.** Ne postquam renunciaverimus facculo, & ceperimus vexillum crucis sequi, iterum ad posteriora conversi, quattuor refrigerium temporale, ini- tantes Ephraim dicentes: *Divis factus Osee. 12: fuit, & ueni refrigerium nabi: ne audia- mus illud, quod & ille meruit audire: Omnes liberos ihesu non inveniuntur pre ini- quitatis, in quibus peccavit. Et ne illud implexum in nobis: Copista spiritu, & Gal. 5. mane carne consummante: tanta passi efflata fine causa?* Et ille contra nos sermo dicitur: *Lex perit à sacerdote, & consilium à senio.* Ezech. 7: *ritus i. & manus populi dissoluta sunt, sensus de porta quieventer, electi à psalmis suis ce- faretur.* Rursumque dicitur: *Propter Rom. 8. vas nunc meum blasphematur in gentibus: & contemptis institutionibus Patris no- stri subrepit oblivio, mediatorique Dei atque sanctorum nostro vito negli- gamus.*

**XXXI.** Quis enim fructus, aut quod signum præceptorum Dei inveniatur in nobis, aut in quo professionem imple- mus arreptam? Nonne omnia dimisimus, & avaritiae subiacens, & dicitur nobis: *Unde bella, & pagus?* Nonne ex Iose. 4. avaritia? Nam quia unusquisque querit utilitatem suam, non proximi; usque hodie vivens Ezechiel Propheta sermo- ne nos corripit *negationes erant Ezech. 27: in te. Filius nolens Patrem, & Pater ex-Mich. 7. probat filio.* Quid in die judicii respon- debimus, aut quid in novissimo tempore pro defensione nostra poterimus obtene- dere? Hec omnia facta sunt nobis, quia Sacerdotes planserunt manibus, & populus di- Jer. 5. lexit familiiter. *Quis sicut populus, sic Sa-* Osee. 4. *cerdos.* Propter redam ei, inquit, se- cundum vias suas, & cogitationes alias respi- tuam ei.

**XXXII.**

**XXXII.** Nonne de omnibus vobis  
huc loquor, sed de his qui majorum  
præcepta contemnunt: multoque melius  
erat illi ignorare viam iustitiae, quam scien-  
**¶ Pet. 1.** tes reverci ab eo, quod tradidemus ei illis, sancto  
Thren. 2. mandatis. De hujuscemodi hominibus mo-  
rens Hieremias scribit: Desecerunt in lacrymis  
œculi mei, conurbatis esti venter meus, effusa  
est in terra gloria mea, super contritione  
fili populi mei: quia defecit percutens &  
laetans in plateis civitatis. Matribus suis dixi-  
runt: non est tristum & viennum? cum defi-  
cient quasi vulnerati in plateis urbis, cum su-  
dore animas suas in fine matrum sanctorum.

**Psl. 146.** Scimus quod non in fortitudine egri velis  
Deus, neque in femoribus viri filii compla-  
ceat.

**XXXIII.** Et idecirco revertamur ad  
Dominum Deum nostrum, ut quando  
oraverimus, exaudiatis nos, qui quotidie  
hortatur, ut vacemus, & cognoscamus  
eum. Et alibi loquitur: Reversimini ad  
me, & ego revertar ad vos. Et iterum:

**Jes. 5.** Reversimini ad me filii recedentes, & ego de-  
**Exech. 18.** minabo vestiri. Ezechiel similiter conte-  
statur ac dicit: Quare marienim donau-  
israel! Nolo maritem peccatorum, sed tantum  
ut revertatur de via mala sua, & vivat.  
Et clementissimus, ac totius bonitatis  
caput clamat in Evangelio ad nos Domini-

**Matt. 11.** natus aque tellatur: Venite ad me omnes,  
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam  
vos: Tollite jugum meum super vos, & di-  
scite a me, quia misericordia sum, & beniglio corde,  
& inveneritis regnum animalium vestrum. Con-  
sideremus, quod bonitas Dei ad peni-  
tentiam nos provocet, & sancti viri co-  
hortantur ad salutem.

**Rom. 2.** Non induremus corda nostra, neque thesaurizemus iram  
nobis in die iræ & revelationis iusti Ju-  
dicii Dei, qui reddet unicuique juxta  
opera sua: sed ex toto corde reverta-  
mur ad Dominum, & secundum Moysis  
verba memorantis: Si revertaris ad Do-  
minum ex toto corde tuo, mandabit cor tuum,  
& cor fons tuus tuus.

**XXXIV.** Laboremus sicut boni mil-  
lices Christi, & observemus illud, quod  
**¶ Tim. 1.** scriptum est: Nemo militans Deo implicat  
se negotiis secularibus, ut ei cui militat pla-  
ceat. Si autem quis & in agone conten-  
dat, non coronatur nisi legitimè certa-  
verit. Laborantem agricultoram oportet  
primùm de fructibus eius participare.  
Scriptum est, omnes populi ibunt unus  
quisque in viam suam. Nos autem in no-  
mine Domini Dei nostri magnificabimur; Ipsi  
impediti sunt & occiderunt, nos autem surre-  
ximus & erelli sumus.

**Psl. 11.** XXXV. Qui ambulet in die, non im-  
pingit, qui autem in nocte graditur, impin-  
**¶ 10.** git, quia lumen non est in eo. Nos autem,

sicut dixit Apostolus, non sumus filii præ-**¶ 1. Thes. 2.**  
varicationis in peregrinatione, sed filii in acqui-  
sitione anima. Et alibi, Omnes, inquit,  
filii lucis estis, & filii Dei. Non sumus  
filii noctis, neque tenebrarum. Si ergo  
sumus filii lucis, debemus scire, que lu-  
cis sunt, & facere fructus luminis in  
omni opere bono: quod enim manifesta-  
tur, lux est. Si in toto corde reverta-  
mur ad Dominum, & in præceptis fan-  
totorum illius & Patris nostri simplici corde  
de conversamur, abundabimur in omni  
opere bono. Quod si supremum carnis  
voluptatibus, in die quali in media no-  
cta paritem palpabimus: & non inven-  
iemus viam civitatis & habitaculo no-**Pslm. 106.**  
stri, de quib[us] dicitur: Esurientis & fa-  
tientium anima deficit; quia contempserunt  
legem sibi à Deo traditam, & vocem  
Prophetarum non audierunt: & idecirco  
non potuerunt ad promissam requiem  
peruenire.

**XXXVI.** Vigilemus & attenti simus:  
si enim naturalibus non pepercit, nec  
nobis parcer. Non de cunctis sed de  
negligentibus loquor, quibus jure apta-  
bitur illa deploratio: *Va eis qui recesserunt* **Ram. 11.**  
**Jee. 2.** à me: *Manifesti sunt, quia impie egre-  
runt in me, quia dereliquerunt me sonum*  
*aqua viva, & foderunt filii contritos lacus,*  
*qui non possunt aquam continere.* Et quia  
non audiuerunt judicis ejus, audiante di-  
centem Deum: *Coustriri super vos specula-  
tores. Audite vocem tuba: & dixerunt:* **Jer. 2.**  
*Non audiemus. Unde ista incredulitas?* Nonne ex eo, quia alienos cognoverunt,  
& non adversari sunt? Loquitur & alibi  
Spiritus sanctus per Prophetam: *Ego* **¶ 5.**  
*enim sum Dens Dominus vus, qui formavi ca-  
lam, & creavi terram: eorum in suis confide-  
rant sumpsu cali militiam, & non ostendit ea  
tibi: ut ambulantes posse illam.* Quod quidem & per Moysum præcepit, dicens:  
*Non canit suspireris calum, & videris solem* **Deut. 4.**  
*& lunam ac stellas, & emue ornatum cali,*  
*errare cali deceptus adores eam.* *Ego sum Deus,* **Exod. 20.**  
*qui eduxi te de terra Egypti, & Deum extra  
me nescis, & qui salvus posset facere, non  
est propter me.* *Ego sum, qui te paci in sa-  
litudine in terra inhospitali, & impletis sunt  
satirritate, & elevate sunt corda eorum.* Id-  
circo oblii sunt mei, & ego tradam eos di-  
spersioni in gentibus cunctis.

**XXXVII.** Quae audientes quasi de  
sonno expurgescamur, & preheatamus nos  
dignos Domini servituti, ut misercetur, &  
dicat nobis: invocate me, & ego exau-  
diam vos. Ipse enim ait: *Quod dispergit* **Jer. 31.**  
*Israël, congregavit eum. Et alibi: Non sa-  
ciam, inquit, juxta iram furoris mei, nec  
sic relinquam, ut deleam Ephraim.* Et ite-  
rum: non in aeternum puniam vos, nec semper  
pro irascib[us] rebus. *Spiritus eum a me egredi-*  
*ter, & omnes, quod spirat, ego feci.* Et in  
eodem

codem loco jungit, ac dicit: *Dedi eis consolacionem veram, pacem super pacem vestrum, qui erant propter nos largi et diximus Domini nostri Iesum Christum vobis.* Quibus ut plene misericordiam conponamus, Hieremia sermone docet, dicens: *Si elevatum fuerit calamus in sublimem, et si basiliacum per nubium terrae decessum, ego non replebo gemitum Israe in pro omnibus, quae fuerint.*

**Je. 3.** XXXVIII. Cumque tanta elementia sit Salvatoris Domini, & nos provocet ad salutem, convertamus corda nostra ad eum: *Quia vos bona estis, ut de sonno exigitur, ut praecipit, dies autem approximatur; deponamus ergo opera tenebrarum, et induatur armis lucis.* Filioli mei primi ex toto corde diligamus Deum, deinde nosmetipsos amemus mutuo, memores praecceptorum Dei Salvatoris, in quibus ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam reliqua vobis et Non sis ut mundus dat pacem, ego deo vobis.* In his enim duabus mandatis tota lex penderit, & Propheta.

**Rom. 13.** XXXIX. Si quis in domo Monasterii sub Prapostolo manens, nulla re indiligens quam in Monasterio habere permisum est, & haber patrem, fratremque & amicum charissimum, nihil ab eis penitus accipiat, non tunicam, non pallium, non aliam quamlibet rem. Si autem comprobatum fuerit, quod minus habeat de his, quae praecpta sunt, culpa omnis atque correccio ad Patrem positum converetur.

**John. 14.** XI. Vos igitur qui eis Principes Monasteriorum, si quos aliquia re videbitis indigere, & esse in angustia confititos, nobis eos negligere; si tamen vos redditus rationem pro omni giebat, super quem etiam Spiritus sanctus constituit insipiens, & patre Ecclasiam Dei, quam acquisivit proprium sanguine. Propterea nos qui servimus sanum, debemus iustitiam invictorum portare, & non indumentis placere, sed proximo in bone ad edificationem. Nam & Clarissimus non sibi placuit, sed sicut scripsit: *Opprobria exprobrium tibi reciderunt super sic.* Et iterum: *Non queri, inquit, quod mundi expedit, sed quod omnibus, ut salvati sunt.*

**AG. 10.** XL. Si autem Dominus ac Salvator noster ita praecepit, & Sancti ita convertati sunt, patres quoque nostri ita nos docuerunt, consurgamus a somno, &, quae sunt nobis praecpta, faciamus. **Rom. 15.** Que-  
tangue scripta sunt, ad nostram traditionem scripta sunt, ut per patientiam & consolacionem scripturarum spiritum habemamus, & nullus nolnstrum causa sit erroris alieni, nec temulentur eos, qui prosperent agunt in vita sua. Ceterum enim omnia necessaria carnis fuerint conlectuti, morientes nihil secum alportabunt. Filii seculi hujus habent

in hoc seculo fiduciam, quoniam de mundo sunt, & mundus amat, quod mundum est. Qui autem filii Dei sunt, illius sermonis Evangelici recordantur; *Si manus Joani, 15. duxerit oculi, sciat, quid me primum oderit.* Et iterum: *Qui voluerit esse amicos suos mundi, inimicus est Deo.* Et rursum: *Tribulationis habebitis: sed confidite, ego Matth. 5. vici mundum.* Et iterum: *Beati qui lugent, quoniam ipsi eis solabuntur.* Beati qui esuriantur & frumentum iustitiae, quoniam ipsi saturabuntur. Beati qui persecutorem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. De filiis autem noctis quid est contrario dicitur? *Nonne illud? Ve vobis divites, Lut. 6. quoniam recipiunt consolationem vestram.* *Ve vobis qui saturari estis sunt, quia esurietis.* *Ve vobis qui nunc redetis, quia fugietis, ac fefueris.*

**XI. II.** Quamobrem mundi amicitias devitemus, ut illud mereamur audire: *Ad vestigia amaturum stans, et ad mortuum Letitia.* *Ardet Dominus, et misericordia eius mala.* Scidisti faciem tuam, & misericordia mea latuit. Quis enim sanctorum non in luctu ac tristitia per mundi hujus transiit viam? Hieremias, *Non sedi, in-Jer. 15.* quid, cum confitebatur Iudeus, sed tremebat a facie manus tue. Solus sedebat, quoniam amaritudine repletus sum. David quoque scribit: *Quasi lignum ac mortuus sit bambus.* Psal. 34. bar. Quorum nos vestigia insistentes intelligimus, quod filius noster in tempore tribulationis sit, & Prophetæ pollicitatio impletur dicentes: *Non relinquent, qui in angustia sunt usque ad tempus.* Si ergo habet tempus tribulatio & angustia, & non erit sempiterna, servemus in lacrymis, & metamus in gaudio, non deficientes; quod noverimus Dominum de temptatione liberare cultores suos.

**XLIII.** Dominus pater noster est et Dominus iudex noster est: Dominus princeps, dominus rex noster: Dominus ipse nos salvabit: cuius precepta si negligemus, permanebimus in angustia. Ipse enim dicit: *Qui sequitur me, post illud 57. secundum terram, et hereditabunt montem sanctum meum: quem & nos possidebimus, si impleamus legem ejus, & audiamus illud, quod dicitur: Atudat facite in conspectu ejus via vestras.* Et iterum: *Tollite offensacula de via populi mei.* Et alibi: *March. 5. Egitate de consilio pestilenter, & egrediens Jer. 15. contra eum contentio. Qui justum dicit in iustum & in iustum iudicat illum, uterque in conspectu Dei immundus est.* Caveamus ne dicatur et de nobis: *Filius alienus sunt ei.* Et psal. 17. illud: *Filia Son elevata sunt, & ambulaverunt in excelso cœlo, & in superba oculorum, trahentes pedibus unicas, & pedibus simili laudentes, & in correptione nostra rursum Prophe-*

- Eli. 1.** Prophetalis sermo concordet, dicens : *Quemodo facta est iustitrix civitas fidelis Sion, plena iudicio, in qua iustitia dormit? Nunc autem latronei. It: Populus intelligens commischiebat iustitiam. Tu ergo Israhel ne ignoraveris. Si vero divina meditemur, poterimus illud dicere, quod & David :*
- Psl. 110.** *Exulta super eloqua tua, sicut qui invenie fratres multa. Et: Quam dulcia gutturi mes eloqua tua, super uel & secum ori meo. Contabiles nubis erant iustificatiuncles tua in loco peregrinationis meae. Ex aliо loco : Non proposita ante oculos meos rem iniquam : facientes iniurias ad odio habui. Et non adhescit nubis cor pravum, declinantes a me malignes non agnoscetam : detrahentium in absconde proximo suo, hunc persequor : superbo oculis & infatibili corde cum hoc simul non edebam. Oculi mei super fideles terra, ut facerem eos federe mecum.*
- XLIV.** Quorum omnium nos imitetur opera, ut sit in diebus nostris pax & iustitia, & non nobis illud eveniat, quod alibi legimus : *Super terra populi mei spuma & fannum confurgent. Sed magis innovemus nobis novalia, & non seminemus super spinas. Cumque custodierimus, que mandata sunt nobis, manifesti erimus, quod diligamus Deum, sicut tellatur & in aliо loco Scriptura divina : Qui audit mandata mea & servat ea, ille est qui diligit me : qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & remanebam ego & Pater meus, & mansio mea apud eum faciemus, & ostendam ei meipsum. Et, Joss. 14. Vos amici mei effici, si feceritis que praecepio vobis. Tollamus nobiscum multos sermones, & convertamur ad Dominum Deum nostrum, & dicamus ei : Pater dominante peccata, ut accipiamus bona, & redamini ei fructum latitium nostrorum, & delectetur in nobis anima nostra.*
- Ofer. 14.** **XLV.** Arque ultimam poenitentiam nos eroris & negligientiae, & conversi ad priora dicamus : *Athus non salvabile nos, super eum non ascenderimus ; nec jam dicimus : Dix nostri opera manum nostrarum. Deus qui in te est misericordia pupilli, suauo habitaculo erit. Rursusque dicet de nobis : Diligam eos manifeste, & avertam iram meam ab eis. Ero quasi ros ; Israhel florib; ut libanum, & metas radices suas quasi Libanus, Ibunt rami ejus, & erit quasi olives fructifera, & odor ejus ut libinis. Revertentes & sedebant unusquisque in tabernaculis suis, & uiuent, & confirmabantur frumento : florib; sunt unica memoria eorum, sicut odor libinis Ephraim. Quid ei & Idius? Ego humiliabo eum, & confortabo eum. Ego ut juniperus cenderemus ; ex me fructus ejus uiuentis est. Quis sapiens, & intelligit hac ; aut intelligent, & cognoscit ista? Atque utinam &*
- Eli. 1.** *nos ex eo fructum afferre valeamus, sine quo nihil boni operis fieri potest.*
- XLVI.** Revertansur ad Dominum, ut de nobis quoque possit dicere : *Pecatorum & iniquitatis rerum memer amplius non ero. Non relinquamus legem Dei, quam Pater noster ab eo accipiens nobis tradidit, neque parvi ejus mandata pendamus ; ne & super nos planctus ille dicatur : Quemodo obscuratum est aurum, & immutatum argentum bonus : effus sunt lapides sanctissimi omni viuorum principis?* Nec post plurimos labores Patris nostri, quos pro salute nostra suscepit, seipsum exemplum virtutis tribuens, glorians de nobis, & apud sanctos loquens ; *Illi filii mei sunt, & populus meus filii mei, & non denegabunt : & post hujuscemodi testimoniun non perdamus fiduciam honeste conscientie, spoliati vestibus quibus nos induit : & introducti ab eo in stadium, ut legitime certemus non superemur ab inimicis nostris. Er postquam venerimus ad illud tempus quo egrediamur de corpore, ne inimici efficiamur Patris nostri thesauris servientes : ut qui jejuniis & afflictione corporis debuimus acquirere animae libertatem, carni & delitius, & pulchrioribus vestimentis, stratisque molitoribus nos dedicemus ; non solum ipsi pereuentes, sed & alios qui proficeret potuerunt exemplo nostro ducentes ad ruinam, de quibus scriptum est : *Nos Rom. 13. acceperimus spiritum servitius imperii, sed fortitudinis, & charitatis, & pudicitiae. Et, Cibus nos non commandas Deo. Neque enim Rom. 14. si comedemus, abundabimus : nec si non comedemus indigemus. Non est enim regnum Dei cibus & panis, sed iustitia, gaudium, & pax in Spiritu sancto. Qui in hoc servit Christo, placet Deo, probatus est omnibus. Esaias quoque dicit : Qui ex Esa. 40. perdidit Dominum, innecabunt virtutem, aspergunt pennas ut aquila i current, & laborabunt, gradientur, & non esurient. Idcirco Ibid. 5. elevabit figuram in genes, & congregabit profugas Israhel. Cito velocius uenient : non esurient, neque dormient, nec solvent zonas de lumbis suis, neque remiserunt in calceamentis eorum corrige. Quorum jacula astra sunt, & intenti arcuunt : pedes equorum, ut petra fortissima : rota curvorum quasi tempestas ; impetu facient ut leones, & aderant ut canis leonum.**
- XLVII.** Et nos igitur Sanctorum imitatores sumus, nec obliviscamur institutionis, qua nos eruditivit Pater noster, dum adhuc esset in corpore. Ne extinguamus lucernam ardorem, quam poluit super capita nostra. Ad cuius lumen hujus luculi incendentes, meminemus, quod per studium illius Deus nos in propriam familiam receperit, per-
- H gratais
- Eli. Regul. Tom. I.**

## DOCTRINA

58

grinis hospitium tribuens, in maris turbinibus constitutis portum ostendens, panem in fame, umbram in astu, vescimentum in nuditate; imperitos præcep-  
tis spitalibus eruditiv; & vilis servientes castitate circumdedit; procul positos sibi junxit. Ne post illius dormitionem obliviscamur tanta bonitatis, & beneficio-  
rum immortalium, vertentes futorem in iudicium, & fructum iustitiae in amaritudinem, & loquacitatem contra nos: Ju-  
dicate inter me & vineam meam. Expellavi  
ne fæcere fructum, & fecit iniuriam, &  
non iustitiam, sed clausum est, & veniat su-  
per nos illa maledictio, quam propheta-  
lis ferino ille prosequitur, & quam omni-  
ni studio fugere ac vitare debemus, se-  
quentes conversationem eorum, qui nos in  
Domino præcesserunt patrum pariter  
ac fratrum: qui renuntiantur seculo, &  
inolentio ad Dominum pergentes gradu; nunc ejus hereditate potuuntur: quam  
vereor ne perdamus nostra fidia, &  
illud nobis propheticum aptetur, quod  
dictum est in Ephestein: *Olam in Agypto  
merita.* *Mixti sum in genibus,* &  
didicimus opera eorum. Ne polliquam vo-  
cati sumus in libertatem, sicut scriptum  
est: *Tollam vos unum de populo,* & *dous  
de familia;* & indicamus vos in Sun, & dabo  
vobis pastores secundum cor meum, qui pacient  
vos cum disciplina; & resolvantur vincula  
charitatis, & dicatur de nobis: *Filiis  
glorificat patrem,* & seruus dominum sumus.  
Si pater ego sum, ubi est gloria mea? Si Da-  
minus, ubi est tumor meus?

**Ofer. 22.**  
**Psal. 105.**

**Jer. 3.**

**Mala. 1.**

**Thres. 8.**

**Ezki. 4.**

**Ezki. 12.**

**Mom. 24.**

**Ezech. 18.**

malus suroris, & spina doloris. Quia facta Dext. 32.  
est Domini pars epius Jacob, fonsculus heredi-  
tatis ejus Israël. Et alibi loquitur Jere-  
mias: Si cessaverit in conspectu meo lex ista, Jer. 31.  
genus etiam Israël cessare poterit: Et tut-  
sum: *Dabo laborum eorum iustis,* & *resta.* Ecli. 61.  
mentum eternum ponam cum ipsis, & *seruet*  
in generibus semem eorum, ac nepotes. Omnis,  
qui viderit eas, cognoset, quia isti sunt se-  
men a Domino benedictum, & gaudia perfrui-  
tur Domini.

XLIX. Et nos ergo scrutemur vias  
nolitas, & gressus dijudicemus, & se-  
quamur odorem scientie; abscondentes  
semper verba ejus in cordibus nostris, ut  
simus immaculati in via, & in lege Do-  
mini ambulemus. Non nos terreat fra-  
gilis corporis, & longi temporis labor.  
Partes vestis ubi sum, & Propheta! ut Zach. 1.  
scriptum est, nuncquid aternum vivem? Ver-  
ba autem mea & legitima mea suscipite, que  
ego precipio in Spiritu meo servis meo Proph-  
etu, quo fuerim cum patribus vestiis. Sen-  
tiamus ineffabilem clementiam Dei nostri,  
qui usque hodie ad penitentiam  
nos hottatur, dicens: *Nungnd qui cadet Jer. 8.*  
*nos resurgit?* aut qui evenerat, non rever-  
teret? Quare aversatus est populus meus aven-  
tione impuniti, & obtulerunt in voluntariis  
bus suis, & voluerunt reverti? Si reverti  
fuerimus ad eum, edificabit nos Spiritu  
sancto, juxta illud quod scriptum est: *Edu. Psal. 146.*  
*fatuus Iherusalem Dominus, dispersiones Israe-  
lii tangegabat.*

L. Quod autem nostri cœtus & com-  
muni ex Deo sit, qua nos invicem co-  
pulamus, Apostolus nos docuit dicens: *Bonorum operum communio oblivisci non possit,* Hebre. 13.  
talius enim vidi misericordia placuisse Deus. In Acti-  
bus Apostolorum quoque idem legimus: *Avidissimis autem credentium erat cor unum Ad. 4:*  
& anima una, & nullus sum quid dicebat, sed erant eis universa communia. Et visus  
magua dabois Apostoli testimoniis refutatio-  
nis Dominus Iesus. Et Psalmista in eadem  
verba confensit, dicens: *Ecce quam ba-  
num, & quam mundum, habilitate fratres in  
unum.* Et nos in Cœnobitis commorantes, & nobis mutua charitate sociati, demus studium, ut quomodo sanctorum  
patrum in hac vita meruimus confor-  
tum, ita in futuro quoque participes  
eorum simus; scientes, quod crux vita  
nostræ doctrinæ principium sit, &  
oporeat nos cum Christo pati, & noſſe,  
quod absque tribulationibus & angustiis  
nullus victoriam consequatur. *Bonus vir Ioe. 4.*  
qui suffert tentationem, quia cum probans fac-  
rit, coronam vita accipiet. Et iterum: *Laborav in sacculum, & vixit in eternum.* Rom. 6.  
Si tamen compatiimus, ut & glorificemur. Ex-  
sime, inquit, quod non sunt concordia papa-  
nes hujus temporis ad futuram gloriam, que  
rever-

- Mil. 72.** revelabitur in nobis : Et alibi scriptum est : Existimavi, ut cognoscere hoc, labor est in conspectu meo. Et iterum : Ego laboravi sequens te, & diem hominum non consideravi. Et alio loco : Multa tribulationes infernum, & ex omnibus his liberabit eos Dominus. Et Dominus noster loquitur in Evangelio : **Math. 10.** Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et alibi : Hic est liber mandatorum, & lex scripta in sempiternum. Omnes, qui obseruaverint eam, vivent ; qui enim dereliquerint, morientur. Recertere Jacob, & apprebendere eum : ambula in splendore lumen eius, & non det dicit gloriam eum, & ea quae conductunt cibis, genti aliena. Beati sumus Israeli, quia placita Deo nostra nota sunt nobis. Confide popule mens, memorialis Israeli. Et iterum Elias loquitur : Letare Israeli, & festum agite diem omnes qui diligitis eum. Gaudete qui confiditis in eo, ac fugatis, & impleamus ex uberibus consolatus eius.
- Pwt. 13.** **II.** Habeamus curam legendarum & discendarum scripturarum, & in earum semper meditatione versemur, scientes scriptum : Ex fructu oris sui vir saturatur, & merces laborum eius reddetur. Haec sunt, quae nos ducunt ad eternam vitam, quae nobis tradidit Pater noster & jugiter meditanda praecepit ; ut impletatur illud in nobis, quod scriptum est : Erunt haec verba, que ego praecepi tibi bodie, in corde tuo, & in anima tua : docebis ea filios tuos, & loqueris in eis sedene in domo, & ambulans in via, & accubans, atque confugens. Scribe ea pro signo in manu tua, & erunt immobilia ante oculos tuos. Scribes quod ea in postibus domum tuaram, & in omnibus, ut discatis timore Dominum cunctis diebus quibus vivitis. Salomon quoque ipsum significans dicit : Scribe ea in lastitudine cordis tui.
- Thom. 3.** **III.** Considerate, quantis testimoniorum ad meditationem sacrarum scripturarum nos sermo Domini cohortetur, ut quae ore volvimus, corde possideamus. Bonum est bonum, cum levaverit jugum ab adolescentia sua. Seebet solitarius & tacbit, quoniam levabit super se jugum, abie percutientem se maximam, sanctoribus approbatum, quoniam non semper abiecere Dominus. Et alibi scriptum est : Recordatus sum misericordie infans tuae. Et iterum : Letare juventus in adolescentia tua, & exultet cor tuum in diebus juventutis tuae, & ambula in viis cordis tui abique macula, & in conspectu oculorum tuorum, & festo quoniam in omnibus adducat te Dominus in iudicium. Auster furorum à corde tuo, & malitiam à carne tua, quoniam adolescentem & futilitatem vanitas est. Et, Amentem creaturam tuam in diebus adolescentiae tuae, donec veniant dies pessimi, & occupent annos, in quibus dicit : Non est mihi **Bild. 12.** God. Regul. Tom. I.
- iii** in eis voluntas ; donec obsecraret sol, & lux, & luna, & stelle, & convertantur nobis post pluriam. In die qua movebuntur confederates domus, & subvertentur viri virtutis, & cesserent violentes, quia pace facta sunt ; & obsecrabantur, quia vident in foraminibus, & claudent vias in foro in inservitatem vocis molientis. Et exurgent ad vocem passeris, & humiliabuntur omnes filii cancri. Et quadam ab alto aspiciunt, & pavores in via, & florat amygdalum, & ingrasietur locusta, & scindantem capparis. Quantum abire bone in deum seculi suu, & graviter in foro, qui plangunt, quoadunque evertatur fructulus argenti, & conteratur monile aure, & confirmatur hydria ad fontem, & impediatur rotta super lacum, & convertatur pulvis in terram, sicut fuit, & spiritus revertatur ad Domum, qui dedit eum. In Evangelio quoque scriptum est : Puer nunquid babetis palpitum ? Mutatis in dexteram partem manus, & invenietis. Et iterum : Omnis puer ac juveniles, qui neque hodie bonum ac malum, ipsi intrabunt in terram bonam. Ac turum : Omne majestinum quod aperit valuum, sanctum vocabatur. Et in Evangelio : **Exod. 14.** Puer autem ihes, & crescebat, & propriebat apud Deum & apud homines. **Luc. 2.** Iesus quoque minister Moyssi juvenis erat, & non egrediebatur de tabernaculo Dei. Et de David scriptum legimus : **1. Reg. 16.** Puer flexi colu, Timotheus quoque adhuc puer & adolescentis sacrifici literis eruditus est, ut ad fidem Domini Salvatoris illarum semita perveniret. Et de Daniele quia eruditus erat, scriptum legimus, quod videlicitorum appellatus fit. Joseph quoque erat dilectissimus patri suo, quoniam ejus imperius serviebat, & decem ac septem adhuc natus annos praecepta illius legem vita sua arbitrabatur.
- Ephes. 4.** **IV.** Et haec cuncta replicavi, ut Sanctorum vitas considerantes, non circumferam omni vento doctrina, sed laboremus, & eorum conversationem nostrae vite propositum habeamus exemplum, ut simus populus Dei peculiaris. Nec contristemus Spiritum sanctum, in quo signati sumus in die redemptoris ; ne illum extinguiamur in nobis : & prophetias non contemnamus ; ne forsitan volenti Spiritui sancto habitare in nobis non demus locum. Nullum alium timemus praeter Deum, qui ulti & judex **Psal. 17.** est operum singulorum, & cum sancto sanctus est, & cum viro innocentem innocens ; & dicit : Ego amantes me diligo, & **Prov. 13.** qui me querent invicem gaudiam. Et alibi **Lev. 16.** loquitur : Si ambulaveris contra me peruersus, ego ambulabo contra vas peruersum.
- LIV.** Non irascamur invicem : etiamque **psalm. 4.** ira nos vicerit, non peccatum irati, **psalm. 4.** folis

Matt. 18. folis occubitu penitentia praecupantes.  
*Ibid.* 5. Meminimus esse praeceptum, quoties peccanti in nos ignoscere debemus, & munus nostrum relinquere ante altare: quod nequam fuscitur, si non fuerit reconciliatione placabile: ut possimus dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimisimus debitoribus nostris.* Et Apostolus praecepit: *Si quis habet adversus aliquem queritatem, sic facit.* Simus discipuli mansuetudinis Sanctorum omnium, & praecepit David, de quo scriptum est: *Aumento Domini David, & omnis mansuetudinus ejus.* Et Moysis, de quo legitur, quod fuerit manutenus super omnem terram: *Et Dominus in Evangelio de mansuetis ac mitibus loquitur: Beatis mansuetis & mitis corde, quoniam ipsi possident terram.* Magna sapientia est, mansuetudinem potissimum, & audire: *Sapientia est filii, ut latentes in meos.* Et iterum: *Iuniores episte Dei, filii charissimi.* Et, *Ejus perfidi, sicut & pater vixit qui in celis est, perfidus est.* Et alibi: *Sancti es tu, quantum ego sanctus sum, dicit Dominus.*

*Psal. 131.* *Nom. 12.*  
*Matt. 5.*  
*Prov. 10.*  
*Ephel. 5.*  
*Marc. 1.*  
*Levit. 5.*  
*s. Cor. 6.*  
*Rom. 13.*  
*Joan. 15.*

L.V. Quæ legentes testimonia, seminemas nobis iustitiam, ut metamus fructum vite. Illuminernus lucem scientie, quia tempus est, ut cognoscamus Deum, donec veniat fructus iustitiae nobis. *Ecce nunc tempus acceptable, & dies salutis.* Et verè, secundum quod scriptum est, *Premium legis est dilectio.* Joanne in hac cedem concidente: *Hic praeceptum* accepimus à Patre, ut diligatis invicem. Et, *Qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.* *i. Joan. 4.* Et, *Nou fecit Cain, qui ex malo erat, & I. Joan. 3.* occidit fratrem suum. Et quare occidit? quia opera ejus maligna erant: fratris autem ejus bona. *Non admiremur, fratres, si oderis nos mundus & nos finis, quia transiimus de morte ad vitam, et quod diligamus fratres.* Ergo diligamus nos mutuo.

LVI. Loquar aliud ad vos audentius, filii charissimi. Ex quo credit mihi Deus conversationis vestra & sanctæ conversationis gregem, non cessavi lacrymis monere, & docere singulos, ut placatis Deo; nec subtraxi aliquid, quod vobis utile sentiebam, ut dicere: *Et nunc commando vos Deo, & verbo gratia epius, qui potest vos alicare, & dare vobis hereditatem cum sanctis.* Vigilate, omni studio curisque contendite, ne obliviaconi propriae veitri, sed implete, quod vos leitis esse pollicitos. *Ego enim ian. 2. Tim. 4.* dolo, & tempore resolutionis mea adeo: quia uestram bonum ex parte certavi, cursum consummata, fidem servavi. De cetero repotita est mihi evona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: nou solus mihi, sed & omnibus qui dilexerunt iustitiam ejus, & omnia Patris mandata fecerunt. *Plus verbi: omnia audi, Domum tunc, & Ecd. 18.* mandata ejus custodi; quantum omnis homo: universem opus Deum adducet in judicium, frive bonum, frive malum sit.

Explicit doctrina S. Orisellii.

## REGULA ORIENTALIS EX PATRUM Orientalium Regulis collecta à Vigilio Diacono.

### DE REGULA ORIENTALI VETERUM TESTIMONIA.

CENNADIUS Maffil. Script. Ecd. cap. II.

VIGILIUS Diaconus composuit ex traditione Patrum, Monachorum REGULAM, qua in Camboia ad profectum fratrum in conventu legitur, breviate & aperto sermone, totius Monasticae professionis in se tenentem disciplinam.

S. BENEDICTUS Aniane Abbas Concordie Regularum multa ORIENTALIS, sive ORIENTALIUM REGULÆ capita inferit.

SMARAGDUS quoque Abbas in expositione Regule S. Benedicti, Cap. xxviii. REGULAM ORIENTALEM; Capite autem xxxi. REGULAM PATRUM ORIENTALIUM appellat.

ANNALES TREVIRENTES in Apologia Monasterii S. Maximini Part. 2. cap. 1. Et apud Christoph. Broverum lib. vii. Annal. Trevir.

*Erepta fuit ibidem religio Christiana Monastica sub REGULA ORIENTALIUM MONACHORUM.*

Obser-

## Observatio critica in Regulam sequentem.

Hucusque octo Regule Orientalium Patrum exhibita sunt in hoc LUCÆ HOLSTENII Codice, ex quibus VIGILIUS Diaconus hanc Monachorum Regulam composuit, qua proin merito & Orientalis dici potest; quamvis in Occidente scripta videntur. Landat quidem hanc Regulam Germanas, assertaque, illum brevianto & aperto sermone totius monasticae professionis disciplinae continere, ex qua proin S. Benedictus, Anianus Abbas, sua Regularium Concordia multa inserunt; quemadmodum & Smaragdus, S. Michaelis in Lotaringia Abbas, in sua Regula Benedictina Expositio. Constat autem hoc Regula XI.VII. capitib⁹, quibus includitur, quodquid ad bonum cuiuscumque monasterii regimen pertinet, & que ex Regula S. Pacomii plerumque defunatur; cum per se ipsius proprie S. Pacomii sententia reperiatur. Vixit quidem VIGILIUS Diaconus secund⁹ quinto, sed ignoratur, cujus Ecclesia fuerit Diaconi; quamvis apud Gallos sicutissime supponi posse, cum nonnulli contendant, hanc Regulam Orientalem, ab ipso compositam, in monasterio S. Maximini Trevirensis eodera secund⁹ fratre observatam.

## INCIPIT REGULA ORIENTALIS.

## CAPITULUM I.

**U**T neque seniores in regendis fratribus inaniter laborent, neque disciplina juniorum vacillet, que Abbatis conversatione flabilita firma sit, oportet Abbatem irreprehensibilem esse, severum, patientem, jejunum, piū, humilem: ut doctoris & Patris locum impleat scipium formā præbens honorū operum. Ad cuius ordinacionem omnes fratres respiciant; nihil sine consilio & auctoritate ipsius facientes. Qui sustinens Monasterii necessitates de omnibus, quae in Monasterio sunt, liberè judicabit; nullius personam accipiens, nec ulli gratiam praeflans; sed unumquemque secundum meritā quotidianē conversationis in veritate judicans, admonet, hortetur, castiget, condemeret, vel suscipiat, si ita utile videtur, venientes ad Monasterium: vel cīcīat, si ita necessitas fuerit, male habitantes.

II. In Monasterio Seniores sint duo, ad quos vel præsente Abbatे vel abente omnium fratrum disciplina & omnis cura Monasterii pertinet: dantes sibi vices per dies, & dividentes inter se pondas ac necessitatem Monasterii; ex quibus unus tempore suo præfens in Monasterio semper erit, ad præstandum Abbatē solatum, vel obsequium advenientibus fratribus; & ad procedendum, ubi necessitas communis exegerit, atque diligenter circa omnia qua ad quotidianam custodiā & conversationem Monasterii pertinent adhucēt: ut quæcumque ad obsequium usumque Monasterii facienda sunt, sine negligētia & querela faciant. Alius cum fratribus erit, tempore suo

exiturus cum ipsis ad omnia opera & omnem necessitatem, providens ne quid contra disciplinam faciant. Qui confidetans omnes actus singulorum, si quæ contra rationem facta viderit, sed per id emendet, vel Abbatē indicet.

III. Ille vero, qui secundum ordinem discipline ordinatione Abbatē ex consilio & voluntate omniū fratrum fratrum Praepositus est, omnem ad se curam de disciplina fratrum; & diligentiam Monasterii revocabit; habens poflatem Abbatē alicui faciendo omnia que Abbas præfens facit. Ille autem patientiam, mansuetudinem, humilitatem, charitatem, æquitatem, sine personarum acceptione servabit; ita agens, ut nec Abbatē tadiū generet, nec fratres intemperantia illius laborent. Hac observabit senior Monasterii qui fratribus Praepositus est, rufereat ad Abbatem omnia, vel præcipue illa, que per se non volunt explicare.

IV. Commendatum aliquod etiam à germano fratre nullus accipiat: nihil in cella sua absque Praepositi iussione quipiam habeat, nec poma quidem vilissima, & cetera hujuscemodi.

V. Operantes verò fratres nihil loquantur secularē: sed aut meditentur ea, que sancta sunt, aut certè silebunt.

VI. Qui autem coquinat, antequam fratres reluant, non gustabit quidquam.

VII. Nemo in cella aut in domo sua habeat quidquam præter ea, qua in communī Monasterii lege præcepta sunt.

VIII. Cūque ad dormiendum se collocaverint, alter alteri non loquatur.

Cellam alterius, nisi prius ad ostium percutiat, introire non audeat.

IX. Mutare de his, quæ à Præposito acceperit, cum altero non audebit. Nec accipiet melius, & dabit deterius; aut è contrario datus melius & deterius accipiens. Nemo ab altero accipiat quidquam, nisi Præpositus iussirerit.

X. Clausa cella nullus dormiat; nec habeat cubiculum, quod claudi possit: niti forte etati alicujus vel infirmitati Pater Monasterii concederit.

XI. Nemo à terra solvat funiculum absque iussione Patris. Qui in Monasterio fratrum invenerit quidquam, suspen dat, ut tollat, qui cognoverit.

XII. Ad collectam & ad plâllandum nullus sibi occasionem inveniat, quibus se dicat occupatum, quasi ire non possit. Et si in Monasterio, vel in agro, aut in itinere, aut in quolibet Ministerio fuerit, orandi, & psalmi tempus non prætermittat.

XIII. Qui minister est, habeat stolidum ne quid operis pereat in Monasterio. In quacunque omnino arte, quæ exercetur à fratribus, si quid perierit, & per negligentiam fuerit dissipatum, inciperet à Patre minister operum: & ipse iterum increpet alium, qui opus perdiderit; dumtaxat juxta voluntatem & præscientiam principis, absque quo nullus increpandi fratrem habebit potestatem.

XIV. Si inventus fuerit unus à fratribus aliquo per contentionem agens, vel contradicens majoris imperio, increpabit juxta mensuram peccati sui.

XV. Qui mentitur, aut odio quemquam habere fuerit deprehensus, aut inobediens, aut plus joco quam honestum est deditus, aut otiosus, aut durè respondens, aut habens confuetudinem fratribus detrahendi, vel his qui soris sunt; & omnino quidquid contra Regulam scripturarum est & Monasterii disciplinam, & audierit Pater Monasterii, vindicabit juxta mensuram opusque peccati.

XVI. Si omnes fratres viderint Præpositum nimium negligenter, aut durè increpantem fratres, & mensuram Monasterii excedentem, referant hoc Patri, & ab eo increpetur. Ipse autem Præpositus nihil faciat, nisi quod Pater iussirerit: maximè in re nova. Quæ ex more descendit, servabit Regulam Monasterii.

XVII. Præpositus verò non ineberietur, nec sedeat in humilioribus locis. Ne rumpat vineula, quæ Deus in celo condidit, ut observentur in terris. Ne lugest in die Festo Domini Salvatoris: dominetur carni sue juxta mensuram

Sanctorum. Non inveniatur in excelsis cubilibus, imitans morem gentilium. Non sit duplicitis fidei. Non sequatur cor dis sui cogitationes, sed legem Dei. Non resiliat sublimioribus tumenti animo potestatibus. Ne fremat, nec hirias iratus super humiliores: nec transferat terminos Regulae. Non sit fraudulentus, neque in cogitationibus verset dolos; nec negligat peccatum anima sue; nec vincatur carnis luxuria. Non ambulet negligenter. Non loquatur verbum otiosum. Non ponat scandalum ante pedes cœci. Non doceat voluntatem animam suam. Non resolvatur nisi stultorum a joco. Non capiatur cor ejus ab his, qui inepta loquuntur & dulcia. Non vincatur muneribus: non parvulorum sermonne ducatur. Non deficiat in tribulatione. Non mortem tineat, sed Deum: non prævaricator sit propter imminentem timorem. Non relinquat verum lumen propter modicos cibos. Non nutet ac flueret in operibus suis. Non mutet sententiam, sed firmus sit solidique decreti; justus, cuncta considerans; judicans in veritate absque appetitu glorie; manifestus Deo & hominibus, & à fraude procul. Ne ignoret conversationem suorum, nec ad eorum scientiam cœcus existat. Nulli noceat per superbiam; nec sequatur concupiscentias occisorum. Veritatem nunquam prætereat: oderit injustitiam. Secundum personam nunquam judicet pro muneribus, nec condemnnet animam innocentem per superbiam. Non rideat inter pueros: non deficiat veritatem timore superatus. Non despiciat eos, qui indigent misericordia. Non deficiat justitiam propter insitum; ne perdat animam suam propter verecundiam: ne respiciat dapes laetitiae mens: nec pulchra vestimenta deficeret; nec se negligat, sed semper dijudicet cogitationes suas. Non inebrietur vino; sed humiliati junctam habeat veritatem. Quando judicat, sequatur præcepta majorum & legem Dei, quæ in toto orbe predicata est.

XVIII. Si deprehensus fuerit aliquis è fratribus libenter cum pueris ridere & ludere, & habere amicitias etatis infirmæ, tertio commoneatur, ut recedat ab eorum necessitudine, & memor fie honestatis, & timoris Dei: si non cessaverit, corripiatur, ut dignus est correctione severissima.

XIX. Qui contemnunt præcepta majorum, & Regulas Monasterii, quæ Dei præcepto constituta sunt, & parviperdunt seniorum consilia, corripiantur juxta ordinem constitutum, donec corriganter.

XX. Majores, qui cum fratribus mituntur foras, quandiu ibi fuerint, habebunt jus Prepositorum, & eorum regentur arbitrio. Docebunt fratres per constitutos dies; & si forte inter eos oratum fuerit aliquid simulatis, audient ipsi majores, & dijudicabunt causam, & dignum culpa increpabunt; vel ad imperium eorum statim pacem pleno corde consciencie,

XXI. Si quis frater contra Prepositum suum habuerit tristitia, aut ipse Prepositus contra fratrem aliquam queritatem, probat fratres conversionis & fidei eos audire debent, & dijudicabunt inter eos. Si tamen absens est Pater Monasterii, vel alicubi profectus, primùm quidem expectabunt eum: sin autem dilatūs vident foris demorari, tunc audient inter Prepositum & fratrem; ne die suspensi judicio tristitia major oriatur, ut & ille qui Prepositus est, & illi qui subiectus est, & illi qui audiunt, juxta timorem Dei cuncta faciant, & non dent in ullo occasionem discordie.

XXII. Nullus mittatur foras ad aliquod negotium solus. Missi verò non linguli, sed bini vel tertii ambulent: ut dum se invicem custodiunt & confortantur, & seniores eorum de honesta eorum conversione securi sint, & illi non periclicantur. Observantes tamen hoc, ut non se invicem fabulis inanibus delituant, neque negligenter dent locum destructionis; sed unusquisque in actu suo attentus sit, prout tempus fuerit.

XXIII. Quando autem reversi fuerint in Monasterium, si ante oltum viserint aliquem querentem suorum affinium, de his qui in Monasterio comorantur, non valebunt ire ad eum, & nunciare, vel evocare. Et omnino quidquid foris gescrint, in Monasterio narrare non presumant.

XXIV. Omnibus erit potestas legendi usque ad horam tertiam: si tamen nulla causa exiterit, qua necesse sit etiam aliquid fieri. Post horam verò tertiam si quæ statuta sunt, sicut scriptum est, per superbiam, vel negligenciam, vel desidiam intercedentem non custodierit, sciat se cùm in hoc errore deprehensus fuerit, culpabilem judicandum; quia per suum errorem & alios in vitium mittit.

XXV. Cellarii verò cura sit, ut abstinentiam & sobrietatem studens illata in Monasterio ad sumptus fratrum diligenter & fideliter servet: nihil fuscipiens, nec quidquam tradens sine auctoritate vel seniorum consilio. Qui etiam omnia uetus filia, quæ in Monasterio sunt, id

est, vestem, vas, ferramentum, & quidquid usibus quotidianis necessarium est, custodiat; & unanquamque rem profers, cùm fuerit necessarium, ab eo iterum ad reponendum, cui utendo confignaverit, recepturus. Ad vicum verò fratrum proferat ac tradat septimanarii, ad condicendos cibos det necessaria secundum quotidiane expensas consuetudinem, neque profusè neque avarè: ne vitio ipsius vel Monasterii substantia gravetur, vel fratres patienter injuriam. Sed & necessitatem infirmorum fratrum ac laborem considerans, nihil aegrotantium desiderii neget ex hls, quæ habuerit, quantum illis necesse fuerit. Advenientibus diversis fratribus escas patabit. Hæc erit cura custodis cellarii, recurrens semper ad seniorum consilium, & requiriens de omnibus, vel præcipue de his, quæ proprio suo intellectu non potuerit adimplere.

XXVI. Oltiarii cura sit, ut omnes advenientes intra januas recipiat; dans eis responsum honestum cum humilitate & reverentia, ac statim nuntians vel Abbatii, vel senioribus, quis venerit, & quid petierit. Nec ullus extraneoru[m] patiatur injuriam: neque habeat cum aliquo de fratribus necessitatem ac facultatem loquendi, absque scientia Abbatis, vel seniorum praesentia. Si quid verò cuicunque de fratribus missum nandumque fuerit, nihil ad ipsum perveniat priusquam Abbati vel senioribus indicetur. Ante omnia Oltiarius Monasterii hæc observabit, ne quemquam de fratribus foris januam exire permittat.

XXVII. Si quis acceperit ad oltum volens sieculo renunciare, & fratrum aggregari numero, non habeat libertatem incendi: sed prius nuntiet Patri Monasterii, & manebit paucis diebus foris ante januam, ac docebitur orationem Dominicam, & Psalmos, quantos potuerit discere; & diligenter sui experimentum dabit, ne forte mali quidpiam fecerit, ut turbatus ad horam timore distresserit, aut sub aliquo potestate sit; & utrum possit renuntiare parentibus suis, & propriam contempnere facultatem. Si eum viserint aptum ad omnia, tunc docebitur & reliquias Monasterii disciplinas; quæ facere debeat, quibusque servire, five in collecta omnium fratrum, five in domo cui tradendus est, five vescendi ordine: ut instructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Hæc observabit custos januæ, referens omnia, sicut superius scriptum est, & annuntians senioribus.

XXVIII. Septimanarii ad cibos parandos, vel ad luminaria concinnanda, vel ad nitores faciendos, & quæ ad obsequium

sequum ususque Monasterii pertinent , semper parati sint. Hos nulla alia necessitas occupet , sed in hoc studium impendant , ut rem suscep tam utiliter & diligentem implant. Et si quid forte nesciunt , de his que agere debent , sine diffimulatione seniores suos semper interrogent.

XXIX. Hi itaque quibus disciplina , vel utilitas , vel opinio , vel obsequium Monasterii creditur , officia sibi injuncta fideliter custodiunt & implant. Hos enim errare non decet , qui ad omnes errores emendandos praeponiti sunt. Qui si vel superbia , vel negligencia , vel desidia aliqua ex his praetermiserint , quæ in Regula continentur ; per ipsosque defunctione esse caperit , per quos debet dedicatio crescere , omnibus eundem nationibus , quas Regula continet , subjacebunt.

XXX. Inter omnes fratres hoc observabitur , vel obedientes senioribus suis , & deferentes sibi invicem , habent patientiam , moderationem , humilitatem , charitatem , pacem sine figura & mendacio , & maledictione , & verbositate , & jurandi consuetudine , ita ut nemo suam quidquam vindicet , neque ullus aliquid peculiariter usurpet ; sed habeant omnia communia.

XXXI. Sine seniorum verbo & auctoritate nullus fratum quidquam agat : neque accipiat aliquid , neque det ; neque usquam proflus procedat.

XXXII. Cum vero inventa fuerit culpa , ille qui culpabilis invenitur , corruptiatur ab Abbatе secretius. Quod si non sufficit ad emendationem , corruptiatur a paucis senioribus. Quod si nec sic emendaverit , excommunicetur ; & non manducet quidquam. Cui si nec hoc quidem profluerit , in qualibet loco fuerit , postremus inter omnes in pfallendi ordine ponatur. Quod si in pravitate perseverat , etiam pfallendi ei facultas auferatur. Quem si vel haec confusio non commoverit , abstineatur a conventu fratum ; ita ut nec mensis , nec Missa interficiat , neque cum eo ullus frater de junioribus colloquatur. Abstinebitur autem tam diu , quam diu vel qualitas culpe poposcerit , secundum Abbatis ac seniorum arbitrium ; vel se ex corde pro culpa penitens humiliaverit , & veniam erroris sui omnibus praesentibus petierit. Quod si in fratrem peccavit , etiam ab eo fratre veniam petat , cui injuria fecit.

XXXIII. Si quis errori ejus consenserit , & secundum duritiam illius magis consilium dederit , ut se tardius humiliet , sciat se , cum in hoc errore fuerit deprehensus , simili modo culpabilem jugicandum.

XXXIV. Hoc etiam addendum fuit , ut frater , qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur , patientiam habeat , & non respondeat arguenti se : sed humiliet se in omnibus , & emenderet.

XXXV. Si vero fuerit aliquis tam durus , & tam alienus à timore Domini , ut tot castigationibus & tot remissionibus non emendet , projiciatur de Monasterio , & velut extraneus habeatur : ne vitio ipius alii periclicantur.

XXXVI. Quod si aliquis locutus fuerit , vel riscrit in vescendo , increpatur , & agat penitentiam.

XXXVII. Si quis ad manducandum tardius venerit ab-que majoris imperio , similiter agat penitentiam , aut ad celam suam jejunus reveretur.

XXXVIII. Si aliquid necessarium fuerit in mensa , non o audebit loqui , sed ministrantibus signum foni dabit. Ministrorum vero absque his quæ in commune fratribus preparata sunt , nihil aliud comedit , nec mutatos cibos libi audeant preparare.

XXXIX. Nemo plus alteri dabit quam alter accepit , quod si obtenditur infirmitas , Prepositus domus perget ad ministros agrotantum , ab his quæ necessaria sunt accipiet.

XL. Quando ad ostium Monasterii aliqui venerint , si clerici fuerint aut Monachi , majori honore suscipiuntur : lavabuntque pedes eorum , iuxta Evangelii preceptum , & præbebunt eis omnia , que apta sunt uiri Monachorum.

XL1. Si quis ad ostium Monasterii venerit , dicens velle se videre fratrem suum vel propinquum , janitor nuntiabit Abbatem , & permittente eo accipiet comitem , cuius fides probata est ; & sic mittetur ad fratrem videndum vel proximum.

XLII. Si propinquus alicujus mortuus fuerit , prosequendi funus non habebit licentiam , nisi Pater Monasterii præceperit.

XLIII. Nullus de horto tollat olera , nisi ab hortulano acceperit.

XLIV. Nemo alteri loquatur in tenebris : nullus in piastrach cum altero dormiat : manum alterius nemo teneat : sed fide steterit , sive ambulaverit , sive federit , uno cubito distet ab altero.

XLV. Si quis tulerit rem non suam , ponetur super humeros ejus ; & sic agat penitentiam publicè in collecta.

XLVI. Si Prepositus iustè judicaverit , iustitiae ab aliis condemnabitur.

XLVII. Qui consentit peccatis , & defendit alium delinquentem , maledictus erit apud Deum & homines , corripuet increpatione severissima.

*Explicit Regula Orientalis.*

S. BASI-

# S. BASILII CÆSAREÆ CAPPADOCIAE

Episcopi Regula ad Monachos.

## DE S. BASILIO EJUSQUE REGULA

Veterum testimonia.

S. GREGORIUS Nazian. Orat. xx. in S. Basiliū.

*Quis magis quam ILLE aut virginitatem coluit, aut carni leges impo-  
suit; Idque nou suo tantum exemplo, sed etiam opera aliis impensa? Cujus sunt  
virginum Canobio, & scripto comprehensa REGULARUM STATUTA; qui-  
bus & sensu omnes castigabat, & membra omnia componebat, & veram virgini-  
tatem servare adiuvabat.*

GREGORIUS Presb. Orat. de S. Greg. Naz.

*Hic porro communantes (Gregorius & BASILIUS) & mutua extimula-  
tione virtutem angebant, & VITÆ MONASTICÆ LEGES p̄iis Deoq̄e de-  
votis hominibus atque à mundi societate disfunctis ferebant, Lycurgi legibus pla-  
cidiiores, Solonis graviores, Minois aquiores. Immo vero ut de his viris subli-  
mis aliquid dicam, Moysem imitantur, nubisque obtuli, atque ut à tumultuaria  
& turbulentia hac vita procul se renoverent, in montem fecerent, legislatoris  
officio frangebantur.*

S. HIERONYMUS Script. Eccl. cap. cxvi.

BASILIUS Cesarea Cappadocia, qui prius Mazaca vocabatur, Episcopus  
egregios contra Eunomium elaboravit libros, & de Spiritu sancto volumen, &  
ASCETICUM, & breves variisque trattatus.

RUFFINUS Hist. Eccl. Eb. n. cap. ix.

BASILIUS Ponti urbes & rura circumiens, defiles gentis illius animos, &  
parum de sic futura sollicitos stimulare verbis, & predicatione succendere, cal-  
lumque ab his longa negligentia caput abolerere, sublegitque abjectis inanum verum  
& facultarium curis, suam notitiam recipere, in unum corre, Monasteria con-  
struevit, psalmis & hymnis & orationibus docuit vocare; panperum curam gerere,  
estque habitacula honesta, & que ad villam necessaria sunt prætere, virgines in-  
stituere, judicam caliamque vitam omnibus pene defederalitem facere. Ita breviter  
permittata est totius Provincia facies, ut in arido & squalenti campo videretur  
seges secundata, ac lata vinea farresisse.

Et mox. Extant quoque utriusque ingenii monumenta magnifica tractatum,  
quos ex tempore in Ecclesiis declinabant: ex quibus non deus ferme singulorum  
orationum translatimus in Latinum; BASILIUS præterea INSTITUTA MO-  
NACHORUM: optantes, si poterimus, & Dei favor adjuverit, eorum plura  
transferre.

SOZOMENUS Hist. Eccl. lib. iii. cap. xiii.

Apud Armenios, Paplagones & Ponti incolas Eustachius Ecclesia Sebastie  
in Armenia Antiphon primus vitam Monastica ejusque exercitium accursum co-  
pissè dicitur, ita ut librum de Institutis Monachorum, qui BASILIUS Cappadocis  
nomine inscribitur, ab hoc conscriptum nonnulli affirmant.

Ita & NICEPHORUS Callist. lib. ix. cap. xvi. & lib. xiii. cap. xxix.

PHOTIUS P. CP. Bibliot. cod. exci.

Legi S. BASILII Episcopi Cesarea Cappadocia Ascetica ut vocant duobus  
libris comprehensa. Utile sane opus si quod aliud cuivis pietatis studiose & ater-  
na bona conscienti; maximè verò his qui in Canobio religiosa vita exercitio in-  
cumbunt. Continet autem variarum quaestionum ex sacris literis, qua ad moret  
componentes faciant, succinctas enim explanationes solutiones.

IDEI Cod. cxxiv.

Legi ejusdem S. BASILII Ascetica, hoc est, Monastica vita præceptiones;  
ex quarum præscripto qui vixerit, regno cœlesti potietur.

Cod. Reg. Tim. I.

I

THEODO-

THEODORUS Studita Orat. in S. Platonem.

Primum dedit operam, ut studiorē magni & divini BASILII Constitutiones legeret, ex quibus fui temporis consuetudinem à Monastica constitutione alienam esse didicit.

S. BENEDICTUS Regule cap. LXXXIII.

*Collationes Patrum, & Instituta & Vita eorum; sed & REGULA SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII, quid aliud sunt, nisi bene viventium & obedientium Monachorum exempla, & instrumenta virtutum?*

GREGORIUS Tur. Hist. Franc. lib. x. cap. xxix.

Aredius ex familia propria tonsuratos instituit Monachos, Cenobiumque fundavit, in quo non modo Cassiani, verum etiam BASILII, & reliquorum Abbatum, qui Monasteriale vitam instituerunt, celebrantur Regula.

VITA S. Eugendi Abbatis cap. XIV.

Prout memoria, Christo inspirante suggeritur, abrenuantiam exordia primus intimamus. Sic namque quod non omnino illa, que sanctus ac praecepit BASILIJ, Cappadocia urbis Antifes, vel ea que sanctorum Lirinensium Patres, sanctus quoque Pacomius Syrorum priscus Abbas, sive illa que recentius venerabilis edidit Cassianus, fastidiosa præsumptione calcemus: sed ea quotidie legitantes, &c.

VITA S. Philiberti Abbatis.

Legebat studiorē BASILII præclaras constitutiones, Macaria Regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima.

JUSTINIANUS quoque Imp. Epistola ad Menam P. CP. contra Origenem, locum assert S. Basili, in tñ nævum ait: *βασιλεύς*, sive ex libro ejus Regularum: quo etiam frequentissime utuntur S. Benedictus Anianensis & Semaragus vetusti Regule Benedictine expositores.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Testimonia SS. Patrum allata, atque varia edita eruditissima scripta satis denotant doctrinam & pietatem S. BASILII Magni, jam dudum factis Sanctorum adscripti, & inter primos utriusque Ecclesia Doctores numerati. Ille enim Caesariensis Archi-Episopus vitam monasticas apprimè excolluit, & inter erudita ejus Opera tribus voluminibus contenta, a Juliano Garnero Benedictissimo edita Parisiis anno 1722. reperiuntur varia Ascetica in duas partes, quæ Regula dijunctas monstret, divisa, qua proin Regule S. BASILII appellantur, & quæ ex Graeco in Latinum transtulit, atque eruditam prefationem praemisit Rufinus Presbyter Aquileiensis. Et quidem priua pars appellatur Regula fusiæ tractata, quemadmodum & secunda dicitur Regula brevius tractata, quæ tamen Rufinus in unum coniunxit, atque ex illis hanc presentem Regulam sub nomine S. BASILII observandum Monachus proponit. Tota autem bac Regula constat 103. quatinus enim earum responsionibus, ex S. Scriptura desumptis, quibus continentur omnia, quæ ad perfectionem Christianam pertinent, vel ad essentialia Monachorum munia speciem spellant. Et si enim S. BASILIJ non tangat exteriores ceremonias & observationes, ab aliis monastica vita Legislatoribus prescriptas, circa divini officii ordinem, susceptionem hospitum, labore manuum, formam vestimentorum, correctionem culparum potis & cibi, &c. Attamen ad reformatum interiorum hominem salutaria precepta tradit, maximè attendens ad morum constitutionem & cordis dilectionem. Hinc sanctissimus Monachorum Occidentalium Patriarcha Benedictus ad calcem sua Regula inter alias SS. Patrum doctrinas summopere laudat hanc Regulam, sanctissimum BASILIJ nominat suum Patrem spiritualem. Atque etiamnum bodie Monaci Orientales pro norma vita hanc Regulam amplectuntur, observantes tamen pro externis ritibus & ceremoniis aliarum Regularum diversa statuta; nec sicut solum in Oriente, sed etiam in Occidente reperiuntur Monaci Basiliani, præsertim in Polonia, Italia & Hispania. Natus est autem S. BASILIJ anno 329. atque anno 355. sacerdotum reliquit, quamvis Ascetica sua, sive hanc præsentem Regulam, ante annum 355. non conscriperit, anno 379. defunctus.

INCIPIT

**INCIPIT PRÆFATIO RUFFINI PRESBYTERI AQUILEJENSIS**  
in Regulam S. Basili ad Ursulum Abbatem.

**S**ATIS libenter, charissime frater Ursuli, adventantes de partibus Orientis, & desiderantes jam fratrum consuetuta consorta, Monasterium tuum ingressi sumus; quod superpositum angustum arenosi tramitis dorso hinc atque hinc passivi & incerti maris unda circumluit: rara tantummodo latentes locos eminus arguit pinus, ex qua & Pineri clarum non men seculo dedit. Fo tamen maxime delectati sumus, quod non, ut aliquis mos est, vel de locis, vel de opibus Orientis sollicité percontatus es; sed quenam ibi servorum Dei haberetur observatio, quæ animi virtus, quæ instituta servarentur in Monasteriis, requisiisti. Ad huc ego ne quid tibi minus dignum, non dico quam geritur, sed quam geri debet, exponerem, S. BASILII Cappadociae Episcopi, viri fidei & operibus, & omni facilitate fatis clari INSTITUTA MONITORUM, quæ interrogantibus te Monachis velut sancti cuiusdam juris responsa statuit, protuli. Cujus cùm de-

finitiones ac sententias miraretis, magnopere populi, ut hoc opus in Latinum verterem; pollicens mihi, quod per universa occidua partis Monasteria, si hec sancti & spiritualis viri sancti & spiritualis innotescerent instituta, omnis ille servorum Dei profectus, qui ex huiuscmodi institutionibus nascetur, mihi quoque ex eorum vel meritis, vel orationibus, aliquid gratia vel mercedis asserret. Exhibui ergo, ut potui, ministerium meum: Imple & tu, & omnes qui legitis & observatis gratiam, ut & agentes & orantes sic, quemadmodum instituta hec continent, mei quoque memores sitis. Tui sanè sit officii etiam aliis Monasteriis exemplaria præberet: ut secundum instar Cappadocie, omnia Monasteria eisdem, & non diversis vel institutis vel observationibus vivant.

*Explicit Praefatio Ruffini.*

**INCIPIT REGULA SANCTI BASILII EPISCOPI  
CAPPADOCIÆ AD MONACHOS.**

*Psal. 93.  
2. Tim. 3.*

*Deut. 32.*

**H**UMANUM genus diligens Deus, & docens hominem scientiam, his quidem quibus docendi contulit gratiam, præcepit per Apostolum, permanere in doctrina: his verò qui additari divinis institutionibus indigent, per Moysen protestatur, dicentes: *Interrage patrem tuum, & annulerat illi: presbypatos, & dicent illi.* Propter quod necesse est, nos quidem quibus ministerium verbi creditum est, in omni tempore parato esse & promptos ad instructionem perfectionemque animarum: & quedam quidem, in communione Ecclesie auditorio simul omnibus de perceptis Domini contestari; quædam vero secretius perfectioribus quibusque differere, & inquisitionibus manifellare, atque interrogare volentibus de fide & veritate Evangelii Domini nostri Iesu Christi, & de conversione perfecta, copiam nostru sermonis facultatemque præbere; qua posset ex his perfectus effici & consummatus homo Dei. Vobis autem convenit nullum tempus vacuum prætereire, quo minus ad ea quæ communiter cum omni Ecclesia discitis, etiam secretius de eminentioribus & perfectioribus inquiratis:

*Cod. Regul. Tom. I.*

ut omne ævum vita vestra in inquiendo de melioribus, & percontando de utilioribus transfigatis. Quoniam ergo & in hoc nos congregavit Deus, ut pauculum quid à molestis segregati turborum silentii agamus & quietis; neque in aliud opus animum demus, neque residuum temporis somno rursum & remissione corpore mancipemus; sed in inquisitione & sollicitudine mediorum noctis hoc, quod superest spatum, exigamus, adimplentes illud quod dictum est per beatum David: *Beatus qui in lege Domini meditabitur die ac nocte.* Si quid ergo unusquisque vestrum deesse sibi ad scientiam putat, ad communem id proferat inquisitionem. Facilius enim pluribus simul conferentibus, si quid difficile vel obiectum videtur esse,clarecer, Deo sine dubio inveniendi gratiam querentibus largiente. Sicut ergo nobis necessitas imminet, & secundum illud Apostoli, *ne mibi erit, si non euangelizemus ita etiam vobis,* si ab interrogatione & inquisitione cesseris, vel si remissiores ac resolutiores ad ea implenda, que reæ inventa fuerint, simile discrimen impedit. Propterea enim & Dominus dixit;

I 3

*L. Cap. 93.*

**Jesu.** 12. dixit : quia sermo quem locutus sum vobis, illud  
judicabit vos in novissimo die. Et iterum :  
**Lxx.** 12. Sermonis qui ignoravitis voluntatem domini sui,  
& non fecis digna, plaga vapulabat pectus :  
qui autem cognoverit, & fecerit contra voluntatem domini, vapulabat plenius. Oremus ergo misericordiam Domini, ut & nobis verbi inculpabilem tribuat ministerium ; & vobis fructuosum doctrinæ concedat even-

tum. Tamquam ergo scientes quia statibunt ante faciem velutram verba hæc ante tribunal Christi ; Arguam enim te, inquit, Psal. 49. & statuam ea ante faciem tuam : ita & intendite animum vigilanter ad hæc, quæ dicuntur, & ad opus dignum quæ audifolis, festinanter adducite : Quia nescimus Mosh. 14. qua die, vel qua hora Dominus noster veniet.

## PRIMA INTERROGATIO FRATRUM.

**Q**uoniam dedit nobis sermo tuus potestatu ut interrogemus, pri- mò omnibus doceri quæsumus, si ordo aliquis est & consequentia in mandatis Dei ; ut aliud quidem sit primum, & aliud secundum, & sic per ordinem cetera : an omnia mandata ita sibi invicem cobareant, & sint aqualia, ut unde voluerit quis possit initium sumere, tanquam in modum circuli vel corona.

**R**ESPONSI. Interrogatio vœtra antiqua est, & olim proposita in Evangelio in eo, cum accedens ad Dominum quidam legis doctor ait : Magister, quod est mandatum primum in lege ? Et Dominus respondit : Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tuis viribus tuis ; hoc est primum & maximum mandatum. Secundum vero simile huius : Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ipse ergo Dominus ordinem mandatis impofuit : primum dicens & magnum esse mandatum, Deum ex toto corde & ex tota mente diligere : secundum vero ordine & consequentia, & quod illi esset simile per virtutem, immo quod illud expleret, & quod ponderet ex primo ; diligere proximum sicut seipsum. Sed & de aliis similiter in fandis scripturis invenies ; & servatur, ut ego arbitror, in omnibus mandatis ordo quidam & consequentia præceptorum.

## INTERROGATIO II.

Quoniam igitur de charitate Dei primum ait esse mandatum, inde nobis primum omnium differe. Nam quis oportet diligere audiendum : quomodo tamen hoc possit impleri, desideramus addiscere.

**R**ESP. Optimam sumptibus sermonis exordium, & proposito nostro valde conveniens. Deo itaque juvante, nos quod dicitis, faciemus. Scindum ante omnia est, quod mandatum istud unum quidem videtur esse ; sed omnium in se mandatorum virtutem complebitur & constringit, ipso Domino dicente : Quia in his duabus mandatis universa lex penderit & Prebeta. Ne tamen nos per singula di-

scutere aggrediamur ordinem mandatorum ; alioquin videbimus totum opus introducere in partes : sed quantum ad propositum sufficit, & praefens ratio possilit, inquiremus : illud ante omnia designantes, quod omnium mandatorum, que à Deo accipimus virtutes in nobis, metiplus insitas geramus. Quo scilicet neque difficultas in nobis sit, tanquam novum aliud & alienum à nobis expectatur : neque rursum elationis dari nobis aliqua videatur occasio, si putemus nos plus aliud offere Deo, quam ab Ipsi in natura nostræ creationis accipimus. Quoniam quidem ea quæ nobis à Deo insita sunt, si rectè & competenter moveamus in opus, hoc est secundum virtutem vivere. Si vero naturæ beneficia corrumpanter, hoc est in malitia vergere. Est ergo mali ista definitio, non rectè uti motibus animi à Deo nobis insitis. Et rursum virtutis ista definitio, rectè uti, id est secundum mandatum Dei, & secundum conscientiam, animi motibus à Deo insitis. Cum ergo hæc ita se habeant, idem hoc inveniemus etiam de charitate constare. Mandatum accipimus diligere Deum. Dilectionis virtutem in ipsa statim prima conditione à Deo anima sibi insitam gerit : in quo nequaquam extrinsecus testimonio indigemus : unusquisque enim in semetipso & ex semetipso horum, quæ dicimus, sumit indicia. Omnis homo desiderat omne quod bonum est, & affectu quodam naturali constringimur ad omne, quod bonum putamus. Sed & erga conanguineos & carnis proximos nullo docente in amore constringimur : his quoque quorum affectum & beneficia accipimus, omni affectu & officiis copulamus. Et quid aliud tam bonum habetur quam Deus ? Immo quid aliud bonum, nisi solus Deus ? Qui decor ? qui splendor ? quæ pulchritudo, quam naturaliter diligere provocamus, usquam talis qualis in Deo est, & esse credenda est ? Quæ usquam talis gratia ? quæ amoris flamma, quæ & animæ secreta & interiora succendat, sicut amor Dei inflammare debet mentis arcana ? præcipue si sit ab omni

cent. 3. omni pollutione purgata: si sit munda anima, & quæ vero affectu dicat: *Quæsiæm uulnera eburnate ergo sum.* Ineffabilem profus ego sentio amorem Dei, & qui sentiri magis quam dici possit. Inenarrabilis quedam lux est: etiam si fulgura, si coruscū adhibeat, vel comparet sermo, non patierur, non recipiet auditus. Si luciferi fulgores, si luna splendores, si ipsum solis lumen assumpsit, ad comparationem glorie illius obscura sunt omnia, & multo tetrica, quam si cœca nox & obscuritate profundæ caliginis merita lippidissimo meridiani solis lumini comparetur. Decot ille corporeis oculis non videtur: anima sola & mente conspicitur. Qui decor si cuius forte Sanctorum mentem animamque perfrinxerit, flagrantissimum in eis amoris sui stimulum defigit. Propterea denique velut amoris cujusdam ignibus tabescens, & presentem vitam perhorreficens, dicebat

Psalm. 41. aliquis ex eis: *Quando veniam, & aperebo ante faciem Dei?* Et iterum dicebat

Psalm. 26. istius ardoris ignibus flagrans: *Sicut anima mea ad Deum uenit.* Et infatibiliter ardens ejus desiderio orabat, ut uideret uulnera Domini, & protegeretur in templo sancto ejus. Ita ergo naturaliter & concupiscimus, quæ bona sunt, & amamus. Nihil autem, ut diximus, tam summum bonum est, quam Deus: & ideo debito quadam exsolvimus hanc, quam ab eo accepimus charitatem. Quæ utique si deugetur, & non exsolvatur, ira nos inexculabiliter obnoxios facit. Et quidico ira obnoxios? Quæ enim poterit esse major ira, quæ ultio gravior, quam hoc ipsum si accidat nobis, alienos effici nos à charitate Dei? Quod si parentibus ineffabiliter affectus erga eos, quos genuerunt; & non solum hoc in hominibus, verum etiam in mucis animalibus inventur: videte ne inveniamur vel pecudibus hebetiores, vel belluis feris immaniores, si nullo erga genitorem constringamus affectu. Quem etiamque quantus & qualis sit scire non possumus, ex hoc tamen solo quod ex ipso sumus, venerari & diligere parentis debemus affectu, atque indelinenter erga ejus memoriam pendere, sicut erga genitrices suas faciunt parvuli. Sed multo amplius multoque promptius; quanto & immensorum nos beneficiorum ejus obnoxios scimus. Quod ipsum nobis commune esse puto etiam cum catenis animalibus: meminerunt namque etiam illa, si quid eis quis contulerit bonum. Si mibi non creditis, audite Prophetam dicentem: *Cognovit his professorum suum, & agnos praesepum domini suu.* Absit autem de nobis dici ea, quæ sequuntur: *Quia Israel me non cognovit,* &

*populus meus me non intellexit.* Quod si etiam eos, qui beneficii aliquid nobis contulerunt, nullo docente diligimus, & omni studio, quantum fieri potest referre, gratias uitimur; quomodo sufficiemus gratiam referre beneficis Dei, quæ tanta sunt, ut effugiant numerum; & talia, ut sufficiat unum aliquod ex omnibus per totam vitam nostram efficeret nos obnoxios largitor? Nam omitto cetera omnia, quæ quidem & ipsa magna sunt & præclara, verum à majoribus & melioribus, velut stellæ quedam splendidioribus solis radiis, obtenguntur; quoniam quidem nec tempus nobis est amplius dilatare sermonem, ut possumus etiam de minimis divina erga nos enumerare beneficia. Sileamus igitur quotidianos solis ortus, & unius lampadis fulgere illuminarum universum mundum. Sileamus lunæ circuitus, aëris permutationes vicissitudinesque; imbre ex nubibus, flumina fontesque de terra; latitudines atque altitudines maris: universitatem terræ, ac nativitates eorum animalium quæ in aquis gignuntur, & quæ coalesceant vel oriuntur in terris, nostris ministeriis vel usibus deputata. Hec ergo omnia, & cetera innumerabilia prætermitto: hoc solum, quod ne volenti quidem præterire possibile est, silere non possumus: & quamvis reticere gratiam non sit possibile, multo tamen impossibilis est, ut dignum est & ut competit, proloquit hoc inquam quantum est, quod scientiam sui donavit homini Deus, & rationabile animal esse fecit in terris, & ineffabilis paradisi abuti voluptate ac decole concepsit: quæcumque serpentis arte deceptum, & in peccatum lapsum, ac per peccatum in mortem devolutum, nequam despexit; sed legem in adiutorium dedit, præfecit Angelos, destinavit Prophetas; conatus malitia comminationum severitate compescuit; bonorum desideria munificentissimis re-promissionibus provocavit. & finem utriusque viæ nostræ in multis imaginibus præsignavit. Verum cùm post hac omnia in malis nostris incredulitatibus duraremus, non est aversus, nec dereliquit nos piæ Domini bonitas: neque cum beneficiis ejus essemus ingrati, avertere potuimus & excludere misericordiam ejus à nobis: sed revocamur à morte, & iterum vivificamur per Dominum nostrum JESUM Christum, *Qui psal. 8. cùm in forma Dei esset, non rapuum arbitratum esset se aqualem Deo: sed semper illi. 53. sum existaverit, formam serui accipere.* In Gal. 3, firmatas nostras accepit, & agritundines nostras portauit, & pro nobis vulneratus est, ut levare illius sanaremur. Et à maledictis nos redemit, *Sap. 11. fallit*

*fatus pro nobis maledictum.* Et morte turpissima condemnatus est, ut nos revo-  
caret ad vitam. Nec sufficit ei vivisci-  
care nos mortuos, sed & divinitatis sua  
participium tribuit, & munus eternitatis  
indulget; & supra omne quod vel petere  
<sup>1. Cor. 2.</sup> vel intelligere possumus, creditibus vel  
<sup>Fiel. 2:5.</sup> diligentibus se preparat, *quid oculis nos  
vita, nec auris audire, nec in cor hominis  
affundit.* Quid ergo retribuimus Domini-  
no pro omnibus quae retribuit nobis?  
Verum ille tam benignus & clemens est,  
ut ne retributionem quidem reponat;  
sed sufficit ei, ut pro his omnibus quae  
largitus est, diligatur. Quis ergo ita  
irremediabiliter ingratuus est, ut propter  
tanta & talia beneficia non diligit lar-  
gitorum?

Et de charitate quidem Dei illa suffi-  
cient: propositum namque est, ut supe-  
rius diximus, non omnia dicere, im-  
possibile enim est; sed breviter & suc-  
cinctè commemorare ea, quæ amorem  
Dei inferere animæ & suscitare sufficient.  
Consequens jam nunc est, etiam de eo  
mandato, quod ordine & virtute secundū  
diximus, explicare. Et quidem quoniam  
lex eas virtutes, quæ animæ à creatore  
institute sunt, elimet & excusat, jam su-  
perius diximus. Quia ergo præcipit  
diligere proximos sicut nos ipsos, vi-  
deamus etiam si inest nobis virtus &  
facultas ad hujus quoque mandati expli-  
cationem. Et quis ignorat, quoniam hu-  
manum animal & communuscabile homo  
est, & non agreste aliquod ac ferum?  
Nihil enim tam proprium est naturæ no-  
stræ, quam alterum alterius indigere,  
& requiri invicem, ac diligere, quod  
requiritur. Quia ergo Dominus harum  
in nobis virtutem semina levavit, si-  
ne dubio horum etiam fructum requirit;  
& testimonium nostræ erga sè dilectionis  
dilectionem accipiet proximorum.

<sup>Joan. 13.</sup>

*In hoc enim, inquit, sicut omnes, quia mei di-  
scipoli esis, si invicem diligatis.* Et ita in  
omnibus illa mandata conjungit, ut  
etiam misericordia opera quæ in prox-  
imo sunt, transferat in semetipsum. E-  
fervit enim, inquit, & dediſis maledicare  
mibi. Et reliqua quæ in proximo gesta  
funt, se dicit esse perpeſuum, cum ad-  
jicit: *Quando faciliſ ſui ex minime iſiſ  
ſtrariſ mei, mihi faciliſ.* Ergo per pri-  
mum compleetur & secundum; per se-  
cundum vero ascenditur & reditur ad  
primum: ut qui diligit Dominum, sine  
dubio diligit & proximum. Ait enim  
Dominus: *Qui diligit me, mandata mea  
cumſtituit.* Hac eſt autem mandatum meum,  
inquit, at invicem diligaris. Ita & qui di-  
ligit proximum, explet in Deo charita-  
tem: quia ipſe in ſe recipit, quidquid  
confertur in proximum. Et quidem in

his, qui initia habent ad timorem Do-  
mini, & ad primos aditus religionis ac-  
cedunt, prima institutio eſt utilior per  
timorem; secundum sententiam spien-  
tissimi Salomonis, dicentis: *In iunctu fa-*  
<sup>Prov. 1.</sup> *pientia timor Domini.* Idipſum etiam in <sup>Nal. 11:2.</sup>  
palmis legitur. Vos vero fratres, qui <sup>1. Cor. 3:</sup>  
jam parvuli in Christo eſt defiliſti, nec  
ultra lacte indigetis, cibos solidos ex  
dogmatum firmitate perquirite, ad nu-  
triendum & pacendum interiore homi-  
nem; quo per eminentiora quaque  
mandata perveniat ad perfectum, & in  
omni, quæ in Christo eſt veritate, con-  
firmetur. Observandum fanè eſt, ne  
forte copiosioris gratia pondus cauſa no-  
bis gravitoris conſumptionis exiftat, si  
ingrati inveniamur in muneribus largito-  
ris. Illud autem ante omnia confide-  
randum eſt, quia neque aliud ullum  
mandatum, neque hoc quod de chari-  
tate Dei & proximi præcipit, implore  
quis poterit, si per varias & diversas  
occupations animus aberret. Sed ne-  
que artificium ullum, vel ullius indu-  
ſtriae disciplinam possibile eſt adipisci eos,  
qui frequenter ex aliis ad alia tranſe-  
runtur. Omni ergo custodia oportet  
nos fervare cor nostrum, ne forte defi-  
derium Dei mala desideria & folidæ  
cogitationes depellant nostris animis ac  
detrudant: sed è contrario aliud re-  
cordatione & memoria Dei, formam  
quodammodo ac figuram ejus animæ no-  
stræ signaculis singulis intingamus, quæ  
nullis queat perturbationibus aboleri. Sic  
enim & defiderium in nobis divina chari-  
tatis accenditur, dum frequens ejus  
memoria mentem atque animum illustrat;  
& ad opus mandatorum Dei erigimur ac  
fuscatim. Et ex ipsis rursum charita-  
tis operibus vel conservatur Dei in no-  
bis charitas, vel augetur. Et hoc puto  
ut ostendere volentem Dominum dicere,  
aliquando quidem: *Si diligis me, man-  
data mea seruas;* aliquando autem: *Si  
facis, quæ ego dico vobis, permanet in  
charitate mea;* sicut & ego seruavi mandata  
Patris mei, & manus in charitate ejus. Ex  
quibus edocet nos, prospicuum operis  
noſtri debere ex ſua voluntate pendere;  
ut tanquam ſpeculum quoddam ipsum  
habeamus, & ſemper ad ipsum reſpicien-  
tes, opus nostrum fixo ad ipsum cordis  
oculo dirigamus. Sicut enim artificia,  
quæ in hac vita fuit, prospicuum que-  
dam animi gerunt, & ita secundum hoc  
quod animo conceperint, etiam in ope-  
re utuntur manuum ministerio; ſic & in  
hoc noſtro opere, unus manet nobis ite  
prospicuum, atque unus terminus fixus  
eſt, quo Deo placere debeamus. Se-  
cundum hunc ergo prospicuum opus di-  
rigamus mandatorum. Imposſibile nam-  
que

<sup>Prov. 4:</sup>

<sup>Joan. 14.</sup>

que est alter constare posse operis nostri formam , nisi voluntas ejus qui injunxit opus semper in memoria habeatur : ut ejus voluntate servata , & labore operis ac diligentia competenter expleta , semper jungamus Deo , dum semper ejus memores sumus . Sicut enim verbi causa faber securum faciens aut falsum , meminit semper ejus , qui opus injunxit ; & retinet in corde suo , cuius magnitudinis , vel qualitatis , vel formae injunxit fieri securum ; & in illud semper intendens , quod sibi meminit à domino operis injunctum , ad hoc dirigit manuum ministerium , ut forma operis ; cum ejus qui injunxit , animo ac voluntate conveniat . Si autem obliuiscatur , quid vel quale sit , quod sibi fiderat imperatum , sine dubio aliud aliquid quam injunctum fuerat , faciet . Ita etiam Christianus omnem conarum & omne studiorum in actibus suis adhibere debet , ut secundum voluntatem Dei , qui opus injunxit suum quoque dirigit opus ; ut actus sui ornentur , & pollicetur ejus , qui praecepit voluntatem implere . Tunc etiam illud completere potest quod scrip-

**I. Cor. 10.** tam est : *Sicut mandauit , sic habebitis , sic aliud quid faciatis , omnis ad gloriam Dei facite .* Si vero declinet quis à regula , & corrumperat observantiam mandatorum , ex hoc ipso arguitur , si quis sit immemor Dei . Plurimum autem prodest ad conservandam memoriam Dei , etiam secretius & remotius habitare . Nam permixtum vivere cum his , qui negligenter agunt circa timorem Dei , & contemptum habent mandatorum ejus , plurimum nocet : sicut & Salomonis sermo testatur , dicens : *Cum bonae iracundie ne habueritis , ne fertis diffractis vias ejus , & accipias lagunes annus vestre .* Et iterum quod dicit : *Exire de medio terrae , & separamini ab eis , dicit Dominus , ad hoc ipsum respicit .* Igitur neque per oculos , neque per aures recipimus illecebros ad peccandum , & paulatim longo usu inhereamus consuetudini pessima . Et rursum ut postquam oratione vacare , oportet primò secretius habitare . Hoc enim modo & precedentes consuetudines excidemus , in quibus contra mandatum Dei agebamus . Non enim partus labor est , ut se aliquis à priore non bona consuetudine reflectat ac revocet : quoniam quidem mos longo tempore confirmatus vim quoddammodo nature obtinet . Oportet ergo nos primò omnium abnegare nos ipsos , & tollere crucem Christi , & sic eum sequi . Abnegamus autem nos hoc modo , si per omnia præterita consuetudinis oblitio , voluntates proprias abnegemus : & ita non solum ab hominibus non recte agentibus , verum etiam à nostris ipsis inordinatis & incompositis

moribus fecedamus . Alioquin ut in eadem quis conuentudine atque in priore conversatione permanens , emendare se possit & corrigeretur , difficultatum est ; imò ut verius dicam , penitus impossibile . Sed ad hoc ipsum , ut tolleret quis crucem suam & sequatur Christum , plurimum impedit societas & permixtio eorum , qui vitam dissimilem ducunt . Nam paratum esse ad mortem pro Christo , & mortificare membra quæ sunt super ter-  
**Col. 3.** ram , & pro nomine Christi libenter ferre omne discriberem , hoc est tollere crucem suam . Ad quod grande videmus impedimentum posse nobis oboriri ab ab his , qui dissimiles sunt vel vita vel moribus . Et ad cetera alia qua multa sunt , accedit etiam hoc , ut respiciens anima ad multitudinem nequiter viventium , primò quidem occupetur & impediatur , ne suorum malorum capiat intellectum , & possit vel purgare per penitentiam , qua deliquit , vel causas culpe refescere emendatione vitorum . In comparatione etenim pessimorum aliquid se iam magni perfecisse astimat . Tum deinde impedimentis & perturbationibus atque occupationibus , quas communis hominum vita habere solet , prætemporis , illud quod majus est & pretiosius omnium , memoriam Dei non potest cultu-  
**Fab. 111.** dare : qua depulsa ab animis & exclusa , non solum omni letitia & gaudio caret divino , & delectationis Domini sustinet detractionem , sed & dulcedinem non tenet divisa eloquio , ut dicat : *Quam dulcis faciut mea eloqua tua Domine , super mel & suum eri meo :* sed & in neglectum & oblivionem pervenit judiciorum Dei , & in contemptus consuetudinem decidit : quo majus malum , & perniciösus pati nihil potest .

### INTERROGATIO III.

*Quia ostendit nobis sermo tuus , periculoso esse cum his qui mandata contemnunt , vitam ducere ; nunc discere cupimus , si oporteat eum qui ab his-  
temodi confortiis discesserit , remotum esse & solum ; an vero cum fratribus ejusdem propriei & ejusdem animi vitam suam faciare .*

RESP. In multis utile esse video , vitam communem ducere cum his , qui ejusdem voluntatis sunt atque propriei . Primo , quia etiam ad usus corporales virtus ministerium unusquisque nostrum solus sibi non sufficit : & vero idem pro his quæ ad ministerium vita nostra necessaria sunt , invicem opera nostra egemus . Sicut enim pes hominis in alio quidem suis viribus uitetur , in alio vero indiget alienis , & fine adjumento ceterorum membrorum nec expiere fuimus  
**Col. 3.** opus ,

**Prov. 12.**

**Ez. 5.**

**Matth. 16.**

opus, nec sufficere suis viribus potest; ita etiam vita solitaria mihi pati videtur; cum neque quod ei ineft, utile effe, neque quod deest ab aliquo possit acquiri. Prater hoc autem nec ratio quidem charitatis uniuersum permittit, quod surum est quartus, dicente Apostolo:

**s. Cor. 13.** *Charitas non quipit, que sua sunt. Deinde, sed nec culpas quidem suas unusquisque ac vita facile dignoscit, cum qui arguat nemo est: & faciliter hujusmodi homini accidere potest illud quod scriptum est;*

**Eccles. 4.** *Ne soli, quia si cedent, nemo est aliis, qui erigit eum. Sed & mandata à pluribus quidem facilius adimplentur: ab uno vero dum unum videtur impleri, aliud impeditur. Ut puta, quomodo quis filius visitabile iherim? aut quomodo suscipiet peregrinum? Si vero omnes corporis sumus Christi, singuli autem alterutrum membra, per consonantiam velut in unius corporis compagem in Spiritu sancto aptari & conjungi debemus ad invicem.*

**Rom. 13.** *Quod si unusquisque nostrum solitariam eligit vitam, felicit nun tali aliqua causa vel ratione quae Deo sit placa, vel quod ad communem exterorum pertineat dispensacionem, sed proprie voluntati & passioni satisficiens; quomodo potissimum dicitur & divisi adimplere, & integrum alignare membrorum ad se invicem conlontiam? Ille enim talis neque cum gaudientibus gaudet, neque cum tristibus flet; quoniam quidem separatus ac divisus a ceteris nee cognoscere quidem necessitates poterit proximorum. Tum deinde nec sufficere potest unus ad suscipiendo omnia dona Spiritus sancti; quia secundum unusquisque mensuram tui & donorum spiritualium distributio celebratur: ut id quod per partes unicuique distributum est, rursum tanquam membra ad edificationem unius corporis coeat &*

**2. Cor. 12.** *conspireat. Alii enim datus sermo sapientie, ali sermo scientie, ali fides, ali prophetia, ali gratia suavitatis, & cetera: quae singula utique non tam pro se unusquisque, quam pro aliis suscipit à Spiritu sancto. Et ideo necesse est unusquisque gratiam, quam suscepit à Spiritu Dei, & in commune prodesse. Accidit ergo, ut is qui remotus vivit & separatus, unquam inquinque suscipiat gratiam, & hanc ipsam inutiliter faciat, dum nihil per eam operatur; sed defodit eam in se metipso. Quod cuius & quanti sit periculi, nos omnes qui legitis Evangelium. Si autem ceteris communicat gratiam, & ipse perituit propriè ea ipsa quam suscepit; & multiplicatur in eo, dum communicatur & ceteris; & ipse nihilominus fruatur gratia reliquorum. Habet autem & alia quamplurima*

**Meth. 7.** *bona commens vita ista Sanctorum, quae non est nunc possibile omnia dinumerare. Interim, ut diximus, ad conservanda sancti Spiritus dona commodiior est multorum societas, quam si degamus in solitudine. Sed & adversus infidias inimici, quae extrinsecus inferuntur, multo cautor est & urilior societas plurimorum: ut filius fulcitur è somno, **i. Cor. 11.** si quis fortè obdormierit somnum illum, qui ducit ad mortem. Sed & delinquenti delictum suum facilius apparebit, cum à pluribus vel arguitur, vel notatur: secundum quod & Apostolus dicit: **Sof. 2. Cor. 12.** *fuit è qui cunmos est, oburgatio hoc quae præstolus. Sed & in oratione non parvum emolumenrum à pluribus nascitur, cum consensu & universitate orantibus; ut ex multorum personis, per gratiam quae in nobis est, Deo gratia referantur. Sed interduum & periculo proxima est vita solitaria. Primo quidem illi periculo subfaret, quod certè gravissimum est, in quo ipse tibi placet, & neminem habens qui possit opus ipsius probare, videbitur tibi ad suum perfectionem venisse. Tum deinde sine ullo exercitio degens, neque quid sibi virtus abundet, neque quid virtutis delit, agnoscit. Neque dilocationem habere poterit in operum qualitate, pro eo quod operandi materia omnis exclusa sit. In quo enim humiliatem suam probabit, neminem habens cui humilem se præbere debeat? In quo misericordian demonstrabit totius confortii & societatis alienus? Ad patientiam vero quonodo scipsum exercet, nullum habens qui videatur ejus voluntatibus obviare? Si quis autem dicat, sufficere tibi doctrinam scripturam, & Apostolica præcepta, ad emendationem morum, virtusque formandam; simile mihi aliiquid facere videatur his, qui semper fidele artificium dicunt, nunquam tamen fabriacium opus: vel his qui in structorum arte semper docentur, nunquam tamen edificandis domus operam dabunt. Ecce enim & Dominus non estimavit sufficere sibi solam verbi doctrinam, sed & opere ipso volunt nobis tradere humiliatis exempla, cum praecinctus linteo lavit pedes discipulorum suorum. Tu ergo cuius pedes lavabis? **Joan. 13.** quem curabis officiū? cuius inferior aut ultimus eris, cum solus vivas? Sed & aliud quod dicitur: **Bonum & iugundum, psalm. 116.** *babitate fratres in unum: quod unguento Pontificali in barbam de capite descendenti sanctus Spiritus comparavit, quomodo in solitaria habitatione complebitur? Stadium namque est quoddam, ex Apostolo præcepto, ad emendationem morum virtusque formandam, in quo per virtutis exercitium proficitur; in quo***

**A. 4.** quo meditatio divinorum mandatorum effulget amplius & clarescit, hæc communis inter se unanimorū fratum habitatio: habens in se illam similitudinem & exemplum, quod in Actibus Apolotorum refert de sanctis scriptura divina, dicens: *Quia omnes credentes erant in unum, & habebant omnia communia.*

## INTERROGATIO IV.

Oportet prius remunari omnibus, & ita veire ad hanc vitam vel conuersationem, qua secundum Deum est?

**RESP.** Domino & Salvatore nostro JE-Matt. 16. su Christo dicente: *Si quis venit ad me, abueget securipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* Et iterum: *Qui non renuntiaverit omnibus que possidet, non posse-  
meus esse discipulus:* Qui ad hoc venit, ut Dominum sequatur, etiam scipsum neget, & tollat erucem suam. Certum est autem, quia jam & ante diabolo renuntiavit, & operibus ejus. Quod tamen non ab his qui in profecto sunt vita, vel qui jam ad perfectionem tendunt, sed ab his quia prima statim confessione initiantur, fieri solet. In hoc autem renuntiat, sicut superius diximus, etiam ipse fisi homo, id est, si priori consuetudini sua vel vita renuntier, aut etiam moribus suis, vel delectationibus scœuli hujus, sed & consanguinitati corporali; illi maximè, quæ impeditre ejus propositum potest: & parentes quidem eos, qui se in Christo Iesu per Evangelium genuerunt, magis putabis; fratres autem eos, qui eundem adoptionis Spiritum suscepserunt: possessiones verò omnes simul à se ducit alienas. Et ut breviter dicam, hic cui pro Christo mundus omnis crucifixus est, & ipse mundo, quomodo potest servus effici cogitationem & sollicitudinem mundi; cum Dominus jubear etiam animam ipsam abnegandum esse pro se? Perfecta itaque est abnegatio in eo, ut passionibus penitus caret, dum adhuc in corpore est. Sed hæc incipit agere ab his primò, quæ extinsecus sunt, id est, à passionibus, vel inani gloria; & si quæ sunt alia similia, ut ab his primum efficiatur alienus. Et hoc est quod nes docuerunt Apostoli Jacobus, & Joannes; qui reliquerunt patrem suum Zebedæum, & navem ipsam in qua erant. Sed & Matthæus relinquentis vestigia, & surgens, ac sequens Dominum; qui non solum lucra reliquerat vestigium, sed & periculum contemplerat; quod utique poterat evenire a principibus scœuli, pro eo quod vestigium rationes imperfectas atque incompositas reliquisset. Ita autem cupiditate sequendi Dominum ductus est,

*Cod. Regul. Tom. I.*

ut nullum profrus hujus vita respectum vel cogitationem fibimet servaverit. Quod autem neque ad afflictus parentum, si adverfantur Dominicis præceptis, neque ad ullam aliquam humanam delectationem oporteat aliquam respicere, & per hoc ab eo quod proposuit impediri, Dominus edocet, dicens: *Si quis ergo te-Luc. 14. serit ad me, & non odit patrem suum & ma-trim suum, & uxorem, & filios, & fratres & sorores, insuper & animos suos, non pos-tes meus esse dissipatus.* Quod est simile illi quod dixit, ut deneget quis scipsum.

## INTERROGATIO V.

*Si oportet eum qui servis Dei sociari vult, relinquere indifferenter propria-quis suis portionem facultatum suarum?*

**RESP.** Domino dicente: *Verde omnia Luc. 18; bona tua, & da pauperibus, & habebis thesa-ru in calo, & veni sequere me.* Et iterum: *Vendite omnia qua habetis, & date Luc. 18; elemosynam:* arbitror quidem, quod is qui accedit ad Dei servitium, non debet concinnare, & ut libet relinquere ea quæ sibi competit; sed tentat omnia, si fieri potest, cum timore diligentia allumpta, tamquam ea quæ jam Domino sacra sunt, quantum scripsi potest rationaliter dispensare: Ie-  
sus quia non est absque periculo, in opere Jer. 48. Dei agere negligenter. Si vero propinquus ejus vel parentes contra fidem veniant, debet rurum meminisse Domini dicentis. *Quia noui est qui reliquerit domum, aut fra-  
ternes, aut patrem, aut fratrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiet ieiunium in presenti tempore, & in futuro facio viam eternam.* Veruntamen oportet cum his, qui sibi quæ sunt sunt ducant & resiliant, & desideri faciunt, protestari, & denuntiare, quia sacrilegii crimen incurrit, secundum mandatum Domini dicentis: *Quid si peccat in te frater tuus, Mart. 19. & argue eum, & reliqua.* Judicio verò experiri de his apud judices seculi, abnuit religionis auctoritas, per id quod dixit Apostolus: *Audet aliquis vestrum, t. Cor. 6. negotium habens adversus alium, judicari apud iustos, & non apud sanctos!* Et rursus: *Quia jam quidem omnia delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos.*

**INTERROGATIO VI.**  
*Si oportet omnes qui inveniant ad nos suscipere; aut cum probatione? & qualis ista debet esse probatio?*

**RESP.** Cùm Dei clementia omnes vocet, per illam prædicationem qua dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & ente-  
rati esist, & ego reficiam vas:* non est absque

discrimine abijcere quempiam venientem ad nos. Veruntamen neque immundis, ut ajunt, pedibus indulgendum est intuire quempiam in sanctam doctrinam: sed sicut Dominus noster Iesus Christus juvenem illum, qui ad se venerat, interrogavit de priore vita sua; & cum audillet, quia recte transacta esset, quod debeat ei praecepit adimplere, & ita demum iussit eum sequi se: ita etiam non oportet inquirere de praeterita vita & conversione; ne forte simulata quis mente & fallaci animo accedat ad nos. Quod ita demum dignoscitur, si faciliter omnem laborem corporis, qui injungitur, ferat, & ad castigationem vite pronus inclinatur: vel si etiam delictum aliquod fuum, cum interrogatus fuerit, nequaquam pronuntiare contunditur, & medclam delicti que adhibita fuerit, gratanter affumit: & si ad omnem humilitatem absque ulla verecundia inclinatur, ac vilioribus & abjectioribus artificiis. Si ita ratio poposcerit, tradit se non accipiat aspernatur. Cum ergo ex his singulis documentis fuerit comprobatus, quia firma mente, & stabili consilio, ac prompto animo sit, tunc suscipi eum decet. Prius autem quam corpori fraternitatis inferatur, oportet ei injungi quedam laboriosa opera, & quae videantur opprobrio haberi a secularibus: & observari oportet, si libenter huc & liberè ac fideliter expletat, nec confusione eorum graviter ferat: vel etiam si in labore impingeretur inventiar & prompus.

### INTERROGATIO VII.

*Ex qua statu oportet nosmet ipsos offere  
Deo: vel virginitatem professionem  
quando oportet firmam ac sta-  
bilam judicari?*

Lue. 13.  
2. Tim. 3.  
2. Tim. 3.

Rrsp. Dicente Domino: *Sicut infan-  
tes venire ad me: Et Apostolo Paulo col-  
laudante eum, qui ab infancia facias  
literas didicisset: & rursus præcipiente,  
educari filios in doctrina & correptione  
Domini; omne tempus à prima statu  
opportunitum quidem esse duci-  
mus ad suscipiendum timorem & erudi-  
tionem Domini: firma tamen tunc erit  
professio virginitatis, ex quo adulta jam  
statu esse coeperit, & ea quae solet nu-  
ptiis apta deputari ac perfecta. Oportet  
tamen infantes, voluntate & consensu  
parentum, imo ab ipsis parentibus obla-  
tos, sub testimonio plurimorum suscipi;  
ut omnis occasio maledicti gratia exclu-  
datur hominum pessimorum. Adhuc autem  
eis oportet summannam diligentiam,  
quo possint ad omne virtutis exercitium  
probabiliter institui, tam in verbo, quam  
in intellectu & opere. Quidquid in te-*

nero quis & parvo in seruerit, firmius & tenacius improsterum conservabit. In jungenda est ergo infantium cura his, qui ante omnia in virtute patientie documenta sui probabiliter prebuerunt: qui possint pro merito delicti & statu singulis quibusque etiam correptionis adhucere mensuram: & qui servent eos proximo omnium à sermonibus otiosis, & ab iracundia, atque ab incitamentis guula, & à cunctis indecentibus atque inordinatis moribus. Si vero cum statu augmento nullus in eis reprehenditur profectus indultria; sed vaga mens, & animus casius ac tumens etiam post instituta probabili infrastructuofus permaneat, hujuscemodi abiici oportet; & maximè cum juvenilis fervor rudein lacerat statem. Eorum vero qui statu jam robusta accedunt ad servitium Dei, oportet inquirere, ut diximus, qualitatem vite præterite, & sufficere etiam hoc ipsum, si satis instanter hoc expetunt, & si verum & ardens desiderium est eorum erga opus Dei. Hujuscemodi vero fieri documenta ab his oportet, qui valde prudenter de his discutere posuerint & probare. Cum autem fructus suscepisti, si forte propulsum suum transgreffi fuerint, nec videri eos oportet amplius, tanquam eos qui in Deum deliquerunt; quo teste confessionis sue pactum transgreffi sunt. *Esi peccaveris, inquit, homo 2. Reg. 2.  
in bonum; erabis pro ipso ad Dominum:  
Si autem in Deum peccaveris, quis erabis  
pro eo?*

### INTERROGATIO VIII.

*Si oportet eum qui se pia ac religiosa  
vita dederit, etiam continentiam  
obseruare?*

RESP. Quia in omnibus necessaria fit  
continentia, manifestum est, primò omniū  
ex eo quod Paulus inter fructus Spiritus Gal. 5.  
sancti etiam continentiam nominat. Tum  
deinde etiam immaculatum ministerium  
per hanc fervari posse designat, cum di-  
cit: *In labbris, in vigiliis, in jejuniis, 2. Cor. 6.  
in castitate. Et iterum alibi: In labore & 2. Cor. 11;  
castigatione, in vigiliis multis, in fame & siti,  
in jejuniis frequenter. Et iterum: Omnis 2. Cor. 9;  
qui in agno contendit, ac omnibus continent  
est. Et rursus: *Macer corpus meum, & ibidem,  
servitui subiicias: quod utique non aliter  
quam per continentiam videtur impleri.* Et  
juventutis tumor, ac fervor statu  
velut freno quodam restringi & reprimi  
per solam continentiam potest. *Nun Prov. 13;  
enim expeditus flusto dulcie, secundum Sa-  
lomonem. Et carnis, inquit Apostolus 2. Rom. 9;  
carum ne feceritis in concupiscentiis. Et ite-  
rum: *Vidua qua in delicia est, vivens mori 2. Tim. 11;  
sua est. Sed exemplum illud divitis in  
delictis***

**Luc. 16.** delicis viventis necessariam nobis ostendit esse continentiam, ne forte & nos audiamus, quod audivit & dives: *Quia confecur es bona in vita tua.* Quomodo autem incontinentis periculosa sit, etiam Apostolus docet, cum eam proprii illis adscribit, quos recedere a Domino dicit: ait enim: *In noctibus diebus inflabunt tempora periculosa: et erunt enim homines seipso amantes,* & cum plura malitia genera enumerasset, ad ultimum posuit: *concessores, incontinentes, immures.* Sed & Esau majorum suorum quasi somitem quandam habuit incontinentiam; qui pro uno cibo vendidit primitiva sua. Sed & prima illa prævarication non aliundo homini nisi per incontinentiam accedit. Omnis vero sancctorum vita, atque ipsius Domini in carne positi præsenta, quæ nobis alia, nisi continentie propontit exempla? Moyses quidem, dum continuatio quadraginta dierum jejuno adiutisset indefectus, dicitur a Deo metuisse legis auxilium humano generi deus. **Reg. 19.** Elias quoque visione Dei tunc dicitur dignus electus, cum & ipse simili spatio temporum à cibo se continuuisse perfringitur. Sed & Danielis, & trium puerorum meritum apud Deum, quo de omnibus inimicis suis, & de ipso tyranno triumphum cœperunt, non aliundo nisi per continentiam venit. Joannis autem omnis vita continentia fuit. Ab hac etiam Dominus manifestatio sua initia prima patefecit. Continentiam autem dicimus, non quo à cibo penitus abstinentium sit; hoc est enim vitam violenter dissolvere; sed eam qua vita usus non superfluum, sed necessarius constat: cum refugimus quod suave est; explemus ea, quæ sola corporis necessitas poscit. Et ut breviter dicam, omnia que per passibilem concupiscentiam requiruntur, ab his abstinere, virtus est continentia. Et ideo ergo non solum in eis cibis & in libidine continentia virtus agnoscitur; sed cum ab omnibus, in quibus delectamur quidem carne, sed in anima lœdimur, abstinemus. Verus ergo continens nec gloriam humanam desiderat; sed à virtutis se contentet, & ab ira, & à tristitia, & ab omnibus, quæ occupatas tenete confueverunt ineruditas animas & incautas. Penè autem in omnibus mandatis Dei hoc invenimus, quod unum alteri cohæret, & separatum aliud ab alio compleri impossibile est. Id tamen præcipue in hac ipsa continentia comprehenditur; quoniam quidem humiliis illud judicatur, qui se à superbia continet: & ille renuntiat omnibus facultatibus suis, & secundum Evangelium vendit omnia sua, & pauperibus dividit, qui

*Cod. Regul. Tom. I.*

sine dubio continet se à pecunia desiderio. Sed & mansuetus ille erit, qui iram continet, & cohibet furorem. Quid verò jam vagos oculi visus, & auris auditus, & lingua intemperantiam aliud quam continentia mederatur & cohibet? Sed & intemperatos risus continentia coeret: sicut incontinentiae signum est, inordinatis & incompositis motibus agere in risu: cum utique subridendo tanquammodum letitiam mentis oporteat indicari; indecorum autem sit crepitantem cum sonitu elevare risum: quod certum est per incontinentiam mentis accidere solere etiam invitisi; quæ res gravitatem & constantiam animi emollire ac resolvere solet. Unde & Salomon: *Risum, inquit, dixi amenum.* Et: *Sicut vox spissæ uox sub ella, ita risus fulvores.* Et iterum: *Sultus in risu exaltat vocem suam:* *qui autem sapientis vox nascit ridibit.* Ostendit autem & Dominus in semetipso necessarias quidem carnis se habuisse passiones, id est, quæ virtuti telamonum ferrent; velut labore & fluctum ac tributiam: nusquam autem invenerit etiam risu usus, quantum ad histriam pertinet Evangelii. Sed & deflere magis inventur eos, qui rident: dicens: *Vt quas, gos nunc redit & quia flaverunt.* Nec sanè seducere nos debet similitudo nominis risus. Mos namque est scriptura, interdum letitiam animi, & afflictum quandam latuorem risum nominare. Sicut ibi Sara, *Risum,* inquit, *mibi fecit Gen. 21. Deus.* Et iterum: *Basti qui fleat nunc,* *Luc. 6. quia ridebunt.* Et in Job quoque dictum est: *Os autem veracium repletum risu.* *Job. 4.* Hoc enim omnia nomina pro gaudio annæ accipiuntur. Qui ergo liber est ab omni passione, & nihil per incitamenta libidinum gerit; sed continenter & sobrie adverlus omne, quod potest lœdere, nititur, hic perfectè contiens dicitur, qui & sine dubio per hoc alienus inventur ab omni genere peccati. Libido namque est totius mali miscipula; & per hanc omnes decipiuntur ad peccatum: per quam qui non resolvitur, neque inclinatur ab ea, omni ex se peccati pestilum germe excidit.

## INTERROGATIO IX.

*Quæ est mensura continentia?*

RESP. Quantum spectat ad vitia vel passiones, penitus abstinenre, nec unquam superari: quantum autem ad cibos, prout usus depositit, vel zetas, vel labor, vel robur corporis, vel incommoditas ejus, ita etiam modus & qualitas temperabitur cibi. Neque enim possibile est omnes fratres unum ordinem vel modum ac regulam in cibis custodiare.

Hic verò qui fani sunt, possunt omnes eandem mensuram tenere in abstinentia. Immutari verò oportet per singulos, in quibus causa aliqua diversitatis existit, providentia ac provisione eorum, quibus dispensandi hæc cura commissa est. Neque enim per singula sermonem complecti possimus; sed ea tantummodo comprehendimus, quæ ad communem vel generalem pertinet institutionem. Solita verò incommodorum in cibis, videlicet eorum qui jam fessi sunt ex opere continentiz, sive ex aliis quibuslibet laboribus, quos pro religione pertulerunt, ii qui præfunt, secundum quod res & ratio depositit, arribebunt. Neque ergo tempus reficiendi omnibus idem flatui potest, neque modus cibi, neque qualitas; sed prospicuit iste sit omnibus unus, ut non usque ad satietatem perflamus in edendo. Repleri enim ventrem, & gravari ex cibo, valde inutile est etiam corpori ad omnem opem. Tum deinde quia & gravatur in somnum, & quia etiam lœdi ex his facilè potest. Sed nec suavia quæque in fine ciboruū factanda sunt; sed suffici usum explore vivendi, refutata luxuria. Si enim libidini serviamus, nihil aliud est, quam Deum facere ventrem nostrum. Quoniam quidem corpus humanum semper exolefacit & defluxit, idcirco & repleri indicet, & reformari: propter quod & naturale est cibi desiderium, id quod secundum rectam rationem usus ipse ad reparacionem d-polcit eorum quæ exinanita fuerint & abſumpta, tam aridi, quam etiam humidū alimenta. Si quid ergo illud est, quod potest vel brevius vel faciliter explore hanc necessitatem corporis in cibis, id potius eligendum est. Sed & Dominus hoc, ut opinor, ostendit, cum cibientes reficit in deferto: quia cùm utique posset majore miraculo copiosiores eis cibos parare, nihil horum fecit, sed simplicem eis exhibuit viētum: & secundum Joannem, quinque panes hordaceos, & pīsciculos duos apponit: de poru verò nec mentio quidem ultra fuit. Ex quo illud sine dubio designatur, quod omnibus sufficiens esse possit aqua usus & pernecessarius; nisi forte aliquis per inimicitatem corporis lœdi ex hoc videatur: cui sine dubio, secundum consilium Apostoli Pauli ad Timotheum scribentis, cavendum est quod est noxiū. Sed & quæcumque manifestant inferunt noxam corpori, devitanda sunt. Absurdum enim videtur, propter substantiam corporis cibos sumere, & rursum per ipsos cibos corpori inferre perniciem, & illud inutile reddere ad ministerium mandatorum. Oportet tamen omni modo illis uti cibis, qui &

facilius & vilios comparantur: ut ne occasione ablinientie inveniamus pretiosiora quæque & difficultiora factari; dum suavitate condimentorum viles natura cibos in suavem & delicatam saporem extollere conamur. Sed si quid est, quod in unaquaque Provincia facilis & vilius comparatur, & quod in usu hominum communiter habetur, hoc ad usus nostros oportet afflui; & ea tantummodo requiri, quæ ad vitam permeccularia sunt; id est, oleum, & alia hu-juscemodi; vel si qua etiam ad infiltrantium solamen adhibentur.

## INTERROGATIO X.

*Quomodo oportet observare nos circa cibas & accubitus, cùm tempus poposcerit.*

RESP. Quoniam preceptum Domini habemus, quod nos in omnibus instruit ad humilitatem, in quo etiam de hoc pronuntiat, ut cùm ad convivium eam <sup>Luc. 14.</sup> discubendi locum novissimum requiramus, & non occupemus locum priorem; illud nos scire oportet, quia ubi omnes eodem prospectu ac proposito convenimus, maximè si in multis & in majocibus humilitatis nostræ documenta jam dediti, cupere quidem prævenire unumque in inferiore locum, secundum mandatum Domini, condescens est. Sed rursum, si res ad contentionem veniat de hoc, & unus alium detrudere velut de loco inferiori conetur, valde est improbable. Causa enim ex hoc perturbationis & inquietudinis nascitur, si incipiat nemo alteri cedere; & si pro hoc certamina moveantur, simile erit tanquam si de primatibus contendatur. Propter quod oportet etiam in hoc considerantius pervidere, vel quid unicuique nostrum competit; vel certè indulgere ei, cui cura commissa est, & in ceteris, & in recumbendo ordinem custodiare, & obtemperare ei: ut impletatur in nobis illud quod dictum est: *Omnia t. Cor. 14. vestra beneficē & secundum ordinem fiant.*

## INTERROGATIO XI.

*Quis est dignus vel decent habitus Christiani?*

RESP. Quoniam sermo in superioribus humilitatem necessariam docuit; ita ut qui vult religiosè ac piè vivere, in omnibus & simplicitatem & vilitatem requirat; id est, ea que parvo lumpu acquirentur: id observandum puto in corporalibus usibus, per quod occasions nobis majorum occupationum minimè fiant. Hoc ergo etiam in observatione indumentorum eu-fodiendum puto. Si enim studium nobis haben-

habendum est omnium esse minimos & omnium novissimos ; certum est, quia & indumentis omnium nos novissimos deputare debemus. Nam si hi, qui gloriam sibi ex indumentorum splendorē conquirunt, satis agunt quomodo pretiosis & magnificis vellutis videantur induti ; ita conseq̄ens est, eum, qui de ultimis & novissimis, id est, per nimiam humilitatem placere studet, eligere debere hoc, in quo omnia & ultimus & novissimus appareat : sicut ille ē contrario, id est, de summis & pretiosis videri clarior & nobiliores gessit. Si enim

**Cor. 11.** in publica crena arguantur Corinthii, quod per suam abundantiam confundant eos qui non habent ; certum est, quia & in hoc simplici & communi omnium indumento, quod ad communem habitum vel usum pertinet, si alter altero differat habitus, vel pretiosior inveniatur, ex ipsa comparatione confundimus non habentes. Sufficienter quoque Apolluli hujuscemodi usibus brevi sermone regulam potuit, dicens : *Habentes autem vestimenta & vestimenta, bis contenti sumus. Ostendens, indumento solo quo contegamus indigere nos, & non varietate aliquarum vestis, & ornamento ejus ac decore jactari. Quia utique postmodum introducta sunt, humanæ virtutis artificis, & luxuriaz ingenio conquita.* Sed & primus ille indumenti usus haec eadem indicat ; cum dicitur Deos facile primis hominibus pellicias tunicas. Sufficiebat enim ad confessionem contegandam hujuscemodi indumenti usus. Verum quoniam nobis prospectus est, indumentis etiam calenari & soveri ; necessarium videtur ut ad utrumque usus ipse temperetur ; quo & operi nuditus videatur, & vel vis frigoris, vel omne quod intrinsecus lredit, arceri. Sed quoniam in his ipsis alia quidem sunt meliora, alia inferiora ; conseq̄ens est ea eligere, quæ nolis usum exhibeant longiorē : ita tamen ut in nullo lreditur regula voluntarix paupertatis : id est, ne alia quidem nolis sint vestimenta ad procedendum præparata, & alia ad usum domesticum ; & rursum alia in aliud tempus, vel in nocte alia & in die : sed oportet unum illud ipsum tale esse indumentum, quod nobis sufficere possit ad omnia : & tu in die honestum videatur indumentum, & in nocte expletat necessitatem. Ex hoc enim fieri, ut & habitus noster communis & similis atque unius formæ sit omnium ; & Christianum etiam viatio ipsa designet. Ea enim quæ uno prospectu ac proposito geruntur, similia, immo eadem esse omnibus debent. Uile autem est, etiam ex ipsa proprietate vellutis & habitus intelligi unumquemque, & professionem

ejus agnoscit in ea vita, qua secundum Deum vivit : ut sciat sibi etiam actus consimiles esse debere ; & ad eos, qui nos vident secundum habitum nostrum, æquales etiam in actibus apparet debere. Non enim similiter turpe est in quolibet alio, si inhonestè quid agat, sicut in his, qui vitam sobriam etiam ipso habitu prohtentur. Si enim quis videat de trivio aliquem hominem cedentem alium, aut vapulanten publicè, vel turbiter proclamantem, aut in tabernis aliquis locis vitam cum dedecore agentem, nec observabit quidem facilè hujuscemodi hominem, vel notabit ; sciens eum consequenter haec ad reliquam vitam suam gerere. Si vero eum, qui gloriosam vitam profiteretur, videat quis vel parum aliquid contra quam condecet agere, observant omnes, & increpant, & ad religiūs opprobrium ducunt. Itaque velut pædagogus quidam est infirmioribus habitus iste religiōsorū ; ut etiam invitatos eos ab opere in honore indecentiæ custodiatur. Denique & Apollolus **1. Tim. 3.** Episcopum ordinatum est designat : quæ res ad habitum magis revocatur. Sed & de nulleribus dicit, in habitu ordinatus eas esse debere. Ordinatus autem habitus Christiani dicitur is, qui secundum propositum ac professionem ejus aptus intelligitur. Sicut enim proprium est aliquid militi in habitu vestimenti, & aliis est habitus senatoris, ex quo præcipue intelligitur, vel ille qui senator est, vel ille qui miles est ; ita etiam Christianus habere aliquid proprii etiam ex ordinatione indumenti ipsius debet. Sed & de calceamentis cadernatio observabitur : ut quod simplicius est & paratus, & aptum proposito, & usibus sufficiens, id afflatur. Zonz quoque usum ostendunt necessarium esse etiam, qui precesserunt nos sancti. Nam Joannes zona **Math. 5.** pellicia constringere lumbos suos dicitur, & Helias antea : tanquam enim proprius habitus quidam ipsius designatur, cum dicitur : *Vir hispatus, & zonam pelliciam* **3. Reg. 1.** *babens circa lumbos suis.* Sed & Petrus zona usus ostenditur, sicut ex verbis Angeli, quæ ad eum dicta sunt, recognoscimus : *Accinge te, inquit, & calcet* **A. 18.** *te caligas tuas.* Sed & beatus Paulus zona usus ostenditur per Agabi Prophétiam, dicentis : *Virum eum enys est zona bac,* **A. 21.** *ira allegabunt in Hierusalem.* Sed & Job audit à Domino : *Accinge fuscum vir lumbos* **Job. 9:21.** *tuos.* Virtutis namque cuiusdam & prompti ad opera animi signum videtur esse usus cinguli. Sed & discipulis Domini zona usus fauissim videtur ex more, quibus prohibebantur, ne pecuniam haberent in zonis suis. Reversa enim necessarium videtur, eum qui manuum opere

opere uti in aliquo debet, succinctum esse, & in omnibus preparatum, ac sine ullo impedimento inveneri, ad omne boni operis ministerium. Unde & cingulo indiget, ut vel colligata circa corpus sit tunica: ex qua magis conserui possit, si undique constrictus sit; vel non impediti ad omnem rem quam agere patrat. De numero autem indumentorum nihil possumus dicere, cum manifesta definitione præscriptum sit, in quo dicit: *Qui habet duas tunicas, let non habentem unam.* Ex quo sine dubio plures habere illicitum est. Quibus ergo habere duas tunicas non licet, his quomodo aliquid de diversitate indumentorum præcipi potest?

Eccles. 3.

## INTERROGATIO XII.

*Si licet alieni ex proprio sensu dicere, quod videtur sibi bonum, absque testimonia scripturarum?*

RSP. Domino nostro Iesu Christo dicente de Spiritu sancto: *Non enim loqueretur à se quicunque audieret, haec loqueretur.* De seipso autem: *Non patet sibi à se facere quidquam.* Et iterum: *Ego à me ipso non sum locutus, sed qui me misericordia Pater, ipse mihi dedit mandatum, quod dicam, aut quid loquar;* & *sic quis mandatum ejus vita eterna est.* Quia ergo loquitur, sicut dixit mihi Pater, ita loquitur qui potest in tantum temeritatis progrederi, ut audeat à se quidquam vel loqui, vel cogitare? Imò verò sciendum est, quia omnes duce itineris indigemus Spiritu sancto; ut ipse nos in viam dirigat veritatis, & in cogitatione, & in verbis, & in actibus. Cœcens est enim, & in tenebris degit omnis, qui est absque sole iustitiae, qui est Dominus noster Iesus Christus; cuius mandatis, velut radiis quibusdam, illuminatur. *Alandatum enim, inquit, Domini tuidina est, illuminans oculos.* Quia ergo in omnibus negotiis, quæ inter nos verlantur, vel verbis, quedam quidem per mandatum Dei in divinis scripturis distinguntur, quedam verò reticentur; de his quidem quæ scripta sunt, nulla prorsus licentia permittitur cuiquam, vel admittere quod prohibendum est, vel omittere, quod præceptum est: cùm ipse Dominus ita præcepit, dicens: *Et cœlesti verbum hoc, quod ego tibi mando hodie: non adicies ad illud, neque asperges ab eo.* Sed & terribilis quedam expetatio est judicii, & ignis zelus, qui consumpturus est adverterios, & eos qui ausi sunt tale aliquid operari. De his verò quæ scriptura retinuit, regulam nobis Apostolus posuit evidenter dicens: *Omnia licent, sed non omnia expedire; omnia licent, sed non omnia edificare.* Nemo quod sum

Deut. 4.

2. Cor. 6.

et querat, sed quod alterius. Itaque omni modo non quæ nobis licita sunt, sed quæ edificant proximos, agere debemus, & non nobis placere, sed proximis ad edificationem. Scriptum est enim: *Sibi debet invi.* Ephes. 5. *cum in timore Christi.* Sed & rursus Dominus ait: *Si quis vult in uscis major esse, fiat omnia novissima, & omnia servar.* Quod utique qui implere vult, sine dubio proprias sibi amputat voluntates, secundum imitationem ipsius Domini dicentis: *Distringit de celo, non ut faciam ut.* Joan. 6. *miseratatem meam,* sed voluntatem ejus qui me misericordia Patri. Et iterum præcepit Dominus: *Si quis te angariaverit nolle posset, vade cum illo alia due.*

## INTERROGATIO XIII.

*Si aportet omnibus vel quibuscumque obedire?*

RSP. Horum quidem qui imperant Exod. 18, differentia vel diversitas non debet impetrare obedientium propositum: quia neque Moyses intemperans extitit cognitor suo Jethro, cum utili moneret & justificare. Commanditionum factæ non parva est diversitas: alia namque contrarie videntur eis mandatis Dei, alia verò interrumpere mandatum, vel contaminare illud videntur, alia verò ad exemplum id atque adiucidandum veniunt. Necessarium ergo est, meminisse Apostolice præcepti dicentis: *Proprietas vestrae 1. Thes. 5. spernere: omnia probare, quod bonum est revere: ab omni specie mala abstineat vestre.* Et iterum: *Cogitationes pugnant, vel de-* 1. Cor. 10. *frumentis omnia aliud aliud extollentes se adversus scientiam Dei, & caproneos omnum incedentes, ad obediendum Christi.* Si quid ergo est, quod conveniat cum mandato Dei, & animæ expedit, & hoc nobis ab aliquo fuerit imperatum, velut voluntatem Dei promptè & libenter debemus accipere, & explore quod dictum est. *Obedienter in charitate Christi.* Sim Ephes. 4: autem contrarium aliiquid mandatis Dei, vel quod ea corrumpere videatur aut contaminare, facere jubemus ab aliquo, tempus est nos dicere. *Obedienter Deo 10. 5.* magis, quam humilios. Et rursus meminisse Domini dicentis de omnibus suis: *Alieni autem vocem non sequentur, sed suam 10. 6.* ginnam ab eo: *gnostiam negligunt alienorum vocem.* Sed & sancti Apostoli memories esse debemus, qui ad nostram cautelam ausus est, ne Angelis quidem parcere, dicens: *Etimam Angelus de celo euangeliza Gal. 1. veris vobis, præterquam quod euangelizamus vobis, anaibema sit.* Ex quo edocemur, ut etiam magnificus habearur, & in admiratione sit positus, qui prohibet nos facere, quod à Domino præceptum est; vel

vel rursum imperat, quod Dominus prohibuit, execrabilis debet esse, qui ejusmodi est, omnibus qui diligunt Dominum.

## INTERROGATIO XIV.

*Quali affectu debet servire, qui servit Deo? Et iste ipse affectus quid est?*

RESP. Affectum bonum vel animum illum esse arbitror ego, cum desiderium vehemens & inexplicabile atque immobile inest nobis placendi Deo. Impulet autem iste affectus per theoriam, id est, scientiam, per quam intueri & perspicere possumus magnificentiam gloriae Dei, & per cogitationes pias & puras, & per memoriam bonorum, quae nobis à Deo collata sunt; ex quorum recordatione venit anima dilectio Domini Dei sui, ut eum diligit ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mente sua, secundum illum qui dicebat: *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Cum tali affectu ergo servire oportet Domino, adimplentes illud quod a Apostolo dictum est: *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an periculum? an gladius? & religio.*

## INTERROGATIO XV.

*Quid sentire de se debet is qui praecepit, in quibus praecepit, vel imperat?*

RESP. Apud Deum quidem, sicut minister Christi & dispensator mysteriorum Dei; timens ne præter voluntatem Dei, vel præter quod in facris scripturarum evidenter præcipitur, vel dicat aliquid, vel imperet, & inveniatur tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus, vel introducens aliquid alienum à doctrina Domini, vel certè subrelinquens & præteriens aliquid eorum, quæ Deo placita sunt. Ad fratres autem esse debet, tanquam si nutrix foveat parvulos suos: paratus autem, secundum voluntatem Domini, & secundum quod unicuique expedit, communicare cum eis non solum Evangelium Dei, sed etiam animam suam; memor præcepti Dei ac Domini nostri dicentes: *Mandatum nrum de vobis, ut diligatis vos invicem,* sicut ego dilexi vos. Majorem hac charitatem nemo habet, quam ut parat animam suam pro amico suis.

## INTERROGATIO XVI.

*Peccantem quomodo corripiemus, vel emendabimus?*

RESP. Sicut præceptum est à Domino, *M. 18.* dicente: *Si peccaveris in te frater tuus,*

vade argne cum inter te solum & ipsam. Si audieris te, lacratus ei frarem tuum. Si vero non te audierit, effume tecum aliun unum, vel duos: ut in ore dñorum vel trium regum fieri omne verbum. Quod si etiam ipsi non audierit, dic Ecclæsia: si autem nec Ecclæsiam audierit, sit tibi sicut genilis & publicanus. Si forte increpatio haec, que à pluribus fit, eveniat ei in salutem: & sicut dixit Apostolus: *Argue, increpa, consolare in 2. Tim. 4.* omni patientia & doctrina. Et rursum: *Si 2. Thes. 3.* quis non ebandi verbo nostro per Epistolam, bene notate, ut non commissariam cum eo sine dubio ad mensam.

## INTERROGATIO XVII.

*Si quis autem in parvis delictis affligere voluerit fratres, dicem: quia debetis panitere per singula: ne forte & ipse immicerors videatur, & diffidere caritatem?*

RESP. Cùm affirmaverit Dominus: *Quia jura nostra, vel apex nostre non translat. Matth. 5.* à lege, usquecumq[ue] omnia sunt. Et rursum definierit: *Quia de omni seruante nisi sit, Matth. 18.* quenamcumq[ue] locis fuerit bonum, reddent pro eo rationem in die iudicii: nihil oportet contemni tanquam parvum. Qui enim Eccl. 19. spernit minima, pavlatim defluit. Sed & quomodo quis audiebit breve dicere aut parvum delictum, cùm Apostolus dicat, manifestèque definit: *Quia per prævaricationem ligis Deus exhibuerat?* Sed & aculeus mortis peccatum esse dicitur. Et non *1. Cor. 15.* dixit, tale vel tale peccatum, sed omne peccatum. Magis ergo immicerors est, qui intermitit & negligit, quam ille qui arguit: sicut is qui mortuus serpentis permittit delitescere venenum, quam ille qui elucet & attrahit. Sed & charitatem destruit ille, qui, secundum quod scriptum est; *parcent baculo,* edit plumbum Proverb. 19. suum: qui autem diligit, diligenter corripit.

## INTERROGATIO XVIII.

*Quomodo quis debet panitere in usquegrave delitto?*

RESP. Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille, qui dicit: *Iniquitatem psal. 118.* odio habui, & abominatus sum. Sed & ea quæ scripta sunt in sexto Psalmo, atque in aliis quamplurimis: vel ea, quæ Apostolus dixit ad eos, qui secundum Deum contristati sunt: *Quantum operatus 1. Cor. 7.* est vobis, inquit, felicitatem? sed excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed amputationem, sed vindictam. In omnibus ex *Luc. 19.* ibi huius vocis causa esse negatio. Sed & ex his ipsis, in quibus delinquit, agens multa contraria, sicut & Zacchæus fecit.

## INTERROGATIO XIX.

*Qui sunt fructus digni penitentia?*

**RESP.** Opera quæ contraria sunt peccato, isti sunt fructus justitie; quos debet afferre ille, qui vult, secundum quod scriptum est, in omni opere bono fructificare.

## INTERROGATIO XX.

*Qui se verbo dicit panitere, peccatum autem suum non emendat, quid est?*

**Prov. 16.** **RESP.** De isto scriptum est: *Si te regnatur iniurias tuas magna voce, non acquiescas ei: septem enim nequitia sunt in anima ejus.* Et alibi: *Sicut canis revertens ad vomitus suum edibilis sit, ita homo, qui per malitiam suam revertetur ad peccatum suum.*

## INTERROGATIO XXI.

*Qui vult consisteri peccata sua, si omnibus debet consisteri, sive quibuslibet, aut certis quibusque?*

**RESP.** Clemencia Dei erga eos qui deliquerunt, manifesta est; secundum quod scriptum est: *Quia non vult mortem peccatis, sed magis ut converteratur, & vivat.* Quia ergo & conversionis modus aperit esse, & convertentis fe à peccato fructus dignus ostendi debet per penitentiam, secundum quod scriptum est: *Facie fructus digni penitentie: ne forte secundum combinationem illum eveniat his, qui non penitentie, quod scriptum est: Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excedetur, & in ignem mittetur:* ne ecclesiarum videtur his, quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est; confitendi esse peccata. Sic enim & hi qui antiquitus penitentebant; inveniuntur apud sanctos confessi esse peccata sua. Scriptum est enim in Evangelio, quia Joannis Baptizæ confitebantur peccata sua; & in Actibus Apostolorum, Apostolis à quibus baptizabantur.

## INTERROGATIO XXII.

*Qui ponitierunt pro aliquo peccato, & rursum in hoc ipsum peccatum incidunt, quid faciunt?*

**RESP.** Qui semel delinquit, & iterum in idem peccatum incurrit, indicare de se videtur hoc primum, quod ab illo peccato priori non fuerit expurgatus: ex quo, velut à radice quadam pessima, eadem quæ antea pullularunt. Sicut enim quis ramos arborum excidens, si radicem relinquit, ubi radix permaneat fixa, virgulta denuo ejusdem feminis germinabunt: ita etiam peccatum. Quoniam non omnes qui delinquunt, ex

ipsis peccatis initium sumunt, sed ex aliis interdum delicti occasio nascitur. Necclarium ergo ei est, qui vult omnino se purgare à peccato, primas ipsas causas culpas succidere. Verbi gratia: si ex contentione, vel ex invidia fuerit, non à se sumit exordium; sed radicem habet ex arrogantiæ & cupiditate gloriæ humanae venientem. Durn enim gloriam querit unusquisque ab hominibus, aut contentiōibus studet, aut recte agentibus invideat: huic scilicet, per quem videatur ipse minus in laude vel in admiratione haberit. Si quis ergo semel notatus fuerit invidie vel contentiōis vitio, & rursum in hoc ipsum inciderit, sciat se primam illam caulam, de qua superius diximus, ex qua invidia vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo cum & per contraria atque adversa curari; id est, per humilitatis exercitium. Exercititia verò humilitatis sunt, si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ & humanae gloria fictum surari poterit, ut consuetudine humilitatis affectus, ultra jam non incidat in arrogantiæ & vanæ gloriæ delictum. Sed & in singulari hujuscemodi vitiiis cura similiis adhibeatur.

## INTERROGATIO XXIII.

*Quali affectu, vel quali sensu oportet increpare eum qui increpat?*

**RESP.** Ad eum quidem tali mente esse debet, quallem indicat beatus David, dicens: *Vnde non servantes patrum, & tunc psalm. 118. fidelium; quoniam eloqua tua non custodierunt.* Ad eos autem quos increpat, hunc debet affectum servare, quem pater & medicus erga agrotantem filium servat: & tunc maximè, cum qualitas curse tristior videtur & gravior.

## INTERROGATIO XXIV.

*Quali affectu debet quis suscipere correctionem?*

**RESP.** Sicut ager filius patris & medici de vita sua solliciti: qui etiam si aliquid asperum offerat vel amarum ad curandum filium: scit utique filius, quod nec pater in aliquo negligere potest de salute filii, nec medicus falli.

## INTERROGATIO XXV.

*Qui tristatur adversus eum qui se increpat, qualis est?*

**RESP.** Neque periculum peccati agnoscit ite, maximè ad Deum; neque humerum penitentie: nec credit illi, qui dixit: *Quia qui diligit, diligenter corripit.* **Sed.** 10. **Sed.**

**Psl. 146.** Sed & seipsum alienum facit ab illa utilitate dicentes : *Corriget me iustus in misericordia, & increpabit me.* Sed & ad latronem exterorum iste talis permanet inter fratres : relolvit enim, & impedir animos eorum, qui possunt proficere.

### INTERROGATIO XXVI.

*Quale iudicium esse debet de his, qui peccantes defendant?*

**Matt. 18.** RESP. Ut mihi videtur, gravius ab illo quod dixit Dominus : *Quia expedit illi, ut suspenderat mola astinaria ad calum ejus, & precipitetur in mare, quam ut scandalizet nomen ex minimis iis.* Non enim jam correptionem ad emendarionem, sed defensionem ad confirmandum peccatum suum suscipit ; qui delinquit, sed & alios ad simile provocat malum. Ita ut conveniat ei, qui peccantes desendit, illud quod dictum est : *Quia si un ostenderitis fructus dignus penitentia, excedenti, & in ignem mittentis.* Vel rursum quod à Domino dictum est : *Quia si occlus tuis dexter scandalizet te, erue eum, & proiece ab te.* Expedit enim sibi, ut percut unum membrorum tuorum, & non omnes corporum tuorum mittantur in gehennam.

**Luc. 3.**

### INTERROGATIO XXVII.

*Panitentem ex corde quotmodo oportet suscipi?*

**RESP.** Sicut Dominus ostendit, cùm dicit : *Quia concavavit amicos & vicinos, dicens : Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdidera.*

### INTERROGATIO XXVIII.

*Erga eum qui pro peccato non panitet, qualiter esse debemus?*

**RESP.** Sicut Dominus praecepit, dicens : *Sia sibi fient genitili & publicani.* Et sicut Apostolus docuit, dicens : *Substrivebit vos ab omni fratre inquietus ambulante, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis.*

### INTERROGATIO XXIX.

*Si debet babere aliquid proprium, qui inter fratres est?*

**RESP.** Hunc contrarium est illud testimonium, quod in Actibus Apostolorum de illis, qui credebant primi, scriptum est. Ibi enim ita dicitur : *Quia nemo quidquam ex bonis suis proprium detinet esse : sed erant illi omnia communia.* Si quis vero proprium sibi esse dicit aliquid, fine dubio alienum se facit ab electis Dei, & à charitate Domini ; qui docuit verbo, & opere complevit, & animata

**12. 4.**

**Jou. 15:**

*Cod. Reg. Tam. I.*

suam posuit pro amicis suis. Si ergo ipse animam suam pro amicis dedit, quomodo nos etiam ea que extra animam sunt, propria vindicamus ?

### INTERROGATIO XXX.

*Si quis dicat : Quia neque accipio a fratribus, neque do ; sed contentus sum meis propriis ; quid de hoc obseruare debemus?*

**RESP.** Si non acquiescat doctrinæ Domini, dicuntis : *Dilegit in vicem sicut & ego dilexi vos :* acquiescat Apostolo dicenti : *Audirete matrem ex vocis ipsi : ne forte accidat, ut modicum serinentum totam malam corrumpat.*

### INTERROGATIO XXXI.

*Si debet quis a carnalibus propinquis accipere aliiquid?*

**RESP.** Propinquis quidem reddere quæ sua sunt, his qui ad servitium Dei accedunt, necessarium est ; & nihil subtrahere, ut non crimen sacrilegii incurraut. Veruntamen hæc prærogari in conspectu eorum ad quos vita sunt pertinere, non expedit : ne & illis ipsis occasionem præter elationis ac superbia ; & aliis fratribus ejusdem propoli pri pauperioribus tristitiam generet. Ita ut accidat illud, in quo Corinthiæ increparunt ab Apostolo dicente : *Quia consumatis non habentes.* Et ideo his qui per loca singula Ecclesiis prælunt, si sunt fideles & prudentes dispensatores, ipsis offerti debent, secundum imitationem eorum, qui in Actibus Apostolorum id fecisse perscribuntur, de quibus dicitur : *Quia afferentes pretia prædium suorum posuerant ante pedes Apostolorum.* Certe quoniam non est omnium hujuscemodi dispensationes explere fideliter, illis offerri convenient, qui apud omnes in hoc officio probati habentur. Veruntamen etiam de his probabili ille qui præstet, per quem debeat dispensari.

### INTERROGATIO XXXII.

*Quomodo videre debemus eos, qui nobis vel familiares, vel consanguinei fuerunt & proximi?*

**RESP.** Sicut Dominus ostendit, tunc cum ei nunciaverunt : *Quia mater tua & fratres tui foris sunt, volentes te videre : ad quos cum increpatione respondebit, dicens : Quia est mater mea ? & qui sunt fratres mei ? Qui enim fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, iste meus frater, & soror, & mater est.*

## INTERROGATIO XXXIII.

*Quod si deprecantur nos , valentes ut eam  
nus cum ipsi ad domos eorum , si  
oposuerit nos acquiescere ?*

**RESP.** Si quidem pro ædificatione fidei aliquis iuste posset , si prohaveret ille qui præcept , mittatur. Si vero propter humanaum aliquam gratiam , audiat Dominum dicentem ad illum , qui ei dixit : *Magiſter , permitt me priuium ire , & renunciare his qui in domo sunt . Quia nemo mansuetus manus suam in matrem , & retro respiciens , aperte est regno celorum .* Quod si pro renunciando hoc dictum est volenti ire ut renunciaset , quid dicemus de ceteris ?

## INTERROGATIO XXXIV.

*Unde ergo vagat mens nostra , & co-  
gitationes diversæ ascendunt in cor-  
de nostro ? & quomodo præfatus  
hoc evenerit ?*

**RESP.** Vagatur quidem mens inter-  
dum eriam otio , cum non occupatur in  
necessaria solicitudine ; sed in remissio-  
ne posita & securitate , non credit pra-  
sentem esse Deum , scrutantem corda &  
renes. Si enim hoc crederet , saceret  
quod superius dictum est : *Prouidetum  
Dominum in conspectu suo semper ; quia à  
dextris est mihi , ne causarier . Qui enim  
hoc agit , vel horum similia , neque va-  
gabitur unquam , neque habebit otium  
vanis cogitationibus indulgere ; vel ali-  
quid cogitare , quod non ad ædifica-  
tionem fidei pertineat , & ad aliquam ani-  
mae utilitatem spectet. Quanto magis  
nihil audiabit , quod adversum sit Deo ,  
& non ei placeat , cogitare ?*

## INTERROGATIO XXXV.

*Unde & nocturnaphantasia in boneſta &  
turpes accident nobis ?*

**RESP.** Veniunt quidem haec maximè ex diurnis animæ motibus & actibus , indignis & incongruis. Si enim vacet in iudicis Dei , & expurgetur anima per meditationem legis divinae , & studium verbi Dei ; ibique indefinitem curam gerat , semper requires & scrutans , quid sit quod placeat Deo , talia etiam habebit somnia.

## INTERROGATIO XXXVI.

*Quali affectu debemus infirmis fratribus  
ministrare ?*

**RESP.** Sicut ipsi Domino offerentes  
obsequium , qui dixit : *Quia cum fecisti  
mi ex misericordia ipsius fratribus meis , mihi fe-  
cessi . Expedit autem ad conservandum*

hujuscemodi affectum in obsequiis , ut  
& hi qui obsequia à nobis suscipiunt ,  
tales sint , quibus merito deferri obse-  
quium debeat. Et idcirco oportet eos qui  
præfum , curam gerere , ne hi quibus  
ministratur tales sint , qui earni indu-  
geant & ventri & sed potius in amore  
Dei & Christi ejus probabiles inveniantur , & per patientiam suam ac vita me-  
ritum fratrum mereantur obsequia : ut  
habeantur ad gloriam Christi , & oppro-  
brium diaboli ; sicut fuit & sanctus Job.

## INTERROGATIO XXXVII.

*Cum quasi humiliitate debet quis pascipere  
d fratribus objugum ?*

**RESP.** Sicut servus à domino , & si-  
cut ollendit Petrus Apostolus , cum ei *Jos. 13.*  
Dominus ministrarer. In quo simul etiam  
periculum eorum , qui noluit recipere  
obsequia fratrum , docemur.

## INTERROGATIO XXXVIII.

*Qualem debemus habere charitatem ad  
iuvicem ?*

**RESP.** Qualem Dominus ostendit &  
docuit , dicens : *Dilegit inueni , sicut & *Jos. 1.*  
ego dilexi te , quoniam ut quis animam suam pe-  
nit pro amico fuit .* Si autem & animam  
poni oportet , quanto magis in aliis vo-  
tum & illudum debet ostendi ? Sine dubio  
non leuctum humanæ voluntates ,  
sed secundum illum proleptum , in quo est  
commune omnium propolitum placendi  
Deo.

## INTERROGATIO XXXIX.

*Quomodo poterit quis implere charitatem  
circa proximum suum ?*

**RESP.** Primum quidem metuens judi-  
cium prævaricantis mandatum Domini ;  
quia ipse dixit : *Qui non crediderit filie , non  
habebit vitam : sed ita Dei manet super eum .*  
Tum deinde velut cupiens ad æternam  
vitam pervenire : quia mandatum ejus  
vita æterna est. *Primum autem & magnus *Math. 23.*  
mandatum est : diligere Dominum Deum tuum , &  
ex corde tvo , ex terra mente tua , & ex  
tota anima tua . Secundum vero similius  
diligere proximum tuum sicut te ipsum .* Et si  
quis desiderat similis effici Domino di-  
centi : *Mandatum novum de vobis , ne di-  
ligatis inueni , sicut & ego dilexi vos .* Sed  
& ex communis sensu sentire hoc possuimus : quia si beneficium consequamur à  
fratre , in eo quod diligimur à fratre ,  
debitores ei efficiamur , ut cum merito  
diligamus ; quod etiam inter gentiles ob-  
servari solet , sicut Dominus in Evange-  
lio dicit : *Si diligitis eis , qui vos diligunt , *Luz. 6.*  
qua vobis est gratia & peccatores &  
gentiles .*

*gentiles, diligentes se diligunt. Si autem in aliquo vel laedit nos, vel adversatur quis, hunc non solum propter mandatum, sed & propter hoc ipsum, quia plus nobis praelat in quo laedit, diligere debemus. Siquidem credimus Dominum dicentes: Beati es tu exprobramus nos & persequentes, & dicent omnes malum adversum nos, meurientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in celis.*

Math. 5.

#### INTERROGATIO XL.

*Urgue ad quae verba otiosus sermo jucicabatur?*

**RESP.** Generaliter omnis sermo, qui non proficit ad aliquam gratiam fidei Christi, otiosus est: & tantum est periculum hujuscemodi sermonis, ut etiam si bonum esse videatur quod dicitur, & ad edificationem fidei tamen non pertineat; non in sermonis bonitate ille qui locutus est, periculum effugiat; sed in eo, quod non proficit ad edificationem sermo prolaus, contristat Spiritum sanctum Dei. Hoc enim manifeste demonstrat Apostolus, dicens: *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut sit gratianus audientibus.* Et super haec adjicit: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo gratia estis, in die redemptoris.* Quo utique gravius malum nullum esse poterit.

Ephes. 4.

## INTERROGATIO XLI.

*Quis est maledicent, id est nuditus.*

**RESP.** Omnis sermo, qui ob hoc profertur, ut infamet aliquem, vel deroget, vel male commendet. maledicent est; etiam si videatur non esse injurious. Et hoc manifestum est ex sententia Evangelii, cum dicit de Iudeis: *Quia maledixerant eum, dicentes: Tu es discepsus ejus.*

Jude. 9.

## INTERROGATIO XLII.

*Quid est detracatio, vel derogatio?*

**RESP.** Duas opinor esse causas, in quibus licet alicui dicere & retrahere aliena mala. Si quando consilium habere necesse est cum ceteris, qui in hoc ipsum videntur assimi, quomodo corrigitur is qui peccavit, vel mali aliquid egit. Et rursum, si quando necesse est præveniri aliquem & commoneri, ne forte incurvat in confortium allieus mali, dum cum putat esse bonum. Quia Ap-

2. Thes. 3. postolus dicit: *Nolite commiseri cum bas-  
terio. Item in Salomonem: Noli manere  
cum homine iracundo: ne forte vias ejus di-  
ficias, & sanas laqueum anima tua.* Quod

*Cod. Regul. Tom. I.*

& ipsum Apostolum fecisse invenimus, per hoc quod scribit ad Timothem, dicens: *Alexander aravis multa mali offendit; quem tu quoque devita. Valde enim refuit nostris sermonibus.* Prater hujuscemodi autem necessitates, quicunque dicit aliquid adversus alium, ut vel deroget ei, vel obtrahet, illud est detracere: etiam si vera esse vidcantur quæ dicit.

#### INTERROGATIO XLIII.

*Qui detrahit fratrem, aut audit detractionem, & patitur, quid dignus est?*

**RESP.** Excommunicari debet. *Detra-  
bentem, inquit, occulte adversus proximum  
sum: hunc persequitur: Et alibi dictum  
est: Noli libenter audire detractionem: ne  
forte traducaris.*

#### INTERROGATIO XLIV.

*Quod si de eo qui praesit gaudi detraxerit,  
quomodo cum observabimus?*

**RESP.** Et in hoc manifestum est iudicium iracundie Dei, quæ facta est super Mariam, cum detraxit de Moyse, & peccatum eius nec ipso quidem Moy-  
se orante inultum esse Deus permisit.

#### INTERROGATIO XLV.

*Si quis acerbiori sermone, vel in solen-  
tiori voce respondet; & admonitus  
dicat; quia nibil multi habebat in cor-  
de; si oportet ei credere?*

**RESP.** Non omnes animis passiones manifeste sunt omnibus, nec ipsis quidem qui patiuntur eas. Sicut enim sapientioribus medicis signa quaedam dantur abicona & occulta ex corporum motibus, quæ ipsos, qui patiuntur, efflu-  
gunt & latent; ita etiam in anima sunt quaedam virtus, etiam si non sentit ille, qui peccat. Sed credere oportet Domi-  
no, dicenti: *Quia natus bonus de malo* Matth. 19. *thesauris cordis sui proferat mala.* Et ideo non potest fieri, ut malus de corde ma-  
lio bonum proferat sermonem; nec bonus de bono corde malum proferat ver-  
bum. Sed interdum quidem potest esse mali cordis bonitas simulata: bonum autem cor, malum non potest simulare. Dicit enim Apostolus: *Quia providemus Rom. 13.  
bona, non saltem coram Deo, sed etiam co-  
rre bonum.*

#### INTERROGATIO XLVI.

*Quomodo possit aliquis non trahi?*

**RESP.** Si Deum omnia credat inspicere, & Dominum præsentem semper in-  
tueatur: quoniam quidem neque is qui judici suo subjectus est, auctor est in

L 2

oculis

## REGULA

oculis judicis sui aliquid sive indignationis ostendere, id est, cum non ipse sibi alios putat esse subiectos, sed se preparat ad alterius obedientiam: hoc est enim omnes ducere superiores sibi. Si enim non ad suos usus: vel ad suam utilitatem obedire sibi querit eos, qui obediunt; scire debet, quoniam sermo Domini unumquemque docet alii obsequi, vel ministrare. Ob quod, etiam si videt aliquem mandatum Domini præterire, non ira erga eum moveatur, sed miseratione & compassione; secundum eum qui dicit: *Quis infirmatur, & ego sanifico eum?*

10. Cor. 13.

## INTERROGATIO XLVII.

*Quis est mansuetus?*

RESP. Qui non transfertur à iudicio suis, quibus statuit vel studet Deo placere.

## INTERROGATIO XLVIII.

*Quomodo quis non vivatur in voluptate, & libidine ciborum?*

RESP. Si flatuat expetendum esse, non id quod delectat, sed id quod expedit; & quod utui, non voluptati, sufficiat.

## INTERROGATIO XLIX.

*Quomodo excidens vitium mali defiderit.*

RESP. Desiderio meliore: si magis ignitor & accendimus ad amorem Dei, secundum illum qui dicit: *Elegimus Domini ignoramus eum.* Et: *Judicia Domini vera, iustificata in semetipsa: desiderabilis super eum & lapidem pretiosum nunc mulsum, & dulcior super mel & ferum.* Semper enim desiderium meliorum, si in opere sit & in re, & possideat totos animos nostros, atque eorum quae desideramus perfici contendamus, contemnere nos facit & despiciere inferiora; sicut docuerunt nos omnes sancti: quanto magis ea quae malia sunt & turpia?

RESP. Secundum Deum est tristitia, cum pro mandati negligentia vel prævaricatione tristiamur, secundum quod scriptum est. *Tristitia tenuit me pro peccatis dereliquentibus legem tuam.* Secundi autem tristitia est, cum ob aliquid de rebus humanis, vel quae ad seculum pertinent, contristamur.

## INTERROGATIO L.

*Quae est tristitia secundum Deum, & quae est secundum seculum?*

2. Cor. 7.  
Phil. 1:12.

RESP. Secundum Deum est tristitia, cum pro mandati negligentia vel prævaricatione tristiamur, secundum quod scriptum est. *Tristitia tenuit me pro peccatis dereliquentibus legem tuam.* Secundi autem tristitia est, cum ob aliquid de rebus humanis, vel quae ad seculum pertinent, contristamur.

## INTERROGATIO LI.

*Quae sunt in Domino gaudia, vel quid facientes gaudere debemus?*

RESP. Si quæ secundum mandatum Domini gerimus, vel in gloria Dei agimus, hoc est in Domino gaudium: vel cum pro nomine Domini aliquid patimur & gaudemus; vel aliis recte agentibus congratularum.

## INTERROGATIO LII.

*Quod lugere debemus, ut beatitudinem consolationis consequi mereamur?*

RESP. Cum illa interrogatio, in qua expoſimus, quæ est secundum Deum tristitia, etiam illa interrogatio continetur: id est, si pro peccatis lugemus, vel si eos dilectemus, qui per prævaricationem legis Deum inboronant: vel propter eos, qui periclitantur in peccato. *Quia anima quae peccaveruſ, ipsa Exech. 18: morietur:* secundum illum qui dixit: *Et si. Cor. 14: lugem multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam.*

## INTERROGATIO LIII.

*Si ex toto ridere non licet?*

RESP. Cum Dominus eos, qui non tace. 6. rident, condemnat, manifestum est, quia nunquam tempus est ritus fidei animæ: & maximè cum plurimi sint, qui per prævaricationem legis Deum non honorent, & in peccatis suis moriantur; pro quibus tristari inclinenter convenit & lugere.

## INTERROGATIO LIV.

*Quae est sollicitudo secularis?*

RESP. Omnis sollicitudo animi, etiam si nihil habere videantur illicitum, tamen si non ad religionem pertinet & ad virtutem secularis est.

## INTERROGATIO LV.

*Unde accidit nobis importunè dormitare? & quomodo hoc possumus abjecere?*

RESP. Evenit quidem importunè dormitare, cum languidior est anima erga Deum, & memoriam Dei; & cum jugiciorum ejus eam incœpit oblivio. Abjecere autem id possumus, cum dignam de eo assumpsimus cogitationem, & ad voluntatem ejus extendimus desideria nostra; secundum illum qui dixit: *Si de Phil. 1:12: ders sumum seculum meum, & palpebris meis dormitionem, & requiem temporibus meis; si quequo inveniam locum Domine, & tabernaculum Dei Jacob.*

INTER-

## INTERROGATIO LVI.

*Quomodo quis ad gloriam Dei facit omnia?*

RESP. Cum omnia propter Deum, vel ex mandato Dei facimus, & in nullo fecit nos horum laudes, & in omnibus meminimus Domini dicentes: *Læcer lux vestra caram dominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in celo est.*

Matth. 5.

## INTERROGATIO LVII.

*Quomodo manducet quis & bibit in gloriam Dei?*

RESP. Si in memoria habeat eum, à quo perficitur, Deum: & si non solum anima, verum etiam corpore per singula contescetur, se ei gratias agere, & non fecurum manducare; sed quasi operarium Dei ab ipso refici, ad hoc, ut ad laborem, vel expletione sufficiat mandatorum.

## INTERROGATIO LVIII.

*Quomodo faciat dextera, qua non cognoscit sinistra?*

RESP. Cum intenta mente, & fixo desiderio placendi Deo, agimus opera Dei, & omni sollicitudine constringimur, ne decidamus à via recta, & ab opere legitimo; tunc nullius profus extrinsecus, neque membra nostri aliquid percipiimus cogitationem, nisi solum Dei, & ejus operis quod complemus. Tanguam si artifex faciens vas aliquod, indolenter & ejus meminit, qui opus injunxit; & vas quod verlat in manibus, si recte & fabice veniat, intuetur.

## INTERROGATIO LIX.

*Quomodo apparebit eis, qui dominibus vult placere?*

RESP. Cum presentibus quidem illis, qui laudent possunt, agit aliquid operis boni: nullo autem tali præiente, vel etiam illis qui vituperare possunt, adstantibus, segnis & pigror est in opere. Si enim Domino placere vellet, semper utique & in omni loco idem esset, atque eadem gereret: adimplens illud quod dictum est: *Per arma justitia, & dextris & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam; ut sedulores, & veraces.*

1. Cor. 6.

## INTERROGATIO LX.

*Quomodo quis effugiet vitium dominibus placendi, vel captandi laudem ab omnibus?*

RESP. Si certus sit de praesentia Dei, & fixam habeat sollicitudinem Deo pla-

cendi; & multo desiderio teneatur earum beatitudinum, quæ à Domino re-promissæ sunt. Non enim oportet sub praesentia Dei placere conservis, ad injuriam Domini, & ad sui perniciem; non Domino sed conservorum nutibus intuentem.

## INTERROGATIO LXI.

*Quomodo intelligitur superbus? vel quomodo curatur?*

RESP. Intelligitur quidem ex eo, quoniam ea, quæ eminentiora sunt, querit. Curatur autem, si credit fententie ejus, qui dixit: *Deus superbus regit.* Illud fane sciendum est, quod quomodo quis timeat damnationem superbie, impossibile est curari hoc vitium, nisi abstrahat se, & secedat ab omnibus occasionibus elatiois: sicut impossibile est extingui linguæ alicuius vel gentis loquaciam, vel artificium aliquod, nisi quis omni genere se penitus abstrahat, non solum ab agendo, vel loquendo, vel movendo; sed etiam audiendo eos, qui loquuntur; vel videndo eos, qui agunt id, quod obliuisci cupit. Et hoc observandum est de omnibus vitiis.

## INTERROGATIO LXII.

*Quid est humilitas? & quomodo eandem implere possumus?*

RESP. Humilitas quidem est hæc, ut omnes homines ait unum superiores nobis, secundum definitionem Apostoli. Phil. 2: Implere autem id possumus, si memor res fuerimus Domini dicentes: *Dilecti à Matth. 18: me, qui mansuetus sum, & humilis corde: quod in mulier scipè & ostendit & docuit.* Et credere debemus promittenti: *Quia qui se humiliaverit, exaltabitur.* De Luc. 18: inde, ut indolenter & absque ulla celsatione in omnibus actibus, & in omni negotio humiliores ceteris inveniri studeamus, & in hoc exercitium nostrum ponamus. Vix enim sic poterimus pri-  
stina à nobis arrogantia abolere memoria, & affectum humilitatis assumere, sicut etiam in artificio fieri solet. Idemque modus erit etiam in ceteris virtutibus obtinendis, quæ ex mandato Domini nostri JEsu Christi veniunt.

## INTERROGATIO LXIII.

*Si oportet honorem querere?*

RESP. Reddere quidem, cui honorem, honorem edociti sumus: requirere autem honorem prohibiti, Domino dicente: *Quomodo patetis credere, gloriam Rom. 13: querentes ab invicem: & gloriam qua est ab Iohann. 5: uno Ego, non queritis?* Itaque requirere ab omnibus gloriam vel honorem, in-dicium

**Gel. 1.** dicum est infidelitatis, & alienos nos esse à pietate Dei, maximè cùm & Apostolus dicat: *Si alios hominibus placere vellem, Christi servus non essem;* Si ergo hi, qui ab hominibus gloriam vel honorem sibi oblatum suscipiunt, ita condemnantur: hi qui nec oblatum quidem requirunt, quali iudicio digni sunt?

## INTERROGATIO LXIV.

*Quomodo invicem obaudire debemus?*

**Matt. 20.** Resp. Sicut servi dominis, secundum quod præcepit Dominus: *Quia qui vult in eob esse magnus, siar omnium novissimus, & omnium servus.* Quibus addidit, ut magis nos inclinet ad humilitatem: *sicut filius hominis non venit manifestari, sed manifestare.* Sed & aliud quod ab Apostolo dicitur est: *Per charitatem spiritus servire invicem.*

**Gel. 5.**

## INTERROGATIO LXV.

*Uigilie ad quae modum obaudire aportet eum, qui placendū Deo implere regulam cupit?*

**Phil. 2.** Resp. Apostolus ostendit, proponens nobis obedientiam Domini: *Qui factus est, inquit, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Et prædictit: *Hoc sentire in vobis, quod & in Christo Iesu.*

**Prov. 10.**

**1. Cor. 3.**

## INTERROGATIO LXVI.

*Qui piger est erga mandatum, quomodo potest industrinus & vigilans essi?*

Resp. Si certus sit, præsentiam Domini Dei ubique esse, & omnia intueri: & comminationem illam, que adversus pigrum prulata est, ante oculos habeat, & ipsum multæ retributionis Dei, qui reprobavit per Paulum Apostolum dicens: *Quia unusquisque propriam mercedem accipit secundum suam laborem:* & si qua similia in scripturis fandis inveniuntur, que de labore patientiæ & operum sollicitudine ad Dei gloriam referuntur.

## INTERROGATIO LXVII.

*Si quis non contentus est, quotidie sibi aliquid injungi de his, qua pro mandato Dei incidunt; sed artificium vult discere; quali vitio agrotat? aut si aportet ei acquiscere?*

**Ecc. 12.**

Resp. Ille talis & presumptor est, & sibi placens, & infidelis, qui non timet sententiam Domini dicens: *Este parati i quia hora qua non patatis, filius hominis vener.* Si enim quotidie expectat quis Dominum, follicitus est & trepidus, quomodo præfentem diem non transeat otiosus, & nihil amplius querit. Si autem

imperatur ei artificium discere, obedientie suæ habeat lucrum, & in hoc placeat Deo; & non in eo, quod sibi placet, affunat iudicium.

## INTERROGATIO LXVIII.

*Si quis industrinus sit & promptus ad iusplenda mandata; egat autem, non quod ei injungitur, sed quod ipse vult; quam mercedem habebit?*

Resp. Merces ejus illa ipsa est, quod sibi placet. Cùm autem Apostolus dicat: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat Rom. 15 in bono ad auxiliandum.* Et ut amplius inclinaret & constringeret audientes, addidit dicens: *Quia ipse Christus non fecit placitum.* Scire debet unusquisque periculum suum esse in eo, quod vult sibi placere: simul enim inobedientia inventur.

## INTERROGATIO LXIX.

*Si licet alicui excusare opus quod ei injungitur & aliud querere?*

Resp. Cùm definitum sit, mensuram obedientie usque ad mortem esse, qui devitat hoc, quod ei injungitur, & aliud querit, primò omnium inobedientia reus est, & manicité ostenditur, qui nondum negavit semetipsum. Deinde multorum malorum causa elicetur tam sibi quam etiam ceteris: quia aditum contradictionis pluribus aperit, & se ipsum ad contradicendum insuetus: & cum non possint singuli discernere, quod melius est & eligere, potest fieri, si talis est licentia, ut aliquid quod deterius est, eligit. Tum deinde etiam suspicione dabit fratribus, quod passione aliqua, vel ad opus illud quod eligit, astringatur; vel certè erga eos, cum quibus necesse est operari. Itaque omni modo non obediens, multorum malorum causa est & radix. Si autem ratio est aliqua, qua sibi rectè excusat videatur opus illud, quod excusat, exponat hanc ipsam causam huic, qui praest, & relinquat ejus iudicio; ut ipse probet, si excusatione dignum est, quod allegat.

## INTERROGATIO LXX.

*Si injunctum fuerit aliquid fratri, & contradixerit; postea autem sua sponte obedierit, quid est?*

Resp. In eo quod contradixit, quasi non obtemperans judicandus est, & velut exteros ad simile concitans malum. In quo sciat fe illi sententie obnoxium, que dixit: *Contradicentes sufficiat omnis mens Prog. 17. lus: Dominus autem Angelum immiserit ei.* Cùm autem certus sit, quia non homini obtemperat, sed Domino dicenti:

*Lec. 10.* dicenti : *Quia qui audit vos, me audit : & qui spernit vos, me spernit ; si compunctus est recordatione mandati, prius fastidiat ; & ita, si permittitur, quod injunctum est impleat.*

## INTERROGATIO LXXI.

*Si autem obediens quis murmuresset ?*

*Pul. 2.* *RESP.* Apostolo dicente : *Omnis facie sine murmurazione & hostilitate ; alienus sit à fratre unitate, qui murmurat, & opus ejus abiecit. Manifestum enim est, iste qui talis est, quia infidelitate agrotat, & certum future spei fiduciam non gerit.*

## INTERROGATIO LXXII.

*Si frater fratrem contriflaverit, quomodo debet emendari ?*

*L. Cor. 7.* *RESP.* Si quidem contristaverit, sicut Apollorus dicit : *Contristatus enim es sis, ut in nullo detrimentum patremini ex nobis ; non ille qui contristavit emendari debet, sed ille qui contristatus est ; & indicia ejus tristitia, quæ secundum Deum est, debet ostendere. Si vero indifferenter conterstavit, id est, non secundum Deum, memor sit is, qui conterstavit, Apostoli dicens : Si autem propter osq[ue]am fratrem tuus contristaverit, jam non secundum charitatem ambulas. Et cum cognoverit tale delictum esse tuum, implete illud quod à Dominu dictum est : Si offeras manus tuas ad altare, & recordans factum ibi, quia frater tuus habet aliquid adversus te ; relinque ibi manus tuas ante altare, & vade prout reconciliari fratri tuo ; & tunc veniens offeres manus tuas.*

*Rom. 14.**Matt. 5.*

## INTERROGATIO LXXIII.

*Quid si non acquiescat ut satisficiat, quid agendum est ?*

*Matt. 18.* *RESP.* Implore debemus in eo illud, quod à Domino dictum est de eo, qui peccavit, & non egit penitentiam, cùm dixit : *Si autem Ecclesia non audierit, sit tibi sicar genitus & publicanus.*

## INTERROGATIO LXXIV.

*Quid si satisficiente eo qui contristaverit, voluerit reconciliari is, qui contristatus est ?*

*Matt. 18.* *RESP.* Manifesta est de hoc Domini sententia, qua refertur in illa parabola de servo, qui rogatus est à conservo suo, & noluit patienter agere : *Ei videntes, inquit, conservi renuntiaverunt Domino suo.* Itatus autem Dominus revocavit omnem gratiam, quam concesserat debiti, & tradidit eum tortoribus, usquequo redderet omne debitum.

## INTERROGATIO LXXV.

*Quomodo quis debet babere eum, qui ad orationem suscitat fratres ?*

*RESP.* Si quis cognoscit damnum, quod de somno patitur, cùm neque sui ipsius sensum habet ; & intelligit quantum sit lucrum vigiliarum, & præcipue cùm vigilat ad glorificandum Deum in orationibus ; ita debet habere eum, qui ad hoc se invitat, & suscitat dormientem, tanquam eum, per quem diuina lucra & cœlestia dona consequitur ; sive is ad orationem, sive ad aliud quocunque mandatum Dei invitat & provocat.

## INTERROGATIO LXXVI.

*Quid si contristatur ille qui excitatur, aut etiam si irascitur, quid dignus est ?*

*RESP.* Interim excommunicari debet, & non manducare ; si fortè compunctus agnoscat, quantis & qualibus bonis semetipsum insipienter defraudet, & ita conversus recipiat gratiam ; ejus in se affectum sumens, qui dixit : *Menstrui fui Dei, & delectatus sum.* Quod si permanferit in stultitia, non intelligens gratiam, abducatur tanquam putrefactum membrum à corpore. Scriptum est enim : *Quia expedit ut perfreat unum membrorum tuorum, & non omne corpus tuum mutetur in gehennam.*

## INTERROGATIO LXXVII.

*Quid est, Nolite judicare, ut non judicemini : nolite condemnare, ut non condemnemini ?*

*RESP.* Cùm Dominus aliquando dicit : *Nolite judicare, ut non judicemini :* aliquando verò : *Justum iudicium judecate :* non utique omni modo prohibet iudicandi facultatem ; sed differentiam iudicij nostræ nus docet, ut sciamus, in quibus oporteat non iudicare, & in quibus non. De hoc autem manifeste nobis Apostolus tradidit, dicens de his causis, quæ in uniuscujusque arbitrio esse debent : *Tu autem quare iudicas fratrem tuum ? Rom. 14.* Et iterum : *Non ergo invicem iudicemus.* In his vero actibus, qui aperte Deo non placent, notat eos qui non iudicant, & ipse suam sententiam prodit per haec quæ dicit : *Ego quidem sicut absens corpore, praesens autem spiritu, jam iudicavi tanquam praesens eum, qui bac operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & me spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi ; tradere būjucemodi bominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.* Si quid itaque

*L. Cor. 15,**John. 5,**Matth. 7,*

itaque in nostra potestate vel auctrio possumus & insertum est, non oportet de his judicare fratrem, secundum hoc quod Apostolus dicit, tanquam de his quae ignorantur: *Itaque nolite ante tempus quod iudicare, nequequem venientem Dominum, qui illuminat oscula tenebrarum, & manifestabit carnalia cordium.* Dei autem iudicia vindicare omni modo necessarium est; ne forte & nos famili ira absorbemur, si quid sciamus erga peccantes, & filemamus. Nisi forte quis eadem faciens, fiduciam non habeat arguendi, neque auctoritatem judicandi fratrem, Dominus non dicente: *Fige primus fratrem de oculo tuo, & tunc videbis ejusdem frustam de oculo fratris tui.*

Matth. 7.

## INTERROGATIO LXXVIII

*Quomodo intelligitur quis, si zelo Dei moveatur adversus peccantem fratrem, aut a propria iracundia;*

RESP. Si ad omne peccatum fratris patitur illud, quod scriptum est: *Consumpsit me zelus domus tua, quoniam oblitus fuit verbum tuorum iuniorum nostrorum.* Manifestus est enim & in hoc Dei zelus. Veruntamen etiam in his oportet prudenter omnia dispensari. Si ergo hunc affectum, etiam antea non habuit in animo suo, motus suos sciat magis ex passione, quam ex Deo descendere; & in nullo posse officium pietatis implere.

Psal. 33.

## INTERROGATIO LXXIX.

*Dicunt quidam, quia impossibile est non irasci bonum.*

RESP. Sicut nec possibile est militi in conspectu sui regis irasci. Sed nec sic quidem habebit rationem hoc quod dicitur. Humanus enim vultus ejusdem formae hominis ad hominem propter unitatem naturae, ubi cum sola sit dignitatis eminentia, tamen prohibet passionem; quanto magis Deus, quem certi sumus etiam cordi nostro praesentem, & omnes motus nostros inspicere? Cujus manifestum est quanta sit eminentia, etiam hoc ipso, quod scrutatur corda & renes, & videt motus anime.

## INTERROGATIO LXXX.

*Si oportet ire quocunque, non conuenito eo qui praest?*

Joh. 5.

RESP. Cum Dominus dicat: *Non enim veni ut a me faciam quidquam, sed ab illo, qui me misit:* quanto magis unusquisque nostrum sibi permittere nihil debet? Qui enim sua auctoritate aliquid agit, manifestissime superbia mortbo detinetur: & subjectus est illi sententia, quae dicitur: *Quod in boniibus superbum est, abominatio-*

Lec. 16.

*est in conspectu Dei.* Sed in omnibus sua sponte vel auctoritate aliquid agere, culpabile est.

## INTERROGATIO LXXXI.

*Si omnino volenti literas discere, vel letationi vacare, indulgeendum est?*

Gal. 5.

RESP. Apostolo dicente: *ut non que voluntatis, ea factatis:* in omni negotio sua voluntate permittere unumquinq[ue] agere, perniciolum est: sed oportet illud luscipere, quod ab his qui presumunt injunguntur, etiam contra voluntatem fit ejus, cui injungitur; secundum Domini exemplum, dicentis: *Pater, non mea voluntas, sed tua fiat.*

Lec. 21.

## INTERROGATIO LXXXII.

*Si licet unicuique vitare opus, quod gratus videtur?*

RESP. Qui fideliter & purè Deum diligit, & certus est de retributione Domini, ne sufficere libi putat ea, quae injunguntur; sed semper augmenta operis quarit, & majora quam injunguntur, desiderat & exoptat, etiam supra vires videatur esse, quod facit. Nec aliquando securus est, tanquam opere expleto; sed è contrario sollicitus est & anxius, tanquam qui nihil digni praeceptis Evangelicis egerit: memori illius Dominicis sermonis dicens: *Cum autem feceritis omnia quacunque præcipio vobis, tunc dicetis; servi vestras sumus;* quod debimus facere, fecimus. Sed & imitabimur Apostolum: cui cùm mundus esset crucifixus, & ipse mundo, erubetit dicere: *Quia ego meipsum nondum afflito apprehendere: numquid autem, ea quidam que retro sunt oblitussem, ad ea autem, que ante me sunt, me extendens, secundum præceptum sequar ad palmarum superiore vocacionis Domini in Christo Iesu?* Et qui cùm haberet potestatem, ut Evangelium annunciasse de Evangelio viveret: *Magis in labore & fatigantibus, loquit, nocte ac die operans vixi. Non quia non habemus potestatem: sed ut nos formam daremus vobis, ad imitandum nos.* Quia cùm ita sint, quis ita stultus est vel infidelis, ut putet se majoribus quam debet oneribus pregravari, cùm in hoc quod mensura poterit, nondum possit impletare?

## INTERROGATIO LXXXIII.

*Quomodo quis promptus fiat etiam ad pericula propter mandatum Domini?*

RESP. Primo quidem, ut consideret quia & ipse Dominus obediens Patri pro nobis usque ad mortem: & certus sit, quia maledictum Domini in vita eterna est, sicut scriptum est. Tunc deinde etiam, ut credat Domino dicenti: *Quia quisca-*

Joh. 15.

quicunque voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & propter Evangelium, salvam faciet eam.

## INTERROGATIO LXXXIV.

*Cum quilibet affectu obedire oportet ei, qui nos ad opus mandati cohortatur?*

RESP. Eo affectu, quo esuriens parvulus nutrici obedit ad ubera invitanti: vel quo affectu omnis homo suscipit ab aliquo ea, quae ad vitam pertinent, imo & si quid amplius: pro eo, quod multo est pretiosior futura vita, quam praesens; sicut & Dominus dixit: *Quis mandata mea vita aeterna sunt.* Sieut ergo praesens vita constat in cibo panis, ita aeterna vita constat in opere mandati: sieut ipse Dominus iterum dicit: *Mens cibis est, ne faciam voluntatem ejus, qui me misit, Patri.*

Joh. 16:1

Jean. 4.

## INTERROGATIO LXXXV.

*Quali animo debet esse quis pro hoc ipso, quod dignus habitus est in opere Dei inventari?*

RESP. Eo quo erat ille qui dicebat: *Quis ego sum Domine?* aut que est domus patris mei? quoniam dilexisti me! Explens per singula id, quod scriptum est: *Gratias agentes Deo Patri, qui idem nos fecit in partem foris sanctorum in lumine: qui & liberavit nos de penitentiis tenerarum, & translatus in regnum filii claritatis sua.*

8. Reg. 7.

Calof. 2.

## INTERROGATIO LXXXVI.

*Quomodo debent bi, qui processerunt in labore operis Dei, instruire vel inducere eos, qui supercedunt?*

RESP. Si quidem corpore adhuc vegeti sunt per hoc quod impinguè ad cuncta habilitatis officia semetipos paratos exhibent, edificant eos, & formam eis utiliē ad omnem profectum præstant. Si vero infirmiores sunt corpore, per hoc quod ostendunt eis, se in omnibus vel actibus, vel motibus, vel etiam ipso vultu, Dei semper habere & cogitare presentiam, sed & in his, quæ ab Apostolo enumerata sunt, specialibus charitatis affectibus, quibus ait: *Charitas patientia est, & benigna est: non relaxans, non agit perperam, non inflatur, non debonet, non querit quia sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniuriam, congaudet autem veritatem: omnia suffert, omnia sperat, omnia patient: charitas nunquam occidit.* Hæc enim omnia etiam in infimo corpore impleri possibile est.

2. Cor. 13.

Cod. Regul. Tom. I.

## INTERROGATIO LXXXVII.

*Si dicat quis; Volo apud vos parum aliquid temporis facere, ut proficiam ex vobis; si oportet eum sacrifici?*

RESP. Domino pronuntiante: *Quis venientem ad me non eiçiam foras: & Apolo nihilominus dicente: Propter subintroitum dulces autem falsos fratres, qui subintroirent explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu: quibus nec ad beram ceſſimus subjectionis: ne veritas Evangelii permaneat apud vos: concedi quidem ei convenit ingressum, propter incertos exitus rerum.* Interdum enim potest fieri, ut per tempus proficiat, & deleatetur sanctitate vitæ, & permaneat in cœptis; sicut & frequenter factum scimus. Sed & ut manifesta fiat veritas institutionum nostrarū, de quibus fortassis homines alter opinantur. Oportet tamen circa eum cantius agi, & diligenter; ut sine in veritate permaneat, vel proficiat; sine institutionum nostrarum libertas exploretur, probabilis inveniatur & pura. Ita namque & nos Deo placebimus; & ille, aut proficiet, si verax est; aut si simulacrum est, erubescet.

## INTERROGATIO LXXXVIII.

*Si quis supra vires vult abstinerre, ita etiam, ut in opere mandatorum impediatur per nimietatem abstinentia; si oportet ei concedi?*

RSP. Interrogatio vestra non mihi videtur competenter adhibita. Non enim continentiam in cibis solum esse diximus: nam hæc ab Apostolo Paulo etiam culpabilis invenitur, si non cum fide & ratione fiat, cum dicit: *Abstinentes se à t. Tim. 4: cibis, quos Deus crevit.* Sed illam diximus esse perfectam continentiam, qua se quis à prioribus suis voluptatibus continet. Quantum autem habeat periculi, qui voluntatem propriam vult facere, & non Domini, certum est ex his, quæ Apostolus dicit: *Facientes voluntarem car. Epib. 2: nisi cogitationem, eramus natura filii ira, sicut & casti.*

## INTERROGATIO LXXXIX.

*Qui satis jejunat, & in refectione non potest communem cibum cum omnibus sumere; quid magis eligere debet, jejunare cum fratribus, & cum ipsis reficeri; aut propter majora jejunia alias cibos requiri?*

RESP. Jejunii mensura non debet ex uniuscujusque voluntate pendere, sed ex iussu & institutione eorum, qui communiter Deo serviant: sicut & illorum la omniis unanimitas & consonantia refertur,

M

fertilis,

**AD. 4.** fertur, qui in Actibus Apostolorum, cor & animam unam habuisse signantur. Si quis ergo rationabiliter & fideliciter jejunat, etiam virtutem, ut sufflinere possit, à Domino consequitur: *Fidelis enim est, qui reprehendit.*

**AD. 10.**

**INTERROGATIO XC.**  
*Quemodo oportet jejunare, cum necessarium jejunium injungitur; si aliquando aliquid quod religio depositit, excludendum est, tanquam ex necessitate, an voluntariè?*

**RESP.** Domino dicente: *Beati qui esurientes & sitiunt iustitiam: omne quod ad religionem pertinet, nisi ex proposito & devotione fiat, periculum generat. Debet ergo jejunio sociari devotio. Quia autem necessarium sit jejunium in talibus quibusque causis, & maximè cùm desideramus aliquid impetrare à Domino, etiam sanctus Apostolus docet; qui inter ceteras suas virtutes addidit etiam hoc,*

**AD. 11.** *Quae in jejunio frequenter.*

**INTERROGATIO XCI.**  
*Qui non vult ipsis cibis vesti, ex quibus fratres reficiuntur, sed alios requirit, si rectè facit?*

**RESP.** Specialiter hoc ipsum, quærente cibum, est contra mandatum Domini, dicentis: *Nolite querere quid mandauistis, vel quid bibatis. Et ut nos magis attentos saceret ad ea quæ dicebat addidit: Hoc enim gentes inquirent. Sanè debet sollicitudo ejus esse qui p̄ficit, ut implet illud quod scriptum est: *Dividit enim unicus secundum id quod sp̄s erat.**

**INTERROGATIO XCII.**  
*Qui dicit; quia latit me hoc, & contristatur, si ei alius cibis non fuerit datus, qualis est?*

**RESP.** Apparet quia hic non est fixus in spe illa, quam Eleazarus habuit; nec telle charitate ejus qui p̄ficit, & sollicitudinem tam fui quam omnium gerit, certus est. Veruntamen absolute neque de his quæ hedunt, neque de his quæ profunt, permittitur unicuique iudicio suo vel voluntate aliquid agere; sed ejus qui p̄ficit iudicio committendum est, ut unicuique, prout res vel necessitas expedit, consulat: prīmō omnium in his, quæ animæ profunt; tunc deinde secundo loco etiam, ut in corporalibus usibus secundum Dei voluntatem moderetur.

**INTERROGATIO XCIII.**  
*Si verò etiam quis murmuraret propter escam, qua erga eum sententia servabatur?*

**RESP.** Ea quæ circa illos, qui murmuraverunt in deserto. Dicit enim Apostolus: *Ne murmuraveritis, sicut quidam i. Cor. 10. eorum murmuraverunt, & perierunt ab extermine.*

**INTERROGATIO XCIV.**  
*Si oportet eum qui plus laborat, requiri plus aliquid à consuetudine?*

**RESP.** Si propter retributionem Dei laborem sufficit, non h̄c requirere debet laboris ful mercedem vel requiem, sed pro his ad promissa Domini festinare: sciens, quia sicut pro laboribus mercedes paravit Dominus, ita etiam pro angustiis consolationes. Veruntamen hi qui profunt, observabunt regulam, quæ dicit: *Dividebas unicus prout sp̄s erat.* **AD. 4.** Debent enim unumquemque prævenire, ut secundum laborem etiam solatia reflectionis inveniat.

**INTERROGATIO XCV.**  
*Quali affectu oportet accipere vel vestimentum, vel calceamentum, qualicumque fuerit?*

**RESP.** Siquidem breve aut grande est, ad mensuram statuꝝ suꝝ hoc judicare debet, sed cum omni verecundia & mansuetudine. Si verò pro abjectiori & viliori movetur, aut quia non est novum, meminerit mandati Domini, dicentis: *Quis dignus est, non quicunque, sed sp̄s Lxx. 10. ratus mercede sua. Discutat seipsum, si dignè operatus est opera Dei, & adimplerit omoia, quæcumque præcepta sunt; & tunc non aliud requireret, sed de eo ipso quod ei datur, adhuc erit sollicitus, quia super suum meritum accipit. Hoc enim quod esca dictum est, etiam de omni re, quæ ad usus corporis pertinet, eadem forma servari potest.*

**INTERROGATIO XCVI.**  
*Si quis iratus fuerit, nolens accipere aliquid eorum, qua ad usum probantur?*

**RESP.** Iste talis dignus est, etiam ut si querat non accipiat, usquequo proberet is qui p̄ficit: & cùm viderit vitium animi curatum, tunc etiam quod corporis usibus necessarium fuerit, præbebit.

## INTERROGATIO XCVII.

*Si necesse est omnes convenire ad baram prandii, eum qui remanet, & post venit, quomodo transfigimus?*

RESP. Si quidem necessitate vel loci vel operis remanet à communī ordine, qui praest probabit, & ignoscet. Si vero cū posset, non satis egit occurrere, fateatur culpam negligentie fure, & inaneat sine cibo, usque ad illam horam, qua convenitur ad cibum. In posterum diem.

## INTERROGATIO XCVIII.

*Panperes venientes ad oīum & petentes, quomodo dimittimus? Et si debet unusquisque porrigit pūnem, vel quodcumque aliud; aut oportet hoc ad eum qui praest, pertinere?*

RESP. Cū Dominus dixerit: *Non* Matth. 15. *est bonum tollere panem filiorum, & misteriū cibūs; sed & canes manducare de misce, que cadunt de mensa puerorum, libenter accipiunt: is cui dispensatio injuncta est, cum confideratione debet hoc facere. Si quis autem prater illius voluntatem facere hoc prafumit, tanquam inquietus & indiscretus confundatur, usquequo discat loci sui ordinem custodiare; secundūm quod Apostolus dixit: *Unusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat.**

## INTERROGATIO XCIX.

*Si licet unicuique veterem suam tunicam aut calceamentū dare cui voluerit, misericordiae causa propter mandatum?*

RESP. Dare aliiquid mandati gratia, non est omnium, sed eorum quibus itud officium creditum est. Sic ergo ad quem pertinet dispensatio, five novum, five vetus vestimentum ipse det, cui dari debet; & ipse fulcipient, à quo suscipi debet.

## INTERROGATIO CI.

*Si frater junior fuerit iussus docere nūquem seniorem secundūm statutū, quomodo debet agere cum illo?*

RESP. Tanquam ministerium exhibens ad implendum mandatum Domini, cum omni reverentia; timens illam sententiam, quæ dicit: *Maledictus qui facit opera Dei negligenter;* Observet autem, ne elatus in judicium incidat diabolus.

## INTERROGATIO CI.

*Si debent peregrini intrare usque ad illa loca ubi fratres operantur: vel etiam si alii de eodem Monasterio debent relatis suis locis intrare ad alios?*

RESP. Praet̄ illum cui creditum est requirere operantes: id est, ad quem Jer. 48. *Cod. Regal. Tom. I.*

opus pertinet & dispensatio, si quis inventus fuerit hoc faciens, tanquam interurbans disciplinam & ordinem stratum, à communī conventu excludatur, & omnino etiam à licitis progressibus inhibetur; & sedens in uno loco, in quo judicaverit is qui praest, apto ad correctionem & vindictam, nosquam profus permittatur abscedere, sed urgatur in opus, multo plus quam consuetudo est; & quotidie exigatur, usquequo dicat implere hoc, quod Apostolus dixit: *Unusquisque in qua occasione vocatus est, in ea permaneat.*

## INTERROGATIO CII.

*Si oportet eos qui noverunt artificia, suscipere ab aliquo opus absque scientia vel iustificatione ejus, qui praest, & operum sollicititudinem geret?*

RESP. Furti teus erit ejusmodi; vel miles eis, qui furibus concurrunt.

## INTERROGATIO CIII.

*Quomodo debent bi qui operantur, curam gerere ferramentorum, vel utensilium eorum, de quibus operatur?*

RESP. Primum quidem sicut vasis Dei, vel his quæ jam Deo consecrata sunt, uti debent. Deinde tanquam qui non possint sine ipsius devotionis & studii sui emolumenta confici.

## INTERROGATIO CIV.

*Quid si per negligentiam pereat aliiquid ex his, aut per contemptum deficeretur?*

RESP. Is quidem qui contemnit, velut sacrilegus judicandus est; & qui perdidit per negligentiam, & ipse simile crimen incurrit: pro eo, quid omnia quæ ad usus servorum Dei deputata sunt, Deo sine dubio consecrata sunt.

## INTERROGATIO CV.

*Quid si a seipso commode voluerit aliui, aut accipere ab alio?*

RESP. Tanquam insolens & temerarius habendus est. Hac enim eorum qui presumunt, & curam dispensationis gerunt, officia propria sunt.

## INTERROGATIO CVI.

*Quid si necessitas poscent, ut is qui praest, requirat ab aliquo eorum vas vel ferramentum, & contradixerit?*

RESP. Qui seipsum & membra sua tradidit in altius potestatem propter mandatum Domini, quomodo licebit ei de-

utensilibus contradicere ; huie prae-  
cipue, cui cura commissa est.

## INTERROGATIO CIVIL.

*Si ita quia circa cellarium, vel coquinam,  
vel alia hujuscemodi opera occupatus  
est, non occurrat adesse ordinis psal-  
lentium vel ad orationem, nihil dam-  
ni patitur in anima ?*

RESP. Unusquisque in opere suo ob-  
servare debet propriam regulam, sicut  
membrum in corpore : & damnum habe-  
bit, si neglexerit in eo, quod injunctum  
est ei, & de communis stratum utilitate  
negligens amplius periclitabitur. Et ideo  
tota mente & devotione complect debet  
id, quod scriptum est : *Cantantes & psal-  
lentes in cordibus vestris Domine. Si enim  
corporaliter non occurrat adesse cum ex-  
teris ad orationis locum, in quoquaque  
loco inventus fuerit, quod devotionis  
est, expletat. Oportet tamen observare,  
ne forte possit quis implere in tempore  
suo, quod complendum est, & occur-  
rere : sed dum loqui vult, occasiones  
nedit tanquam in ministerii opere occupa-  
tus. Quod si facit, & officidiculum  
exteris praefat, & ipse negligentis cri-  
men incurrit.*

RESP. *Quoniam obtinebit quis, ut in oratione  
sensus ejus non vagetur ?*

RESP. Si certus sit affilere se ante  
oculos Del. Si enim quis judicem suum  
videns vel principem, & loquens cum  
eo, non sibi credit licitum esse vagari  
oculis, & allorum aspicere, dum ipse  
loquitur ; quanto magis qui accedit ad  
Dominum, nusquam debet movere oculum  
cordis, sed intentus esse in eum,  
qui scrutatur renes & corda ? ut im-  
plicat illud quod scriptum est : *Levantes  
sanctas manus sine ira & dispiciatione.*

RESP. *Si possibile est obtainere dominem, ut in  
omni tempore & loco non vagetur mens  
sua ; vel quomodo id fieri potest ?*

RESP. Quia possibile est, ostendit ille  
qui dixit : *Oculi mei semper ad Dominum.*  
Est iterum : *Providebam Dominum in con-  
spicuum meo semper ; quia a dextris est mihi,  
ut non commovear. Quoniam autem pos-  
sibile sit, praediximus ; id est, si non de-  
mus anima nostrae otium, sed in omni  
tempore de Dc, & de operibus ac de  
beneficiis ejus, & de donis cogitemus,  
& haec cum confidione, & gratiarum  
actione semper volvamus in mente, si-  
cuit scriptum est : Psallite sapienter.*

## INTERROGATIO CX.

*Et quid est, psallite sapienter ?*

RESP. Quod est in omnibus cibis,  
gusto unumquemque dignoscere cujus  
saporis sit, hoc est & in verbis sancte  
scripturae prudentia sensus. *Fauces enim Job. 34  
inquit, efas gustabunt, sensus autem verba  
discerni. Si quis ergo ita animam suam  
intendat in singula verba psalmorum,  
sicut gustus intentus est ad discretionem  
sapientis eborum, iste est qui compleat  
hoc quod dicitur : Psallite sapienter.*

## INTERROGATIO CXI.

*Quia mensura debet temperare potestatem  
dispensationis sua is, cui cellarii  
cura consuertia est ?*

RESP. Erga eum quidem, qui ei cre-  
dit hujuscemodi dispensationem, me-  
minisse debet Domini dicentes : *Nos ps. 100. q.  
sum ego a me ipso facere quidquam. Ad  
ceteros vero sollicitate scrire debet, quid  
unusquisque opus habeat, ut compleat  
illud, quod scriptum est : Dividebatur au- 100. q.  
tem unicuique prout opus erat. Eadem au-  
tem ratio obliterari debet ab omnibus,  
quibuscumque aliqua ministerii vel di-  
spensationis sollicitudo commissa est.*

## INTERROGATIO CXII.

*Quia sententia observabitur erga dispen-  
sationem, si aliquid secundum personam  
acepcionem, vel per contentionem fa-  
ciat ?*

RESP. Apostolo precipiente, aliquan-  
do quidem : *Ne quid facias secundum fa- 1 Tim. 5  
cram, vel in alteram partem declinando.*  
Aliquando autem dicente : *Quia si quis 1. Cor. 11  
videtur contentious esse, nos talen confun-  
demus non habemus, neque Ecclesia. Si quis  
hoc facit, notetur, usquequo corrige-  
tur. Verutamen oportet cum summa  
diligentia & probacione discutere & con-  
siderare, ad quam partem unusquisque  
aptus sit vel opportunus : & ei injungi  
quodcumque illud operis est vel officii ;  
ut neque illi qui injungunt ex hoc ipso  
condemnentur, quod non aptum alicui  
officium injunxerint, & inventantur ma-  
li dispensatores esse five animalrum, five  
mandatorum Dei, neque illi ipsi quibus  
injunguntur, occasionem peccati ex hoc  
habere videantur.*

## INTERROGATIO CXIII.

*Si autem neglexerit dare fratri quod  
opus est ?*

RESP. Manifesta est de hoc sententia,  
ex ipsius Domini verbis, dicentis : *Di-  
fendete a me maledicti in ignem eternum, qui Matth. 15  
prapa-*

Jn. 48.

*præparatus est diabolo & Angelis ejus. Esuvi  
enim, & non dedisti nabi manducare : ferri,  
& non destruxisti nabi biberet, & ea quæ se-  
quuntur. Quia maledictus omnis, qui facit  
opera Domini negligenter.*

## INTERROGATIO CXIV.

*In profectibus mandatorum Dei una est  
mensura omnia? An aliud amplius,  
aliud minus debet aliiquid?*

RESP. Quia non sit una mensura in omnibus, sed quia alii plus creditur, & alii minus, manifestum est hac ipsis Domini verbis, nunc quidem dicentes: *Aliud semper ecclæsuper terram bonum : & hic est, qui audiat verba mea & intelligat, & fructum affert; aliud censetur, aliud sexagesimum, aliud verò trigessimum.* Hoc idem autem etiam in his, qui dispensandam pecuniam suscepérunt, inveniuntur; cum dicitur, aliū quidem data esse quinque talenta, alii duo, alii unum.

## INTERROGATIO CXV.

*Si oportet aequaliter baberi eos qui plus  
proficiunt, & eos qui minus?*

RESP. Illud observandum est in hoc, quod de remissione peccatorum Dominus statuit, dicens: *Remissa sunt ei peccata  
multa, quoniam dilexit multum.* Cui autem parum remittitur, parum diligit. Et iterum, quod de presbyteris Apostolus statuit, dicens: *Qui bene præsent presbiteri,  
duplici labore honorentur, maxime qui labo-  
ravit in verbo & doctrina.* Hoc in omnibus hujuscemodi causis observandum puto.

## INTERROGATIO CXVI.

*Quid si contristatur is qui minus bono-  
ratur, cum præferri sibi viderit eum,  
qui in timore Domini præcedit, quo-  
modo eum babebimus?*

RESP. Is qui talis est, certum est quia malignitatis vitio non caret, secundum Evangelii parabolam, in qua dicit Dominus ad eos qui concristati sunt, quia æqualiter cum ipsis honorati sunt alii: *An, inquit, scilicet tuus malus est,  
qui bonus sum?* Et manifesta est Domini sententia de his talibus, quæ dicit per Prophetam: *Ad nihilum dedecus est in con-  
spicere ejus malignus; timentes autem Domini  
nam magnificat.*

## INTERROGATIO CXVII.

*Animus post multa peccata & multas vi-  
tae inferias, cum quali timore & qua-  
libus lacrymis debet recedere à pecca-  
tis? & cum quali spe & effectu ac-  
cedere ad Dominum debet?*

RESP. Primo quidem odiſſe debet illa priorem suam vitam notabilem, & ipsam

memoriam ejus perhorrescere atque ex-  
ercari. Scriptum est enim: *Liquitatem pñl. 118.  
adibabui & aversatus sum; leges autem  
tuas dilexi.* Deinde ut maiorem timo-  
rem habeat, maximo utatur ignis æterni  
metu & poena perpetua. Sed & lacry-  
marum tempus agnoscat per peniten-  
tiā, sicut David docuit in sexto psal-  
mo, purgationem peccatorum fieri posse  
ubertate lacrymarum in sanguine Christi,  
per potentiam misericordia ejus, & per  
multitudinem miserationum Dei, qui di-  
xit: *Quia si fuerint peccata vestra sicut pba. 118. 1.  
nubes, ut novum dealabo: & si autem fuerint  
scitis crecent, ut lanam candidam efficiam.* Et  
post haec recepta virtute & facultate  
placandi Deus, dicit: *Convertisti planctum pñl. 118.  
meum in gaudium; & consolasti faciem meum,  
& preciavisti me letitia, ut placat te gloria  
mea.* Et ita accedens ad Dominum psal-  
lat & dicat: *Exaltabo te Domine, quoniam ibidem,  
suscepisti me; & non delectasti inimicos meos  
super me.*

## INTERROGATIO CXVIII.

*Quoniam scriptum est: Redemptio ani-  
mae viri propria divitiae ejus: nobis  
quibus non accidit dispergere pro ani-  
ma redemptio divitias, quid facie-  
mus?*

RESP. Si quidem volumus, & non  
potuimus: memores sumus reponionis  
Domini ad Petrum, qui cum de hac re  
eret sollicitus, & diceret: *Ecce nos dimi-  
sumus omnia, & secundum sumus te;* quid ergo  
erit nobis? Respondit ei dicens: *Omnis  
qui regnabit domum, aut fratres, aut so-  
res, aut patrem, aut matrem, aut uxorem,  
aut filios, aut agros propter me, & propter  
Evangelium, centuplum accipiet, & vitam  
eternam consequetur:* Qued si per negli-  
gentiam accidit cuiquam omniisse divi-  
tias, vel nunc adhibeat propensius stu-  
dium, ut ex opere manuum largiens,  
neglectum refarciat pensum. Quod si  
ne nunc quidem vel tempus nobis fu-  
perfet, vel virtus ad hujuscemodi mini-  
sterium, consolatur nos Apostolus di-  
cens: *Nos queremus que vestra sunt, sed vol. 1, Cor. 12.*

## INTERROGATIO CXIX.

*Si quis audiens sermonem Domini, di-  
centis: Quia servus qui cognovit va-  
lentiam Domini sui, & non fecit  
secundum voluntatem ejus, vapulabit  
multum: qui verò non cognovit, &  
non fecit digna, plagi vapulabit pa-  
cis; negligat & diffundat feire va-  
lentiam Domini, si habet aliquid  
excusationis?*

RESP. Manifestus est, qui hujuscemodi est, quia simulat ignorantiam, nec  
ulle

Joan. 15.

ullo genere effugiet peccati sententiam. Si enim non venissemus, inquit Dominus, & locutus sis non fuisses, peccatum non habebat: nunc vero excusationem non habent pro peccato suo. Sic ergo sancta scriptura omnibus, & voluntatem Dei denuntiat, ut non inter eos qui ignorant iste talis judicetur, sed cum illis magis, de quibus scriptum est: Quia fecit affides fida obtemperantes aures suas, ne exaudiant vocem incantantium, & carentur medicamentis, quod comparatur a sapienti. Veruntamen is qui prius, & verbi Dei ministerium exhibet, si neglexerit annuntiatio unicuique, & intimare de singulis, velut homicida judicabatur animarum, secundum scripturas.

Psal. 17.

Ezech. 23.

## INTERROGATIO CXX.

*Si is, qui facit voluntatem alicujus, etiam particeps ejus est vel socius?*

Joan. 8.

Röm. 6.

Rsp. Si credimus Domino dicenti: Quia qui facit peccatum, servus est peccati? Et iterum: *Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri facere vultis:* scimus, quia non solum socium & participem, sed Dominum sibi ac principem ascribit eum, cuius opus facit. Testatur autem de his & Apostolus, dicens: *An neficiis, quia cui existiatis vos servos ad obedientiam, serui estis ejus cui obediatis: sine peccati in mortem, sine obedientia ad iustitiam?*

## INTERROGATIO CXXI.

*Si is qui consentit alterius peccato, etiam ipse peccati reus est?*

Joan. 18.

Gen. 3.

Rsp. Hac sententia est manifesta ex verbis Domini, quibus ait ad Pilatum dicens: *Qui tradidit me vobis, maius peccatum habet.* Manifestum namque est ex hoc, quia & Pilatus acquiescens his, qui tradiderunt Dominum, peccatum habeat; licet minus quam illi. Ostenditur autem hoc etiam in eo, quod Adam acquievit Eva, vel consentit, quia acquieverat serpentem. Nullus enim ex ipsis aut innocens judicatus est, aut impunitus abscessit. Sed & ipsa Dei indignatio, quae adverteret eos habita est, hoc ipsum indicat. Cum enim Adam pro excusatione sua obsecrasset: *Quia mulier quam dedisti mihi, ipsa mihi dedit, & manducavi.* Quia audisti, inquit Deus, *vocem mulieris tuae, & manducasti de ligno, de quo praecepseram tibi, ne de eo manducaretis.* maledicta terra erit in operibus tuis?

## INTERROGATIO CXXII.

*Si oportet peccantibus fratribus fratere & acquiescere?*

Rsp. Quia non oportet, manifestum est huc ipsius Domini praeceptis, quibus

in veteri quidem testamento dicit: *Argue proximum tuum, & non affumes ex eo* <sup>Lev. 19.</sup> *peccatum.* In Evangelio autem dicit: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum solum.* Si audierit te, latratus es fratre tuum. Si vero non audierit te, affame abde tecum aliud unum, aut duos: ut in ore duorum vel trium testium sit omne verbum. Si autem & ipsi non audiuerit, die Ecclesia. Si vero nec Ecclesia audiuerit, sit tibi fecit gentilis & publicanus. Quantum autem sit crimen hujus peccati, dignoscitur primum quidem ex sententia Domini, quae dicit: *Qui incredulus filio fuerit, non habebit vitam eternam;* sed ira Dei manet in eo. Tunc dcinde ex Ioh. 3. <sup>1.</sup> historiis, quae vel in veteri, vel in novo Testamento referuntur. Nam Achor ille cum suratus esset regulam auream, super omnem populum facta est ira Dei. Et quidem populus peccatum, quod commiserat, ignorabat usquequo manifestatum est, & pertulit cum omni domo sua horrendum illum ac famosissimum interitum. Sed & Heli sacerdos, & quidem cum filiis peccantibus filii, qui erant filii pestilentiae, immo frequenter monens & caligans dixit: *Nolite filii* <sup>1. Reg. 2.</sup> *nou bona ego audio de vestib; & cetera:* qui cum peccatum argueret, & de Dei iudicio commoneret; tamen quoniam non vindicavit, neque digno zelo Dei adversus eos motus est; in tantum iracundiam Dei provocavit; ut etiam universus populus pariter cum filiis suis extingueretur, & arca testamenti ab alienigenis raperetur: & ipse insuper omnibus subversis miseranda morte corrueret. Quod si vel in populum ignorantem de unius peccato; vel in patrem, qui corripiuerat filios pro peccato, tanta Dei iracundia intensa est; quid sperandum est de his, qui cognoscunt aliorum delicta, & reticent, nec qualcumque adhibent correptionem? Quos utique conveniret observare illud, quod Apolloius ad Corinthios dicit: *Quare* <sup>2. Cor. 15.</sup> *non potius latum habuisse;* ut tolleretur in medio vestrum, qui hoc opus fecit! & reliqua. Vel illud: *Ecco enim hoc ipsum* <sup>3. Cor. 7.</sup> *cunctum Deum contristari, quantum operatum est in vobis sollicitudinem, sed excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed amaritudinem, sed vindictam!* Unde & metuere debent, ne forte etiam nunc similem veteribus interitum sumant, hi, qui similiter negligunt, immo & tanto gravius, quanto spernere legem Christi perniciösus est, quam legem Moysis. Et his compedit illud apertum, quod dixit: *Sepies iudicatum est de Gen. 3.* *Cecidit de Lambe vero septuages septies.*

## INTERROGATIO CXXIII.

*Cur aliquoties anima, etiam non satis agat, sponte tamen quodam genere incidit ei dolor quidam cordis, & compundit timor Dei: aliquoties tanta securitas & negligentia animam tenet, ut etiam cogat se homo, non possit dolorem aliquem vel compunctionem cordis efficiere?*

RESP. Hujuscemodi quidem compunctionis ex Dei dono venit, ad provocandum desiderium; ut degustans anima dulcedinem hujuscemodi compunctionis, vel doloris, provocetur & incitetur ad imitandum similem gratiam. Ostenditur enim, quia si datur etiam non satis agentibus, quanto magis dabitur & his, qui desiderant, & laborant semper esse in compunctione timoris Dei? & ut sint inexorabiles, qui per negligentiam istam gratiam perdunt. Quod vero aliquoties compellimus nosmetipsum, & non possumus obtinere, indicatur ex hoc, quod in alio tempore multum negleximus. Non enim possibile est, ut his qui neque meditationibus, neque institutionibus divinis seipsum jugiter exercuit, subito veniat ad orationem, & continuo obtineat, quod requirit. Sed ostenditur per hoc, hujuscemodi animam alii vilissim vel passionibus prægravari, quorum dominatione ad ea que vult habere, non permittit libertate uti: secundum illud quod & Apostolus tractat, dicens: *Quoniam ego carnalis sum, venundatus sub peccatis. Non enim quod vult ego; sed quod est, hoc facio. Et rursus: Nunc autem jam non ego spero illud, sed quod habebit in me peccatum.* Quod & ipsum permittit Deus nobis pro nostra utilitate provenire; ut per haec ipsa, quae contra voluntatem anima patitur, corrigitur aliquando, & convertatur ad eum, qui replet in bonis desiderium ejus, & relevet eam ab oneribus suis: & cognoscat tandem semetipsam, ac resipiscat; & intelligat, quod in laqueis diaboli capta detinetur. In quos sua quidem sponte incidit; sed jam quasi captiva, non quae vult agit; sed quod est, illud facit. Sed si convertatur ad Dominum, qui liberet eam de corpore mortis hujus, statim invenerit misericordiam; si integrè & ex toto corde peniteat.

## INTERROGATIO CXXIV.

*Quomodo quis dignus efficitur, particeps fieri Spiritus sancti?*

RESP. Dominus noster Iesus Christus docuit nos, dicens: *Si diligis me, mandata mea servare; & ego regnabo Patrem meum, & alium Paracletum dabo vobis, Spiritum*

*veritatem, quem hic mundus non potest accipere. Donec ergo non servamus mandata Domini; nec sumus tales, ut ipse de nobis testimonium ferat; dicens: Quia vos non opus de hoc mundo; Spiritus sancti participium habere non possumus.*

## INTERROGATIO CXXV.

*Qui sunt pauperes spiritu?*

RESP. Domino dicente, aliquando quidem: *Quia verba, qua ego locutus sum Ioh. 6. vobis, spiritus & vita sunt. Aliquando autem: Quia Spiritus sanctus vos docebit Ioh. 16. omnia, & communabit vobis, quae dixi vobis. Non enim loqueretur a se, sed omnia quae audieris, hoc loqueris. Iti sunt pauperes spiritu, qui non alia aliqua causa pauperes sunt, nisi propter doctrinam Domini, dicentes: Vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus. Si autem etiam quis quacunque ex causa impositam sibi paupertatem secundum voluntatem Domini dispenset, & ferat, sicut ille Lazarus, etiam iste à Luc. 6. beatitudine non erit alienus, Dominino precipienti: Nolite esse feliciti quid manda-Matt. 6. teris, vel quid habatis, vel quid induamini.*

## INTERROGATIO CXXVI.

*Ute ad quem modum est observatio mandati? vel quomodo adimpleri potest?*

RESP. Mandati quidem observatio est usque ad mortem; quia & Dominus obediens est factus usque ad mortem: adimpleri autem potest per hoc, quod habet unusquisque desiderium & amorem Del. Dominus enim cum exclusisset sollicitudinem seculi, conjungit flatim promissionis spem, dicens: *Sicut enim pater Ioh. 13. regit, quibus opas habebitis, antequam petatis.* Sed & Apostolus dicit: *Quia nos ipsi in nobis a Cor. 2. ipsis respondimus mortis habemus, & non sumus fidentes in nobis, sed in Deo, qui sustinet mortuos.* Secundum propositum ergo nostrum, & anime præparationem, quotidie morimur, voluntate autem Dei reservamur. Propter quod & Apostolus cum omnī fiducia dicebat: *Ut morientes, & ecce vi-* a. Cor. 6. *vimas. Juvat autem hujuscemodi propositum etiam circa mandata Dei, ardenter animus & desiderium infatibile: quo qui constringitur, non habebit oculum nec tempus occupari erga corporales usus vel actus.*

## INTERROGATIO CXXVII.

*Si ergo neque sollicitudinem habere oportet de necessariis usibus ad vitam; & aliud est præceptum Domini dicentis: Operamini cibum, qui non perit; sed perficiuntur est manibus operari?*

RESP. Ipse Dominus in alio loco præceptum suum explanavit. Nam ibi quidem

**Mark. 6.** dem dixit, non oportere requiri aliquid ad vitam, cum dicis: *Nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis: haec enim omnia gentes hujus mundi requireant: & addidit: Quarite autem regnum Dei, & iustitiam ejus.*

**Et** quomodo oporteat queri, indicavit: cum enim dixisset: *Nolite operari cibum*

**Jesus. 6.** qui perit: addidit: Sed eum qui permanet in vita eterna. Et quid hoc esset ipse in alio loco ostendit, dicens: *Meus cibas es, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, Pater.*

Voluntas autem Patris est, esurientibus cibum dare, sicutibus potum;

nudos operire, & cetera hujuscemodi.

Tunc deinde necessarium est & Apostolum imitari, dicentes: *Omnis ostendit vobis, quia oportet nos laborantes sustinere infirmos.*

**Ephes. 4.** Et cum iterum doceat: *Magis autem labores nonneque, manibus suis ope-*

*ratis quod bonum est, ut possit imperare ne-*

*cessitatem pauperibus.* Cum ergo haec ita

nobis vel Dominus in Evangelio, vel

Apostolo tradat, manifestum est, quia

pro nobis ipsis solliciti quidem esse non

debemus, neque laborare: sed propter

mandatum Domini, & propter necessi-

tatem proximorum solliciti esse debemus,

& operari attenius: & maximè quia

Dominus in seipsum recipit ea, quae in

servos ejus fecerimus; & regnum celo-

rum pro hujuscemodi proximitate obsequiis,

### INTERROGATIO CXXVIII.

**Si quis in corde suo cogitat de cibis,**  
tunc deinde novet seipsum & arguit: *si & hic quasi cogitans de talibus ju-*

*dicandis sit?*

**Resp.** Siquidem non id temporis est, quo naturaliter requirere cibos famis ne-  
cessitate commonemur, manifestum est, id esse vagi mentis indicium, & anima-  
erga praesentia affectum gerentis, & er-  
ga voluntatem Dei desidis & remissis:  
proximam tamen habet Dei misericor-  
diam, & pro hoc ipso, quod seipsum  
arguit & notavit, nota criminis exsolvit-  
tur; si tamen servet de cetero cogitationem lapsus, memori Domini sermo-  
nis, quo ait: *Ecce sanus factus es, jam  
nisi peccare, ne quid tibi deterius fiat.* Si  
autem id temporis sit, quo naturaliter  
de cibis appetendis commonemur; mens  
autem in melioribus occupata, inferiora  
spemit & despicit, non recordatio cibo-  
rum notabilis, sed contemptus laudabilis  
invenitur.

### INTERROGATIO CXXIX.

**Si licet nocturnam tunicam habere alteram,**  
*vel cilicinam, vel aliam quamlibet?*

**Resp.** Cilicis quidem usus habet pro-  
prium tempus, non enim propter usus

corporis, sed propter afflictionem ejus  
inventum est hujuscemodi indumentum,  
& pro humilitate anima. Cum autem  
duas tunicas habere prohibeat sermo di-  
vinus, quomodo potest hoc suscipi, nisi Matth. 10.  
ad eos ulius, quos superius diximus?

### INTERROGATIO CXXX.

**Si licet ei qui ministrat, maiore voce,**  
*id est cum clamore loqui?*

**Resp.** Vocis mensuram definit audien-  
di modus. Si ergo brevior fuerit & com-  
plessior vox, quam res poscit, propè est  
ut murmur potius vel fusufratio, videa-  
tur, quam sermo. Si verò major sic  
quam res requirit, cum possit audire ille  
cui loquitur, iam non erit vox, sed clam-  
or; quod est notabile: nisi forte gra-  
vier sit auditus ejus cui loquimur, &  
necessitas nos cogat ad clamandum. Pro-  
pterea & de Domino scriptum est: *Quis Iesu. 13.  
Eius clamabit dicens: Si quis credit in me,  
non credit in me, sed in eum qui me misit.*  
Clamare enim dicitur pro his, quorum  
interior auditus furdus & obturatus erat.

### INTERROGATIO CXXXI.

**Si quis die suo, quo ministrat in cogni-**  
*tione, laboreverit supra vires ita ut im-*

*pediat, & non possit etiam reliquis*

*diebus exercere opus suum, si oportet*

*imperari ei hujuscemodi officium?*

**Resp.** Jam supra diximus, quia ei cui  
injuncta est operum cura, & qui praefit,  
considerantius observare debet uniuscu-  
jaque vel vires vel possibiliterem; &  
prout quis aptus est, ita etiam opus in-  
jungere: ne audiat ipse & id quod scri-  
ptum est: *Quia fugit laborem in præcepto.* Psal. 93.  
ille tamen cui injungitur, contradicere  
non debet; quia obedientia usque ad  
mortem servari definita est.

### INTERROGATIO CXXXII.

**Et ille cui lana credita est, quomodo de-**  
*bet barbare banc curare; & quomodo*

*observare eas, quae operantur?*

**Resp.** Lanam quidem, tanquam opus  
Dei sibi commissum: forores autem, ut  
absque illa contentionem, vel personarum  
acceptione unicuique forori opus aptè  
& competenter injungat.

### INTERROGATIO CXXXIII.

**Si quis condemnatus est, ut eulogiam**  
*non accipiat, & dicit: Quia si non*

*accepto eulogiam, non manduco; si*

*debemus audire eum?*

**Resp.** Si quidem tanti modi est culpa,  
pro qua condemnatus est, ut dignum sit  
etiam

etiam cibo eum vetati, probet ille qui praest. Si autem à sola benedictione aliquis abstentus est, & indulgetur ei cibus; condemnatus autem & inobediens est, etiam in hoc contentiose notam suscipere debet, & cognoscere, quia per hoc non curat culpam, sed multiplicat delictum.

## INTERROGATIO CXXXIV.

*Quali timore, fide, vel affectu percipere debemus corporis & sanguinis Christi gratiam?*

RESP. Timorem quidem docet nos A. Cor. 11. postolus: dicens: *Qui manducat & bibit indignus, iudicium filii manducans & bibit. Fidem vero docet nos sermo Domini, di-* March. 26. *cens: Hoc est Corpus meum, quod pro multis datur: hoc facite in meam commemorationem.* Et sermo Joannis dicentis: *Quia Verbum caro factum est, & habitat in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiae & veritatis. Sed & Apostolus scribens: Qui cum in forma Dei esset, non rapinum arbitratu*s* est esse se aequali Deo: sed semetipsam exanimauit, formam servi accipiens, in similitudinem hominem factus, & habens repertus ut homo, humiliatus semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Cū ergo anima fidem habet his dictis, & considerat magnificētiā glorie ejus, & admiratur nimietatem humilitatis, quomodo tantus & talis obediens fuit Patri usque ad mortem pro vita nostra; puto quia provocari posuit ad affectum & dilectionem, & ipsius Dei patris, qui unico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: & ad amorem unigeniti ejus eo amplius provocabitur, qui cum videat mortem turpissimam pro nostra redēptione tolerasse. Sicut & Apostolus de eo dicebat: *Quia caritas Christi constringit nos, iudicantes hoc: quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est ut qui vivit, iam non sibi vivat, sed ei qui pro ipso mortuus est, & resurrexit. Talem ergo affectum vel fidem preparare debet in animo suo is, qui de pane & calice percipit.*

## INTERROGATIO CXXXV.

*Quis est bonus thesaurus, & quis est malus?*

RESP. Prudentia quidem & sensus qui in Christo est, & virtus animi, quae ad Dei gloriam pertinet, thesaurus bonus est. Prudentia autem & sensus malitia; & in his sapere, quae Deus fieri non vult, thesaurus est malus: ex quibus proferuntur, secundum Dei vocem, sed

quoque tempore utrique fructus vel boni vel mali, in operibus & verbis.

## INTERROGATIO CXXXVI.

*Si bona est penitus tacere?*

RESP. Silentium & taciturnitas tunc bonum est, cū vel ad personas vel ad tempus aptatur, sicut à sacra scriptura edocemur, quae dicit, aliquando quidem: *Quia qui intelligit, in illo tempore ta-* Amos. 5. *cebit;* quia tempus malum est. Aliquando autem: *Ponit ori meo cibarium, dum con-Palm. 38. steres peccator adversare me.* Omnes & inimici sui, & filii à bonis. Et alibi: *Quod si ali sedenti revelatum fuerit, prior taceat,* Et ictum: *Aliquet vestre in Ecclēsia taceant.* Sed & alio tempore his, qui incontinentem linguan habent, dicitur: *Omnis sermo malus de ore vestris non procedat;* sed si quis bonis ad educationem fidri. Necessario vero est taciturnitas, usquequo vitia si qua illa sunt lingue, vel sermonum temeritas telecetur, & dicat opportunè & in tempore utiliter loqui, ut sicut scriptum est; *Sermo eorum Col. 3. sale conditus sit, ut dei gratiam audientibus,*

## INTERROGATIO CXXXVII.

*Si oportet tempore orationum vel psal-* morum loqui aliquem in domo?

RESP. Præter eos qui ministerii sollicitudinem gerunt, vel eos, quibus discipline cura commissa est vel dispensationis operum; qui & ipsi tamen confidantius agere debent, ut quantum necessitas exigit, hoc solum loquantur, & hoc ipsum cum quiete & honestate, ne interturbent, aut offendiculum faciant: ceteris cunctis silentium habere convenit. Si enim Prophetis in Ecclesia docentibus Apostolus dicit: *Quia si ali sedenti revelatum fuerit, prior taceat;* quanto magis in tempore psalmorum vel otationum tacere & silentium agere cunctis convenit; nisi quem forte, ut superius diximus, communis providentia causa aliquid proloqui cogitat.

## INTERROGATIO CXXXVIII.

*Quonodo possimus timere iudicia Dei?*

RESP. Naturaliter expectatio omnis mali timorem incutit. Ita namque bestias etiam timemus & principes; scientes imminere ex eis aliquid, quod ad vitam exitium pertinet. Si ergo credamus, quia veræ sunt communiationes futuri iudicij Dei, & recordemur terribile illud futuri examinis tribunal, timemus iudicia Dei.

## INTERROGATIO CXXXIX.

*Quomodo lata est porta, & spatiofa via, quae dicit ad mortem?*

Matt. 7. Resp. Dominus pro multa sua clementia & noenibus & verbis his utitur, quibus possit nobis in notitiam adducere dogmata veritatis. Sicut ergo si qui ambulant in via, si à recto itinere declinet, quod certis lincis & manifesto calle concluditur, spatia multa & vaga incedunt; ita ergo & is, qui excederit de vita, quae dicit ad regnum celorum, multam latitudinem incurrit erroris, per quam ad perditionem pervenitur.

## INTERROGATIO CXL.

*Quomodo angusta porta, & arcta via est, qua dicit ad vitam?*

Resp. Et hic similiter angustum & arctum hoc indicat, quia via hac, id est vita nostra, angustatur & coarctatur in tribulationibus. Constringimur enim ex utraque parte nos qui iter agimus, ne prorsus in aliud aliquod declinemus. Periculum enim est, in utramlibet partem declinare: sicut in exigui pontis transitu, ubi ex utraque parte cum, qui forte declinaverit, conciti unda fluminis rapit & auferit. Propterea ergo scriptum

Num. 20. 11. Ps. 139. est: *Ne declinaveris in dextram neque in sinistram.* Et David ait: *Juxta semitam scandalum posuerant mihi.*

## INTERROGATIO CXLII.

*Avaritia usque ad quem modum definitur?*

Resp. Cum transgressus quis fuerit modum legis statutum. Quod designatur, secundum vetus quidem testamentum, in eo, si quis plus se diligit; vel plus in pecunia vel necessariis de se sit solitus, quam de proximo. Scriptum est enim: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Secundum Evangelium vero, si quis plus solitus sit quam de praesenti die, sui videlicet causa vel corporis; iste sine dubio audiet: *Sentire, bac nocte repetenter abs te animos tuos;* & quia preparasti, cuius eritis? Quibus addidit Dominus dicens: *Ite eritis & is, qui sibi obtemperaveris, & nos est Dominus dixi.*

Luc. 19.

Luc. 18.

## INTERROGATIO CXLIII.

*Quid est perperam agere?*

Resp. Quidquid non propter usus necessarios, sed vel ornatus causa, vel decoris alicujus sit, hoc est perperam agere.

## INTERROGATIO CXLIII.

*Quis est, qui ab Apostolo dicitur, habitus ordinatus?*

Resp. Is qui secundum propositum uniuscujusque honestus est ulus, vel secundum locum, vel secundum tempus, vel secundum personam. Non idem ulus esse potest in tempore hyernis, & in tempore aestatis: neque idem habitus est operantis & quiescentis; nec militis idem est & privati, neque viri idem qui mulieris.

## INTERROGATIO CXLIV.

*Si quis pretiosas vestes abiiciat, ipsa aucte indumenta viliora quibus utitur, vel calceamenta, ita compescit utatur, ut studeat decorem inde aliquem experire; si peccat, aut vitio aliquo id facere putandus est?*

Resp. Qui vult per decorem habitus placere hominibus, manifestum est eum huic ipsius vitii exigitudine laborare, id est, hominibus placendi; & certum est mentem ejus à Deo longius evagari. Sed & hoc ipsum est vitium, perperam agere, cum indumentis vel calceamentis, non ulus causa utitur, sed decoris.

## INTERROGATIO CXLV.

*Quid est Raca?*

Resp. Provincialis, id est, gentilis Matt. 5. illius sermo est velut convitii levioris, quod domesticis & his, quorum fidicium quis gerit, dici solet.

## INTERROGATIO CXLVI.

*Quid est quod dicit Apostolus: Non est sicciamur inanis gloria cupidi. Et ite Gal. 6. rum: Non ad oculum servientes, quam si hominibus placentes: quis est inanis gloria cupitus, & quis est hominibus placens?*

Resp. Puto quod inanis glorie cupidus est, qui propter solam gloriam sculli, id est, propter eos, qui vident & audiunt de te aliquid, quod vel laudari possit, vel admirari, facit aliquid vel dicit. Hominibus autem placens ille est, qui voluntate alicujus hominis, ut placeat ei, facit aliquid vel dicit; etiam si indignum sit & injuriosum hoc ipsum quod facit.

## INTERROGATIO CXLVII.

*Quid est inquinamentum carnis, & inquinamentum spiritus? Et quomodo ab his emendari possumus? Et quia est sanctificatio; & quomodo possumus eam obtinere?*

Resp. Inquinamentum carnis est, 1. Cor. 7. commisceri cum his, qui illicita & nefanda

fanda committunt. Spiritus autem inquinamentum est, cum indifferenter habemus commisericet eis, qui de fide impientiunt. Emundatur autem ab his, cum implenus illud quod Apostolus dicit: *Cum ejusmodi nec cibam sumere*: & quæcunque his similia statuit. Vel certè cum illud patimur in corde nostro, quod

*Psal. 118.* ait David: *tristitia traxit me à peccatoribus dereliquerit enim legem tuam.* Vel cum ostenderimus talēm nostrā tristitiam, qualem Corinthii ostenderunt, cum objurgati sunt à Paulo; cum erga eum qui peccaverat, indiscretē eggerunt, cum dicit:

*2. Cor. 7.* *In omnibus exhibuisse vos cibas esse reges.* Sanctificatio autem est, adherere Deo ex integro, & sine aliqua intermissione in omni tempore sollicitum esse, & studium gerere placendi ei. Quoniam quidem neque pollutum aliquid in donis Dei offerti potest, vel sanctificari; neque rursum quod semel oblatum est Deo & sanctificatum, ad communem humani ministerii usum adduci potest; alioquin & sacrilegum erit & impium.

#### INTERROGATIO CXLVIII.

*Quis est mundus corde?*

**RESP.** Qui seipsum non reprehendit, quia vel prevaricatus fit mandatum Dei, vel contempserit, vel neglexerit.

#### INTERROGATIO CXLIX.

*Quomodo potest aliquis odium babere adversus peccatum?*

**RESP.** Si semper ex iis, quæ tristem & infastum finem habent, odium nascitur hominibus adversus eos, qui causa fibi hujuscemodi negoti extiterunt. Si quis ergo certus sit, quantorum & quantum malorum causa nobis finis peccata, sponte & sine ulla comminatione ex intimo affectu odium ei adversus ea nascitur; sicut ostendit ille qui dicebat: *Iungitatem odio babui & abominationem sum.*

#### INTERROGATIO CL.

*Quomodo potest aliquis ex animo & ex affectu facere mandata Domini?*

**RESP.** Naturaliter delectamus his, quæ bona sunt & profunt. Si ergo credimus de his, quæ promissa sunt, ex eo ipso quod speramus, inheritū animæ nostræ alicius & desiderium, ad explenda ea, quibus id consequi possumus, quod desideramus. Si quis ergo odio habuerit & exercitus fuerit iniquitatem, & emundaverit se ab omni peccato; ex quo, sicut corpus à languore delectationem non habet cibi, ita & anima à peccati morbo non habet desiderium erga

*Cod. Regul. Tom. I.*

*mandata Dei.* Si recordetur, quia mandatum Dei vita eterna est, & omnibus, qui custodiunt illud, permanet adimpletio promissorum, potest per hoc nasci animæ affectus ille, de quod David dixit: *Judicia Dei vera, iustificata in seculo* *Psal. 118.* *ipsa, & desiderabilis super aurum, & lapidem pretiosum nimis;* & dulciora super mel & sevum. *Nam & servus tuus confidit ea;* in custodiendo illa retributio multa.

#### INTERROGATIO CLI.

*Quæ est mensura in charitate Dei?*

**RESP.** Ut supra vires semper quis extendat animam suam ad voluntatem Dei, propiciens & desiderans ea, quæ ad gloriam Dei pertinent.

#### INTERROGATIO CLII.

*Quomodo quis obtinet, ut possit in se babere charitatem Dei?*

**RESP.** Si grati & fideles existamus erga beneficia ejus; quod etiam in mutis animalibus fieri videntur. Nam & canes interdum diligunt eos, qui sibi cibum præbent. Sed & Elias Propheta hoc docet, cum arguit ingratis gentem, & dicit in persona Domini: *Filii genitum, & Elias, & exaltari: ipsi autem me spaverunt.* Agreditur bar pessimum suum. *Ego autem præcepimus Domini sui i' b'z illi v'nd me non cognovit,* & populus mens me non intelligit: Sicut enim bovi & asino, pro eo beneficio quo paucitur, dilectio spontanea nascitur erga pastorem; ita etiam nos, si grataiter & filialiter beneficia Dei suscipiamus, sine dubio diligimus beneficiorū præbitorem Deum; & absque ulla doctrina, naturali quadam instinctu, in ejus concordiam affectum, si tamen sanitas animæ prælio sit.

#### INTERROGATIO CLIII.

*Quæ sunt indicia, esse in nobis charitatem Dei?*

**RESP.** Quæ Dominus docuit, dicens: *Si diligitis me, mandata mea servate.*

*John. 14:*

#### INTERROGATIO CLIV.

*Quid est, seipsum diligere? vel quomodo virtutem suam cognoscit, qui seipsum diligat?*

**RESP.** Multa abusivè dicuntur, sicut & illud: *Qui amat animam suam, perdet eam;* & qui edit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam servabit eam. Philautus ergo grecè dicitur, qui seipsum diligit. Intelligi autem potest is, qui talis est, hoc modo: si ea quæ facit, pro semper ipso facit; etiamque videantur secundum mandatum Dei esse, quæ facit. Qui

*N a*

*enim*

## REGULA

enim pro sua requie patitur aliquid deesse necessitati vel usibus fratris , sive eorum quæ ad animam necessaria sunt , sive quæ ad corpus , manifestè Philautus , id est , seipsum diligens deprehenditur : cuius virtutis finis , interitus est.

## INTERROGATIO CLVI.

*Quomodo appetet qui diligit fratrem secundum mandatum Domini ? Et quomodo arguitur qui non diligit ?*

RESP. Charitatis duo ista principia signa sunt , cùm contristamur & graviter ferimus in iis , in quibus ludicrū ille quem diligimus : & cùm vel fatus agimus , ut fiancēs ; vel gaudemus , si proveinerint aliqua , in quibus utilitas vel proximi sui . Conteflatur autem hoc ipsum

*s. Cor. 11.* Apostolus Paulus , dicens : *Si patiuntur omnia membrorum , comparinatur omnia membra :* quod utique secundum rationem charitatis Christi dicebat : & si glorificatur unum membrum , congaudent omnia membra . Qui autem talēm non habet affectum erga fratrem , certum est , quod non secundum charitatem Dei diligit proximum suum . Qui autem non diligit , in eo arguitur , quod Joannes ait : *Qui non diligit , manet in morte .* Et iterum : *Qui habet irritum subfratrum bujus mundi , & videtur fratrem suum necessitatem pati & clausent visera sua ab eo , quomodo caritas Dei manet in illo ?*

## INTERROGATIO CLVII.

*Qui sunt inimici , quos diligere jubemus ? Et quomodo diligamus inimicos nostros ; praestantes ei beneficia tantummodo , aut etiam affectum eis exhibentes ? Et si hoc possibile est fieri ?*

RESP. Inimici proprium est , lēdere & infidiari : & ideo omnis qui quomodo-  
cunque lēdit aliquem , inimicus dicitur ; maximē hi qui peccant . Iti enim quod in se est , lēdunt diversis modis , & infidian-  
tur vel his qui vident , vel his qui simul vivunt . Et quoniam ex corpore & anima  
constat homo , secundum animam quidem  
diligamus , argentes , & commonetes ,  
& omni modo ad conversionem eos pro-  
vocantes . Secundum corpus verò pra-  
stamus eis beneficia & misericordiam ;  
& si indigent , vīctum : quoniam nemo  
dubit , quin charitas in affectu sit .  
Quod autem possibile sit , docuit Domi-  
nus , per charitatem Dei Patris , & per  
suam obedientiam , usque ad mortem :  
quam utique pro inimicis adhuc & im-

pīs nobis sustinuit , sicut & Apostolus testatur , dicens : *Commendat autem Deus Rom. 5. suam caritatem in nobis , quia cùm adhuc peccatores essemus , Christus pro nobis mortuus est . Sed & nos ad hoc ipsum cohortau-  
tum , dicens : Estote ergo imitatores Christi , scilicet filii Christi ; & ambulate in dilectione , scilicet & Christus dilexit nos , & semetipsum tradidit pro nobis bestiam & oblationem Deo . Nunquam autem præcipere hoc justus & clemens Dominus , nisi utique etiam possibiliterem nobis donasset . Inesse enim hoc naturæ nostræ ostenditur , cum etiam bestiis vel animalibus erga eos , qui sibi beneficij aliquid præstiterunt , inest naturalis affectus . Quis autem tan-  
tum beneficij amicis præstat , quantum inimicis ? cùm nobis causa beatitudinis officiatur illius , de qua dicit Dominus : Beati oīs cùm perseguuntur vos & exprotra-  
bunt , & dicent omne malum adversus vos ,  
mentientes propter me , gaudete & exultate ,  
quia merces multa est in celis .*

## INTERROGATIO CLVIII.

*Quid est quod dicit Apostolus : Irae scimini Phil. 4.  
& nolite peccare : Et sol non occidat Ephel. 4.  
super iracundiam vestram : cùm in aliis  
dixerit : Omnis amaritudo , vel ira ,  
vel indignatio auferatur à vobis ?*

RESP. Arbitror in hoc loco Apostolum secundum imitationem Domini haec locutum : sicut enim in Evangelio Domini dicens : *Audiōis quis dicitur est antiquis illud vel illud ; & ipse addebat dicens : Ego autem dico vobis hoc vel hoc : Ita etiam Apostolus , cùm prius meminisset antiquitatis , per hoc quod dicitur : Irae scimini & nolite peccare : paulo Ephel. 4.  
post addidit quod ex se erat , & quod no-  
bis conveniret ; dicens : Omnis amaritudo ,  
& ira , & indignatio , & clamor auferatur à  
vobis .*

## INTERROGATIO CLIX.

*Quid est , Date locum ira :*

RESP. Non resistere malo , secundum Rom. 13. quod scriptum est : sed & ei qui te per-  
cusserit in dexteram maxillam , præbere Matth. 5. & alteram , & implere ea omnia quæ sequuntur : vel illud : *Cum persecuti vos Matth. 10.  
fuerint in una civitate , fugite in alteram .*

## INTERROGATIO CLX.

*Quae est differentia amaritudinis , & fu-  
roris , & ira , clamoris , &  
irritationis ?*

RESP. Furoris quidem & ira differen-  
tiā puto in animo contare & motu :  
quia qui irascitur , intra animum suum  
adhuc vitium volvit ; sicut ex hoc ipso  
judicās .

- Milm. 4.* judicatur, quod dicit: *Irae simili & solle peccare: Qui vero furit, amplius aliquid per motum gerit. Furor enim, inquit, est secundum similitudinem serpens. Vehementius vero furorem concitare, irritatio nominatur. Amaritudo autem illa est, cum malitia in corde etiam arte quadam componitur & armatur. Clamor quoque est, cum quis ira vel furore permotus, per vocis indignationes, aut in blasphemiam, aut in maledictionem rapitur.*

## INTERROGATIO CLXI.

*Quis est, qui a Domino beatificatur pacificus?*

- RESP.* Qui Christi adjutor est, secundum quod dicit Apostolus: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliandum Deo. Et iterum: Iustificati ex fide patrem habebamus ad Deum. Illa enim alia pax repudiata est a Christo, dicente: Pax meam do vobis, non sicut hic mundus dat, etiam ego de vobis.*

## INTERROGATIO CLXII.

*Quomodo converti quis potest, & fieri sicut infans?*

- Milm. 18.* *RESP.* Ipsa lectio Evangelii docet nos omnem causam; in qua hoc ostenditur, uti ne arrogantiam requiramus vel elationem: sed aequalitatem naturae cognoscamus; & exequemus nos eis, qui vindicant in inferiores. Hoc enim est propriè infantium, aequales esse his, quibus non nobilitate sed etate junguntur; donec processu temporis & montorum nequitas, elationis infaicitur venebris.

## INTERROGATIO CLXIII.

*Quid est, prudentem esse sicut serpem, & simplicem sicut columbam?*

- Milm. 10.* *RESP.* Prudens quidem ut serpens est, qui cum circumspecte & considerate quæ sint possibilia, & quæ honesta vel utilia pervidens, doctrinam suam dispensat, & aptat ea arte, qua studeri auditores ad obedientiam possint. Simplex autem ut columba est, qui nec in cor prorius recipit cogitationem ulciscendi in eos, qui sedunt; sed permanet in beneficiando, secundum quod Apostolus dicit: *Vos autem nolite deficere benefacientes. Dominus ad prædictioñem mittens discipulos, haec eis præcipiebat: ubi sine dubio opus erat sapientia, ad suadendum eis qui docebarunt; & patientia adversus eos, qui insidiabantur. Ut sicut sibi serpens per prudentiam intellexit, quam personam ad persuadendum aggredi deberet; etiam*

icilicet, quæ fragilior videbatur ad persuadendum; quo eam à Deo abstractam peccato sociaret: ita & nos personam, & mores, & tempus considerare & eligere debemus, & omni modo ita ordinare sermones nostros in iudicio, ut possimus abstrahere homines à peccatis & sociare Deo.

## INTERROGATIO CLXIV.

*Quomodo debemus suscipere regnum Dei sicut infans?*

*RESP.* Si tales fuerimus ad doctrinam Domini, qualis est infans in discendo: qui neque contradicit doctribus, neque rationes & verba componit, aduersus eos resistens; sed fideliter suscipit quod docetur, & cum metu obtuperat & acquiescit.

## INTERROGATIO CLXV.

*Domino dicente: Qui se exaltat, bum-  
labiliter, & Apolo præcipiente: No-  
lite superbum sapere. Et alibi: Arro-  
gantes, superbi, inflati. Et iterum:  
Charitas non inflatur: quis est elatus?  
& quis est joculator vel arrogans? quis  
vero superbus? & quis inflatus vel tu-  
mentis?*

*RESP.* Elatus est, qui scipsum effert pro his, quæ torte recte vel prospera gesta sunt, & pro hoc magnus sibi videatur & elatus; secundum illum Pharisæum, qui & ipse inflatus dici potest. Sicut & Apostolus Corinthios arguit, quibus dicit: *Ei vos inflati esis. Jactans autem vel arrogans est ille, qui non acquiescit his, quæ à prioribus vel majoribus statuta sunt, pro utilitate communis; nec ac-  
quiescit verbis Apolloni dicens: Ut ea-  
phil. 2.  
dem sentias, & aenum sapias: sed pro-  
priam quandam vitam iustitiae ac sanctitatis inquirit. Superbus est, qui etiam nihil usquam in se virtutis ac rectorum gestorum habens, elatus est & creclus, & videri vult se plus esse quād est. Similis autem esse huic potest etiam is, qui inflatus dicitur vel tumens; secundum hoc quod Apostolus dicit: *Sed inflatus est, Col. 2;  
nihil sciens.**

## INTERROGATIO CLXVI.

*Quid est, Charitas non debonflatur?*

*RESP.* Sicut quis dicat, de statu honestatis suæ non deducitur. Est enim propria quædam honestas charitatis, & habitus ejus atque ornatus: ille sine dubio, quem per singulas charitatis virtutes enunciavit Apostolus: quæ singulæ honestates quædam ejus sunt & orna-  
tus.

## INTERROGATIO CLXVI.

- 1. Reg.** *Scriptura dicens: Nolite gloriari neque loquialta, & Apo<sup>st</sup>olo confitente: Quia quae loqueris, non secundum Deum loqueris; sed sicut in insipientia, in hac subiecta gloriandi. Et rursum: Fa- Els sum insipientis gloriando. Et iterum ipso dicente: Quia qui gloriantur, in Domini glorietur; quia est gloriantio in Domino? & quae est culpabilis gloriatio?*
- 2. Cor.** *21. Scriptura dicens: Nolite gloriari neque loquialta, & Apo<sup>st</sup>olo confitente: Quia quae loqueris, non secundum Deum loqueris; sed sicut in insipientia, in hac subiecta gloriandi. Et rursum: Fa- Els sum insipientis gloriando. Et iterum ipso dicente: Quia qui gloriantur, in Domini glorietur; quia est gloriantio in Domino? & quae est culpabilis gloriatio?*
- 3. Cor.** *12. Scriptura dicens: Nolite gloriari neque loquialta, & Apo<sup>st</sup>olo confitente: Quia quae loqueris, non secundum Deum loqueris; sed sicut in insipientia, in hac subiecta gloriandi. Et rursum: Fa- Els sum insipientis gloriando. Et iterum ipso dicente: Quia qui gloriantur, in Domini glorietur; quia est gloriantio in Domino? & quae est culpabilis gloriatio?*
- 4. Cor.** *20. Scriptura dicens: Nolite gloriari neque loquialta, & Apo<sup>st</sup>olo confitente: Quia quae loqueris, non secundum Deum loqueris; sed sicut in insipientia, in hac subiecta gloriandi. Et rursum: Fa- Els sum insipientis gloriando. Et iterum ipso dicente: Quia qui gloriantur, in Domini glorietur; quia est gloriantio in Domino? & quae est culpabilis gloriatio?*

**Phil. 4.** RESP. Apostoli quidem manifestum est propositum, quod aduersus vitia loquebatur. Non enim ut seipsum commendaret, haec dicbat; sed ut quorundam insolentiam & arrogantiam retunderet. Gloriantio ergo in Domino est, cum quis ea quae recte gerit, non sibi, sed Domino ascribit, dicens: *Omnis pessum, sed in eo qui me confortat Christus.* Culpabilis autem gloriantio est, & duplice ratione dignoscitur: vel secundum hoc quod dicit: *Quoniam laudabatur peccator in supereris anima sue.* Et: *Quod glorians te miseres, qui potes et iniquitate?* Vel secundum illud, cum faciunt aliquid boni operis; ut videantur ab hominibus: & per hoc ipsum, quod volunt laudari, gloriantur in his quae fecerunt. Sed hujuscemodi homines etiam facilius designantur, cum gratiam, quae a Deo donata est, propriam faciunt; & gloriam que debetur Deo, in semetiplos convertere conantur.

## INTERROGATIO CLXVII.

- Qualem intellectum, vel prudentiam a Deo petere delevimus? vel quomodo eam proficiens promoveri?**

RESP. In intellectu quidem quis sit, ab ipso Domino per Prophetam dicimus, ducendum: *Nisi glorieris fortis in fortitudine tua; neque glorieris fortis in divinitate tua; sed in hoc gloriaris, qui gloriaris, in intelligendo & cognoscendo Dominum.* Sed iterum per Apostolum sic dicit: *Sed in diligenter, quae sit voluntas Domini.* Qui rursus ait: *Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita est & pax.* Possumus autem hoc modo promoveri, si faciamus illud, quod scriptum est: *Vacate & cognoscite, quoniam ego Dominus sum:* & si credimus omne verbum Dei verum esse: *Si enim, inquit, non credideritis, neque intelligentis.*

## INTERROGATIO CLXVIII.

- Prov. 11.** *Si Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus est; Et si alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae; quomodo increpat Dominus discipulos suos dicens: Quia adiuvat & vos infensati estis, & non intelligis? & Apostolus culpatus Galatas infensatos?*
- 1. Cor. 11.** *Si Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus est; Et si alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae; quomodo increpat Dominus discipulos suos dicens: Quia adiuvat & vos infensati estis, & non intelligis? & Apostolus culpatus Galatas infensatos?*
- Math. 15.** *Si Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus est; Et si alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae; quomodo increpat Dominus discipulos suos dicens: Quia adiuvat & vos infensati estis, & non intelligis? & Apostolus culpatus Galatas infensatos?*
- Gal. 5.** *Si Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus est; Et si alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae; quomodo increpat Dominus discipulos suos dicens: Quia adiuvat & vos infensati estis, & non intelligis? & Apostolus culpatus Galatas infensatos?*

RESP. Si quis fecit bonitatem Domini, volentes omnes homines salvos fieri, & ad

agnitionem verbi veritatis venire; & fiduum Spiritus sancti didicit, qui unicuique dedit gratiam Dei; iste cognoscit tarditatem intellectus non ex culpa ejus descendere, qui dona distribuit; sed eorum, qui desidia & infidelitate sua id suscipere non merentur. Et ideo recte culpatur insipiens vel infensatus, qui velut sole orto claudit oculos suos, ne videat, sed in tenebris ambulet.

## INTERROGATIO CLXIX.

- Si ab aliquo quid beneficii consequimur, quomodo paternitas & Dominus dignus & integrus gratias agere, & ei qui beneficium praefit? Quali mensura uti debemus in utroque?**

RESP. Si Deum auctoritatem & cosummatorem omnium bonorum esse credamus; cum vero per quem boni aliquid consecuti sumus; ut ministrum Dei gratiae & muneric agnoscamus.

## INTERROGATIO CLXX.

- Quid est dignum vel sanctum, Graciem dicunt? & quid est iustum?**

RESP. *Ceteri* quidem, id est, sanctum vel dignum esse arbitror hoc, quod decet, & debetur ab inferioribus deserri superioribus, secundum hanc ipsam rationem, qua eminentiores videntur. Iustum autem hoc, quod operis pro merito unicuique tributus. Et in illo quidem alio, optimorum quorunque indicatur obsequium: in hoc vero, tam boni quam mali retributio designatur.

## INTERROGATIO CLXXI.

- Quomodo dat quis sanctum canibus, & Mat. 7. nutrit margaritas ante porcos? aut quomodo accidit illud, quod additur: Ne forte concubent aut pedibus, & conversi disrumpant vos?**

RESP. Manifeste nobis tradidit Apostolus ex his, quae aduersus Judeos dicit: *Quia qui in lege gloriari per prævaricationem legis Deum inobediat.* Injuriam ergo hanc quam per prævaricationem legis verbo Dei ioferte dicuntur hi, de quibus sermo est, prohibet hic & abdicat Dominus. Et quis evenit, ut etiam infideles & non credentes, cum vident nos prævaricari mandata, contemptum habent religionis & doctrinae Domini, & ex ipsis his arguant nos, quae scripta sunt in lege nostra; & velut rumpant nos, & afficiant exprobrantes & confidentes, tanquam legis proprie transgressores.

## INTERROGATIO CLXXII.

**Loc. 10.** *Quomodo Dominus aliquando quidem pro-*  
**Loc. 25.** *bibet portari sacculum vel peram in*  
*via : aliquando autem dicebat : Sed*  
*nunc qui habet sacculum , tollat simili-*  
*liter & peram : Et qui non habet gladium ,*  
*vendat vestimentum suum ,*  
*& emat gladium :*

**Loc. 22.** **RESP.** Hoc explanat ipse Dominus di-  
**Eli. 53.** *cens : Quia erpet adhuc compleri ut ne-*  
*quod dictum est i quia cum iniurie depurari*  
*est. Denique posteaquam completa est*  
*prophetia , de gladio ait ad Petrum :*  
**Mark. 16.** *Converte gladium in locum suum . Omnes enim*  
*qui gladium accipiunt , in gladio persistunt . Ita*  
*ut non videatur praeceperum esse , quod*  
*dicitur : Num qui habet sacculum , tollat*  
*similiter & peram : Et qui non habet gladium ,*  
*vendat vestimentum suum , & emat gladium : sed*  
*prophetia predicentis Domini , quia fu-*  
*turum erat , ut Apostoli oblixi gratiae*  
*Domini & legis eius , assumerent gla-*  
*dium . Quod autem videatur quasi impo-*  
*rativo modo dici propositio haec verbi fu-*  
*tura , in scripturis propheticis satis fre-*  
*quenter inventur : sicut est illud : Fiant*  
**Mul. 108.** *pili ejus erubani , & diabolus fieri à dextris*  
*eius : & multa alia similia .*

## INTERROGATIO CLXXIII.

*Quid est , Panem substantivum da nobis*  
*bonie ; quod in oratione dicere*  
*jubemus ?*

**Loc. 12.** **RESP.** Cum operantes manibus mo-  
**Ephel. 4.** *dores sumus Domini dicentis : Nolite se-  
*liciti esse anime vestra , quid manducetis , ant-*  
*quid bibatis . Et Apostoli precipientis :*  
*Operamini , ut habeatis unde praefare positis*  
*necessarium patienti . Id est , cum non ad*  
*proprios usus , sed pro mandato Domini*  
*operamur : Quidam dignus est operari*  
*mercede sua : tunc substantivum panem , id*  
*est , qui vitam quotidivam substantiam*  
*nostre conferat , à Deo possumus , &*  
*non à nobis ipsis presumimus ; sed ut*  
*necessitat , in quantum sufficit , satisfiat ,*  
*& agnoscamus eum , qui sufficientiam*  
*praefat .**

## INTERROGATIO CLXXIV.

*Si omni volenti accedere ad forores ,*  
*oporet indulgere : an certis quibusque*  
*& personis , & temporibus ? vel quo-*  
*modo videnda sunt forores ?*

**RESP.** De his superius diximus jam  
 sufficienter , quia nec ad virum vir ac-  
 cedere uincunq; & sine causa ex arbitrio  
 suo vel potestate debet , sed cum  
 omni observatione , probante eo qui  
 praesit ; id est , ut vel proficit quis ei  
 quem videt , vel proficiat ex eo . Quanto

magis erga mulieres id observare con-  
 venit maiore cautela : Si quis ergo me-  
 minerit Domini dicentis : *Quia de omni Mach. 18.*  
*sermone vobis reddet rationem in die iudicii &*  
*timebit in omni negotio hanc sententiam . Acquiescendum est enim & fando Apo-*  
*stolo dicenti : *Sive manducetis , sive bibet . Cor. 14:**  
*tis , sive aliud quid faciatis , omnia in gloria*  
*Dei facite . Et iterum : *Omnis ad adiua-*  
*tionem fiant . Nihil ergo vel otiosè vel*  
*inutiliter agendum est : sed certus quis ,*  
*& certo tempore , & certo in loco , &*  
*certis personis vel apparere , vel loqui*  
*debet : ut excludatur omnis nefanda fu-*  
*spicio , & servemus sine offensione esse*  
*apud omnes , & ad edificationem fidei*  
*unicuique apparere . Certè solum ad so-*  
*lame accedere , nulla religionis ratio per-*  
*mittit . Melius est enim esse duo quam*  
*unus : simul enim & fidelius & tutius*  
*res geritur . *Vt enim uni i quia si coide Ecd. 6.**  
*rit , non est aliud qui erigat eam .**

## INTERROGATIO CLXXV.

*Si quis habet aliquod vitium , quod cor-*  
*rigere non potest ; & frequenter nota-*  
*tus in peccatis proficit ; si eum expedit-*  
*intermitti ?*

**RESP.** Et de hoc alibi jam diximus , **Mark. 18.**  
 quia oportet peccantes corrumpere patienter , secundum eum quoniam supra offendimus modum à Domino positum . Quod si non sufficit ei ad emendationem , si-  
 cut illi Coriothio , objurgatio haec que **1. Cor. 2.**  
 fit à pluribus ; sicut gentilis de reliquo  
 & publicanus haberi debet , qui ejusmodi est . Quia ei parcere , quem Domini  
 condamnavit , nulli tutum est : ma-  
 xime cum Dominus dicat : *Quia expedit **Mark. 18.***  
*amicorum ut unum oculum , aut unam manum ,*  
*vel unum pedem perdas , & ita intrer in re-*  
*gnum : quam dum parcit uni ex his mem-*bris , totum corpus mittatur in gehen-*nam ignis , ubi est fletus & stridor den-*tium . Sed & Apollonus de his ipsis te-*statur , dicens : *Quia medicum fermentum **Gal. 5.****

*totum massam corruptit .*

## INTERROGATIO CLXXVI.

*Si quis contristetur , quia ei non per-*  
*mittitur facere illud , quod non po-*  
*test optime & recte facere ; si debemus*  
*ei permittere ?*

**RESP.** Et de his jam dictum est in  
 multis , quia propria voluntate nul-  
 li quidquam facere permittendum est ,  
 sed iudicio & probatione , vel multo-  
 rum , vel eorum qui praesunt . Qui autem  
 non obtemperat his , sententiam pres-  
 sumptoris & contradicentis excipiat .

## INTERROGATIO CLXXVII.

*Quomodo debent fortiores fratres infirmitates infirmorum portare?*

RESP. Portare, est tollere & curare, secundum quod scriptum est: *Ipsa infirmitates nostras talis, & agitantes nostras portavimus.* Non quia in semetipso suscepimus infirmitates, sed quia ab illo eas ab his, in quibus erant & curavit eos. Ita ergo & hic penitentia interveniente curabuntur infirmiores, ex constantia & integritate fortiorum: qui dicuntur portare, id est, exportare & auferre infirmitates eorum, qui invalidi sunt.

## INTERROGATIO CLXXVIII.

*Quid est; Invicem onera vestra portate? & quam legem Christi adimplibimus hoc facientes?*

RESP. Idem est, quod in superioribus explanavimus. Gravia enim sunt onera peccati, quae trahunt animam in profundum inferni: quia à nobis invicem auferimus & portamus, id est, exportamus, ad conversionem provocantes eos qui peccant. Portare autem pro auferre & exportare, consuetudo est etiam rito provincialium dici, sicut & ego saepè audisse me memini. Legem autem Christi replere, illius qui dixit: *Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam.*

## INTERROGATIO CLXXIX.

*Domino docente nos, orandum esse, ut ne intremus in temptationem; sed operari ne accidant nobis dolores corporales; vel si inciderimus in eos, quomodo oportet ferre?*

RESP. Non discrevit temptationum qualitatem, sed generaliter praecepit orandum esse, ne intremus in temptationem. Si vero inciderimus, ut det nobis exitum evadendi; & ut sustinere possumus, à Domino postea oportet, ut possumus implere quod est dictum: *Quis qui permanescit in fide, hic saluus erit.*

## INTERROGATIO CLXXX.

*Quis est adversarius noster? & quomodo ei consentire debemus in via?*

RESP. Hic specialiter Dominus eum, qui auferre quid à nobis conatur, adversarius nominavit. Consentimus autem ei, si servemus praeceptum Domini dicentes: *Si quis autem voluerit tecum iudicio contendere, & auferre tunicam tuam, dimite ei & pallium.* Quod & in omnibus fideliter observari oportet.

## INTERROGATIO CLXXXI.

*Si bonum est, statuere ad certum tempus, verbi causa, absinere se tali vel tali cibo sine potu?*

RESP. Domino dicente: *Non ut factam voluntatem meam, sed voluntatem ejus quia me misit:* omnis hujuscemodi definitio incongrua est. Quod sciens David, dicebat: *Juravi, & statui confidere* Psl. 111. *iusticia justitia tua:* & non mea voluntatis. Et iterum Dominus: *Nox mea de Leu. 11. luntas, sed tua fias:*

## INTERROGATIO CLXXXII.

*Si quis voluntate peccaverit, condemnatur an etiam ille, qui per ignorantiam extra veritatem aliquid fuerit locutus?*

RESP. Judicium Dei etiam in his, qui per ignorantiam peccant, manifestum est, cum dicit: *Quia qui rescas, & Luc. 13. non fecerit, digna plagi vapulabit paucis.* Ubique tamen dignæ gesta penitentia venie spem presumat.

## INTERROGATIO CLXXXIII.

*Si quis cogitaverit tantum facere aliiquid, & non fecerit, si & ipse mendax judicandus est?*

RESP. Si secundum mandatum est, quod cogitavit facere, non ut mendax, sed ut contemptus à Domino condemnatur.

## INTERROGATIO CLXXXIV.

*Si quis pravensus fuerit, ut definit aliquid agere eorum quia non placent Deo; quid oportet magis irritum revocare, quod male fuerat definitum; an timore eo, ne mendax sit, implere peccatum?*

RESP. Cùm dicat Apostolus: *Non factam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit Patri:* penitentiam debet agere primò, qui ita aliquid temerè definit, quodcumque illud fuerit, quod definitum est. Quia ne ipsa quidem bona propria auctoritate & definitiōne facere oportet: multo autem magis ea, quæ non placent Deo, statuere non licet. Quia autem oportet & in irritum revocare, quæcumque ex presumptione contra mandatum Domini statuantur, manifestè ostenditur in *Apolo-*

Eph. 5,

Gal. 9.

Luc. 5.

Math. 26.

Math. 10.

Math. 5.

Joh. 15.

Apostolo Petro; qui temerè quidem statuerat, & dixerat: *Nos levabitis pedes meos in eternum.* Audiens autem à Domino definitarū sententiam: *Quia si non levare te, non habebis partem meum;* statim mutavit definitionem suam, & ait: *Dominus, non tantum pedes, sed & manus, & caput.*

## INTERROGATIO CLXXXV.

*Si is, cui commissa est dispensatio eorum, quis Domino offeruntur, necessitatem habet implore, quod dicit mandatum:* *Omni potenti te da: Et eum qui vult abs te mutuum sumere, non avertas.*

Luc. 6.  
Math. 5.

RESP. Hoc quod dictum est: *Omni potenti te da: Et, volentem mutuari abs te, non avertas;* quasi tentationis habet locum, sicut ex consequentibus demonstratur. Propter malos enim praeceptum est, non principaliter, sed quasi quod in necessitate heri debet. Principale enim praeceptum Domini est: *Vende omnia tua bona, & da pauperibus.* Et iterum: *Vendite bona vestra, & date elemosynam.* Quod ergo aliis delegatum est vel deputatum, in alios transferre non est absque discrimine, Dominio dicente: *Quia non sum misericordia, nisi ad eversas perditas domus Iusti.* Et quia non est bonum tollere panem filiorum, & minere canibus: sed & abs te ipso iudicare debes, quod justum est.

## INTERROGATIO CLXXXVI.

*Quod si frater nibil habens proprium, petatur ab aliquo hoc ipsum quo defitus est; quid debet facere, maximè si nudus sit ille qui petit?*

RESP. Sive nudus, sive malus, id est, sive veram necessitatem patiatur, sive fallit, vel si quid aliud est, semel dictum est, quia dare vel accipere non est omnium, sed illius solius, cui commissum est illud officium. Qui utique cum omni providentia & cautela hujuscemodi dispensationem debet implore, ut pollit unusquisque in quo vocatus est, permanere.

## INTERROGATIO CLXXXVII.

*Quomodo potest quis sine caritate tantam fidem habere, ut montes transferat, aut substantiam suam pauperibus dividat, & corpus suum tradere ut ardeat?*

1. Cor. 13.

RESP. Si memores simus Domini dicens: *Faciunt enim omnia, ut videantur ab hominibus.* Sed & illud, quod respondit illis dicentibus: *Dominus, nomen in tuo nomine demonia ejecimus!* & in tuo nomine virtutes miasmas fecimus! cùm ait ad eos: *Nisi vos nunc fatis;* non quia mentiti

*Cod. Regul. Tom. I.*

sunt, sed quia Dei gratia abusi sunt ad proprias voluntates: quod utique alienum est à charitate Dei. Si ergo horum meminimus, facile quæ dicta sunt advertimus. Quia autem gratiam Dei vel donum accipiunt etiam indigni, non est novum aut mirum. Deus enim in tempore hoc benignitatis & patientie suæ, etiam fidem suam viri facit super bones & Malos. Interdum autem etiam ad profectum eorum, qui adhuc infideles sunt, ut gloria ejus multiplicetur; secundum quod & Apostolus dicit: *Quia quidam per gloriam, tu inuidit & contendit, quidam autem propter bonam voluntatem Christum annuntiant & addicunt dicens: Veritas enim modis occasiōne, free veritate Christus annuntiatur, in hoc ego gaudeo.*

## INTERROGATIO CLXXXVIII.

*Quis est qui abscondere dicitur talentum, & propterea condemnatur?*

RESP. Qui quamcumque gratiam Dei detinet, & abscondit in suis usibus, & non ad aliorum utilitatem, ille tanquam occultati talenti crimen condemetur.

INTERROGATIO CLXXXIX.

*Quid est immunditia, & quid est impudicitia?*

RESP. Immunditiam quidem lex ostendit. Hoc enim nomine uia est super his, qui inviti per naturalem necessitatem patiebant ea, que homines pati conuerunt. Impudicitia vero mihi videatur esse, cùm quis naturalem libidinis motum impudentius & invercundius concitat & irritat.

INTERROGATIO CXC.

*Quid est proprium furoris? & quid est proprium indignationis justa?* & quanto aliquoties quasi ab indignatione incipientes inventur decidere in furore?

RESP. Furoris quidem proprium est, concitat anima mala militantis adversus eum, qui se concitat & irritat. Indignationis vero justæ proprium est, peccantem corripere eo affectu vel proposito, quo avertimur a peccatis; & quod displicet nobis, quod non recte gestum est. Quod autem interdum à bono incipiens anima decidit in malum, nihil mirum est. Multa enim invenies hujuscemodi, propter quod meritis oportet sacre scripture, dicentis: *Juxta Psalm. 138: te semitem scandulum posuerunt mihi.* Et iterum: *Nisi enim quis legitime certaverit, a Toto, non coronabitur.* Et ideo in omnibus observanda est rerum mensura, & tempus,

O

&amp;

& ordo ; quia ex aliqua horum causa accidit , ut id quod videtur bonum , inveniatur malum.

## INTERROGATIO CXI.

*Ex quibus fructibus probari debet is , qui ex affectu arguit fratrem peccatum ?*

RESP. Primum omnium ex eo quod precipuum est , si cum misericordia redarguit , & est in eo illud , quod dixit

*a. Cor. 12. Apostolus : Quis si pariter anima membrum , comparientur omnia membra . Vel illud : Quis scandalizatur , & ego non eror ? Tum dcinde , si in omni peccato similiter affligitur & contritatur , & ergo omnes qui peccant , vel si in se delinquat aliquis , vel in alium , similiter contritatur & luger . Et si arguens observat illam regulam , quam Dominus posuit , id est , ut inter semet ipsum solum , vel alio uno , vel duobus Mth. 18. adhibitis . Super omnia autem , si ob- t. Tim. 1. servat quod dixit Apostolus : cum omni patientia .*

## INTERROGATIO CXII.

*Si oportet eis , qui ingrediuntur ad fratres , statim artificia dicere ?*

RESP. Qui prouent , probent ; ut quem sociari voluerint corpori congregacionis , artibus erudiant diversis , secundum modum & qualitatem proprietas & conditionis : Ut verbi gratia : si ad meditanda vel agenda spiritualia minus investiatur idoneus , alterius negoti soliceretur occupationibus , ne tempore otio atque vacante satanas , expostum quodammodo suis telis occupet . Dicit enim Apostolus : Qui non labiat , non manducat . Et Salomon : Ostat inimica est anima .

*a. Thel. 3.*

## INTERROGATIO CXIII.

*Si quis non desiderio corrigendi fratres arguat cum qui delinqut , sed sui vestiti explendi gratia ; quomodo oportet bunc corrigi , si post multam communicationem in eisdem permaneat ?*

RESP. Iste velut suis commendis proficiens , & primatus desiderans , notetur ; & emendationis ei modus ex institutionum discipulis intimetur . Quod si permanestr in obstinatione , manifesta est sententia eorum , qui non poenitent pro delicto .

## INTERROGATIO CXCIV.

*Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres , ad emendationem eorum qui delinquunt ?*

RESP. Hoc sit in judicio positum eorum , qui prouent , vel quanto tempore , vel quali modo corripi debeant : quia & etas , & eruditio multam haberi facit differentiam penitentie .

## INTERROGATIO CXCV.

*Si in ovani peccato , sive secundum cogitationes , sive secundum verbum , sive secundum actua : satanam in causa esse convenit dici ?*

RESP. Generaliter arbitror , quod satanas ipse per seipsum causam peccati extolle nulli potest : sed motibus animae nostrae , sive naturalibus , sive etiam ex vicio conceptis abutitur ad voluntatem malitiae suarum ; & de nostris nos motibus , si forte non vigilemus , trahit in hoc quod ipsi gratum est , id est , in peccatum . Naturalibus ergo motibus nostris abutitur : sicut illud quod in Domino facere conatus est , cum eum sensisset effire , ait ad eum : Si Filius es Dei , dicitur *Mth. 4. ut lapides igli paves fiant* . Motibus autem ex vicio conqueritis abutitur , sicut fecit in Iuda : quem quoniam cupidum vidit & avaritie morbo agrotantem , abusus *Lec. 12. hoc vitio ejus , usque ad prodictionis eum , ob triginta argenteorum lucrum , pertraxit ruinam* . Quia autem mala ex opere ipsius oriuntur , mandicè ostendit Dominus dicens : *Quia de carne prodeunt cogitationes mala , & reliqua* . Hoc autem accidit iis , qui per negligentiam inulta & squalentia naturalium in se bonorum semina derelinquent : dicente Salomon : *Quia sicut agricultura , ita vir infipientis* *Pro. 14. sicut vinea , ita homo cui deest prudenter* : *Sicut relinquis eam , sicut deserteris , & ascendens in ea spine , & eris derelicta* . Hunc ergo animae , quae ex hujusmodi negligencia squaluerint , & in desertum venerint , consequens est suspicere illam sententiam , quae dicit : *Spina & tribulus Gen. 3. aruntur in te* : & pati illud quod scriptum est : *Expellere ut faceret uirat* ; *fecit autem illi spinas* , de qua dixerat : *Plantavi vineam Sereb* . Et tunc merito dicerut ad eam illud , quod per Jeremiam predictum est à Domino , dicente : *Ego te plantavi uirum* *Gen. 3. vineam fructiferam , totam veracem , quomodo conversa es in amaritudinem vinea aliena* .

## INTERRO-

## INTERROGATIO CXCVI.

*Si quis relinquens fiscalia debita, iuret ad fratres, & parentes eius pro ipso exigantur, & tribulantur; si non afferat hoc culpam aliquam, vel bis qui eum suscepserunt, vel illi ipsi qui ita egerit?*

**RESP.** Dominus noster JESUS Christus  
Mark. 12. his qui interrogaverunt Ic: Si licet dari censum Cesari, aut non; ait: Offendite milie denarium, cuius habet imaginem & subscriptio nem? Cum autem dixissent quia Caesaris; Respondit dicens: Reddite ergo que Caesaris sunt, Cesari: & qua Dei sunt, Dei. Et hoc ergo manifeste docemur, quia hi obnoxii sunt tributis Caesaris, apud quos invenitur Caesaris census & imago. Si quid ergo tale etiam iste veniens ad fratres secum detulit, obnoxius est ad exolvendum debitum. Si vero omnibus derelictis in manibus propinquorum abscessit, nullus vel ipsi, vel fratribus scrupulus debet existere.

## INTERROGATIO CXCVII.

*Si oportet eum qui praest, extra eam qua fororibus praest, loqui aliquid; quod ad adificationem fidei pertinet, virginibus?*

**RESP.** Et quomodo servabitur praeceptum illud Apostoli dicentis: Omnia vestra beneficē & secundum ordinem sunt?

## INTERROGATIO CXCVIII.

*Si convenit cum qui praest, cum ea qua fororibus praest frequenter loqui; & maximè; si aliquid de fratribus pro hoc latatur?*

**2. Cor. 10.** **RESP.** Apostolo dicente: Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliis conscientia? bonum est imitari euani dicentem: Quia 2. Cor. 9. non sum usus patristate mea, ne essendiculum aliquod darem Evangelio Christi. Et quantum hieri potest, & rarius videnda sunt, & brevior est fermocinatio instituenda.

## INTERROGATIO CXCIX.

*Si oportet, cum aliquis foror confiteretur quodcumque delictum suum presbytero, etiam matrem Monasterii adesse?*

**RESP.** Honestius mihi videtur esse & religiosius, ut per seniorem matrem presbyter, si quid illud sibi videtur, statuat; & modum, vel tempus penitentiae imponat ad emendationem ejus, quæ corrigit desiderat à peccato. Non est enim honestatis, ut arbitror, aut ordinis, ut aliquis sine testimonio marris illius quæ praest, vel cum paucis, vel cum pluribus statuat aliquid, vel loquatur.

*Cod. Royal. Tom. I.*

## INTERROGATIO CC.

*Si oportet gesta turpia vel obscena confidentia nunc evanidim pronunciare omnibus, aut certis quibusque, & quibus illis?*

**RESP.** Confessio peccatorum hanc habet rationem quam habet vulnus aliquod corporis vel passio, quæ medico demonstranda est. Sicut ergo non omnibus quis vitia vel vulnera corporis sui revealat, nec quibuslibet, sed his tantummodo, qui lumina peritæ testimoniū habent, & curæ ac medæ disciplinam; ita & confessio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc prevalent ac emendare, secundum quod scriptum est: *Vos qui fortiores esis, instruam infirmorum potestate: hoc est, exportate & auferite per curationem.*

## INTERROGATIO CCI.

*Si ignorante matre seniore presbyter aliquand fieri precipiat fororibus, recte videbitur indignari senior mater, cum ipsa negligenter?*

**RESP.** Et validè: alioquin janitor precipit frustra ut vigili; si alius in domo vult quolibet disponere. Sic & Aaron cum abiente & ignorantе Moysè Exod. 28. in populo quipiam præsumit, conflato idolo, tam super se, quam super reliquum populum inducit gravē peccatum. Ab hoc idolatriæ reatu Paulus Corinthiis, provisum esse voluit, quibus pro corrigoendo eo, qui patris uxorem violaverat, licet corpore ablens scribit: *Congregatis vestis. O me spiritu, eam virtute 1. Cor. 3. Domini nostri JESU Christi.* Timor heo etiam quamvis proposito omnibus, de utendo modico vino præcipit. Quardam ordinantur à diversis personis, disponente seniore, qui habere possunt congregatiōnem: quardam vero nullatenus, nisi praefente seniore, & præcipit in conuentu fororum. Siquidem discipuli, qui Math. 17. etiam potentia virtutis Dei multa signa operabantur, à quodam spiritum immundum eiscerre non possunt, nisi prius magister hunc ad se allatum reddidit famum. Ne vero persona porcens disponere per se quid præsumat in congregatiōne, absque eo ad quem cura pertinet animarum, hinc colligitur; quoniam ratus sanitates contulit Dominus à majore persona rogarus, ut Reguli filio, & servo Centurionis; quam fortè his, qui liberi ab imperio alieno suo vibrant arbitrio, ut docet mulier illa peccatrix, quæ per se currit ad medicum salutis.

## INTERROGATIO CCII.

- S. Thed. 2.* Si potest impeditre propositum sancti boni  
minis satanas, quia scriptum est: Ego  
quidam Paulus semel & bis venire vo-  
lui ad vos & impeditivit nos satanas?

RESP. Enrum quae in Domino gerun-  
tur, quedam quidem solo proposito &  
judicio animæ ericiuntur, quedam etiam  
per corpus adimplentur; id est, vel  
labore, vel patientia corporis. Quæ-  
cunque ergo in animæ proposito conser-  
vunt, hæc impeditre nullo modo potest  
satanas: ea verò quæ etiam ministerio  
corporis adimplentur, frequenter, per-  
missu tamen Dei, impeditri possunt, ad  
probationem ejus qui impeditur: ut ap-  
pareat, si à bono proposito nequaquam  
per hujusmodi impedimenta mutatur.  
Sicut hi qui super petram feminati di-  
cuntur; quod ad præfens quidem au-  
dientes verbum cum gudio suscepérunt,  
facta autem tribulatione vel perfec-  
tione, continuo recesserunt. Vel certè si  
permanferint in bonis, majoribus premiis  
digni sunt, quasi in certamine vicerint:  
*Luc. 18.* sicut & ipse Apostolus, cum frequenter  
propofuerit Romam profici, & pro-  
hibitum se esse facetur, tamen non ces-  
savit à proposito, usquequo quod pro-  
pofuerat expleret. Sed per patientiam

*Rom. 1.*

sustinuit, sicut sanctus Job, qui tanta  
à diabolo passus est; cogente se loqui  
aliquid impium adversus Deum, & in  
nullo penitus, nec in sermone quidem  
regulam pieratis excusat, quo minus ea  
separaret de Deo quæ pia erant. Sicut  
scriptum est dc eo; *Quia in his omnibus Job. 1.*  
*nibi peccavit Job Labii suis in conspectu De-*  
*mini; nec dedit insipientiam Deo.*

## INTERROGATIO CCIII.

*Quomodo fit aliquis in præfenti faculo  
finitus?*

RESP. Si tineat sententiam Domini  
dicentis. *Va qui prudentes sunt apud seip- Ili. 12*  
*sol, & in conspectu suo sapientes.* Et imi-  
tetur eum qui dixit: *Sicut immemor fa- Psalm. 71*  
*mus sum apud te.* Et omnem arrogan-  
tiā prudentiæ abiciens, non prius ere-  
dat sensibus suis inesse aliquid boni,  
quam mandato Domini illuminetur; ut  
intelligat, quid est quod placeat Deo,  
sive in opere, sive in verbo, sive in  
cogitatione; secundum quod & Apoflot-  
lus dixit: *Confidentiam autem talam habe- a. Cor. 1*  
*mus in Christo ad Deum; non quia à nobis*  
*ipſis idonei sumus cogitare aliquid, quasi ex*  
*nobis i sed sufficientia nostra ex Deo eſt.*

Explicit Regula S. Basilii Episcopi.





CODICIS

# CODICIS REGULARUM *PARS SECUNDA,*

*In qua SS. Patrum OCCIDENTALIUM Regula  
ad Monachos.*

- S. BENEDICTI Abbatis Casinensis.  
CONSENSORIA MONACHORUM INCERTI.  
REGULA INCERTI.  
SS. PAULI & STEPHANI Abbatum.  
S. CÆSARII Arelatensis.  
S. AURELIANI Arelatensis.  
S. FERREOLI Ucetiensis.  
S. COLUMBANI Abbatis.  
MONASTERII TARNATENSIS.  
S. ISIDORI Hispalensis.  
S. FRUCTUOSI Bracarensis.  
EJUSDEM REGULA COMMUNIS.  
Cujusdam PATRIS.  
REGULA MAGISTRI.  
GRIMLAICI REGULA SOLITARIORUM.





# S. BENEDICTI ABBATIS CASINENSIS REGULA MONACHORUM.

## DE S. BENEDICTI REGULA VETERUM ALIQUOT TESTIMONIA.

S. GREGORIUS M. PP. Dial. lib. II. cap. xxxvi.

BENEDICTUS vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctissima quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scriptis Monachorum Regulis, discretione praecipuum, sermone luculentam. Cujus si quis subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione Regula, omnes magisterii illius alias invenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

HONORIUS Augustodum. Script. Eccl. lib. II. cap. xxx.

BENEDICTUS Abbas Monasterii Casini, scriptis Regulam Monachorum, per totum mundum promulgatam; qui omnium justorum spiritu plenus scribitur.

SIGEBERTUS Gemblac. Script. Eccl. cap. xxxi.

BENEDICTUS Casinensis, pater Monachorum, Nursia Italia Provincia ortus, spretis literarum studiis eremiticam vitam expeditivit, & procelius ad summum culmen Monastica perfectionis, secundum quam vixit, scriptis Regulam Monachorum, sermone luculentam, discretione praecipuum. Simplicius discipulus ejus, latens Magistri opus publicavit.

PETRUS Diaconus de viris illust. Casin. cap. v.

Simplicius sanctissimi BENEDICTI discipulus, ac post eum tertius in Casino Abbas effectus, Regulam quam Iunus Magister considerat, publicè legendam omnibus Monachis tradidit.

PAULUS Diaconus de gestis Longobard. lib. VI. cap. xi.

Huic venerando viro Petronaci in sequenti tempore sacerdotum praecepit & Deo dilectus Pontifex Zacharias plura adjutoria contulit, libros scilicet sancta Scriptura, insuper & Regulam, quam beatus Pater BENEDICTUS suis sanctis manibus conscripsit, paterna pietate concessit.

CONCILIUM Germanicum incertum, confirmatum à Concilio Leptinensi  
ad an. DCCXLIII. Can. VII.

Decrevimus ut Monaci & ancilla Dei monasteriales juxta Regulam S. BENEDICTI canobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare, vivere student: & vitam propriam degere secundum prædicti patris ordinationem non negligant.

CONCILIUM LEPTINENSE Can. i.

Abbes & Monaci recuperant Regulam sancti Patris BENEDICTI ad restaurandam normam regularis vita.

BREVIS

BREVIS CAPITUL. Caroli M. to. ii. Conc. Gall. cap. xii.

*Querendum quo Regula Monachorum vixisset in Gallia, priusquam Regula S. BENEDICTI in ea tradita fuisset; cum legamus S. Martinum & Monachum fuisse, & sub se Monachos habuisse, qui multo ante S. BENEDICTUM fuit.*

CONCIL. REMENSE ii. Can. ix.

*Lega est Regula S. BENEDICTI, ut ad memoriam reduceretur Abbatibus minus scientibus, qualiter & si & suos secundum eandem Regulam custodire valerent atque gubernare.*

CONCILIO DUZIACENSE ii. cap. vii.

*Beatus gratia & nomine BENEDICTUS sancto Spiritu inspiratus consensu Sacris Scripturis, & aliorum orthodoxorum Patrum Prædicationibus in Regula sua dicit.*

S. BERNARDUS de præcepto & dispense. cap. iii.

*Regula sanctorum Basili, Angustini, BENEDICTI, neconon authentici canones, & si qua sunt alia Ecclesiastica instituta digna autoritatis, quoniam à sanctis tradita sunt, sancta stabilitate perseverant; nec omnino cuivis subiectiorum ea aliquo modo variare, vel mutare concedatur.*

## SIMPLICIUS ABBAS CASINENSIS

In Regulam S. BENEDICTI.

**Q**ui levi jugo Christi colla submittere cupis,  
Regulæ sponte da mentem, dulcia ut capias mella.  
Hic Testamenti veteris novique mandata,  
Hic ordo divinus, hicque castissima vita.  
HOC BENEDICTUS Pater constituit sacrum volumen,  
Suisque mandavit hæc servanda alumnis.  
Simplicius famulus Christique minister  
Magistri latens opus propagavit in omnes:  
Una tamen merces utrisque manet in ævum.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Post tot eximia Regula S. BENEDICTI præconia inane foret, plura de ejusdem perfectione superaddere; cum inter Occidentales Monachos hoc prima fuerit & perfecta vita monastica norma juxta S. Gregorium M. ianu citatum, discretione precipua, sermone luculenta. Et si enim longè ante S. BENEDICTI tempora Monasticus Ordo apud Occidentales populos floruerit, atque apud Italos, Gallos, Britannos, imò boderne Scotia ioculis extiterit varia monasteria; nulla tamen ab Occidentalibus Monachis scripta Regula ante hujus Sancti statuta repetitur: Sed monasteriorum incola pro norma vita solitaria & perfecta sequuntur Evangelii præcepta, SS. Patrum statuta, vitas & exempla Monachorum Egypci & Syri; ac quilibet Abbas ex variis platis Orientalium Regulæ, & Cossioni Institutionibus monasticis, pro sua prudentia & pietate, subditos vegetabat, illis præscribens statuta, uti necessitatibus loci magis commoda, sic & viribus magis congrua. Imò in uno eodemque monasterio plures Regulas abique omni distinctione vel amulstione observabant, ex qualibet eligentes id, quod perfectius videbatur, nec buie nec alteri, exclusi alio, tenaciter obbararent. Varia hujus discipline monastica exempla profert Mobillonius in suis Annalibus Benedictinis, atque S. Gregorius Turonensis in Historia Francorum Lib. 10. num. 29. meminuit monasterii Attani, in quo S. Basili, Cossiani, aliorumque SS. Patrum Regula observabantur. Postquam autem S. BENEDICTUS circa annum D. V. hanc*

*præfatu-*

presentem Regulum omnes statim monastici perfectiones complectentem conscripsit, atque 12. monasteria exerat, tunc per illam Ordo Monasticus per omnes Occidentis plagas novo splendore fulgere caput, radios suas ubique dispergens. Quavis autem sanctissimum bujus Regula auctor anno DXLII. vel sequenti ad Calites translatus sit; attamen ante mortem vidit Regulam suam per S. Placidum in Sicilia, & per S. Maurum, discipulos suos, maricidem propagata per Gallias, quod labente hoc seculo sexto & ineunte sequenti raro repertus monasterium, in quo disciplina Benedictina in Gallis, Hispania & Italia non fuerit quodammodo recepta. Patendum quidem est, illam apud Gallos aliquando simul cum S. Columbanis Regula in quibusdam monasteriis observatam, tardiusque a Scottis & Hibernis suscepimus fuisse: nullus tamen indicio ibit, quod ineunte facultate ollavro ubique S. Ordo Benedictinus floruerit, multisque alius Ordo Monasticus in Ecclesia Occidentali per aliquos facultates notus fuerit. Omnes quippe Monachorum Ordines five Congregationes, facultates novas, decimam & undecimam exorta, hanc S. Regulam excolebant, quales sunt Cluniacenses, Cistercienses, Turonenses, Camaldulenses, multaque aliae Monachorum Congregationes, quarum plerumque vetera statuta in Additamentis ad hunc Codicem exhibemus. Adeoque jure optimo S. BENEDICTUS appellari potest Monachorum Occidentalium Patriarcha, cum ab ipsius sacro Ordo emanarent tot ali sacri Ordines Monastici, atque ille solus triginta Summi Pontifices Ecclesie universali concederit, prater innumeros Cardinals, Patriarchas, Metropolitas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, quorum nomina jam dudum plerumque fastis Sanctorum inscripta sunt. Denique prater hanc perfectionis monasticae Regulam LXXIII. capitulis contentam S. BENEDICTO attribuitur solent nonnulli Episcoli, & pricipi brevis tractatus asceticus, sub hoc titulo & Ordo, qualiter fratribus in monasterio religiosè ac studiòse conversari, ac Domino militare opporteat. Hunc tractatum ad calcem S. Regule imprimi curavit R. P. Ornatus Wion, Venetiis anno 1593. & iterum PP. R.R. Patres Congregationis Bursfeldensis, Parisiis anno 1610, atque illum in Bibliotheca M. Patrua, quemadmodum & inter statuta Ordinis Cisterciensium, impressum reperimus. Negant quidem moderni Critici, illum esse verum S. BENEDICTI statutum: utenque sit, vident, tanquam antiquum monasticae doctrina monumentum, inter bujus Codicis Additamenta exhibebamus, ubi plura de eodem differunt.

## INCIPIT PROLOGUS REGULÆ S. BENEDICTI A B B A T I S.

**A** SCUTA O fili precepta magistri, & inclina aurem cordis tui; & admonitionem pili patris libenter excipe, & efficaciter comple: ut ad eum per obedientiz laborem redreas, à quo per inobedientiz desidiam recesseras.

Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenuncians propriis voluntatibus, Domino Christo vero Regi militaturus, obedientiz fortissima atque praeclarâ arma sumis. Inprimis, ut quidquid agendum inchoatis bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas; ut qui nos jam in filiorum dignus est numero computare, non debeat aliquando de malis actibus nostris contritari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum ut iratus pater fuos non aliquando filios exhaeredet; sed nec, ut metue-

dus dominus, irritatus malis nostris, ut nequissimos servos perpetuam tradat ad peccatum, qui cum sequi noluerint ad gloriam.

Exurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos Scriptura ac dicente: *Hora Rom. 13: est iam nos de somno surgere: & apertis oculis nostris ad delictum lumen, accutis auribus audiamus, divina quotidie clamans quid nos admoneat vox, dicens: Hos si vocem ejus audieritis, nolite obdurare Psal. 94: corda vestra.* Et iterum: *Qui habet aures Apoc. 2: audiendi audiat, quid Spiritus dicit Ecclesiæ.* Ex quid dicit: *Venite filii, audite me: in Psal. 95: morem Domini docete vos.* *Currete,* dum *Iohann. 18: lumen vestre habetis, ne tenebra moritis vos comprebendant.* Et querens Dominus in multitudine populi, cui haec clamat, operarium suum, iterum dicit: *Quis est Psal. 33: bonus, qui vult vitam, & caput videare dies bonus?* *Quod si tu audiens, respondebas:*

P Ego,

Ego, dicit tibi Deus: Si vis habere veram & perpetuam vitam, prohibe linguum tuum à malo, & labia tua ne loquuntur dolum & diversitatem à malo, & fac bonum: inquire pacem, & sequere eam. Et cum haec feceritis, oculi mei super vos, & aures meae ad preces vestras. Et antequam me invocetis, dicam: Ecce adsum. Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos, fratres charissimi? Ecce pietate tua demonstrat nobis Dominus viam vitæ.

**Ephes. 6.** Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris per datum Evangelii pergamus itinera ejus; ut mereamur eum, qui nos vocavit in regnum suum, videre. In cuius regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illic bonis actibus curritur, minimè pervenitur. Sed interrogemus cum Pro-

**Psalm. 14.** pheta Dominum, dicentes ei: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis regnabit in monte sancto tuo? Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem, & offendit nos viam ipsius tabernaculi, dicentem:

**Ibidem.** Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam; qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in ligna sua; qui non fecit proximo suo malum; qui approbat non accipit adversus proximum suum. Qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi cum ipsa suauitate sua à conspectibus cordis sui respuens, deduxit ad nihilum, & parvulos cogitatus ejus tenuit, & allite ad Christum. Qui timentes Dominum de bona observantia sua non se reddit elatos; sed ipsa in se bona, non à se posse, sed à Domino fieri existimantes, operantur in se Dominum magnificant,

**Psalm. 136.** illud cum Prophetâ dicentes: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomen tuum da gloriam. Sicut nec Paulus Apostolus de predicatione sua

**2. Cor. 1. 2. Cor. 10.** sibi aliquid imputavit, dicens: Gratia Dri sum id, quod sum. Et iterum Ipse dicit: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

**2. Cor. 7.** Unde & Dominus in Evangelio ait: Qui audit verba mea hoc, & facit ea; similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam

supra petram: vernacula flumina, fluviorum sunt, & impigerunt in dominum illam, & non cedidit: quia suadata erat supra petram. Haec compleans Dominus, expectat quotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum hujus vitæ dies ad inducias relaxantur, dicente Apostolo: An usias, quia patientia Dri ad penitentiam Rom. 1. te adducit? Nam pius Dominus dicit: Nole mortem peccatoris, sed uiu revertatur, **Matt. 18.** & vivat. Cum ergo interrogassimus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi ejus, audivimus habitandi preceptum: sed si compleamus habitatoris officium, erimus heredes regni celorum. Ergo preparanda sunt corda & corpora sancte præceptorum obedientiae militanda: & quod minus habet in nos natura possibile, rogemus Dominum, ut gratia sua jubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehennæ peccatas ad vitam volumus pervenire perpetuam, dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, & haec omnia per hanc lucis vitam vacat implere, currendum & agendum est modo, quod in perpetuum nobis expediat.

Constituenda est ergo à nobis Dominici schola serviti: in qua institutione nihil aspernit, nihil grave nos constituturos speramus. Sed & si quid paululum restrictius, dictante aequitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conservationem charitatis processerit, non illico pavore perterritus refugias viam salutis, quæ non est nisi angusto initio incipienda: processu vero conversationis & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei: ut **Psalm. 113.** ab ipsius nunquam magisterio discedentes, in ejus doctrina usque ad mortem in Monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur; ut **1. Cor. 1.** & regni ejus mereamur esse con sorte. Amen.

Explicit Prologus.

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ S. Benedicti Abbatis.

1. De generibus, vel vita Monachorum.
2. Qualis debet esse Abbas.
3. De abbibendis ad consilium fratribus.
4. Quæ sunt instrumenta bonorum opérum.
5. De obedientia.
6. De taciturnitate.
7. De humilitate.
8. De officiis diuinis in redditu.

9. Quanti Psalmi dicendi sunt nocturnis horis.
10. Qualiter a statis tempore agatur nocturna laus.
11. Qualiter diebus Dominicis vigilia agatur.
12. Quomodo matutinorum solemnitatis agatur.
13. Privatis diebus qualiter matutini agantur.
14. In noctis etiam Sandorum qualiter agantur vigilia.

15. Alle-

15. *Alleluia quibus temporebus dicatur.*  
 16. *Qualiter divina opera per diem agantur.*  
 17. *Quae Psalmi per easdem horas canendi sunt.*  
 18. *Quo ordine ipsi Psalmi dicendi sint.*  
 19. *De disciplina psallendi.*  
 20. *De reverentia orationis.*  
 21. *De Decanis Monasterii.*  
 22. *Quomodo dormiant Monachi.*  
 23. *De excommunicatione calparunt.*  
 24. *Qualis debet esse iudicis excommunicationis.*  
 25. *De gravioribus culpis.*  
 26. *De iis, qui sine iustione Abbatie jungantur excommunicatis.*  
 27. *Qualiter debet abbas sollicitus esse circa excommunicatos.*  
 28. *De iis, qui sepius corripei so non emendaverint.*  
 29. *Si debent iterum recipi fratres exstantes de Monasterio.*  
 30. *De pueris minori aetate qualiter corripiantur.*  
 31. *De collario Monasterii qualis debet esse.*  
 32. *De ferramentis, & rebus Monasterii.*  
 33. *Si quid debent Monachi proprium habere.*  
 34. *Si omnes equaliter debent necesse est aspergire.*  
 35. *De septimanariis cognitis.*  
 36. *De infirmis fratribus.*  
 37. *De scelis, vel infantibus.*  
 38. *De bebedamario lectoris.*  
 39. *De mensura ciborum.*  
 40. *De mensura potis.*  
 41. *Quibus horis operatæ reficiunt fratres.*  
 42. *Ut post complectionem nemo loquatur.*  
 43. *De iis, qui ad spus Dei, vel ad mensam tardie occurserunt.*  
 44. *De iis, qui excommunicantur, quomodo faciliuantur.*  
 45. *De iis, qui falluntur in oratorio.*
46. *De iis, qui in aliis quibuslibet rebus delinquunt.*  
 47. *De significanda hora operis Dñe.*  
 48. *De opere manuum quotidians.*  
 49. *De Quadragesima observatione.*  
 50. *De fratribus qui longe ab oratoria laborante, aut in via sunt.*  
 51. *De fratribus, qui non satis longe proficiuntur.*  
 52. *De oratorio Monasterii.*  
 53. *De hospitibus suscipiendis.*  
 54. *Si debet Monachus fueras, vel aliquid suscipere.*  
 55. *De vestiariorum, & calceariorum fratrum.*  
 56. *De mensa Abbatis.*  
 57. *De artificiis Monasterii.*  
 58. *De disciplina suscipiendorum fratrum.*  
 59. *Si filius nobilium, vel pauperum, quod offeratur.*  
 60. *De Sacerdotibus, qui volent in Monasterio habitationem.*  
 61. *De Monachis peregrinis qualiter suscipiantur.*  
 62. *De Sacerdotibus Monasterii.*  
 63. *De ordine Congregationis.*  
 64. *De ordinando Abbatem.*  
 65. *De Preposito Monasterii.*  
 66. *De officiis Monasterii.*  
 67. *De fratribus in via direllis.*  
 68. *Si fratris impossibilitate injungantur.*  
 69. *Ut in Monasterio non praesumat alter alium defendere.*  
 70. *Ut non praesumat quisquam alium caderet, aut excommunicare.*  
 71. *Ut obedientes sint sibi iuvicem fratres.*  
 72. *De zelo bono, quem debent habere Monaci.*  
 73. *De eo, quod non omnis observatio iustitia in hac sit Regula conscientia.*

Explicit Capitula.

## INCIPIT REGULA S. BENEDICTI A B B A T I S.

### CAP. I. De generibus vel vita Monachorum.

**M**ONACHORUM quatuor esse genera manifestum est. Primum, Cenobitarum: hoc est, monastieriale, militans sub Regula, vel Abbat. Deinde secundum genus est Anachoretarum, id est, Eremitarum: horum, qui non conversionis fervore novitio, sed Monasterii probacione diuturna didicerunt contra diabolum multorum foliatio jam docti pugnare: & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam Eremi, securi jam sine consolatione alterius, sola manu vel bra-

chio contra vicia carnis, vel cogitationum, Deo auxiliante, pugnare sufficiunt. Tertium vero Monachorum teterimum genus est Sarabitarum, qui nullis regulis approbati, vel experientia magistra, sicut aurum fornacis: sed in plumbi natura moliti, adhuc operibus servantes siccum fidem, mentiri Deo per tonsuram nofcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè singuli sine pastore, non Dominici, sed suis inclusi ovilibus, pro lego eis est desideriorum voluptas: cum quidquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & noluerint, hoc putant non licere. Quartum vero genus est Monachorum, quod nominatur gyroragum; qui

P. 2

tota

## REGULA

tota vita sua per diversas Provincias ter-  
nis aut quaternis diebus per diversorum  
cellas habitantur, semper vagi, & num-  
quam stabiles, & propriis voluntatibus,  
& gula illecebris servientes; & per om-  
nia deteriores Sarabaitis: de quorum  
omnium miserrima conversatione melius  
est silere, quam loqui. His ergo omis-  
sis, ad Cenobitarum fortissimum gen-  
us disponendum, adjuvante Domino,  
veniamus.

## CAP. II. Qualis debet Abbas esse.

**A**BBAS, qui praefesse dignus est Monas-  
terio, semper meminere debet, quod dicitur, & nomen majoris factis  
implere. Christi enim agere vices in  
Monasterio creditur, quando ipsius vo-  
carut pronomine, dicente Apostolo: *Accipit Spiritum adoptivis filiorum, in quo clavamus, Abbas Pater.* Ideoque Abbas  
nihil extra preceptum Domini (quod abicit) debet nocere aut constituere, vel  
jubere: sed iustio eius vel doctrina fer-  
mentum divinae iustitiae in discipulorum  
mentibus consurgatur. Memor sit sem-  
per Abbas, quia doctrina sua, vel dis-  
cipulorum obedientiae, utrarumque re-  
rum in tremendo iudicio Dei facienda  
erit discussio. Sciatque Abbas culpa Pa-  
storis incumbere, quidquid in ovibus  
paterfamilias uiliutatis minus potuerit in-  
venire. Tantudem iterum erit liber,  
ut si iniquito vel inobedienti gregi pa-  
storis fuerit omnis diligentia attributa, &  
moribus eorum & cibis universa fuerit  
cura exhibita, pastor earum in iudicio  
Domini absolutus, dicat cum Propheteta  
Domino: *Iustitiam tuam non abscondi in  
corde meo; veritatem tuam, & salutem  
tuam dixi: ipsi autem contemnentes spore-  
verunt me.* Et tunc demum inobedien-  
tibus cura sua ovibus poena sit eis pre-  
valens ipsa mors.

Ergo cum aliquis suscipit nomen Ab-  
batis, duplice debet doctrina suis praesesse  
discipulis; id est, omnia bona & sancta  
factis amplius quam verbis ostendat: ut  
capacibus discipulis mandata Domini  
verbis proponat; duris vero corde &  
simplicioribus, factis suis divina precep-  
ta demonstret. Omnia vero, quae dis-  
cipulis docuerit esse contraria, in suis  
factis indicet non agenda: ne aliis pre-  
dicans, ipse reprobus inveniatur. Ne  
quando illi dicat Deus peccanti: *Quare  
pater, tu marras iustitias meas, & afferis testi-  
mentum menti per os tuum?* Tu vero edifici  
discipulum, & projecisti sermones meas post te.  
Et qui in fratribus tui oculo festucam vi-  
debas, in tuo trahem non vidiisti? Non  
ab eo persona in Monasterio discernatur:

non tuus plus smetur quam alius, nisi  
quem in bonis actibus, aut obedientia  
invenerit meliorem. Non convertenti  
ex servitio praeponatur ingenuus; nisi  
alia rationabilis causa existat. Quod si  
ita iustitia dictante Abbatii vim suerit,  
& de cuiuslibet ordine id faciat; sin alias,  
propria teneant loca: quia sive servus, r. Cor. 12.  
five liber, omnes in Christo unum fu-  
remus; & sub uno Domino aequaliter fer-  
vitutis militiam habulamus: quia non est  
apud Deum personarum acceptio. So-  
luminodo in hac parte apud ipsum discer-  
nimur, si meliores ab aliis in operibus  
bonis, & humiles inveniamur. Ergo  
aequalis sit ab eo omnibus charitas;  
una praebetur omnibus, secundum me-  
rita, disciplina.

In doctrina sua namque Abbas Apo-  
stolicam debet illam semper formam fer-  
mare, in qua dicit: *Argue, obserua, in-  
crepe;* id est, misericors temporibus tem-  
pora, terroribus blandimenta, dirum ma-  
gistrum, pium patris ostendat affectum; id  
est, indisciplinatus & inquietos debet du-  
rius arguere; obedientes autem & mites &  
pacientes, ut in melius proficiant, ob-  
secrare. Negligentes & contrementes  
ut increpet & corripiat, admonemus.  
Neque dissimulet peccata delinquentium;  
sed mox ut cooperent oriri, radicibus ea,  
ut pravalet, ampare: memor periculi  
Heli Sacerdotis de Silo. Et honiflores r. Reg. 5.  
quidem atque intelligibiles animos primis  
vel secunda admonitione verbis corripiat:  
improbos autem & duros, ac superbos,  
vel inobedientes verberum vel corporis  
castigatione, in ipso initio peccati co-  
ercent; sciens scriptum: *Sicutus vobis nos* Prov. 18.  
*concursum.* Et itezum t. Pericule filium tuum *Ibid. 53.*  
virga, & liberabis animam ejus a morte.

Meminere debet semper Abbas, quod  
est; meminere, quod dicitur; & scire,  
quia cui plus committitur, plus ab eo  
exigitur: sciatque quam difficiliter &  
arduam rem sustinet, regere animas, &  
multorum servire moribus. Et aliud  
quidem blandimentis, aliud verò incre-  
pationibus, aliud suasionibus: & secun-  
dam uniuscuiusque qualitatem vel intel-  
ligentiam, ita se omnibus conformet &  
aptet, ut non solum detrimenta gregis  
sibi commissi non patiantur; verum in au-  
gmentatione boni gregis gaudeat. Ante  
omnia ne dissimulans aut parvipendens  
salutem animarum sibi commissarum,  
plus gerat sollicitudinem de rebus transi-  
toriis & terrenis, atque caducis; sed  
semper cogitet, quia animas suscep-  
tarendas, de quibus & rationem reddi-  
tur est. Et ne causetur de minori fortè  
substantia, meminerit scriptum: *Primum  
quarum*

*M. 6.  
M. 34.* **quarite regnum Dei, & iustitiam ejus, & hæc omnia adiuvant uobis.** Et iterum: *Nihil deest timensibus eum.* Sciatque, quia qui fulcitur animas regendas, præparat se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsorum omnium animarum est redditurus Dominus rationem, sine dubio addita & sua anime: & ita timens semper futuram discussionem pastoris de creditis oviis, eum de alienis ratiociniis cavit, redditur de suis sollicitis: & eum de admonitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse quoque efficit a vitiis emendatus.

**CAP. III. De adhibendis ad consilium fratribus.**

**Q**UOTIES aliqua precipua agenda sunt in Monasterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipse, utde agitur: & audiens consilium fratrum, tractet apud se, & quod utilius judicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus; quia sepe juniori Dominus revelat, quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subjectione; & non presumant procaciter defendere, quod eis vitium fuerit: sed magis in Abbatis pendeat arbitrio; ut quod salubrius esse judicaverit, ei cuncti obdiant. Sed si cut discipulis convenit obedire magistro, ita & ipsum provide & justè condebet cuncta disponere. In omnibus igitur omnes magistrorum sequantur Regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam.

Nullus in Monasterio proprii sequatur cordis voluntatem: neque presumat quisquam cum Abbe suo proterè intus aut foris Monasterium contendere, quod si presumperit, regulari disciplina subjaceat. Ipse tamen Abbas cum timore Dei & observatione Regule omnia faciat; sciens se procul dubio de omnibus iudicis suis æquissimo judici Deo rationem redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in Monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio; sicut scriptum est: *Omnia fac cum consilio, & post factum non panitebas.*

**CAP. IV. Qua sunt instrumenta bonorum operum.**

- I. **I**N primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute. *Deut. 6.* *Matr. 12.*
- II. Deinde proximum tanquam seipsum. *Luc. 10.* *Leuit. 19.*
- III. Deinde non occidere. *Exod. 20.* *Matr. 5.*

- IV. Non adulterari. *Ibid.*
- V. Non facere sursum. *Ibid.*
- VI. Non concupiscere. *Exod. 20. Deut. 5.*
- VII. Non falso testimonium dicere. *Ibidem.*
- VIII. Honorare omnes homines. *1. Petr. 2.*
- IX. Et quod sibi quis fieri non vult, ali ne faciat. *Tob. 4.*
- X. Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum. *Luc. 9.*
- XI. Corpus castigare. *1. Cor. 9.*
- XII. Delicias non amplecti. *1. Tim. 5.* *2. Petr. 2.*
- XIII. Jejunium amare. *Joel. 1.* *Dan. 1.*
- XIV. Pauperes recreare. *Tob. 4.*
- XV. Nudum vestire. *Isaie 58.*
- XVI. Infirmum visitare. *Matr. 25.*
- XVII. Mortuum sepelire. *Tob. 12.*
- XVIII. In tribulatione subvenire. *Eccles. 6.*
- XIX. Dolentem consolari. *Eccles. 7.*
- XX. A sculi actibus se facere alienum. *2. Tim. 2.* *Jac. 1.*
- XXI. Nihil amori Christi preponere. *Matr. 10.*
- XXII. Iram non perficere.
- XXIII. Iracundie tempus non reservare. *Ephes. 4.*
- XXIV. Dolum in corde non tenere. *Prov. 12.*
- XXV. Pacem falsam non dare. *Psal. 27.* *Rem. 12.*
- XXVI. Charitatem non derelinquere. *1. Petr. 4.*
- XXVII. Non jurare, ne sortè perjuriet. *Matr. 5.*
- XXVIII. Veritatem ex corde & ore proferre. *Psal. 14.*
- XXIX. Malum pro malo non reddere. *1. Thess. 5.*
- XXX. Injuriam non facere, sed & factam patienter sufferre. *1. Cor. 6.*
- XXXI. Inimicos diligere. *Matr. 5.* *Luc. 6.*
- XXXII. Maledicentes se non revalefcere, sed magis benedicere. *Rom. 12.* *1. Petr. 3.*
- XXXIII. Persecutionem pro iustitia sustinere. *Matr. 5.*
- XXXIV. Non esse superbum. *Tob. 4.*
- XXXV. Non violentum. *1. Tim. 3.*
- XXXVI. Non multum edacem. *Eccles. 37.*
- XXXVII. Non somnolentum. *Prov. 20.*
- XXXVIII. Non pigerum. *Prov. 24.* *Rom. 12.*
- XXXIX. Non murmuriosum. *1. Cor. 10.*
- XL. Non detraciórem. *Prov. 24.*
- XLI. Spem suam Deo committere. *Psal. 36.*
- XLII. Bonum aliquod in se cum viderit, Deo applicet, non sibi. *Jacob. 1.*
- XLIII. Malum verò semper à se factum sciat, & sibi reputet. *Offic. 13.*
- XLIV. Diem iudicij timere. *Job. 31.*
- XLV. Gehennam expavescere. *Luc. 12.*
- XLVI. Vitam æternam omni concupiscentia spirituali desiderare. *Psal. 83* *Phil. 1.*

- XLVII. Mortem quotdie ante oculos suspectam habere. *Math. 24.*  
 LXVIII. Actus vita fuz omni hora custodire. *Deut. 4.*  
 XLIX. In omni loco Deum se respicere pro certo scire. *Prov. 5.*  
 L. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere; & seniori spiritali patefacere. *Psal. 136. Eccles. 8.*  
 LI. Os fumum à malo vel pravo eloquio custodire. *Psal. 33.*  
 LII. Multum loqui non amare. *Prov. 10. Math. 12.*  
 LIII. Verba vana, aut risu apta non loqui. *2. Tim. 2.*  
 LIV. Risum multum aut excussum non amare. *Eccles. 31.*  
 LV. Letiones sanctas libenter audire. *Lac. 11.*  
 LVI. Orationi frequenter incumbere. *Lac. 18.*  
 LVII. Mala sua preterita cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri: de ipsis malis de cæstro emendare. *Psal. 6.*  
 LVIII. Desideria carnis non perficere. *Gal. 5.*  
 LIX. Voluntatem propriam odire. *Heb. 13.*  
 LX. Preceptis Abbatis in omnibus obediens, etiam si ipse aliter, quod abit, agat: memores illud Dominicum preceptum: *Quae dicunt, facite: que autem faciunt, facere nolite.* *Math. 23.*  
 LXI. Non velle dici sanctum, antequam sit; sed prius esse, quod verius dicatur. *Math. 6.*  
 LXII. Precepta Dei factis quotidie adimplere. *Eccles. 6.*  
 LXIII. Caſtitatem amare. *1. Tim. 5.*  
 LXIV. Nullum odire. *Louis. 19.*  
 LXV. Zelum non habere; invidiam non exercere. *Gal. 5.*  
 LXVI. Contentionem non amare. *2. Tim. 2.*  
 LXVII. Elationem fugere. *Psal. 130.*  
 LXVIII. Seniores venerari. *Louis. 19.*  
 LXIX. Juniores diligere in Christi amore. *1. Tim. 5.*  
 LXX. Pro inimicis orare. *Math. 5.*  
 LXXI. Cum discordata ante solis occasum in pacem redire. *Ephes. 4.*  
 LXXII. Et de Dei misericordia nunquam desperare. *Ezech. 18.*

eina vero, ubi haec omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monasterii, & ſtabilitas in congregatiōne.

#### CAP. V. De Obedientia.

PRIMUS humilitatis gradus eſt obedientia sine mora. Haec conuenit illis, qui nihil ſibi à Christo charius aliiquid existimant, propter ſervitium ſanctum, quod profelliunt, ſeu propter metum gehennæ; vel gloriam vitæ aeternæ; mox ut aliiquid imperatum à maiore fuerit, ac ſi diuinitus imperetur, mortam pati neſciunt in faciendo: de quibus Dominus dicit: *Olandis auris obdravū Psal. 17. mibi.* Et item dicit Doctribus: *Qui vobis Matt. 10. audire, me audit.* Ergo hi tales relinquentes statim que ſunt, & voluntatem propriam deferentes mox ex occupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientia pede jubentis vocem factis ſequuntur; & veluti uno momento praedicta Magistri juſſio, & perfecta diſcipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambi res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendo amor incunabit. Ideo angustam viam arripiunt: unde Dominus dicit: *Augusta via eſt, qua ducit ad vitam,* *Matt. 7.* ut non ſuo arbitrio viventes, vel defideris suis & voluntatibus obdientes, ſed ambulantes alieno iudicio & imperio, in cœnobitis degentes, Abbatem ſibi praeficeſſe diſiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur ſententiam qua dicit: *Nos veni facere voluntatem meam;* *Joan. 6.* ſed eis qui mihi me. Sed haec ipſa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus; ſi quod jubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum reſponſu noleantis efficiatur: quiſ obedientia qua majoribus prebetur, Deo exhibetur. Ipſe enim dixit: *Qui vos audire, me audit.* Et *Matt. 10.* cum bono animo à diſcipulis praebenti oportet: *quia bilarem datorem diligis Deus.* *Cor. 29.* Nam cum malo animo ſi obedit diſcipulus, & non ſolum ore, ſed etiam in corde ſi murmuraverit; etiamque impletus juſſionem, tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor respicit murmurantium. Et *Eccles. 35:* pro tali facto nullam conſequitur gratiam: inquit poenam murmurantium incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendaverit.

#### CAP. VI. De Taciturnitate.

FACTUMUS, quod ait Prophetus: *Dixit, Psal. 18.* *cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea: posui ſcri meo cuſtodiam: obmutui, & benevolentia ſum, & filii à bonis.* Hic ostendit Prophetus, ſi à bonis eloqua-

quis interdum propter taciturnitatem debet tacere, quanto magis à malis verbis propter pecnam peccati debet **cassare**? Ergo quamvis de bonis & sanctis, & adificationum eloquis, perfectis discipulis, propter taciturnitatis gravitatem, rara loquendi concedat licentia: quia scriptum est: *In multaque non effugies peccatum.* Et alibi: *Mors & vita in manus digne.* Nam loqui & docere Magistrum concedet; tacere & audire discipulo convenit. Et ideo si qua requirenda sunt à Priore, cum omni humilitate & subflectione reverentie requirantur. Scurrilitates verò, vel verba otiosa & risum moventia, aeterna clausura in omnibus locis damnamus; & ad talia eloqua discipulum aperire os non permittimus.

CAP. VII. *De Humilitate.*

**C**LAMAT nobis Scriptura divina, fratres, dicens: *Omis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Cùm huc ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superboe: quod se cavere Propheta indicat, dicens: *Dominus, non efi exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambuleui in magnis, neque in mirabilibus super me. Sed quid? Si uero humiliatur fons, sed exaltari animam meam, sicut ablatius super matrem suam, ita retrahit in animam meam.* Unde, fratres, si summe humiliatis volumus calmen attingere, & ad exaltationem illam cœlestē, ad quam per presentis vite humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire; actibus nostris ascendebus scala illa erigenda est, que in somno Jacob apparuit; per quam ei descendentes & ascendentess Angelii monstrabantur. Non aliud sine dubio descendens ille & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humiliare ascendere. Scala verò ipsi erecta, nostra est vita in seculo, que humiliato corde à Domino erigitur ad celum. Latera enim ejusdem scalæ, dicimus nostrum esse corpus & animam: in quibus lateribus diversos gradus humilitatis, vel disciplinæ, evocatio divina ascendoros inferuit.

Primus itaque humilitatis gradus est, si tñntorem Dei sibi ante oculos semper ponens, oblivionem omnino fugiat, & semper sit memor omnium, que præcepit Deus, qualiter contemneot Deum gehenna de peccatis incendat: & vitam eternam, que timentibus Deum preparata est, animo suo semper evolvat: & custodiens se omni hora à peccatis & vitis, id est, cogitationum, lingue, manuum, pedum, voluntatis proprie; sed

& desideria carnis amputare festinet. Æstimet se homo de celis à Deo semper respici omni hora, & facta sua in omni loco ab aspectu divinitatis videri, & ab Angelis omni hora renuntiari. Demonstrat nobis hoc Propheta, cùm in cogitationibus nostris ita Deum semper praesentem ostendit, dicens: *Seruant corda vestra Psalm. 7. & reses Dei.* Et item: *Dominus uocit Psalm. 93. cogitationes dominum.* Et item dicit: *In Psal. 118. selexxi cogitationes meas de longe.* Et, quia <sup>Psalm. 75.</sup> cogitatio domini confabatur tibi. Nam ut sollicitus sit citca cogitationes suas perveras, dicat semper utilis frater in corde suo: *Tunc ero immancillatus coram eo, si Psalm. 18. observaveris me ab iniunctitate mea.* Voluntatem verò propriam ita facere prohibeatur, cùm dicti nobis Scriptura: *Et à Eccl. 28. voluntatis tuis avertere.* Et item roga <sup>Math. 6.</sup> mus Deum in oratione, ut fiat illius voluntas in nobis.

Docemur ergo meritò nostram non face-re voluntatem, cùm cavemus illud, quod dicit Scriptura: *Sunt via, que uidenter Prov. 16. bominis recta, quare finis uix ad profundum inferni demergit.* Et cùm item pavemus illud, quod de negligibilibus dictum est: *Corrupti sunt, & abominabiles sunt Psalm. 52. illi sunt in voluntatis suis.* In desideriis verò carnis ita nobis Deum credamus semper esse praesentem, cùm dicit Propheta Domino: *Ante te efi omne desiderium Psalm. 30. tuum meum.* Cavendum est ideo malum desiderium, quia mors fecus introitum delectationis posita est. Unde Scriptura precipitat dicens: *Possit concupiscentias tuas Eccl. 24. non eas.* Ergo si oculi Domini speculan-tur bonos & malos, & Dominus de celo semper respicit super filios hominum, n*tuidet, si efi intelligens, aut regnans Deum;* *psal. 78.* & si ab Angelis nobis deputatis quotidie *Iu. 13.* die noctuque Domino factorum nostro-rum opera nunciantur: cavendum est ergo omni hora, fratres, sicut in *Psalm. 18.* dicit Propheta: *ne nos declinantes Psalm. 18.* in malum, & inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcendo in nobis in hoc tempore, quia pius est, & expectat nos converti in melius, ne dicat nobis in futuro: *Hac fecisti, & tacui.*

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere; sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: *Non veni facere voluntatem meam,* *Joao. 6.* *sed eis qui misit me.* Idem dicit Scriptura: *Voluntas habeat panam, & necessitas per-rivit coronam.*

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro Dei amore omni obedientia le subdat majori; imitans Dominum, de quo dicit Apostolus: *Father obediens usque Phil. 2. ad mortem.*

- Quartus humilitatis gradus est, si in ipsi obedientia duris & contrariis rebus, vel extim quibuslibet interrogatis injuriis, tacita conscientia patientiam amplectatur, & sufficiens non lascat, vel discedat, dicente Scriptura: *Qui perseveraverit usque in finem, sic salvus erit.* Item: *Conseruator cor tuum, & sufficiens Dominum.* Et ostendens, fiduciem pro Domino universaliter etiam contraria sufficiere debere, dicit ex persona sufficentium: *Propter te morte efficiunt tota dea, astutus sumus ut eae occidimus.* Et securi de spe retributio- nis divinae, subsequuntur gaudentes, & dicentes: *Sed in his omnibus supereramus propter eum, qui dilexit nos.* Et item alio loco Scriptura: *Probasti nos Deus, igne nos examinasti, facti examinatur argenteum; induxi- sis nostris laqueis, posuisti tribulationes in dorso nostro.* Et ut ostendat sub Priore debere nos esse, subsequitur dicens: *Imposuisti bonaires super capita nostra.* Sed & preceptum Domini in adversis & injuriis per patientiam adimplentes, percussi in maxilla prabent & aliam; auferenti tunica- cam dimittunt & pallium; angariati mil- lario, vadunt & duo: cum Paulo Apo- stolo falsos fratres & persecutores suffi- nente, & maledicentes se benedicunt.
- Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala à se absconsè com- missa, per humiliter confessionem Abbatum non celaverit suo. Hortatur nos de hac re Scriptura dicens: *Revela Domine viam tuam, & spera in ea.* Et item dicit: *Con- fidemini Domino, quantum bonus; quantum in facilius misericordia ejus.* Et item Propheta: *Dilectum meum cognitum tibi feci, & in- jecisti meas non operi.* Dixi, prostruimus adversum me iniusticias meas a domino, & tu remissi impietate cor dis mei.
- Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit Monachus, & ad omnia, que sibi in- junguntur, velut operarium malum se judicet & indignum, dicens sibi cum Propheta: *Ad arbitram reditus sum, & recessi: ut iumentum fatus sum apud te; & ego sem- per tecum.*
- Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem & viliorum, non solum sua lingua pronunciat, sed etiam intimo cordis credit affectu; humilians se, & dicens cum Propheta: *Ego autem sum vermis, & non bonus; appropriatio homi- num, & obiectio plebis.* Exaltatus sum, & humiliatus, & confusus. Et item: *Bonum nabi, quod humiliasti me, ut discam mandata tua.*
- Octavus humilitatis gradus est si nihil agat Monachus, nisi quod communis
- Monastry Regula, vel majorum cohortantur exempla.
- Nonus humilitatis gradus est, si lin- guam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens usque ad interrogacionem non loquatur, monstrante Scriptura, quia in multiloquio non *Prov. 12. efficietur precarius;* & quia *vix fugias Pil. 139. non dirigetas super terram.*
- Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promptus in risu; quia scri- ptum est: *Stultus in risu exaltat vocem suam.*
- Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur Monachus, leniter, & si- ne risu, humiliter, & cum gravitate, vel pauca verba & rationabiliter loquatur, & non sit clamorosus in voce: sicut scri- ptum est: *Sapientia verbis iuaretur pacis.* *Eccl. 20.*
- Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde Monachus, sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet; id est, in opere Dei, in oratorio, in Monastry, in horto, in via, in agro vel ubicumque sedens, ambulan- tes, vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, jam se tremendo iudicio Dei representari existimet; dicens sibi in corde semper illud, quod Publicanus ille Evangelicus fixis in terram oculis dixit: *Domine non *Lac. 18. sum dignus ego peccator levare oculos meos ad celum.** Et item cum Propheta: *Incus-Psil. 111. vatus sum, & humiliatus sum usqueque.*
- Ergo his omnibus humilitatis gradibus alcensis, Monachus mox ad charita- tem Dei perveniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem; per quam uni- versia, quæ prius non sine formidine ob- servabant, absque ullo labore, velut na- turaliter ex consuetudine incipiet custo- dire, non jam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona, & delectatione virtutum: quæ Dominus jam in operarium suum mundum à vitiis & peccatis Spiritu sancto dignabitur de- monstrare.

#### CAP. VIII. De Officiis divinis in no- tibus.

**H**YEMIS tempore, id est, à Kalendis Novembis usque ad Pascha, juxta considerationem rationis, octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de media nocte pauperetur, & jam digesti surgant. Quod vero restat post vigilias, à Fratribus, qui Psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inserviantur. A Pascha autem usque ad supradictas Kalendas Novembres, si tempe-

temperetur hora vigiliarum agenda, ut parvissimo intervallo, quo Fratres ad necessaria natura exant, cunctodito; mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequuntur.

**CAP. IX.** *Quanti Psalmi dicendi sunt nocturnis horis.*

**H**YEMIS tempore supraascripto in primis dicitur versus, *Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adiuvandum ne finia, & Gloria:* deinde tertio dicendum est, *Domine labia mea aperte, & os meum annuntiabis laudem tuam:* cui subiungendus est tertius Psalmus, & Gloria. Post hunc, Psalmus nonagesimus quartus cum Antiphona, aut certe decantandus. Inde sequatur Ambrosianum: deinde sex Psalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, dicitur versu, benedicat Abbas: & sedentibus omnibus in scandis, legantur vicesim à Fratribus in Codice super analogium tres lectiones, inter quas tria Responsoria contentur. Duo Responsoria sine Gloria dicantur: post tertiam verò lectionem qui cantat, dicat Gloria; quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus surgant, ob honorem & reverentiam sanctissimae Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis divinæ auctoritatis, tam veteris Testamenti, quam novi. Sed & expositiones earum, quæ à nominatis, & orthodoxis, catholicisque Patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum Responsoriis suis, sequuntur reliqui sex Psalmi cum Alleluia cantandi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda: & Versus, & supplicatio Litanie; id est, Kyrie eleison. Et sic finiantur vigilæ nocturnæ.

**CAP. X.** *Qualiter astatit tempore agatur nocturna laus.*

**A**PASCHA autem usque ad Kalendas Novembres, omnis, ut supra dictum est, psalmodie quantitas teneatur: excepto quod lectiones in Codice, propter brevitatem noctium, minime legantur; sed pro ipsis tribus lectionibus, una de veteri Testamento memoriter dicatur: quam breve Responsorium subsequatur; & reliqua omnia, ut supra dictum est, impleantur: id est, ut nunquam minus à duodecim Psalmorum quantitate ad vigilias nocturnas dicatur: exceptis tertio, & nonagesimo quarto Psalmo.

**CAP. XI.** *Qualiter diebus Dominicis vigiliae agantur.*

**D**OMINICO die temporius surgatur ad vigilias: in quibus vigiliis teneatur mensura; id est, modulatis, ut supra *Cod. Reg. Tom. I.*

disposuimus, sex Psalmis & Versu, residentibus cunctis dispositè & per ordinem in subfelliis, legantur in codice, ut supra diximus, quatuor lectiones cum Responsoriis suis: ubi tantum in quarto Responsorio dicatur à cantante, Gloria; quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant. Post quas lectiones sequuntur ex ordine alii sex Psalmi cum Antiphonis, sicut anteriores, & versus. Post quos iterum legantur aliae quatuor lectiones cum Responsoriis suis, ordine quo supra. Post quas dicantur tria cantica de Prophetis, quæ instituerit Abbas: quæ cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam versu, & benedicente Abbatte, legantur aliae quatuor lectiones de novo iTestamento, ordine quo supra. Post quartum autem Responsorium, incipiat Abbas Hymnum: *Te Deum laudamus.* Quo dicto, legat Abbas, lectionem de Evangelio, cum honore & tremore stantibus omnibus. Qua perfecta, respondeant omnes, *Amen.* Et subsequatur mox Abbas Hymnum: *Te decet laus;* & data benedictione incipiunt matutinos. Qui ordo vigiliarum omni tempore tam scilicet quam hyenis, æquilater in die Dominico teneatur: nisi forte, quod absit, tardius surgant, aliquid de lectionibus breviandum est, aut Responsoriis: quod tamen omnino caveatur ne proveñiar. Quod si contigerit, dignè inde satisfaciat Deo in oratorio, per cuius evenerit neglectum.

**CAP. XII.** *Quomodo matutinorum solemnitas agatur.*

**I**N matutinis Dominico die in primis dicitur sexagesimus sextus Psalmus sine Antiphona in directum. Post quem dicitur quinquagesimus cum Alleluja. Post quem dicatur centesimus decimus septimus, & sexagesimus secundus. Inde benedictiones, & laudes, lectio de Apocalypsi una ex corde, & Responsorium, & Ambrosianum, & versus, & canticum de Evangelio, Litania, & completum est.

**CAP. XIII.** *Privatis diebus qualiter matutini agantur.*

**D**IEBUS autem privatis matutinorum solemnitas ita agatur, id est, ut sexagesimus sextus Psalmus dicatur sine Antiphona, subtrahendo modicè sicut die Dominico, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum Antiphona dicatur. Post quem alii duo Psalmi dicantur secundum confuetudinem: id est, secunda feria, quintus, & trigesimus quintus, Tertia feria, quadragesimus secundus, & quinquagesimus sextus. Quarta feria

Q

feria sexagesimus tertius , & sexagesimus quartus . Quina feria octogesimus septimus , & octogesimus nonus . Sexta feria , septuagimus quintus , & nonagesimus primus . Sabbato autem centesimus quadragesimus secundus , Canticum Deuteronomii , quod dividatur in duas glorias . Nam exteris diebus Canticum uniuersum quoque die suo ex Prophetis , sicut pluit Ecclesia Romana , dicatur . Post haec sequuntur laudes : deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda ; Responsorium , Ambrosianum , Versus , Canticum de Evangelio , Litanie , & compunctum est . Planè agenda matutina , vel vespertina non transeat aliquando , nisi in ultimo per ordinem Oratio Dominica omnibus audientibus dicatur à Priore ; propter scandalorum spinas , qua oriri solet ; ut conventi per ipsius Orationis sponsionem , qua dicunt : *Ducere nobis , debita nostra , sunt & nos dimittimus delictos nostris* ; purgent se ab hujusmodi vitio . Ceteris vero agentibus ultima pars ejus Orationis dicatur , ut ab omnibus respondetur : *Sed libera nos à malo* .

CAP. XIV. *In matutinis Sanctorum qualiter agantur vigiles.*

**I**N Sanctorum verò festivitatibus , vel omnibus solemnitatibus , sicut diximus Dominicō die agendum , ita agatur ; excepto quod Psalmi , aut Antiphone , vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicantur . Modus autem supra scriptus teneatur .

CAP. XV. *Alliūja quibus temporibus dicatur.*

**A**SANCTO Pascha usque ad Pentecosten fine intermissione dicatur Alleluja , tam in Psalmis , quam in Responsoriis . A Pentecoste usque ad caput Quadragesimam , omnibus noctibus cum sex posterioribus Psalmis tantum ad nocturnos dicatur . Omni verò Dominica extra Quadragesimam , Cantica , Matutini , Prima , Tertia , Sexta , Nonage cum Alleluja dicantur . Vespera vero cum Antiphonis . Responsoria verò nunquam dicantur cum Alleluja , nisi à Pascha usque ad Pentecosten .

CAP. XVI. *Qualiter divina opera per diem agantur.*

Psalm. 113. **U**T ait Prophetā : *Septies in die laudem dixi tibi*. Qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur , si Matutini , Primæ , Tertiæ , Sextæ , Nonæ , Vesperæ , Completo ritique tempore , no-

stra servitatis Officia persolvamus . Quia de his diurnis horis dixit : *Septies in die laudem dixi tibi*. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Prophetā ait : *Media nocte ibodes , surgebam ad confitendum tibi*. Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super iudicia iustitiae suæ : id est , Matutinis , Prima , Tertia , Sexta , Nona , Vespera , Completo ritique : & nocte futuram ad confitendum ei .

CAP. XVII. *Quot Psalmi per eadem horas canendi sunt.*

**J**AM de Nocturnis , vel Matutinis digestus ordinem psalmodie ; nunc de sequentibus horis videamus . Prima hora dicantur Psalmi tres singillatim , & non sub una gloria . Hymnus ejusdem horæ post verum , *Deus in adjutorium meum intende* , antequam Psalmi incipiuntur . Post expletione verò trium Psalmorum , recitetur lectio una , Versus , & Kyrie eleison ; & Missa sunt . Tertia verò , Sexta , & Nona eodem ordine celebretur ; id est , Versus , Hymni carundem horarum , terni Psalmi , Lectio , & Versus , Kyrie eleison ; & Missa sunt . Si major Congregatio fuerit , cum Antiphonis ; si vero minor , in directum psalluntur . Vespertina autem synaxis quatuor Psalmis cum Antiphonis terminetur : post quos Psalmos lectio recitanda est , inde Responsorium , Ambrosianum , Versus , Canticum de Evangelio , Litanie , & Oratio Dominica ; & fiant Missae . Completo ritique autem , trium Psalmorum dictio terminetur : qui Psalmi directari fine Antiphona dicendi sunt . Post quos Hymnus ejusdem horæ , lectio una , Versus , Kyrie eleison , & benedictiones ; & Missa fiant .

CAP. XVIII. *Quo ordine ipsi Psalmi dicendi sunt.*

**I**N primis dicatur versus : *Deus in adjutorium meum intende* ; *Domine ad auxilium me festina* : & Gloria . Inde Hymnus cujusque horæ . Deinde prima hora Dominica , dicenda sunt quatuor capitula Psalmi centesimi decimi octavi . Reliqui verò horis , id est , Tertia , Sexta , & Nona , terma capitula superadiuti Psalmi centesimi decimi octavi dicantur . Ad Primam autem secundæ feria dicantur tres Psalmi , id est , primus , secundus , & sextus . Et ita per singulos dies ad Primam , usque ad Dominicam dicantur per ordinem terni Psalmi , usque ad nonum decimum Psalmum ; ita sane , ut nonus Psalmus , & septimus decimus patiantur in binas glorias ; & sic fiat , ut ad vigilias Dominicæ semper à vigesimo incipiat .

Incipiatur. Ad Tertiam verò, Sextam, & Nonam secundæ serie novem capitula, quæ residua sunt de centesimo octavo decimo Psalmo, ipsa terza capitula per easdem horas dicuntur. Expono ergo Psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est, Dominico, & secunda feria; tertia feria jam ad Tertiam, Sextam, & Nonam psallantur terni Psalmi à centesimo nonodecimo, usque ad centesimum vigesimum septimum; id est, Psalmi novem. Quicque Psalmi semper usque ad Dominicam per easdem horas itidem repetantur: Hymnorum nibilominus, lectionum, vel verbi dispositione uniformi cunctis diebus servata; & ita scilicet, ut semper Dominica à centesimo octavo decimo incipiatur.

Vespera autem quotidie quatuor Psalmorum modulatione canatur. Qui Psalmi incipiantur à centesimo nono usque ad centesimum quadragesimum septimum; exceptis iis, qui in diversis horis ex eis sequestrantur; id est, à centesimo septimo decimo usque ad centesimum vigesimum septimum, & centesimum trigesimum tertium, & centesimum quadragesimum secundum. Reliqui omnes in Vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres Psalmi, ideo dividuntur, qui in numero supradicto fortiores inventur: id est, centesimus trigesimus octavus, & centesimus quadragesimus tertius, & centesimus quadragesimus quartus. Centesimus vero sextusdecimus, qui parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. Digesto ergo ordine Psalmorum vespertinorum, reliqua, id est, Lectiones, Responforia, Hymni, Verbi, vel Cantica, sicut supra taxavimus, implentur. Ad Completorium verò quotidie iidem Psalmi repetantur; id est, quartus, nonagesimus, & centesimus trigesimus tertius.

Disposito ordine psalmodicis diurnæ, reliqui omnes Psalmi, qui superunt, æquiter dividantur in septem noctium vigilias, partiendo scilicet, qui inter eos prolixiores sunt Psalmi, & duodecim per unquamque constituantur noctem. Hoc præcipue commententes, ut si cui forte hæc distributio Psalmorum displaceverit, ordinet, si melius aliter judicaverit; dum omnimodis id attingatur, ut omni hebdomada Psalterium ex integrō numero centum quinquaginta Psalmorum psallatur; & Dominico die semper à capite repetatur ad vigilias, quia nimis iners devotionis fuz servitum ostendunt Monachi, qui minus à Psalterio, cum Canticis consuetudinariis, per septimanam circulum psallunt; cùm legamus sanctos Patres nostros uno die hoc

*Cod. Regul. Tom. I.*

strenuè implesse, quod nos tertiū utinam septimana integra persolvamus.

#### CAP. xix. *De disciplina psallendi.*

UBIQUE credimus divinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos & malos: maximè tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cùm ad opus divinum afflīmus. Ideo semper memores sumus, quod ait Prophetæ: *Servite Dominum in tunc.* Et Psalm. 2: iterum: *Psalite sapienter.* Et: *In conspe- Psalm. 46:* ita Angelorum psalam tibi. Ergo contide- *Plat. 137:* remus, qualiter oportet nos in conspe- cti divinitatis & Angelorum esse; & sic sumus ad plandum, ut mens nostra concordet voci nostra.

#### CAP. xx. *De reverentia orationis.*

SI cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non presumimus, nisi cum humilitate & reverentia; quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate & puritate devotione supplicandum est? Et non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum nos exaudiri sciamus. Et ideo brevis debet esse & pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur. In conventu tamen omnino brevietur oratio, & factò signo à Priore, omnes pariter surgant.

#### CAP. xxi. *De Decanis Monasterii.*

SI major fuerit Congregatio, eligantur de ipsis fratres bona testimoni, & sanctæ conversationis, & constituantur Decani; qui solicitudinem gerant super Decanias suas in omnibus secundum mandata Dei, & precepta Abbatis sui. Qui Decani tales elegantur, in quibus securus Abbas partiatur onera sua, & non elegantur per ordinem, sed secundum vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam. Quicque Decani, si ex eis aliqua forte quis inflatus superbia repertus fuerit reprehensibilis, correptus semel & iterum, atque tertio, si emendare noluerit, deiciatur; & alter in loco eius, qui dignus sit, subrogetur. Et de Præposito eadem constituimus.

#### CAP. xxii. *Quomodo dormiant Monachi.*

SINGULI per singula lecta dormiant. Letertia pro modo coversationis secundum dispensationem Abbatis sui accipiunt. Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant; sin autem multitudo non finit, deni aut viceni cum senioribus, qui fu- per eos solliciti sint, pausent. Candelæ

jugiter in eadem cella ardeat usque manē. Vestiti dormiant, & cincti cingulis aut funibus, & culetis ad latus suum non habeant, dum dormiunt, ne forte per somnum vulnerentur dormientes: & ut parati sint Monachi semper, & factio signo absque mora surgentes festinare invalem se prævenire ad opus Dei, cum omni tamen gravitate & modestia. Adolescentiores fratres juxta se non habeant lecta, sed permixti cum senioribus: surgentes vero ad opus Dei invicem se moderatè cohortentur, propter somnolentorum exclamationes.

CAP. XXIII. *De excommunicatione culparum.*

**S**I quis frater contumax, aut inobediens, aut superbus, aut murmuringans, vel in alio contrarium existens sancte Regule, & præcepis seniorum tuorum contemptor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri præceptum admonetur fratel & secundò secretè à senioribus suis. Si non emendaverit, objurgetur publicè coram omnibus. Si vero neque sic correxerit, si intelligit qualis pena sit, excommunicationi subficiat. Sin autem improbus est, vindicta corporali subdatur.

CAP. XXIV. *Qualis debet esse modus excommunicationis.*

**S**ECONDUM modum culpe, excommunicationis vel disciplinae mensura debet extendi; qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, à mensa participatione privetur. Privati autem à mensa confortio ista erit ratio, ut in Oratorio Psalmum aut Antiphonam non imponat, neque lectio recitat usque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratum refactionem solus accipiat, mensura, vel hora qua præviderit Abbas ei competere; ut si verbi gratia fratres reficiunt sexta hora, ille frater non: si fratres non, ille vespertina, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

CAP. XXV. *De gravioribus culpis.*

**I**S autem frater, qui gravioris culpe noxa tenetur, suspendatur à mensa simul & ab oratorio. Nullus ei fratum in ullo jungatur confortio, neque in colloquio. Solus sit ad opus sibi injunctum, persistens in paenitentie lucu; sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis: *Tradidimus vobis modi dominum satanae in interiorum carnis, ut spiritus salvus*

*fit in die Domini.* Cibi autem refractionem solus percipiat, mensura, vel hora, qua præviderit ei Abbas competere. Nec à quoquam benedicatur transiente, nec cibus, qui ei datur.

CAP. XXVI. *De iis, qui sine iussione Abbatis junguntur excommunicatis.*

**S**I quis frater præsumperit sine iussione Abbatis fratri excommunicato quo libet modo se jungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem fortiaatur excommunicationis vindictam.

CAP. XXVII. *Qualiter debet Abbas sollicitus esse circa excommunicatos.*

**O**MNI solicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres; quia non est opus sanus medius, sed male habentibus. Et ideo uti debet omni modo, ut sapiens medicus: immittere synpectas, id est, seniores sapientes fratres, qui quasi secreto consolentur fratrem fluctuantem, & provocent ad humilitatis satisfactionem: & consolentur eum, ne abundantiori tristitia absorbeatur; sed sicut ait Apostolus: *Confirmetur in eo charitas, & aetate pro eo ab omnibus.* Magnopere enim debet solicitudinem gerere Abbas, & omni sagacitate & industria curare, ne aliquam de oibis sibi creditis perdat. Noverit enim se infirmarum suram suscepisse animarum, non super lanas tyrannidem: & metuat Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus: *Quod crassum videbatis, assumebatis;* & Exod. 34. *quod debile erat projiciebatis.* Et pastoris Luc. 16. boni pium imiter exemplum, qui rectius nonaginta novem oibis in montibus, ablit unam ovem, quæ erraverat, querere; cuius infirmitati in tantum compassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur impondere, & sic reportare ad gregem.

CAP. XXVIII. *De iis, qui sapius correpti non emendaverint.*

**S**I quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedit correptio; id est, ut verberum vindicta in eum procedat. Quod si nec ita correxit, aut forte, quod abit, in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua; tunc Abbas faciat, quod sapientis medicus. Si exhibuit foimenta, si unguenta adhortationum, si medicamina scripturarum divinarum, si ad ultimum ultionem excommunicatus, vel plagarum virgins, etiam si videtur nihil suam prævalere industriam; adhuc-

adhibeat etiam , quod majus est , suam & omnium fratrum pro eo otationem ; ut Dominus , qui omnia potens est , operetur salutem circa infirmum fratrem . Quod si nec isto modo sanatus fuerit , tunc jam utatur Abbas ferro abscissionis , s. Cor. 5. ut ait Apostolus : *Anferte malum ex ipsis :*  
s. Cor. 7. Et iterum : *Inferiles si discedis , discedat :* ne una ovis mortib[us] omnem gregem contaminet .

CAP. XXIX. *Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de Monasterio.*

FRATER , qui proprio vicio egreditur de Monasterio , si teverti voluerit , spondeat prius omnem emendationem viti , pro quo egressus est ; & sic in ultimo gradu recipiatur , ut ex hoc ejus humilitas comprobetur . Quod si denou exierit , usque tertio ita recipiatur ; jam postea sciens omnem fibi reversionis adiutum denegari .

CAP. XXX. *De pueris minori aetate , quas liter corripiantur.*

OMNIS aetas vel intellectus proprias debet habere mensuras . Ideoque quoties pueri vel adolescentiores aetate , aut qui minus intelligere possunt , quanta pena sit excommunicationis , hi tales , dum delinquent , aut juvenis nimis affligantur , aut acribus verberibus coegerantur , ut sanentur .

CAP. XXXI. *De cellario Monasterii qualis debeat esse.*

CELLARIUS Monasterii eligatur de Congregatione sapiens , maturus moribus , sobrius , non multum edax , non elatus , non turbulentus , non injurious , non tardus , non prodigus , sed timens Deum : qui omni Congregationi fit fons Pater . Curam gerat de omnibus : sine iussione Abbatis nihil faciat . Quae jubentur , custodiatur ; fratres non contristet . Si quis frater ab eo forte aliqua irrationaliter postulat , non spernendo eum contristet ; sed rationaliter cum humilitate male petenti deneget . Animam suam custodiatur , memor semper illius Apostolici : *Quia qui bene manistraverit , gradum honorem fibi sequitur .* Infirorum , infantium , hospitum , pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat : sciens sine dubio , quia pro his omnibus in die iudicij rationem redditurus est .

Omnia vesta Monasterii , cunctamque substantiam , ac si altaris vesta sacrata , conficiat . Nihil ducat negligendum ,

neque avaritia studeat , neque prodigus sit , & extirpator substantiae Monasterii : sed omnia mensuram faciat , & secundum iussionem Abbatis sui . Humilitatem ante omnia habeat : & cui substantia non est quæ tribuantur , sermo tesponsionis potrigatur bonus ; quia scriptum est : *Sermo Ged. 18. bonus super datum optimus .* Omnia que ei injunxerit Abbas , ipse habeat sub cura sua ; à quibus eum prohibuerit , non presumat . Fratribus constitutam annam sine aliquo typho , vel mora offerat , ut non scandalizentur : memor divini eloqui , quid mereatur , qui scandalizaverit unum de pusillis . Si Congregationis 18. major fuerit , folia ei dentur ; à quibus adjutus & ipse ex quo animo impletus officium fibi commissum . Horis competentibus dentur quæ danda sunt , & petantur quæ petenda sunt : ut nemo perturbetur , neque contristetur in domo Dei .

CAP. XXXII. *De ferramentis , vel rebus Monasterii.*

SUBSTANTIA Monasterii in ferramentis , vel vestibus , seu quibuslibet rebus , provideat Abbas fratres , de quorum vita & moribus securus sit , & eius singula , ut utile judicaverit , consignet custodienda atque recolligenda . Ex quibus Abbas breve teneat : ut dum tibi in ipsa assignata fratres vicibus succedunt ; sciat quid dat , aut quid recipit . Si quis autem folidè aut negligenter Monasterii tractaverit , corripiatur : si non emendaverit , disciplina regulari subjaceat .

CAP. XXXIII. *Si quid debent Monachi proprium habere.*

PRECIPUE hoc vitium peculiare radicitus amputandum est de Monasterio ; ne quis presumat aliquid dare aut accipere sine iussione Abbatis , neque aliquid habere proprium , nullam omnino rem , neque codicem , neque tabulas , neque graphium , sed nihil omnino : quippe quibus nec corpora sua , nec voluntates licet habere in propria potestate . Omnia vero necessaria à Patre sperare Monasterii : nec quidquam licet habere , quod Abbas non dederit , aut permisit . Omniaque omnibus fint communia , ut scriptum est ; nec quisquam suum esse aliquid dicat , aut presumat . Quod si quisquam hoc nequissime viatio deceptus fuerit delectari , admoneatur semel & iterum ; si non emendaverit , correptioni subjaceat .

CAP. XXXIV. *Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere.*

AE. 4.

**S**ICUT scriptum est : *Dicdebas singulis, prout cuncte opes eras.* Ubi non dicimus, quod per sonarum, quod absit, acceptio sit; sed infirmitatum consideratio. Ubi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contristetur; qui vero plus indiget, humilietur pro inhirmitate, & non extollatur pro misericordia; & ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmuratio malum pro qualunque causa, in aliquo qualicunque verbo vel significione appareat. Quod si deprehensus fuerit, distictiori dicti plena fubdatur.

CAP. XXXV. *De Septimanariis coquina.*

**F**RATRES sibi invicem serviant, ut nullus excusetur a coquinæ officio; nisi aut regitudine, aut in causa gravis utilitatis quis occupatus fuerit; quia exinde major merces & charitas acquiritur. Imbecillis autem procurentur solatia, ut noo cum tristitia hoc faciant; sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis, aut positionem loci. Si major fuerit Congregatio, Cellarius excutetur a coquina, vel si qui, ut diximus, majoribus utilitatibus occupantur; ceteri sibi charitate invicem serviant. Egredius de septimana Sabbato munditias faciat. Lintea cum quibus sibi fratres manus ac pedes tergunt, lavet. Pedes vero tam ipse, qui egreditur, quam ille qui intratur est, omnibus lavent. Vasa ministerii sui munda & sana Cellario reconfignet. Qui Cellarius item intranti consignet, ut sciat quid dat, aut quid recipit.

Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipient super statutum annum singulos biberes, & panem; ut bona refractionis sine murmuratio, & gravi labore serviant fratribus suis. In diebus tamen solemnibus usque ad Missas sufficiant. Intrantes autem & exeuntes hebdomadarii in oratorio, mox Matutinis finitis Dominica omnium genibus provolvantur, postulantes pro se orari. Egrediens autem de septimana dicat hunc verbum: *Benedic es Domine Deus, qui adjunxi me, & consolans es me.* Quo dicto tertio, accepta benedictione egrediens, subsequatur ingrediens, & dicat: *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.* Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, & accepta benedictione ingrediatur.

PIL. 118.

PIL. 119.

CAP. XXXVI. *De infirmis fratribus.*

**I**NFIRMORUM cura ante omnia, & super omnia adhibenda est; ut sicut revera Christo, ita eis serviantur; quia ipse dicit: *Infirmus fui, & visitauit me.* Et: *Quod fecisti mihi de his minimis meis, mihi fecisti.* Sed & ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi serviri; & non superfluitate sua contristent fratres suos servientes sibi. Qui tamen patienter portandi sunt; quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Abbati, ne aliquam negligientiam patiantur. Quibus fratribus iofirmis sit cella super se deputata, & servitor timens Deum, & diligens, ac sollicitus.

Balneorum usus infirmis, quoties expedit, offeratur. Sanis autem, & maxime juvenibus, tardius concedatur. Sed & carnium eius infirmis omnino debilibus pro reparatione concedatur. At ubi meliorati fuerint, a carnis more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat Abbas ne a cellariis, aut servitoribus negligantur infirmi; quia ad ipsum respicit, quidquid a discipulis delinquitur.

CAP. XXXVII. *De senibus, vel infantibus.*

**L**ICET ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his etatibus, senum videlicet & infantum; tamen & Regule auctoritas ei propiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis distictio Regule tenetur in alimentis: sed sit in eis pia consideratio, & præveniant Horas Canonicas.

CAP. XXXVIII. *De bebdomadario lectore.*

**M**ENSIS fratrum edentium lectio desesse non debet: nec fortuito casu qui arrupuerit codicem, legere audeat ibi; sed lectorus tota hebdomada, die Domincæ ingrediatur. Qui ingrediens post missas & communionem, petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus, ipso tamen incipiente: *Domine laiba mea apries, & os meum annescias Leadem tuam.* Et sic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum: & summum fiat silentium ad mensam, ut nullios missitatio, vel vox, nisi solius legitis, ibi audiatur. Quia vero necessaria sunt comedentibus & bibentibus, sic sibi vicissim ministrant fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu ejuscumque signi potius petatur, quam voce. Nec præsumat ibi aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quidquam requirere,

ne

ne detur occasio maligno : nisi forte Prior voluerit pro edificatione aliquid breviter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat legere , propter communionem sanctam , & ne forte grave sit ei ejusnum sustinere. Postea autem cum coquint Hebdomadariis , & servitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant , aut cantent ; sed qui sedificant audientes.

CAP. XXXIX. *De mensura ciborum.*

SUFFICERE credimus ad refectionem quotidianam , tam Sextæ , quam Nonæ , omnibus mensis cocta duo pulmentaria , propter diversorum infirmitates ; ut forte , qui ex uno non potuerit edere , ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiunt ; & si fuerint inde poma : aur nascentia leguminum , addatur & tertium. Panis libra una propensa sufficiat in die , five una fit refectio , five prandii , & cena. Quod si cenatrici sunt , de eadem libra , tercia pars à Cellario servetur , reddenda coenatur. Quod si labor forte factus fuerit major , in arbitrio & potestate Abbatis erit , si expediatur aliquid augete , remota præ omnibus crapula , & ut nunquam surripiat Monacho indigieries. Quia nihil sic contrarium est omni Christiano , quomodo crapula , sicut ait Dominus noster : *Valete ne graventur corda vestra in crapula.* Pueris vero minori setate non eadem servetur quantitas , sed minor quam majoribus , servata in omnibus parcitate. Carnium vetro quadrupedum ab omnibus abstineatur comedio , praeter omnino debiles & ægrotos.

CAP. XL. *De mensura potus.*

1. CAP. 12. **U**NUSQUITQUE proprio habeat donum ex Deo ; aliis fit , aliis vero fit.

Et ideo cum aliqua scrupulositate à nobis mensura vietus aliorum constituitur ; tamen infirmorum contuentes imbecillitatem , credimus heminanum vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinencie , propriam se habituros mercedem sciant. Quod si aut loci necessitas , vel labor , aut ardor æstatis amplius poposcere ; in arbitrio Prioris consiliet : considerans in omnibus , ne surrepat satietas , aut ebrietas. Licet legamus , vinum omnino Monachorum non esse ; sed quia nostris temporibus id Monachis perluaderi non potest , saltem vel hoc consentiamus , ut non usque ad satietatem bibamus , sed parciamus : quia vinum apostolare facit etiam sapientes. Ubi autem necessitas

loci exposcit , ut nec supra scripta mensura inveniri possit , sed multo minus , aut ex toto nihil ; benedicant Deum , qui ibi habitant , & non murmurent. Hoc omnia admonentes , ut absque murmurationibus sint.

CAP. XLI. *Quibus horis oporteat reficere fratres.*

**A**SANCTO Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant fratres , & ad feram coenent. A Pentecoste autem tota æstate , si labores agrorum non habent Monachi , aut nimetas æstatis non perturbant , quarta & sexta feria jejunent usque ad nonam : reliquis vero diebus ad sextam prandeant. Quæ prandii sexta , si opera in agris habuerint , aut æstatis fervor nimius fuerit , continuanda erit ; & in Abbatis sic providient. Et sic omnia temperet atque disponat , qualiter & anima salventur , & quod faciunt fratres , absque justa murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembribus , usque ad caput Quadragesima ad Nonam semper reficiant. In Quadragesima vero usque ad Pascha ad vesperam teficiant. Ipsa tamen vespera sic agatur , ut lumine lucerne non indigeant reficientes : sed luce adhuc diei omnia consumentur. Sed & omni tempore , five cena , five refectionis hora sic temperetur , ut cum luce hanc omnia.

CAP. XLII. *Ut post Completorium nemo loquatur.*

**O**MNI tempore silentio debent studere Monachi , maximè tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore , five junii , five prandii , si tempus fuerit prandii , mox ut surrexerint à cena , sedent omnes in unum ; & legat unus collationes vel vitas Patrium , aut certè aliud quod edificet audientes : non autem Heptaticum , aut Regum ; quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire : alijs vero horis legitur. Si autem jejunii dies fuerit , dicta vespera , parvo intervallo mox accedant ad lectionem collationum , ut diximus ; & lectis quatuor aut quinque foliis , vel quantum hora permittit , omnibus in unum occurrentibus , per hanc moram lectionis. Si quis forte in affignato sibi commissio fuerit occupatus , occurrit. Omnes ergo in unum positi compleant : & exeunt à Completoriis , nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si inventus fuerit quisquam prævaricati hanc taciturnitatis regulam , gravi vindictæ subjaceat : excepto si necessitas hospitum supervenerit , aut

aut fortè Abbas alicui aliquid jussit. Quod tamen & ipsum cum summa gravitate & moderatione honestissimè fiat.

CAP. XLIII. *De iis, qui ad opus Dei, vel ad mensam tarde occurrunt.*

**A**D horam divini Officii, mox ut audiutum fuerit signum, relatis omnibus, qualibet fuerint in manibus, summa cum festinatione curratur: cum gravitate tamen, ut non scurritas inveniat somitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quod si quis in nocturnis vigiliis post gloriam Psalmi nonagesimi quarti, quem propter hoc omnino subtrahendo & morose volumus dici, occurrit; non flet in ordine suo in Choro, sed ultimus omnium flet, aut in loco quem talibus negligentibus seorsum constituerit Abbas: ut videatur ab ipso, vel ab omnibus, usque dum completo opere Dei, satisfactio publica ponatur. Ideo autem eos in ultimo, aut seorsum judicavimus debere stare: ut vix ab omnibus, vel pro ipsa verecundia sua emendentur. Nam si foris oratorio remaneant, erit fortè talis, qui se aut reccolocet & dormiat, aut certè fedeat sibi foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno. Sed ingrediar intus; ut nec totum perdat, & de reliquo emendetur. Diurnis autem Horis, qui ad opus Dei, post versum & gloriam primi Psalmi, qui post versum dicitur, non occurrit; legge qua supra diximus, in ultimo flet, nec præsumat sociari Choro psallentum, usque ad satisfactionem: nisi fortè Abbas licentiam dederit permissione sua; ita tamen, ut satisfaciat reus ex hoc.

Ad mensam autem, qui ante versum non occurrit, ut simul omnes dicant versum & orent, & sub uno omnes accedant ad mensam; qui per negligentiam suam, aut vitium non occurrit, usque ad secundam vicem pro hoc corripatur. Si denuo non emendaverit, non permittatur ad mensam communis participationem; sed sequestratus à consilio omnium reficiat solus, sublata ei porcione sua de vino, usque ad satisfactionem & emendationem. Similiter autem patiatur, qui etiam ad illum versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur. Et ne quis præsumat ante flattutam horam, vel postea quidquam cibi vel potus sumere. Sed & si cui offeratur aliquid à Priore, & accipere tenuerit; hora, qua desideraverit, hoc quod prius reculavit; aut aliud omnino nihil percipiat, usque ad emendationem congruum.

CAP. XLIV. *De iis, qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.*

**Q**UI pro gravioribus culpis ab oratorio & à mensa excommunicatur, hora qua opus Dei in oratorio celebratur, ante soles Oratori prostratus jaceat, nihil dicens, nisi tantum posito in terra capite stratus prony omnium de Oratorio excentum pedibus se projiciat. Et hoc tamdiu faciat, usque dum Abbas judicaverit satisfactum esse. Qui dum fufus ab Abbatie venerit, volvat se ipsius Abbas, deinde omnium vestigiis, ut orent pro ipso. Et tunc si julerit Abbas, recipiatur in Choro, vel in ordine, quo Abbas decreverit: ita sanè, ut Psalmum, & Lectionem, vel aliud quid non præsumat in Oratorio imponere, nisi iterum Abbas jubeat. Et omnibus horis, dum compleetur opus Dei, projiciat se in terra in loco, in quo fuit: & sic satisfaciat, usque dum ei jubear iterum Abbas, ut quiescat jam iam ab hac satisfactio. Qui verò pro levibus culpis excommunicantur tantum à mensa, in Oratorio satisfaciant usque ad iulionem Abbatis: & tamdiu hoc perficiant, usque dum benedicat, & dicat sufficit.

CAP. XLV. *De iis, qui falluntur in Oratorio.*

**S**I quis dum pronunciat Psalmum, Responsorium, Antiphonam, vel Lectionem, secellerit, nisi satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, majori vindictæ subjaceat, quippe qui noluit humilitate corrigeri, quod negligenter deliquerit. Intantes autem pro tali culpa vapulent.

CAP. XLVI. *De iis, qui in aliis quibuslibet rebus delinquunt.*

**S**I quis dum in labore quovis, in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quoconque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quidquam, aut perdiderit, vel aliud quid excecerit ubi ubi, & non veniens continuo ante Abbatem, vel Congregationem, ipse ultra satisficerit, & prodiderit delictum suum; dum per alium cognitum fuerit, majori subjaceat emendationi. Si anima verò peccati causa fuerit latens, rancum Abbatem, aut spiritualibus senioribus patesciat, qui sciant curare sua & aliena vulnera, non detegere & publicare.

CAP. XLVII.

CAP. XLVII. *De significanda hora operis.*  
*Dei.*

**N**UNTIANDA hora operis Dei die nocturne sit cura Abbati; aut ipse numerare, aut tali sollicito fratri injungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autem, vel Antiphonas post Abbatem ordine suo, quibus iustum fuerit, imponant. Cantare autem aut legere non presumat, nisi qui potest ipsum officium implere, ut sedificantur audientes. Quod cum humilitate, & gravitate, & tremore fiat, & cui jussit Abbas.

CAP. XLVIII. *De opere manuum quotidiana.*

**O**TIOSITAS inimica est animae: & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari; id est, ut à Pascha usque ad Kalendas Octobres, manè exentes à prima usque ad horam penè quartam laborent, quod necessarium fuerit. Ab hora autem quarta usque ad horam quasi sextam lectioni vacent. Post sextam autem surgentes à mensa paudent in lectis suis, cum omni silentio: aut forte, qui voluerit legere, sibi sic legat, ut alium non inquietet: & agatur non temperius, mediante octava hora; & iterum quod faciendum est operentur usque ad Vesperam. Si autem necessitas locti, aut paupertas exegerit, ut ad fruges colligendas per se occupentur, non contristentur: quia tunc verè Monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut & Patres nostri, & Apostoli: omnia tamen mensurata fiant propter pulchritudines.

A Kalendis autem Octobris usque ad caput Quadragesimæ, usque in horam secundam plenam, lectioni vacent. Hora secunda agatur Tertia: & usque ad nonam omnes in opus suum laborent, quod eis injungitur. Facto autem primo signo nonne horæ, disjungant ab opere singuli, & sint parati, dum secundum signum pulsaverit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis, aut Psalmis.

In Quadragesimæ vero diebus à mandatis ad Tertiam plenam lectioni vacent: & usque ad decimam horam plenam operentur quod eis injungitur. In quibus cibibus Quadragesimæ, accipiunt omnes singulos codices de Bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in caput Quadragesimæ dandili sunt. Ante omnia fane deputentur unus aut duo seniori, qui circumdeant Monasterium horis, quibus vacant fratres loco.

*Cod. Regul. Tom. I.*

Quoniam: & videant, ne forte inveniatur frater accidiosus, qui vacet otio aut fabulis, & non sit intentus lectioni: & non solum sibi inutilis sit, sed etiam alios extollat. Hic talis si, quod abit, repertus fuerit, corripiatur semel & secundo: si non emendaverit, correctioni regulari subjaceat taliter, ut ceteri timant. Neque frater ad fratrem jungatur horis incompetentibus; Dominico item die lectioni vacent omnes; exceptis his, qui variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita negligens & desidiosus fuerit, ut non velit, aut non possit meditari, aut legere; injungatur ei opus, quod faciat, ut non vacet. Fratribus infirmis, aut delicatis talis opera aut ars injungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur, ut effugentur: quorum imbecillitas ab Abbatे consideranda est.

CAP. XLIX. *De Quadragesima obser- vatione.*

**L**ICET omni tempore vita Monachi Quadragesimæ debeat observationem habere, tamen quia paucorum est ista virtus, ideo suademus illis diebus Quadragesimæ omni puritate vitam suam custodiare, omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus sancti diluere. Quod tunc dignè si, si ab omnibus vitis temperemus, orationi cum fletibus, lectioni, & compunctioni cordis, atque abstinentia operam demus. Ergo his diebus augearamus nobis aliiquid ad solitum penum servitutis nostræ, orationes peculiares, ciborum & potus abstinentiam; ut unusquisque super mensuram sibi indicatam aliiquid propria voluntate cum gaudio sancti Spiritus offerat Deo; id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, & cum spiritualis desiderii gaudio sanctum Pascha expectet. Hoc ipsum tamen quod unusquisque offert, Abbatì suo fuggetat, & cum ejus fiat oratione & voluntate; quia quod sine permissione Patris spiritualis fit, presumptio deputabitur & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda fuit.

CAP. L. *De fratribus qui longè ab orato- rio laborant, aut in via sunt.*

**F**RATRES, qui omnino longè sunt in labore, & non possunt hora competenti occurrere ad oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt, non eos prete-

R.

præterant horæ constitutæ : sed , ut possunt , agant sibi , & servitutis pensum non negligant reddere.

CAP. LI. *De fratribus , qui non satis longè proficiuntur.*

**F**RATER , qui pro quovis responso dirigitur , & ea die speratur reverti ad Monasterium , non præsumat foris manducare , etiam omnino rogetur à quovis ; nisi forte ei ab Abbatे suo præcipiatur. Quod si aliter fecerit , excommunicetur.

CAP. LII. *De Oratorio Monasterii*

**O**RATORIUM hoc sit , quod dicitur : nec ibi quidquam aliud geratur , aut condatur. Expleto opere Dei omnes cum silens silentio excant , & reverentia agatur Deo ; ut frater , qui forte sibi peculiariter vult orare , non impediatur alterius improbitate. Sed si aliter vult sibi forte secretius orare , simpliciter intret & orez : non in clamora voce , sed in lacrymis , & intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit , non permittatur expleto opere Dei remorari in Oratorio , sicut dictum est ; ne alias impedimentum patiatur.

CAP. LIII. *De hospitiis suscipiendis.*

**O**MNES supervenientes hospites tanquam Christus suscipiantur ; quia ipse dicturus est : *Hospes cuius est fratres suos.* Et omnibus congruus honor exhibetur ; maximè tamen domesticis fidei , & peregrinis. Ut ergo nuntiatus fuerit hospes , occurratur ei à Priori , vel à fratribus , cum omni officio charitatis : & primitus orent pariter , & sic sibi socientur in pace : quod pacis osculum non prius offieratur , nili oratione præmissa , proper illusione diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibetur humilitas. Omnibus venientibus , sive discedentibus hospitiis , inclinato capite , vel prostrato omni corpore in terra , Christus in eis adoretur , qui & suscipitur.

Suscepti autem hospites ducantur ad orationem : & postea sedeat cum eis Prior , aut cui iussit ipse. Legatur coram hospite lex divina , ut adiudicetur : & post hanc omnis ei exhibetur humilitas. Jejunium à Priori frangatur propter hospitem ; nisi forte præcipius sit ille dies jejunii , qui non possit violari. Fratres autem conuentudines jejuniorum prosequantur. Aquam in manibus Abbas hospitiis det : pedes hospitiis omnibus tam Abbas , quam cuncta Congregatio laves : quibus lotis , huic ver-

sum dicant : *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templo tuo.* Pauperum autem & peregrinorum maxime suscepit omni cura sollicité exhibetur : quia in ipsis magis Christus suscipitur. Nam divitum terror ipse sibi exigit honorem.

Coquina Abbatis & hospitum per se sit , ut incertis horis supervenientes hospites , qui nunquam defunct Monasterio , non inquietent fratres. In qua coquina ad annum ingrediantur duo fratres , qui ipsum officium bene impletant : quibus , ut indigent , solatia administrantur ; ut absque murmuratione serviant. Et iterum , quando occupationem minorem habent , exeat , ubi eis imperatur , in opera. Et non solum in ipsis , sed & in omnibus officiis Monasterii ista sit consideratio , ut quando indigent , solatia accommodentur eis : & iterum quando vacant , obediant imperanti. Item & cellam hospitum habeat assignatam frater , cuius animam timor Dei possideat : ubi sint lecternia sufficienter , & dominus Dei à sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autem , cui non præcipitur , nullatenus societur , neque colloquatur : sed si obviaverit , aut videtur , salutatis humiliiter , ut dictum est , & petita benedictione , pertranscat dicens , sibi non licere colloqui cum hospite.

CAP. LIV. *Si debet Monachus literas , vel aliquid suscipere.*

**N**ULLATENUS liceat Monacho nec à parentibus suis , nec à quoquam hominum , nec sibi invicem literas , eulogias , vel qualibet munuscula accipere , aut dare sine precepto Abbatis. Quod si etiam à parentibus suis ei quidquam directum fuerit , non præsumat suscipere illud , nisi prius indicatum fuerit Abbati : quod si iussit suscipi , in Abbatis sit potestate , cui illud jubeat dari. Et non contrarieatur frater , cui forte directum fuerat ; ut non detur occasio diabolo. Qui autem aliter præsumperit , discipline regulari subjaceat.

CAP. LV. *De vestiaris , & calcearis fratrum.*

**V**ESTIMENTA fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant , vel aërum temperiem , dentur : quia in frigidis regionibus amplius indigetur ; in calidis vero minus. Hæc ergo consideratio penes Abbatem est. Nos autem mediocribus locis sufficere credimus Monachis per singulos cucullam , & tunicam : cucullam in hyeme villosam , in estate puram , aut vetusam , & scapulare propter opera , indumenta pedum , pedu-

pedules & caligas. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non cauſentur Monachi : sed quales inveniri possunt in Provincia, qua degunt, aut quod vilius comparari posſit.

Abbas autem de mensura provideat, ut non fint curta ipsa vſtimenta utentibus, sed menſurata. Accipientes nova, vetera ſemper reddant in preſenti, reponenda in vſtuario, propter pauperes. Sufficit enim Monacho duas tunicas & duas cucullas habere propter noctes, & propter lavare ipſas res. Jam quod ſu-perfluum eſt amputari debet. Et pedu-les, & quodcumque eſt vetus reddant, dum accipiunt novum. Femoralia ii, qui diriguntur in via, de vſtuario acci-piant; qui revertentes lota ibi reſti-uant. Et cucullæ & tunicae ſint aliquan-do à ſolito, quas habent, modice me-liores; quas exequentes in viam accipiunt de vſtuario, & revertentes reſtiuant.

Stramenta autem lectorum ſuffi-cient, matta, fagum, lana, & capi-tale. Quæ tamen lecta frequenter ab Ab-bate ſcrutanda ſunt; propter opus po-culiare ne inveniantur. Et ſi cui inven-tum fuerit, quod ab Abbate non acce-pit, graviflme discipline ſubjaceat. Et ut hoc vitium peculiare radicis ampu-tetur, dencur ab Abbate omnia, quæ ſunt neceſſaria; id eſt, cuculla, tunica, pedules, calige, bracile, cultellus, graphium, acus, mappuli, tabula: ut omnis auſteratur neceſſatis excufatio. A quo tamen Abbate ſemper conſide-re illa ſententia Actuum Apoftolorum: *Quia dabatur ſingulis, prout cinq̄ opus erat.* Ita ergo & Abbas conſideret infirmitates indigentiam, & non malam voluntatem invidentium. In omnibus tamen iudicis ſuis Dei retributionem cogite.

#### CAP. LVI. *De mensa Abbatis.*

MENSA Abbatis cum hospicibus & pe-regrinis ſit ſemper. Quoties tamen minus ſunt hofpites, quos vult de fra-tribus vocare in ipſius ſit potestate. Se-miores autem unum aut duos ſemper fratribus diſmittendos procuret propter disciplinam.

#### CAP. LVII. *De artificib⁹ Monasterii.*

ARTIFICES ſi ſint in Monasterio, cum omni humilitate faciant ipſas artes; ſi permiſerit Abbas. Quod aliquis ex eis extollitur pro scientia artis fuꝝ, eo quod videatur aliiquid conſerre Monasterio, hic talis evellatur ab ipſa arte, & denoo per eam non tranſeat, niſi forte humiliatio ei iterum Abbas jubeat. Si quid verò ex operibus artificium venundandum

*Cod. Regul. Tom. I.*

eſt, videant ipſi, per quorum manus transfigenda ſunt, ne aliquam fraudem Monasterio facere preſumant. Memo-rentur ſemper Ananiz & Saphirz; ne forte mortem, quam illi in corpore per-tulerunt, hanc iſſi, vel omnes, qui aliquā fraudem de rebus Monasterii fecerint, in anima patientur. In ipſis autem pretiis non ſurripiat avaritia malum; ſed ſem-per aliquantulum vilius detur, quām ab aliis ſecularibus dari potest: ut in om-nibus glorificetur Deus.

#### CAP. LVIII. *De disciplina ſuſcipiendo-rum fratrum.*

NOVITER veniens quis ad converſio-nem, non ei facilis tribuat in-gressus; ſed ſicut ait Apoftolus: *Probate Ioh. 1. 42 ſpiritus, ſi ex Deo ſunt.* Ergo ſi veniens perfeveraverit pulsans, & illatas ſibi in-jurias & difficultatem ingressus, poft quatuor aut quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni-ſuꝝ: annuatuer ei ingressus, & ſit in cella holpitum paucis diebus. Poſtea ſit in cella novitiorum, ubi meditetur, & manducet, & dormiat. Et senior ei ta-lis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas: qui ſuper eum omnino curioſe intendat, & ſolicitus ſit, ſi revera Deum quaerit, ſi ſolicitus eſt ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædi-cen-tur ei omnia dura & alpera, per que-iter ad Deum. Si promiferit de ſtabili-tatis ſue perfeverantia, poft duorum menſium circumlocutum legatur ei hec Regula per ordinem, & dicatur ei: Ecce lex, ſub qua militare viſ: ſi potes obſer-vare, ingredere; ſi vero non potes, liber diſcede. Si ardua ſtecerit, tunc duca-tur in ſupradictam cellam novitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et poft ſex menſium circuitum legatur ei Regula; ut ſciat ad quod ingreditur. Et ſi adhuc ſtar, poft quatuor menſes iterum relegatur ei eadem Regula. Et ſi habita fecum deliberatione promiferit ſe omnia custodire, & cuncta ſibi imperata ſervare, tunc ſuſcipiatur in Congrega-tione, ſciens ſe jam ſub lege Regule con-ſtitutum; quod ei ex illa die non licet egredi de Monasterio, nec collum ex-cutere de ſub jugo Regule, quam ſub tam morosa deliberatione licuit, aut ex-eſcere, aut ſuſcipere.

Suſcipiendus autem in Oratorio co-ram omnibus promitterat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obe-dientia, coram Deo & Sanctis ejus: ut ſi aliquando aliter fecerit, ab eo ſe da-mandum ſciat, quem irridet. De qua promiſione ſua ſciat petitionem ad no-men Sauctorum, quorum reliquie ibi ſunt,

R. 2

**PAL. XII.** frōt, & Abbatis p̄fētis. Quām p̄titionem manu sua scribat, aut certe si non scit literas, alter ab eo, rogatus scribat. Et ille novitus signum faciat, & manu sua eam super altare ponat. Quād dum posuerit, incipiat ipse novitus mox hunc versum: *Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & uiuam; & non confundas me ab expectatione mea.* Quem verbum omnis Congregatio tertio respondeat, adjungentes: *Gloria Patri, &c.* Tunc ille frater novitus prosteratur singulorum pedibus, ut orient pro eo; & jam ex illa die in Congregatione reputetur. Res si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta solemniter donatione, conferat Monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus: quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem le habitūrū sciat. Mox ergo in Oratorio exuatur rebus propriis, quibus vestitus est, & induatur rebus Monasterii. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda; ut si aliquando suadente diabolo consenserit, ut egrediatur de Monasterio, quod absit, tunc exutus rebus Monasterii proiectuāt. Illam tamen petitionem, quam desuper altare Abbas tulit, non recipiat; sed in Monasterio referetur.

**CAP. LX.** *De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.*

SI quis fortè de nobilibus offert filium suum Deo in Monasterio, si ipse puer minori aetate est, parentes ejus faciant petitionem, quam supra diximus. Et cum oblatione ipsam petitionem, & manum pueri involvanti in palla altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in presenti petitione promittant subjurejurando, quia nunquam per se, numquam per sufficiētē per sonum, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occasionem habendi. Vel certe si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in elemosynam Monasterio pro mercede sui; faciant ex rebus, quas dare volunt Monasterio, donationem, reservato sibi, si ita voluerint, usufructuario. Atque ita omnia obstruantur, ut nulla suscipio remaneat puerō; per quam deceptus perire possit, quod absit; quod experimēto didicimus. Similiter autem & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

**CAP. LX.** *De Sacerdotibus, qui voluerint in Monasterio habitare.*

SI quis de ordine Sacerdotum in Monasterio se suscipi rogarerit, non qui-

dem el citius assentiat. Tamen si omnino perfiterit in hac supplicatione, sciat se omnem Regulę disciplinam servaturum. Nec aliiquid ei relaxabitur, ut sit, sicut scriptum est: *Amice ad quid Mat. 16. uenisti: Concedatur ei tamen post Abbatem stare, & benedicere, aut Missas tenere, si tamen iussiterit ei Abbas: si alias, oullatenus aliqua presumat, sciens se disciplinę regulari subditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Et si forte ordinatio nō, aut alicuius rei causa fuerit in Monasterio, illum locum attendat, quando ingressus est in Monasterium, non illum, qui ei pro reverentia Sacerdotii concessus est. Clericorum autem si quis endem desiderio Monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocetur. Et ipse tamen si promittit de observatione Regulę, vel propria stabilitate.*

**CAP. LXI.** *De Monachis peregrinis quāliter suscipiuntur.*

SI quis Monachus peregrinus de longinquo Provinciis supervenerit, si pro hospite voluerit habitare in Monasterio, & contentus est consuetudine loci, quam invenerit, & non forte superfluitate sua perturbat Monasterium, sed simpliciter contentus est quod invenerit; suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua fāde rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostendit, tractet Abbas prudenter; ne forte pro hoc ipso eum Dominus direxerit. Si verò postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renuaratur talis voluntas; & maximē, quia tempore hospitalitatis potuit ejus vita dignosci. Quod si superfluus, aut viciōsus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum oon debet sociari corpori Monasterii; verū etiam dicatur ei honestē, ut discedat, ne ejus miseria etiam alii videntur. Quod si non fuerit talis, qui mereatur projici; non solum si petierit, suscipiat Congregationi sociandus; verum etiam suadeatur ut stet: ut ejus exemplo alii erudiantur: quia in omni loco uni Domino servitur, & uni Regi militatur. Quem si etiam talē esse perspexerit Abbas, licet eum in superiori aliquantulum costrituere loco. Non solum autem Monachum, sed etiam de suprascriptis gradibus Sacerdorum, vel Clericorum, stabilitate potest Abbas in majori, quam ingreditur loco; si ejus talē prospexerit esse vitam. Caveat autem Abbas, ne aliquando de alio noto Monasterio Monachum ad habitandum suscipiat, fine consensu Abbatis ejus, aut litteris commendacitiis; quia scriptum est: *Quod nisi non vir fieri, alteri non feceris.*, *Matth. 5.*

**CAP. LXII.**

CAP. LXII. *De Sacerdotibus Monasterii.*

**S**I quis Abbas sibi Presbyterum vel Diaconum ordinare petierit, de suis eligat, qui dignus sit Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caveat elationem, aut superbiā; nec quidquam presumat, nisi quod ei ab Abbatē praecipitur; sciens se multo magis disciplinam regulari subditum: ne occasione Sacerdotii obliviscatur Regula obedientiam, & disciplinam; sed magis ac magis in Deum proficiat. Locum verò illum semper attendat, quo ingressus est Monasterium, prater Officium Altaris: & si forte electio Congregationis, & voluntas Abbatis, pro vita merito eum promovet voluerit. Qui tamen Regulam à Decanis vel Praepositis constitutam sibi servandam sciat; quod si aliter presumperit, non ut Sacerdos, sed ut rebelliū judicetur. Et si pē admonitus, si non correxerit, etiam Episcopus adhibeat in testimonium. Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis projiciatur de Monasterio: si tamen talis fuerit ejus contumacia, ut subdi aut obedire Regula nolit.

CAP. LXIII. *De ordine Congregationis.*

**O**RDES suos in Monasterio ita conservent, ut conversionis tempus, & vite meritum discernit, utque Abbas constituerit. Qui Abbas non concubet gregem sibi commissum, nec quasi libera utens potestate iustitè disponat aliquid; sed cogitat semper, quia de omnibus iudiciis & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines quos constituerit, vel quos habuerint, ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad Psalmum imponentem, in Choro standum. Et in omnibus omnino locis zetas non discernant ordines, nec præjudicet; quia Samuel & Daniel pueri Presbyteros judicaverunt. Ergo exceptis, quos, ut diximus, altiori consilio Abbas prætulerit, vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes, ut convertuntur, ita sint: ut verbis gratia, qui secunda diei hora venerit in Monasterio, juniores se noverit illo esse, qui prima hora diei venit, enjuslibet secatis, aut dignitas sic.

**P**ueris vero per omnia ab omnibus disciplina teneatur. Juniores igitur priores suos honorent; priores minores suos diligent. In ipsa autem appellatione nominum nulli licet alium puro appellare nomine; sed priores juniores suos fratres nominent: juniores autem priores suos Nonnos vocent; quod intelligitur paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, Dom-

nus & Abbas vocetur: non sua assumptione, sed honore & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore. Ubicumque autem sibi obviant fratres, junior à Prio re benedictionem petat. Transeunte maiore, minor surgat, & det ei locum sedendi; nec praesumat junior confedere, nisi ei præcipiat senior suis: ut fiat, quod scriptum est: *Honore invicem preuenientes.* Pueri parui, vel adolescentes in Oratorio, vel ad mensam cum disciplina ordines suos consequantur: soris autem, vel ubi ubi custodiā habeant & disciplinam, usque dum ad intelligibilem etatem perveniant.

CAP. LXIV. *De ordinando Abbatem.*

**I**N Abbatē ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hie constituantur, quem sibi omnis concors Congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva Congregationis, sanoī consilio elegent. Vita autem merito, & sapientie doctrina eligatur, qui ordinandus est; etiam si ultimus fuerit in ordine Congregationis. Quod si etiam omnis Congregatio vitiis suis (quod quidem abit) consentientem personam parvū consilio elegent, & virtus ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi, ad cuius dictum pertinet locus ipse, vel Abbatibus, aut Christianis vicinis claruerint; prohibeant pravorum prævalere consilium, & domui Dei dignum constituant dispensatores: scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud castè & zelo Dei faciant; sicut è diverso peccatum incursum, si negligant.

Ordinatus autem Abbas cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditus sit rationem vilificationis sui: sciasque sibi oportere prudenter magis, quam præfesse. Oportet ergo eum cīle dictum lege divina: ut sciat & sit unde profesarū nova & vetera: castum, sobrium, misericordem, & semper supetexaltet misericordiam iudicio, ut idem ipse confeatur. Oderit vitia, diligit fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis crudere cupit aruginem, frangatur vas; suamque fragilitatem semper suspectus sit, memineritque calamum qualiscum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriti vitia: sed prudenter, & cum charitate ea ampetet, ut viderit cuique expedire, sicut iam diximus; & studeat plus amari, quam timeri. Non sit turbulentus & anxius; non sit nimius & obstinatus; non sit zelotypus, & nimis suspiciosus: quia nunquam requiesceret. In ipsis imperiis suis

## REGULA

Gen. 33.

sit providus & consideratus : sive secundum seculum sint. Opera quæ injungit, discernat, & temperet, cogitans discretionem S. Jacobi dicentis : *Si greges mei plus in ambulando fecero laborare, morientur omnes una die.* Hac ergo aliaque testimonia discretionis matris virtutum sumens, sic omnia temperet, ut sit, quod & fortis cupiant, & infirmi non refugiant. Et principiè ut presentem Regulam in omnibus conservet : ut dum bene ministraverit, audiat à Domino ; quod servus bonus, qui erogavit triticum conservis suis in tempore suo : *Amen dico vobis, ait, saper omnia bona sua confinxerit eum.*

Matth. 24.

CAP. LXV. *De Praeposito Monasterii.*

**S**ÆRIUS quidem contingit, ut per ordinationem Praepositi scandala gravia in Monasteriis oriatur, dum sint aliqui maligno spiritu superbis inflati, qui estimantes sibi secundum esse Abbates, affluentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt, & dissensiones in Congregatione faciunt, & maximè in illis locis, ubi ab eodem Sacerdote, vel ab eisdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipsis etiam & Praepositus ordinatur. Quod quam sit absurdum facile adverterit; quia ab ipso initio ordinationis, materia ei datur superbiendi, dum ei suggestur à cogitationibus suis, exutum cum esse à potestate Abbatis sui, quia ab ipsis est ordinatus, à quibus & Abbas. Hinc suscitantur invidie, rixæ, detractiones, amulationes, dissensiones, exordinationes. Et dum contraria sibi invicem Abbas Praepositusque sentiunt, & ipsorum necepsit est sub hac dissensione animas periclitari : & il, qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cujus periculi malum, illos respicit in capite, qui talibus in ordinatione se fecerunt auctores.

Ideoque nos prævidemus expedire propter pacis charitatisque custodiæ, in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monasterii sui. Et, si potesi fieri, per Decanos ordinatur, ut antea disposerimus, omnis utilitas Monasterii, prout Abbas disposeruerit; ut dum pluribus committitur, unus non superbiat. Quod si aut locus expedit, aut Congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, & Abbas judicaverit expedire, quemcumque elegerit Abbas cum consilio fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi Praepositem. Qui tamen Praepositus illa agat cum reverentia, que ab Abbatे suo ei injuncta fuerat, nihil contra Abbatis voluntatem aut ordinationem faciens; quia quantum prælatus est ceteris, tantum cum oporet sollicitius observare præcep-

pta Regula. Qui Praepositus, si reperitus fuerit vitiosus, aut elatione deceptus superbire; aut contemptor sanctæ Regule fuerit comprobatus; admoneatur verbis usque quater: si non emendaverit, adhibeatur ei correptio disciplina regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc deiijciatur de ordine Praepositura; & aliis, qui dignus est, in loco ejus subrogetur. Quod si & postea in Congregatione quietus & obediens non fuerit, etiam de Monasterio expellatur. Coigit tamen Abbas, se de omnibus judiciis suis Deo redditum rationem; ne forte invidie aut zeli flamma urat animam.

CAP. LXVI. *De officio Monasterii.*

**A**D portam Monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum, & reddere: & cujus maturitas eum non sinat vagari. Qui Portarius cellam debet habere juxta portam, ut venientes semper praesentem inveniant, à quo responsum accipient. Et mox ut aliquis pulsaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias: respondeat, aut Benedicat; & cum omni manuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore charitatis. Qui Portarius, si indiget solatio, juniores fratrem accipiat, Monasterium autem, si fieri potest, ita debet construi, ut omnia necessaria, id est, aqua, molendini, hortus, pilarium, vel artes diversæ intra Monasterium exerceantur: ut non sit necessitas Monachis vagandi foras; quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam sibi volumus in Congregatione legi, ne quis fratrum de ignorantia se excusat.

CAP. LXVII. *De fratribus in via directis.*

**D**IRIGENDI fratres in via omnium fratum vel Abbatis oratione se commendent: & semper ad orationem ultimam operis Dei commemorationem omnium absentium fiat. Revertentes autem de via fratres, ipso die quo redeunt, per omnes Cononicas horas, dum expletur opus Dei, prostrati solo Oratori, ab omnibus petant orationem propter excusum; ne quid forte subripuerit in via viuis, aut auditus male rei, aut otiosi sermonis. Neque presumat quisquam aliis referre quemcumque foris Monasterium videlicet, aut audierit; quia plurima destruacio est. Quod si quis prælumpserit, vindicta regulari subjaceat. Similiter & qui presumperit Claustra Monasterii egredi, vel quocunque ire, vel quidpiam, quamvis parvum, sine Abbatis iuollione facere.

CAP.

CAP. LXVIII. *Si fratri impossibilia injungantur.*

**S**i cui fratri aliqua fortè gravia aut impossibilia injunguntur, suscipiat qui-  
dem iubentis imperium cum omni man-  
suetudine & obedientia. Quod si omni-  
no vitium suarum mensuram viderit poun-  
dus excedere, impossibilitatis sua causas  
ei, qui sibi praest, patienter & oppor-  
tune suggesterat, non superbiendo, aut  
resistendo vel contradicendo. Quod si post  
suggestionem suam in sua sententia Prioris  
imperium perduraverit, sciat junior  
ita sibi expedire, & ex charitate confi-  
dens de adjutorio Dei obediatur.

CAP. LXIX. *Ut in Monasterio non pra-  
sumat alter alium defendere.*

**P**RECAVENDUM est, ne quavis occasio-  
ne presumat alter alium defendere  
Monachum in Monasterio, aut quasi  
tueri; etiamque qualibet consanguinitatis  
propinquitate jungantur. Nec quolibet  
modo id à Monachis presumatur; quia  
exinde gravissima occasio scandalorum  
oriri potest. Quod si quis haec trans-  
gressus fuerit, acris coereceatur.

CAP. LXX. *Ut non presumat quisquam  
alium cadere, aut excommunicare.*

**U**T vitetur in Monasterio omnis pre-  
sumptionis occasio, constitutus,  
ut nulli licet quemquam fratrum suorum  
excommunicare aut cadere, nisi  
cui potestas ab Abate data fuerit. Pe-  
ccantes autem coram omnibus arguantur,  
ut ceteri metum habeant. In iubilis  
verò usque ad quintumdecimum annum  
etatis disciplina diligentia adhibeatur,  
& custodia sit ab omnibus. Sed & hoc  
cum omni mensura & ratione. Nam in  
fortiori aetate, qui presumperit aliquatenus  
line praecepto Abbatis, vel in ipsis  
infantibus line discretione exarserit discipli-  
pline Regulari subjaceat; quia scriptum  
est: *Quod sibi non vis fieri, aliū ne ferierit.*

MAB. 7. CAP. LXXI. *Ut obedientes sint sibi invi-  
cem fratres.*

**O**BEDIENTIE bonum non solum Abbati  
exhibundum est ab omnibus, sed  
etiam sibi invicem ita obedient frates;  
scientes per hanc obedientiam se ita  
ros ad Deum. Præmisso ergo Abbatis,  
aut Præpositorum, qui ab eo constitutur,  
imperio, cui non permittimus pri-  
vata imperia præponi, de cetero omnes  
juniiores Prioribus suis omni charitate &  
felicitudine obedient. Quod si quis con-  
tentiosus repperitur, corripiatur. Si quis  
autem frater pro quavis minima causa ab  
Abbate, vel à quocumque Prio suo  
corripiatur quilibet modo, vel si leviter

fenserit animum Prioris cujuscunque  
contra se iratum vel commotum, quam-  
vis modicè, mox siac mora tamdiu pro-  
stratus in terra ante pedes ejus jaceat  
satisfaciens usque dum benedictione fa-  
netur illa commotio. Quod si quis con-  
tempserit facere, aut corporali vindicta  
subjaceat; aut si contumax fuerit, de  
Monasterio expellatur.

CAP. LXXII. *De zelo bono, quem debent  
Monaci babere.*

**S**ICUT est zelus amaritudinis malus,  
qui separat à Deo, & ducit ad in-  
fernū; ita est zelus bonus, qui sepa-  
rat à vitis, & ducit ad Deum & ad vi-  
tam aeternam. Hunc ergo zelum fer-  
ventissimo amore exerceant Monachi:  
id est, ut honore se invicem præveniant,  
infirmitates suas, sine corporum, sine  
morum, patientissime tollent: obedien-  
tiā sibi certam impendant. Nullus  
quod sibi utile judicat sequatur, sed quod  
magis alii; charitatem fraternitatis casto  
impendant amore; Deum timeant; Ab-  
batem suum sincera & humili charitate  
diligant; Christo omnino nihil præpon-  
nant; qui nos pariter ad vitam aeternam  
perducant.

CAP. LXXIII. *De eo, quod non omnis ob-  
servatio justitia in hac sit Regula  
constituta.*

**R**EGULAM autem hanc descripsimus, ut  
eam observantes in Monasteriis ali-  
quatenus vel honestatem morum, aut ini-  
trum conversationis nos demonstremus  
habere. Cæterum ad perfectionem con-  
versationis qui festinant, sive doctrinæ  
sanctorum Patrum, quarum observatio  
perducit hominem ad celitatem perfectionis.  
Quæ enim pagina, aut quis  
fermo divina auctoritatibus veteris ac novi  
testamenti non est rectissima norma vite  
humana? Aut quis liber Sanctorum Ca-  
tholicorum Patrum hoc non resonat, ut  
recto cursu pervelamus ad Creatorem  
noscere? Necnon & Collationes Patrum,  
& instituta; & vita eorum, sed & Re-  
gula sancti Patris nostri Basili, quid aliud  
fuit, nisi bene viventium & obedientium  
Monachorum exempla, & instrumenta  
virtutum? Nobis autem desidiosis, &  
malè viventibus, atque negligentibus ru-  
bor confusionis est. Quisquis ergo ad pa-  
triam celestem festinas, hanc minimam  
inchoationis Regulam descriptam adju-  
vante Christo perfice; & tunc demum ad  
majora, quæ supra commemoravimus,  
doctrinæ virtutumque culmina, Deo pro-  
tegeente, pervenies. Facientibus hac  
regna patebunt aeterna. Amen.

*Explicit Regula S. Benedicti Abbatis.*

REGULA

# REGULA CONSENSORIA MONACHORUM.

---

## Observatio critica in Regulam sequentem.

*Hujus Regulae auctor est incertus; quamvis sacra antiquitatis mangones illam balleatus pro prima S. Augustini Regula venditaverint, ejusque S. Doctoris antiquis Operum editionibus interpolare aucti fuerint.<sup>1</sup> Hodie enim omnes eruditii confessiunt, S. Augustinum nullam aliam Regulam scripsisse, nisi unam ad Virgines, quam HOLSTENIUS in hujus Codicis tercia parte adducit, de qua igitur suo loco plura dicemus. Interea brevis est hac Regula, novem articulos columnmodo continens, generalia quadam praecpta circa statum monasticum tradens, hanc aliunde dicta CONSENSORIA MONACHORUM, nisi quia communis omnium in illo monasterio presentium confessio promulgata fuerit; prout ex exordio colligimus. Antiquitatem autem ejusdem satis denotat, quod auctor citare solent S. Scripturarum juxta antiquam Vulgatam, non vero secundum S. Hieronymi versionem.*

---

## INCIPIT CONSENSORIA MONACHORUM.

### CAPUT PRIMUM.

**C**OMMUNI definitione decrevimus apud nos, quod nunquam postmodum ab ullo poterit infringi. Residentibus nobis in Monasterio in nomine Domini nostri IESU Christi omnibus placuit, secundum Apostolicam traditionem, unum sentire, & communiter possidere; sicut scriptum est: *Unum sentientes in Domino.* Et nemo quidquam proprium vindicet: sed sicut scriptum est in Actibus Apostolorum: *Habentes omnia communia, & nemo quidquam suum esse dicebat, quod & nobis scriptum est.* In Domino ergo jure observationis & legis nos tenemus, & in eo usque in finem permaneamus: quoniam scriptum est: *Qui permanesit usque in finem, hic saluus erit.*

A.D. 2.

Ibidem.

March. 10.

Luc. 9.

Math. 19.

M. 6.

II. Si quis autem venire desiderat ad Congregationem fratrum, qui in unum esse videntur, non ignorans Evangelii dictum, quo dixit: *Vendas omnia sua, eroge egenis & pauperibus.* Et iterum: *Abnegas semetipsum fili, & tolitas crux suam, & sequar Christum.* Et ne tractet in corde suo deictu, aut vestimento, & exteris, quae necessaria sunt corpori; ipso Domino in Evangelio præmonente & dicente: *Nolite cogitare dicentes; quid edetis, aut quid vestimenti? has omnia gentes cogitant.* *Sed enim pater vester, quia horum omnium indigetis.* *Querite regnum Dei & iustitiam ejus, & has omnia apponentur vobis.*

III. Veruntamen antequam statuar esse in Monasterio, probet propositum fratum atque exemplum, & ipse probetur in omni conversatione ab illo, qui Prior

est, & ceteris consentientibus: propter illud quod Propheta docet & admonet, dicens: *Avecum vobis ita comparet.*

IV. Sed si contigerit ut aliquis ex qualibet causa necessitatis à Monasterio fuerit abstractus, ne vel mente concipiatur, secum aliquid ferre de his omnibus, quae in Monasterio fuerint; sive etiam quae secum aliquando attulerat; sive ea quae cum fratribus acquisierit: quia scriptum est: *Vix marrabilis in lingua incident in mala.* Prov. 13. Et iterum, ut nullum omnino de fratribus secum provocet: ne magis destructor quam adiutor Monasterio judicetur; propter illud quod scriptum est: *Qui non est M. 12. mecum, contra me est: & qui mecum non congregat, dispergit.* Et quicunque provocatus ab aliquo de Monasterio voluerit abscedere, aut redarguat provocantem, aut indicet Abbatem; cui utique de his quae in commune decrevimus nihil est subtrahendum: quia scriptum est: *Pascisti sine tibi multi; sed unus ex milie fit tibi* Eccl. 6. confiliarius.

V. Jugiter haec quae scripta sunt, cum summa diligentia observanda sunt ab Abate usque ad omnes fratres. Aut si quis ab aliquo doctrinam audierit, præterquam in Monasterio confectus est ab eo, cui se credit, hanc aut non suscipiat, aut eam non subtrahat doctori: quia scriptum est: *Omnis quod manifestatur Ephe. 5. lux est.* Si enim bona fuerint collaudanda sunt; si vero prava, reprobanda.

VI. De his autem fratribus, qui in unitate constuant, si quis subito adversus alterum altercatus fuerit semel, sed secundum Evangelium, ei licet exorare. Si autem noluerit se emendare, ille

ille cui injuria irrogata est, cum post primam vel secundam corruptionem non revocaverit contumacem, denunciet & illud Abbsti: ne per taciturnitatem & ille & frater suus periclitentur; sicut Propheta ait: *Qui occultat inimicium inimicu[m] deluum.*

VII. Si verò, ut fieri solet, incuria repentina supervenerit aut hostilitas; ut impossibile sit fratibus in unum fugam petere, propter insectationem inamicorum, & postmodum Deo favente evaserint, & potuerint pervenire, ubi Abbatem esse cognoverint, velut filii ad patrem festinare debebunt. Nec ullo modo poterunt separari, quos divina charita ritas sociavit: quia cautum est: *Perfecta dilectionis fratres mutat timorem.*

*I. Joss. 4.*

VIII. Si quis autem, quod superius diximus, causa necessitatis detineat id, quod à Monasterio secum portaverit, necesse habebit ubi Abbas suis est, illud perserre: quia non poterit propriè retinere quod per pactum ad omnes pertinet, & Deo utique est consecratum. Sed si cogitaverit de his aliquid retinere, contradictor Apostoli esse videtur, qui ait; *Nemini quidquam debetis, nisi ut in Rom. 13: vicem vestrum diligatis.*

IX. Omnia ergo quæ in isto libro continentur, omnes fratres obseruent, atque subscriptibant, quia unum in Domino esse desiderant. Verum propter illos ista sunt causa, qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

*Finit Consensoria Monachorum.*

## LECTORI.

**CONSENSORIAE MONACHORUM**, quam sacra antiquitatis mangones hanc pro Regula S. Augustini venditorum, aliud veteris Regula fragmentum subiungo, quod itidem sub Augustiniano nomine delicitur, à quo addissim gravissimumque viri jure merito id paupridem abjudicarunt. Nam Augustinum nonnisi unam Regulam, tamque Virginibus scriptæ certum est, quam nos infra suo loco exhibemus. Tertiam verò illam, de Vita Eremita ad sororem, longius ab Augustini eis filiisque absesse res ipsa indicat, Et non B. Alredi Ricordans in Anglia Abbatis esse certo scimus: qui circa annum Christi MCL. vixit. Forte faveat, ut bujus quoque fragmenti auctor vel artus certioribus indicis insoteat.

## SEQUITUR ALIA REGULA INCERTI AUCTORIS.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Qua de superiori Regula diximus, & hinc applicari possunt; quia auctor incertus est, & male hoc Regula S. Augustino, tanquam secunda ejus, attribuitur. Quinque tantum articulos continet, quorum primus circa Officium divini dispositionem plerunque versatur, ubi auctor Vesperat à Lucernario distinguunt, ad quod Officium ordinat unum Psalmum & unum Responsorium, tres Antiphonat & tres Lectiones, quam Officium divini distributionem videtur ex S. Celsari & S. Aurelianii Regulis desumptissime. Unde existimat Reverendissimus Calmetus in suis Observationibus criticis, hanc Regulam scriptam fuisse pro aliquibus monasteriis Gallia vel Hispania ad mare Mediterraneum sitis. Interim hic notari velim, hoc tempus, dictum Lucernarium, nostrarum Vesperarum temporis convenire, nec per illud intelligi Completorium à S. Benedicto inventum, quah totius divini Officii complementum; & ideo illa peraltius in monasteriis Benedictinis nullus andebat loqui, vel publicè legere; cum tamen juxta Regulam Monaci post Lucernarium in unum conveniebant, & publicas lectiones audiebant.*

### CAPUT PRIMUM.

*Deut. 6.  
March. 13.*

**A** NTE omnia, fratres charissimi, diligatur Deus; deinde proximus: quia ista præcepta principaliter nobis sunt data. Qualiter autem oportet

*Cod. Regul. Tom. I.*

teat nos orare vel psallere, describimus; id est, in Matutinis dicantur Psalmi III. LXII. VI & LXXXVIII. cum debitis Antiphonis, Versibus & Responsoriis. Ad Primam & Tertiam dicantur fui Psalmi, Antiphone dux, Lectiones dux. Simili modo

modo ad Sextam & Nonam dicantur sibi Psalmi, cum debitissimis Responsoriis & Antiphonis. Hoc idem in Vesperis & Completorio servetur. Ad lucernarium autem Psalmus unus, Responsorium unum, Antiphona tres, Lectio tres. Et tempore opportuno post lucernarium, omnibus ledentibus, legamus lectiones. Nochurnæ autem Orationes mensis Novembris, Decembris, Januarii & Februario, Antiphona duodecim, Psalmi sex, Lectio tres: Martio, Aprili, Septembri, Octobri, Antiphona decem, Psalmi quinque, Lectio tres: Mayo, Junio, Julio & Augusto, Antiphona octo, Psalmi quatuor, Lectio dux.

H. Operentur a manu usque ad sextam, & a sexta usque ad nonam vacent lectio; & ad nonam reddent codices. Et postquam resecerint, sive in horto, ubicunque necepsa fuerit, faciant opus usque ad horam lucernarii. Nemo sibi aliquid vendicet proprium, sive in vestimento, sive in quacunque re. Apollonica enim vita optamus vivere. Nemo cum murmure aliquid faciat, ut non simili iudicio murmuratorum pereat. Fideliter obediant: patrem suum post Deum honorent: Praepolito suo delectant, sicut decet sanctos. Sedentes ad mensam taceant, audientes lectio: si autem aliquid opus fuerit, Praepolitus eorum sollicitus sit. Sabbato & Dominica, sicut consuetudo est, qui volunt, vinum accipiunt.

A.D. 2. &amp; 4.

III. Si opus fuerit ad aliquam necessitatem mitti, duo cant. Nemo extra Monasterium sine precepto inanducet, neque bibat: non enim hoc ad disciplinam pertinet Monasterii. Si opera Monasterii mittantur fratres vendete, follicite caveant, ne quid faciant contra preceptum; scientes, quoniam exacerbant Dominum in Sancatis suis. Si aliquid emaneat ad necessitatem Monasterii, follicite & fideliter, ut servi Dei, agant.

IV. Otiolum verbum apud illos non sit. Manè ad opera sua sedeant: post Orationem tercia cant ad opera sua non illantes fabulas contexant, nisi forte aliiquid sit pro utilitate animæ: sedentes ad opera, taceant: nisi forte necessitas operum exegerit, ut loquatur quis.

V. Si quis autem non omni virtute, adjuvante misericordia Dei, haec conatus fuerit implere, sed contumaci animo despicerit: semel atque iterum communitus, si non emendaverit, sciat se subjaceret disciplina Monasterii, sicut oportet. Si autem talis fuerit zetas ipsius, etiam vapulabit. Haec in nomine Christi fideliter & piè observantes, & vos proficietis, & nobis non parva laetitia erit de veltra salute. Haec sunt, quæ ut observetis precipimus in Monasterio constituti.

*Explicit Regula Incerti.*

## SANCTORUM PAULI ET STEPHANI ABBATUM REGULA AD MONACHOS.

### DE SS. PAULI ET STEPHANI ABBATUM REGULA VETERUM TESTIMONIA.

S. BENEDICTUS Anianus Abbas in Concordia Regularum sapissimum assert teſtimonia ex Regula Pauli & Stephani: sive ut pag. 388. & 619. Ex Regula Sanctorum PAULI & STEPHANI, quam etiam filius Stephani, & sancti Stephani nomine aliquando citat.

SMARAGDUS Abbas Expositione Regule S. Benedicti cap. xxiii.

*De hoc capitulo PAULUS & STEPHANUS Abbates ita scripferunt: Si quis alterum &c. ut cap. xxxvi.*

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Etiam si ignoramus patrum & statum borum duorum SS. Virorum, neque ad notitiam Monachorum, pro quibus hac Regula composta est, pervenire valeamus: tamen videntur vixisse in aliqua regione, ubi frumenta ruri & in campis excutiebantur, quemadmodum apud Italos & Hispanos moris est. Existimat sape laudatus Calmetus, hos Sanctos base suam Regulam scriptisse circa tempora S. Genes.*

Benedicti. Hoc unum certum est, quod ex verbis S. Augustinus laudetur ibidem cap. 14. atque Scriptura S. citari solent juxta Vulgatam antiquam, non secundum S. Hieronymi versionem. Adeoque difficulter erit praescribere his Sanctis determinatam statem; quoniam illi hujus Regulae veri sint auctores, sub quorum nomine & illam citat S. Benedictus Abbas Aniana in sua Concordia Regularium.

## INCIPIUNT CAPITULA PRO QUIBUS SUNT FRATRES admonendi Pauli & Stephani.

1. Primum de timore Dei & charitate mutua puri cordis, & unanimitate habenda.
2. Quales circa juvenes esse debent seniorum.
3. Qualiter circa seniorum se juvenes debent exhibere.
4. Ut ab opere Dei nullus nisi permisus discedat.
5. Ut initium vesperis in Choro incipiantur ab uno.
6. Ut juguer pronuncietur per Chorus.
7. De modo psallendi, & seniorum arbitrio.
8. Ut cantantes non dormient.
9. Ut cantantium & cruentium nullus vel tenor fabulus occupetur.
10. Ut dicta Prima nullus se in Repto occubet.
11. Ut meridianis tempore unusquisque in sedili dormias mediante tempore definito.
12. Ut opus divinum cum disciplina in operatione decantent.
13. Ut qua hora communicandum est, omnes qui intra cellam sunt unum, studiant esse presentes.
14. Ut decantentur qua iussa sunt caneri.
15. De bis qui Psalmos dicunt, ut dilectoribus delegari observent.
16. Ut accepta a minoribus ex more reddantur ad mensam.
17. Ut nullus supra fastuum modum in cibo vel potu prasmetat.
18. Ut presentes cum quiete audiant quae leguntur.
19. Ut ad mensam nullus filii peculiariter aliquid comedendum preservet.
20. Ut nullus se à mensa deparsata migrat in aliam.
21. Ut calix superfundens non misceratur.
22. De vicibus ministrarum.
23. Si de ordine juniorum quicquam à ministerio fuerit segregatum.
24. Ut nullus de affigato presumat alterius.
25. Ut bi quibus custodia commissa est, de vera charitate deserviant, nec ipsi contra improbus contingenentur.
26. Ut in Cellario & artificio officiis nullus importune non jusus audeat intrare.
27. Ut de rebus alterius nullus filii ad utendum prasumat, nec inter se licet commutare.
28. De vestimentis & lectinalibus servandis.
29. Nisi de sua Prioris nullus tonsuratur.
30. De eo quod alio perdente alter frater invenerit.
31. De bis qui qualemque artem discere voluntur.
32. Ut in pistrinis, vel ad omne opus terrenum unusquisque prompte occurrat.
33. De labore prasterii temperis, & quod nec bis qui negligentes sunt quidquam de necessariis substructione sit.
34. Ad orationem ut consueta amittatur pigritia.
35. De ferramentorum in operatione custodia.
36. Ut peccantem nullus regat.
37. Ab immoderato joco & risu abstinendum.
38. Ut alii litigantes non commiscantur alter.
39. Ut nullus casus extraneis quicquam se inferat.
40. Ut contra rusticorum pravas excessus nullus humana virtute se audeat vindicare.
41. Quod & Patrum Regula legantur addidit.

Explicitur Capitula.

## INCIPIT REGULA PAULI ET STEPHANI ABBATUM.

### CAPUT PRIMUM.

**I**N PRIMIS ergo hortamur, ut timorem Dei & mutuam charitatem & unanimitatem omnes in bonis studiis habeamus.

II. Seniores junioribus affectum paternum impendant; & cum imperandi necessarium fuerit, non tumenti animo-

*Cod. Rig. Tom. I.*

fitate & clamoris vocibus, sed fiducia-  
ter tranquilla simplicitate, & auctoritate  
bonae vite ad peragendam communem  
utilitatem que fuerint opportuna injun-  
gant.

III. Juniores senioribus sincera subje-  
ctione obediant, nec tumend cervice  
in quoconque respondeant, aut fasti-  
dienti animo & negligente aure impo-  
rantiibus

stantibus obedire detrectent : sed unanimiter & concorditer tam in spirituali ope-  
re, quam in terreno labore omnes fideli intentione occurrant.

IV. Nulli licet absque Prioris permisso ab opere Dei discedere, sed quem causa manifesta compulerit, oratione à Ptoire sperata & concessa discedat. Nec bini aut terni, sed singillatim exentes orationem sperent : ita ut qui fani sunt, protinus revertantur ; qui vero infirmi, ex permisso redeant ad cubile.

V. Initium versuum psallentium in Choro priores qui in eis stant, incipiunt ; aut si eis adversatur infirmitas hi incipient, quibus iussit Pater. Quibus incipientibus mox omnes, si potest fieri, in prima aut secunda syllaba pariter unanimiter, & uno ore subiungant : ut non sit dissonantia cantantium, que maximè ab inordinato initio, & quodammodo contentiosa va-  
rietate solt accidere.

VI. Juniores & maximè qui adhuc Psalmos discere meditantur, per Chorus ex ordine, & sine negligientia dicent : ita ut ab eo loco, à quo adhuc minores ignorant, hi juniores qui jam Psalterium finierunt, per ordinem sibi in dictando succedant ; ut omni tempore promuntiandi usus non desit.

VII. Psallendi quoque modus, si possibile est, omni tempore cum temperamento nobis tenendus est : ut nec nimium protractè, nec supra modum correptè, sed ut dictum est, temperata semper modulatione dicatur. Servato tamen ut secundum voluntatem & arbitrium Prioris, cui semper confidandi & perpendendi tempus, horam, causam per omnia imminet, sive protrahi, sive accelerare justo considerationis iudicio iussit, ad ejus nutum, sive etiam elevatus, sive humilius voluerit, consona tamen quasi ex uno ore voce dicatur. Nec quisquam presumat absque Prioris permisso, vel elata vocis extollentia, qua sèpius inflationis jactantiam & arrogantiæ elationis minus cautus generat, aut turbulentia festinatione temperamenti modum excedere, vel mutare. Nec Prior concessam considerationis licentiam in usu absque certa necessitate audiat usurpare : Iciens se Domino redditurum rationem, qui dixit : *Psalite sa-  
pienter.*

VIII. Somnus, cùm opus Dei dici-  
tur, cum Del adjutorio omnino à nobis fugandus est : timentes illud Prophetæ :  
*Maledictus qui facit opus Dei negligenter.*  
Jer. 48. Et illud : *Dormierunt somnum suum, & ni-  
bil invenerunt omnes viri divitiarum in ma-  
nibus suis.*

IX. Nulli licet tempore, quo opus Dei canitur, qualibet occasione fermarem contra alium fratrem proferre, nisi seniori tantum ; cui sine dubio solent cause cujuscunque rei aut ordinande, aut corrigitur nonnunquam emergere.

X. Mandata dicta Prima nullus se in lecto recubet ; excepto die Dominico, aut seltis diebus, in quibus vigiliarum labore & præteriti diei solito amplius fatigati paululum post Primam, qui ex vobis voluerint, membra ponant in lectulum. Quod non omni tempore id ipsum, sed tantum astivis mensibus licet : reliquo vero omni tempore per singulos dies mox unusquisque post Primam, dum accepte minoribus emendantur, calceet se, & paratus sit ad signum, quod per sonum tabulæ fieri solet : quantum omnes sine tarditate, ad agnoicendum imminentis diei futurum opus, in locum conveniant deputatum.

XI. Aëstatis tempore nulli licet meridiæ præter in suo lectulo dormire, nisi forte jubente Priore ad nubila pro cultuaria area extra suum lectulum dormiat. In campo vero, quando mellis colligitur, si meridiæ dormire licuerit : non divisi, sed in uno loco, aut duobus locis dormiant. Quia non est incognitum, quantum mali ex hac occasione diabolus fecerit. Tempora vero in quibus, si vacaverit, meridiæ dormendum nobis est, à die Iduum Maiorum, usque in diem Iduum Septembrium observemus.

XII. Opus Dei, quod per diem in quocunque loco operantes fratres per horas constitutas dicent, cum disciplina & timore Dei consona voce dicatus : non prout unusquisque operis excusatione aut occupatione voluerit obruere. Nec præsumendo junior ante seniorum proficiat, & immatura festinacione procedat ; & divinum opus, quod cum timore agendum est, per inordinatam audaciam insipient & non sapienter psallatur. Tali enim con-  
fuetudine jam infectæ mentes & fauces aliquorum fratrum, ad consonantiam intra Oratorium nisi cum magno com-  
motionis freno non queunt retineri. Ut ergo hoc usurpationis vitium abiciatis à vobis, charitatis simplicitate hor-  
tamur : talium enim Deus omnium ex-  
auditor est : *Ipsæ misit Angelum suum, & Ps. 111;* Iustus 70.

XIII. In hora, qua sanctum Corpus & Sanguinem Domini communicaturi sumus, praefentes esse festinernus ad dicendum : *Liberas nos à male :* præter quos certa causa, cum notitia senioris, non finit esse praefentes. Omni modo caven-  
dum est, ne sanctum corpus & sanguinem indignè ad judicium sumamus.

XIV. Nul-

XIV. Nullus presumat Responsoria vel Antiphonas, que solent aliqui compoſito ſono , pro ſuo libitu , & non ex canonica ſcriptura aſſumpta canere , in Congregatione iſta vel meditari vel dicere . Nec ab adveniente hofpice fine jufu Prioris quidquam talium rerum ali- quis audeat meditari : ne peregrinis va- rietatum doctrinis , & quodammodo de- lifrimentorum fuavitatisibus irretiti , ſimpli- citatis & veritatis maturitatem fati- diant ; & per cantilenę ſonus levitatis & otiositatis compedibus illigati , aut de Congregatione avolare diabolo fudente feltinent ; aut intra Monasterium inflati quaſi singulari scientia cunctos defipient . Oportet autem nos unam & ſimplicem Apostolicam , & Patrum noſtrorum imi- tari doctrinam , & gratia ſtabiliti ; cor moresque ſubdere diſciplinę , & ea can- tare debemus , quę, ſicut beatus Auguſtinus dicit , ita ſcripta ſunt , ut canen- tur : qua autem non ita ſcripta ſunt , non canemus . Nec alio modo , quam quo ipſe Dominus iuſſit per Prophetas & Apoſtolorum ſuos maniſtari ea hominibus , debent à nobis in laude Iphius dici : ne quę cantanda ſunt , in modum proſte & quaſi in lectionem mutemus ; aut que ita ſcripta ſunt , ut in ordine lectionum utamur , in tropis & cantilenę arte no- stra pralumptione vertamus . Si enim ſacrificium Deo confeſſionis & laudis of- ferre debemus , quomodo ipſe precepit ſibi offerre ; à nobis Dominus magis obe- dientia , quam vičtimarum ſacrificium querit ; nec cantilenę artificiorum stu- dio , quantum obſervantia mandatorum , & cordis munditia delectatur .

XV. His qui literas vel Psalmos di- ſcunt , illis obſeruent ad excipiendo , quibus fuerint depu- tati : qui pro eis aut de negligentiā arguendi ſunt , aut in eo- rum eruditio & ſtudio approbandi . Si autem diſcedens dictator per ſe depu- tare neglexerit , ad Patrem revertetur is qui excipit , ut ipſe depu- tet pro ab- ſente , qui ei dictare debeat . Dum ab- ſens revertetur , ad ſuum redeat dicta- torem .

XVI. Accepta in hora refectionis omni tempore ab his , qui ea quotidie de Psalmis accipiunt , reddantur ad men- ſam primam fratrum ex more . Qui me- ditari neglexerit , & non reddiderit , nec manducet usque ad horam refectionis venturi diei .

XVII. Nulli licet ſupra ſtatutam conſuetudinem , five in potu , five in cibo preſumere , niſi Prioris permifſu : cui ordinandi & conſiderandi facultas eſt : ita ut ſi gravi operatione fatigatis fratribus ſupra conſuetudinem oportet

quidquam adjungi , annuente & permi- tente Priore , & non quolibet preſumē- te , hoc ipsum fieri licet .

XVIII. Reficienes cum gratiarum actione & timore Dei lectiones audiamus . Non cum contentione , & murmuratione , & indiguatione , & clamoris vocibus , & strepiti pedum , & ſono valorum donum Dei : ſed cum charitate & quiete , & dulcissimo diſciplinę frano ſumamus : metuentes Iſraēlitarum exempla carna- <sup>Nam: 11.</sup> lium , quibus manducantibus ad faturi- <sup>Pſalm: 77.</sup> tam Angelorum panem , & coturni- cum carnes , usque ad nauſeam ore re- pleto murmurantibus ira Dei ad exter- minandum dirigitur .

XIX. Nulli fratrum illecat vel po- mun , vel quodcumque oleum ad condi- mentum , vel aliud aliiquid ad uſus ſuos quaſi peculiari apparatu in menſam ad manducandum deferre : ne parvillima occaſione aut rancor inter fratres de in- juſtitia , aut horrendus aditus pecularis aperiatur ſtudii : ſed quaſeunque harum rerum donante Deo à quolibet inventa fuerint , Cellario fideliter contradantur , ut ipſo diſtribuente , vel per mensē ſingulos , vel prout cuique opus fuerit , miniftrantur .

X. Nullus preſumere audeat de ea menſa , in qua comedere ſcriptus eſt , transire ad aliam ; nec licet cuiquam alterum ad ſe de alia menſa venientem ad manducandum fuſcipere : ſed unusquisque in menſa deputata comedat ; ita ut ſi in menſa major pars fratrum ab- ſeus fuerit , reſidui uſque ad tres in nu- mero ad ſuam ſedeant . Infra autem hunc numerum remanentes in alia menſa co- medant , ſecundūm ordinem deputatum .

XI. Nulli licet pincernarum cali- cem ſic implere , ut tranſfundatur . Sed uſe cuiquam licet , ut ſi ei ab infrunito miniftro tranſfundens oblatuſ fuerit , ac- cipere : ſed cum moderatione implere debet , & competenter : dicente Apo- ſtolo : Omnia uſtra boniſt , & ſecundūm <sup>a. Cor: 14:</sup> ardorem ſiant .

XII. In omnibus obſequiis & mi- niſteriis , in quibus fratres juniores ſibi vi- ciſiſim ſuccedunt , unusquisque bona vo- luntate ſuſceptam hebbdomadam vicis ſuę in quolibet ministerio hilariiter abſque murmuratione cum gratia Dei impleat . Quod ſi ita contingat , ut iſi qui ſuſcepit quolibet obſequium , in alia utilitate , vel itinere , aut neceſſitate infirmitatis occupeatur ; vicem ejus , qui in loco poſt ipſum in ordine eſſe videtur , adimplat , & ſi defuerit , tertius , five quartus & quintus ab eo preſens & vacans in- ventus fuerit , ejus obſequium repreſen- tet : ut ordo ministeriū diſpoſitus , quod

charitatis & devotionis amore exhibetur, mutuo conservatus nullo modo perturberatur.

XXIII. Si in ipso juniorum ordine, qui sibi in ministerii singulis per vices succedunt, talis forsitan persona in ordine misceatur, qui iudicio senioris debeat à vice ministerii removeti, nullus cum audeat provocare; nec ei per jocum stimulum fulsionis & confusionis impingat.

XXIV. Nulli liceat de cellario quidquam, vel de quacunque artificum officina, vel ferramentum, vel quacunque rem, que singulis fratribus ad custodiendum assignata est, präsumere pro suo arbitrio; nisi forte aut tanta causa absentia aut infirmitas ejus, cui qualibet parte cura commissa est, coarctaverit, ut iubente Abate, aut certe ipso permittente, cui assignatum est, ab alio contingatur.

XXV. Hi quoque, quibus in singulis rebus custodia commissa est, convenienter devotione & charissima humilitate, quæ necessaria sunt, sine mora & fastidio iubente senioro ministrent: nec per superbam inflationem differendo, occasiones faciant querelarum; per quas murmuratio contra eorum laborem, qui nobis in assignatis rebus charitate deserviunt, non debet excitari.

XXVI. Nulli liceat tam in Cellario, quam in singulis Officinis artificum improba & importuna absque senioris iussu audacia introire: quia & commode utilitatem valde impedit hæc præsumptio, & ipsis artificibus rancorem animorum ex superflua importunitate impingit.

XXVII. Nulli liceat vel vestimentum, vel calceamentum, aut tabulas, vel cujuscunque rei parvissime tam novum, quam vetus quidquam, quod alii fratri datum fuerit, prava præsumptione contingere ad utendum. Nec inter se fratribus liceat, ut id quod de communi quisquam acceperit, nisi permisso Prioris cum alio fratre, quasi peculiari amore mutuare: ne hac occasione nascatur amor illicitus. Sed unusquisque, quod ei charitatis distributione datur, hoc libens & bona voluntate accipiat, & ad utendum delectetur habere.

XXVIII. Vestimenta vel lectularia nullus sibi lavare audeat, absque oratione & permisso Prioris.

XXIX. Nullus fratum audeat tonsurari sine oratione Abbatis; nec alia tonsura quisquam, nisi nobis solita, tonsurari affectet: exceptis infirmis, quos dictante medico pro humore contrario pressius forsitan expedite tonsurari.

XXX. Si quis invenerit, quodcumque illud est, quod alter frater perdidit, vel intra cellam, vel foris; non apud se uno die, vel si possibile est una hora refineat: sed in loco deputato quod invenerit ponat; & qui perdidit in eo loco requirat: ut non patiatur errorem & laborem qui perdidit querendi per singulos.

XXXI. Nulli liceat ad discendam qualemcumque artem absque oratione senioris, vel cui ab eo ordinandi & disponendi concessa est potestas, suo auctu præsumere; nisi hi tantum qui in singulis artibus Prioris iudicio suo ordine cum orationis gratia deputantur. Sed neque ad meditandas literas, vel Psalmos, aut Lectiones quisquam ex sua quasi potestate præsumat; & præbendum spiritali bono superbie malum, & dissolitatem voluntatis arbitrium, & peculiare studium operetur. Sed si quis per bonam voluntatem qualemcumque artem terrenam, vel in spiritualibus rebus super id quod à nobis quotidie traditur, discere concupiscit, charissima humilitate sibi coocedendum à Prio expectet. Et si ei concessum fuerit, accepta oratione sic quod cupit incipiat. Cui & si denegatum fuerit, quia forte ei non expedit, gaudens, & non tristis permaneat. Sed nec cuiquam liceat absque Prioris notitia & iustione alii literas vel qualemlibet artem occulte & quasi furtim ostendere. Quod si quis præsumpsierit, gemine culpe, hoc est, & furti & superbie sine subjecebit.

XXXII. Magnopere autem ab omnibus est cavendum, ne aut in pistriño, aut in quacunque mannum operatione, aliquis fratrum pigre, & non inter primos occurrat.

XXXIII. Nam adhortatio laborandi, quæ hæc tenus cum tanto temperamento à nobis charitati vestre insinuata est, ab illa Apollonica beati Pauli instantia tantum est debilitata & remissa, quantum est & differentia personarum. Cum ille Ephes 4 nobis iubeat hæc tenus manus laborare; ut habeamus unde tribuere possimus necessitatem patienti: nos diximus, ut vel quod nobis sufficiat laboremus. Ille 1. Cor. 12. dicit, scilicet in fame & siti, in frigore 1. Thes. 1. & nuditate nocte & die suis manibus la- 2. Thes. 3. borasse, ut sibi & qui cum eo erant, necessaria non deflent: nos econtra duplicitia habentes in nostris usibus vestimenta & calceamenta, & quotidiani vi- 2. Atius de domo Dei ad saturitatem plenissimum apparatum, bortarum ut otium non ametis, sed per sincerum unanimitatim consensum unusquisque ut prevalet, sic laboret. Ille præcepit 1. Qui 1. Thes. 3. non labrat, non manducet; nos fragilitatem nostram

**Ren. 12.** nostram in vobis pensantes , nulli vestrum , qui haec tenus subdola & lubrica voluntate laborare fideliter distulitis , de necessariis rebus à fideliūm fratrum ordine quidquam subtraximus : patienter haec tenus tolerantes , ut non vinceremur à malo , sed vinceremus malum in bono .

**Eod. 23.** XXXIV. Hoc scientes , fratres , quia otiosus corpore Monachus mente à fordidis cogitationibus nunquam esse poterit otiosus , dicente Salomone : *In desideriis est omnis otiosus.* Et iterum : *Multa in vita exigitur otiositas.* Abjecto ergo à se , qui hucusque talis fuit , hoc vito proruptus ad omne opus accurrat : quia scriptum est : *Non ederis laboriosa opera , & resificationem ab Altissimo creas;* ut domine Domino de propriis laboribus , & rebus quotidiani & necessarii abundeantur ; & his quos amor spiritualis ad visitandos nos invitat , possumus convenienti mediocritate occurrere : aut quos gravis urget necessitas , debito ministerio valdeus de proprio labore servire , quia Dominum Redemptorem nostrum , *Benevolus egi datus , quam accipere , certum est praecepisti.*

**Eod. 7.** XXXV. Eentes in quacunque opus , ferramenta necessaria iis qui inter ipsos vadit Prior à custode ferramentorum manu adnumerata suscipiat , & uni de minoribus , ex his qui cum eo ituri sunt , quem ad hoc idoneum viderit custodiendi assignet : quo opere completo ab ipso sollicite ipse recipiat , & custodi contrahat ; ut nihil deparet oblivione solita & negligenti plurimorum .

**Ag. 20.** XXXVI. Si quis alterum in quacunque parte viderit illicitum quidquam vel sermone vel opere facientem , & Priori distulerit publicare , cognoscat se esse nutritorem peccati , & per omnia sequalem peccanti . Et quia & anima lux , & illi est , quem tegit , durissimus inimicus , ex hoc apud Deum , qui mala odit , & apud cunctam fraternalitatem execrabilis & infidelis habebitur : quia per abundantiam malitia noluit prodere , ut corrigerem porroisset , errantem ; & odio disciplina dilexit malitiam , & adfuit omni ure non lene .

**Nata. 35.** XXXVII. Propterea cavenda est omnibus nobis joci & risus inmoderata luxuria ; per quam plerunque amarissima inter fratres nascuntur scandala . Nec debet ex hac te occasio discordiarum proveire : per quam eti non nascetur litigium ; cavendum tamen nobis erat ad sedificationem sermo non pertinens . Et scientes quia & de otioso sermone ratio Domino est reddenda . Nam risum supra modum quis neferat indiscipline & levitatis esse januam ; per quam per-

nicioños cibos miseræ animæ diabolus subtiliter subministrat ?

XXXVIII. Si unus provocatus ab altero contra vetum , respondens ad contentionem causam perduxerit , nullus se in eorum contentione , id est , in aliena causa permisceat : ne inter fratres quasi diversarum partium studia litigiantum nutriantur ; nisi forte è seniore , qui inter eos discordiam mitigando pacis verba cum moderatione & disciplina & sincera fide interserat .

**Tim. 42.** XXXIX. Nullus presumat in qualibuscumque causis alienis , sive parentum , sive carnalium , vel qualibuscumque mundanis occasionibus se miscere præter junctionem Prioris : quem plerunque pauperum & oppressorum lacrymae permoveant , ut aut apud judices , aut apud quos necessarium fuerit , precusat accedit . Nec amplius quam jubetur vel sermonem audet directus presumere . Scriptum est enim , ut *sanctus militans Deo implices se negat facundis :* ut illi placeat , cui se prebevit . Et si necessaria , hoc est Monasterii negotia , que nobis validè onerosa sunt , fugere cupimus & vitare ; quanto magis aliena & qua extra Monasterii utilitatem sunt , abhortere debemus & fugere .

XL. Nullus vestrum contra rusticorum rabiem & pravos excessus , quos plerunque contra nos diabolo armante exercent , propria se audeat virtute , aut brachio humano repugnante defendere : cum noster defensor solus Deus sit , & patrocinium beatorum Apostolorum atque omnium Sanctorum Dei ,

XLI. Regulz quoque Patrum ideo nobis assidue leguntur , ut eorum sanctis exhortationibus interiorum accommodantes auditum , & disciplina concipiamus amorem dulcissimum , & Domino per omnia adjuvante vita ipsorum exempla sequamur . Propter quod festi-  
nandum nobis est , ut à nostris mentibus tempor excludatur inolutus . Nam & haec quæ vobis per singula præsentí loquimur scriptura ; non in fugillatione sanctorum & beatissimorum Patrum Regulz aufa temerario ad vos proferenda præsumimus ; sed ea tantum specialiter ex eorum Constitutionibus vobis literis ingredia curavimus . Plenitudo autem sanctæ conversationis , & spiritualis vitae perfecta doctrina in eorum sanctorum Patrum Regulis nobis quotidie recitat , quorum & probata vita divino munere & docendi est attributa autoritas .

Deus autem Omnipotens , qui pacis **Nata. 43.** auctor est , qui solus potest facere unanimes habitare in domo , aptet vos omnes ad faciendam voluntatem suam ; faciens

faciens in nobis quod placeat coram se per Iesum Christum Dominum nostrum; & hujus adhortationis & commonitionis semen in vestro corde per gratiam sancti Spiritus planteret, & fovent, & ad maturam bonorum opcrum perfectionem

perducat, Amen: & nobis remissionem peccatorum condonans in eterna requie cum sua pace custodiat. Amen.

*Explicit Regula SS. Pauli & Stephoni.*

## S. CÆSARII ARELATENSIS EPISCOPI REGULA AD MONACHOS.

### DE S. CÆSARIO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

GENNADIUS de Script. Ecclef. cap. LXXXVI.

CÆSARIUS Arelatensis urbis Episcopus, vir sanctitate & virtute celeber, scripta egregia & grata validi, & Monachis necessaria opuscula. Floruit Anno anno Rempublicam gubernante.

CYPRIANUS lib. i. de vita S. Cæsarii cap. iv.

CÆSARIUS primè Diaconus, deinde Presbyter ordinatur: nec unquam tamen Canonicam Monachi modulationem, nunquam Lerinensem fratum instituta reliquit: ordine & Officio Clericus; balsitate, charitate, obedientia, cruce Monachus permanet.

Ibidem cap. v.

Defuncto in suburbano Civitatis insula Abate, ab Episcopo Eonio ab CÆSARIUS nuntiatur, ut Monasterium rectore destitutum, ipse in eadem reverentia autoritate succedens, Monastico disciplina informaret. Itaque in suburbano Monasterio libens eam complectitur vita rationem, quam etiam intra urbem quotidiani semper studiis constitutus, & perpetuis optat eis votis. Ipsum vero Monasterium ita quotidiana instantia & devinis informavit officii, ut bontue Deo proprio illic vide- re licet.

FLORIANUS Epist. v. ad Nicetum Episc. Tom. i. Script.

Franc. pag. 85*i.*

Sed & corona vestra factum beata memoria Dominum CÆSARIUM Arelatensem Episcopum; qui vixit inter barbaros prius, inter bella pacatus, Pater orphonorum, Pastor egregius: qui tanti censu effusione nil perdidit, Catholicæ Regulæ disciplinae dictis factisque demonstrant.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Binas Regulas monasticas scripsisse S. CÆSARIUM, Arelatensem Episcopum, satentur omnes viri docti, unam nimurum ad Monachos, alteram ad Virgines, & utramque suo Codici inferunt HOLSTENIUS, de primis Monachorum norma his agent. Postquam enim S. CÆSARIUS ab labefactatione valetudinem monasterium Lerinense relinqueret castus fuerat, Arelatum se contulit; ubi ab Eonio Episcopo familiariter exceptus, tantam familiaritatem cum eo iniit, ut ab Episcopo, iam convalescens, constitutus sit monasterii Abbas, ac post triennium, nimurum annis DII. omnium suffragisti in loci Episcopum sufficitus. Cum igitur sanctissimus Episcopus in canobio Lerinensi ab adolescentia educatus fuerit; sic facile supponere possumus, illum bene aliam disciplinam monasticam in monasterium Arelate se introduxisse, nisi Lerinensem; ita quod bac Regula existat insigne monumentum artis disciplina monastica in celeberrimo canobio Lerinensi olim usitata. Constat bac Regula XXVI. articulis, cum brevi sed pathetica exhortatione ad Monachos, scriptaque est non solum ad monasterium Arelatense, sed ad omne aliud canobium Abbe gubernatum. Et quidem, ex privilegio Hormida Papæ ad sacras Virgines Arelatenses misio, omnino patet, S. CÆSARIUM post adeptum Episcopatum & alia munera.

*monasteria pro Clericis & Monachis in ipsa civitate exeristi, prater illud in  
suburbana insula a predecessore conditum, cuius & ipse aliquando constitutus erat  
Abbas. Deinde sub exordio huius Regule Tetradius, nepos S. CÆSARII, &  
forsan euidam monasterii apud Gallos abbas, teatur, hanc Regulam suisse di-  
ctatam ante initum Episcopatum, adeoque quando S. CÆSARIUS adhuc erat Ab-  
bas & Presbyter monasterii ab Eonio conditi.*

---

## INCIPIT REGULA A S. TETRADIO PRESBYTERO, NEPOTE BEATÆ MEMORIÆ S. CÆSA- RII EPISCOPI ARFLATENSIS ABBATE, MEA PARVA PER- SONA ROGANTE, TRANSMISSA. QUAM A SUO SUPRAMEMORA- TO DOMINO CÆSARIO DIXIT IPSE DICTATAM: QUAM DUM ESSET SA- CERDOS IPSE PER DIVERSA MONASTERIA TRANSMISIT.

---

### INCIPIT IN CHRISTI NOMINE REGULA QUALIS debeat esse in Monasterio ubi Abbas est, quicunque fuerit.

#### CAPUT PRIMUM.

**I**NTRIMIS si quis ad conversionem ve-  
nerit, ea conditione excipiatur, us-  
usque ad mortem suam ibi perseve-  
ret. Vestimenta vero laica non ei-  
muentur, nisi antea de facultate sua  
charitas venditionis faciat, sicut Domi-  
nus præcipit dicens: *Si vis perfellus esse,  
vade, vende omnia que habes, da pauperibus,  
& veni, sequere me.* Certe si non  
vult vendere, donationis chartas aut pa-  
gentibus, aut Monasterio faciat, dum-  
modo liber sit: & nihil habeat proprium.  
Si vero pater eius aut mater vivat, &  
non habet potestatem faciendi; quando  
illi migraverint cogatur facere. Qua-  
cunque secum exhibuit Abbati tradat;  
nihil sibi referetur: & si aliquis de pra-  
pinquis aliquid transmisserit, offerat Ab-  
bati. Si ipsi est necessarium ipso juben-  
te habeat: si illi necesse non est, in  
commune redactum, cui opus est tri-  
buatur.

**II.** Sint vobis omnia communia.

**III.** Celiam peculiarem, aut arma-  
riolum, vel quamlibet clausuram nullus  
habeat: in una schola omnes maneat.

**IV.** Non jurent: quia Dominus di-  
xit: *Nolite jurare omnino: sed sit forma  
verbi, sibi, sibi; non, non.*

**V.** Mentiri qui inventus fuerit, di-  
sciplinam legitimam accipiat: quia se-  
quod mensitur, occidit animam: Et, perdes  
eos qui loquuntur mendaciam.

**VI.** Non maledicant: quia scriptum

**Matth. 5: 22.** est: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.*

**VII.** Operam non quam unusquisque  
voluerit, sed quæ cùs ordinata fuerit,  
faciant.

**VIII.** Dum psallimus, nullus loqui  
presumatur.

*Cod. Regul. Tom. I.*

**IX.** Ad mensam dum manducant, nullus  
loquatur; sed unus legat quemcumque li-  
brum: ut sicut corpus reficitur cibo, ita  
anima reficitur Dei verbo, sicut dicit Do-  
minus: *Nisi autem sola pene vivit hunc, sed ex  
omni verbo Dri. Qualis est terra sine pluvia,  
& caro sine cibo, talis est anima si non  
reficitur Dei verbo.*

**X.** Filium de baptismo nullus exci-  
piat.

**XI.** Mulieres in Monasterio nunquam  
ingrediantur. Qui in remoto loco est,  
signo tacto, ad omne opus Dei nullus  
tardius veniat. Si tardius venerit, statim  
de ferula in manus accipiat. Arguente  
Abbate, aut Præfato, aut quo-  
libet seniore, respondere penitus non  
præsumat.

**XII.** Lites inter vos non habeatis: &  
sic enim dicit Apostolus: *Seruum Domini 2. Thes. 2.  
non oparetur luigare, sed mansuetum est.* Cer-  
te si excederit, ut est humana fragilitas,  
ut se sermonibus duris extimulent, *sil Ephes. 4:  
non adulter super iracundiam vestram.*

**XIII.** Sed nec ullus præsumat iratum-  
culpare; sed qui fecerunt fecisse quod non  
debuerunt, invicem sibi veniam petant,  
implentes illud Dei mandatum ubi dicit: *Dimittite; & dimittetur vobis.* *Si vos non  
dimiseritis, nec Pater vester Calephus dimis-  
sive peccata vestra. Ira viri iustitiae Dei Iac. 1:  
non operatur.*

*Si offens minus tuum ad altare,* Matth. 5:  
*& recordante furiis, quia frater tuis habet  
adversum te, vade prius reconciliari fratri  
tuo: & tunc dicens offens minus tuum.*

Certus esto quia dum iratus es contra  
alium, oratio tua non recipitur: nec  
irato licet communicare. Et ideo im-  
plete quod Dominus dicit: *Pacem meam  
dabo vobis, pacem meam dimisisti vobis.* In ibid. 14:  
hoc cognoscere omnes homines quod mei disci-  
puli eris, si vobis invicem diligitis. Dixit

T

amplius

**I.** *Jean. 3.* amplius Joannes : *Qui edit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulet. Qui edit fratrem suum homicida est. Charitas Deus est, qui manet in charitate, Deus in eo manet. Et qui inimicos jubemur diligere, & bene eis facere, qua fronte fratres odimus?*

**XIV.** *Omnis tempore usque ad tertiam legat: post tertiam unusquisque sibi opera injuncta faciat.*

**XV.** Nullus occulè aliquid accipiat, præcipue epistolas sine scientia Abbatis nullus accipiat, nec transmittat.

**XVI.** *Vestum & vestimenta Abbas ministreret. Quia sicut sancitum, ut nihil proprium habeant; ita justum est, ut omnes quæ necessaria fuerint à sancto Abbatte accipiant.*

**XVII.** *Infirmi tractentur, ut citius convalecant.*

**XVIII.** *Omnis ministerium cum bona voluntate facie; ut impleatis illud: *Voluntarii sacrificatio tibi: qui facis alta merces erit illius, qui voluntari; quoniam illius qui invitus facit, quod jubetur.**

**XIX.** *Contentio intrare per angustam portam, quia arcta & labefacta est via, qua ducit ad vitam; lata & spatiose, qua ducit ad mortem. Vos vero sicut certamen habebutri eratis, si in pugna contra gentem aliquam ambulassetis, ut non ibi mortem faceretis; tanto magis in isto spirituali certamine pugnate, ut non vos adversarii animæ percipient. Quanta vita habueritis, tantos habebitis adversarios: & ideo certe sicut milites Christi, ut cum ipso regnetis in celis, qui dixit:*

**Matth. 19.** *Si quis taliter erit frater tuus, & securus me fuerit i si quis reliquerit patrem, marrem, uxorem, filios & facultates i censuram accipiet, & vitam eternam possidebit. Hoc certamen habete inter vos, qui alterum vincat per humilitatem, per charitatem; qui sit minor; qui sit in opus Dei vigilior, qui patientiam habeat maiorem; qui sit tacitus, mitis, blandus, compunctus: ut latetur Deus & Angeli ejus de vestra sancta conversatione, & confundatur diabolus hostis antiquus: qui semper cogitat miserum hominem contra Dei facere voluntatem, ne sit ibi, unde ille pro sua presumptione iactatus est:*

**1. Cor. 9.** *Sac corrite ut apprehendatis, & possitis diligere: *Viam mandatorum vestrum curari. Videte fratres, quando canticum ambuletis; non quasi insipiens: redimenter tempus, quem dicit mali sunt. Propterea vobis fieri imprudentes; sed intelligentes, que sit voluntas Dei. Et vobis inebriari vino, in quo est luxuria: sed implorandi spiritu sancto, loquentes verbis scriptis in Psalmis, & Hymnis, & Cantus spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Patri & Deo: subiecti iuram in timore Christi.**

**XX.** Vigilias, à mense Octobri usque ad Pascha, doos nocturnos faciant, & tres Missas. Ab una Missa legat frater folia tria, & orate: legat alia tria, & levet se.

**XXI.** Dicite Antiphonam, Responsoriū, & aliam Antiphonam: Antiphonas ipsas de ordine Psalterii. Post hoc dicant Matutinos, directaneo: *Exaltabo te Deus mens & Rex mens. Deinde in ordine totus Matutinarius in Antiphonas dicatur. Omni Dominica sex Missas facite. Prima Missa semper resurrectione legatur, nullus sedeat. Perfectis Missis dicite Matutinos, directaneo: Exaltabo te Deus mens & Rex mens. Deinde, Confitemini. Inde, Cantemus Domino. Lauda anima mea Dominum. Benedictionem. Laudate dominum de celo. Te domine laudamus, gloriamus in excelsum deo: & Capitellum. Omni Dominica sic dicatur.*

**XXII.** A sancto Pascha usque ad mensem Septembrem, quarta & sexta tantum jejunandum. A mense Septembre usque ad Domini natale, quotidie jejunandum. Iterum ante duas hebdomadas ante Quadragesimam, quotidie jejunandum; excepta Dominica, in qua non licet penitus jejunare, propter resurrectionem Domini. Si quis die Dominicæ jejunaverit, peccat. A Domini natale usque ante duas hebdomadas de Quadragesima, secunda, quarta, & sexta i inde postea usque Pascha, omni die jejunandum, absque die Dominicæ. Qui Dominicæ jejunat, peccat. Missus vero in jejuno tres, in prandio binas bibentes, & in cena accipiunt, & in jejunio ternas. Ad lectum suum nullus presumat habere quod manducatur aut bibatur.

**XXIII.** Qui pro aliqua culpa excommunicatus fuerit, in una cella recludatur, & cum uno seniore ibi legat, donec jubeatur ad veniam venire.

**XXIV.** Pullos & carnes nunquam sani accipiunt: infirmis quidquid necesse fuerit ministretur.

**XXV.** Omni Sabbatho, & omni Dominica, vel diebus festis duodecim Psalmi, tres Antiphonæ, tres Lectiones; una de Prophetis, alia de Apostolo, & tercia de Evangelio dicantur.

**XXVI.** Hoc licet minus idonei bellatores arma vobis spiritualia contra ignorantias diaboli providemus.

**G**audete, & exultate in Domino venerabiles filii, & gratias illi jugiter uberes agite, qui vos de tenebrofa sculpi hujus conversatione ad portum quietis & religionis attrahere & provocare

care dignatus est. Cogitate jugiter unde exilis, & ubi pervenire meruitis. Reliquis fideliter mundi tenebras, & lucem Christi feliciter videre cœpistis. Contempnisse libidinis incendium, & ad castitatis refrigerium pervenisse: respulisse gulam, & abstinentiam elegisse: repudiatis avaritiam atque luxuriam, & charitatem vel misericordiam tenuissimis. Et quamvis vobis usque ad exitum vite non deerit pugna, tamen Deo donante fecuri sumus de vefra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filii, ut quantum estis fecuri de præteritis, tantum sitis felicii de futuris. Omnia enim criminis vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur. Audite Apostolum Petrum dicentem: *Sobri estate, & vigilate, quia adversarii vestri diaboli, tanquam les regies, aliquid devorare querens, circumserunt. Quamdiu in hoc corpore vivimus, die noctuque Christo adjutore vel duce, contra*

diabolum repugnemus. Sunt enim aliqui, quod peius est, negligentes & tepidi, qui de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, & putant quod illis sufficiat vestrum mutatio, & religionis tantum habitum suscepisse; nescientes illud Propheticum: *Fili accedens ad servitutem Dei, Eccl. 2. flos in iustitia & timore, & prepara annus tuus ad tentacionem: nec sententiam Psalmista considerantes: Propter verba labo. Psalm. 16. rora tuorum, ego confidui vias duras.* Et illud quod Apostolus dixit: *Per multas tribulaciones sperare nos intrare in regnum celorum.* Vestes enim seculares deponere, & religiosas assumere, unius horæ momento possumus: mores vero bonos jugiter retinere, vel contra male dulces voluptates seculi hujus, quamdiu vivimus, Christo adjutore, laborare debemus. Quia non qui incepit, sed qui perficitur, veritas usque ad finem, hic salutem erit.

*Explicit Regula S. Cesarii.*

## S. AURELIANI ARELATENSIS EPISCOPI REGULA AD MONACHOS.

### DE S. AURELIANO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

S. GREGORII M. lib. vii. Epist. cxvii. Ind. ii. ad Vigilium  
Arelat. Episcopum.

*Gloriosa memorie Childebertus Francorum Rex Catolicæ Religionis amore succensus intra muros Arlatensis civitatis Monasterium virorum, ut scripto repetimus, pro sua mercede constitutus, quadam ibidem pro habitantiam sustentatione concepsit. Cuius ne voluntas uniusquis ducetur in irritum, & ea qua pro quiete Monachorum disposita fuerint, turbaveretur; queaque contulit in jure ejusdem Monasterii, Epistolis suis Apostolica petiit auctoritate firmari. Unde quia effectum & regia voluntas & res valid desiderata poscebat, à prædecessore nostro Vigilio Romana Sedit Antifite ad prædecessorem vestrum AURELIUM (leg. AURELIANUM) scripta transmissa sunt.*

EGBERTUS Archiepiscopus Eboracensis in excerpt. de jure Sacerd.  
cap. LXIX. in Concil. Britan.

AURELIANUS Episcopus dicit: Carnes in cibo Monachi nunquam sumant: palli vero, &c. ut cap. 51.

S. BENEDICTUS Anianus Abbas in Concordia Regularum Cap. vi. vii. xxii. xxxi. xlvi. ex Regula sancti AURELLANI Episcopi ad Monachos testimonia adducit.

SMARAGDUS quoque in Expositione Regule S. Benedicti ejusdem auctoritate & testimonialis utitur: quamvis ferè semper AURELIUM non AURELIANUM vocet.

## Observatio critica in Regulam sequentem.

*Quemadmodum S. Casarius duas Regulas compositus, sic etiam & S. AURELIANUS, itidem Arlatensis Episcopus, non proxiinus S. Casarii successor; inter utrumque enim hanc sedem Archiepiscopalem per paucos annos gubernavit Auxanius. Duo monasteria ordinaverit, unum pro Viris, alterum pro sacris Virginibus, pro quibus & binas Regulas coadiuit. Hoc autem Virorum conobium Chaldebertus Francorum Rex coadiuit, donisque regis locupletavit; quemadmodum & Vigilius Papa in suam specialem protectionem suscepit. Sic enim testatur S. Gregorius M. supra citatus, ubi vividus exemplum exemptionis à jure Episcopali habens, ab ipso Episcopo ordinario impetrata. Haec igitur Alonacorum Regulam scriptis S. AURELIANUS immediate post adeptum Episcopatum, circa nimirum annum DXLV; sub initio enim hujus anni creatus est Archiepiscopus Arlatensis, obitque anno DLV. Habet quidem ipsa Regula magnam conexio- nem cum S. Casarii Regula: nam ordo divini Officii fere idem est in utriusque junior tamen est altera, complectens LV. capita, prater prescriptum psallendo modum, atque particularerū ciborum & potius ordinem in refectorio observandam.*

INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ S. AURELIANI  
EPISCOPI.

1. Si quis ad conversionem venerit, Regula ei in salutatorio legatur.
2. Ut neque ad mortem suam de Monasterio non egediatur.
3. Vestimenta religiosa non accipiat, nisi charitas de facultate sua enī voluerit faciat.
4. Ut qui in Monasterio tenuerat, de capillis illius in confusione mittatur: & nihil fibi referuet, quod non potestatem Abbatis tradat.
5. Nihil occulte accipendum, sed si quid transmissum fuerit, & si illi cui transmis- sum non necesse fuerit, in commune redactum cui est necessarium tributatur.
6. Epistolae nec dandas nec accipientes sue scieria aut permisso Abbatis.
7. Nullus circa lectum suum quod manducari aut bibi possit reponet.
8. Nullus cellam aut armarialium peculiare habeat.
9. Non jurandum omnia.
10. Non maledicendum.
11. Non mentiendum.
12. Iracundiam penitus non teneendum.
13. Frater in fratrem manum non mittat.
14. Lati in Monasterio vel Basilicam non ingrediantur, nisi tantum in salutato- rium.
15. Mulieres penitus nunquam nec in saluta- torio videnda.
16. Nulli Monachorum licet ad salutandum exire, nisi cum Praeposito, aut qualibet seniore.
17. In Monasterio non minore astate excipiatur nisi ab annis decem aut duodecim.
18. Servus non excipiatur: libertus tamen si est, & Abbatis vixum fuerit, excipiatur.
19. Ut nec ipsi proviseribus, licet in Monasterium intraverit, nisi pro bis militi- taribus, quas in hac Regula statuimus.
20. Infantes de baptismo non excipiantur.
21. Qui in aliis ponuntur, desuper in Evan- gelio claves accipiunt.
22. In omni ministerio vicinos fibi succedant, atque Abbatem, & satis senioribus, & parvulis infantibus.
23. Nulla opera pro suo libito eligant facienda; sed quod ab Abbatem vel Praeposito impe- ratum fuerit.
24. Cum operantur manus meditatio sancta de corde non esset.
25. Sunt uobis omnia communia, & nullus suum proprium dicere aut vindicare pre- sumat.
26. Vestimenta alio colore non induantur nisi laeta & lassina, & nigra nativa.
27. Lectaria secularia non utenda, & de ornata Almiserium.
28. Post matutinas ad seumnem revertitur non licet.
29. In vigiliis audiendum ut nemo dormiat & sed manus aliquid operentur.
30. Signo tallo nullus tardius venias.
31. Dum praedictum nemo loquatur, nec opere- tri manus,
32. Literas omnes Monachi discant.
33. Omnes divisits maneant lectulam.
34. Sanctus Abbas in Congregatione maneat.
35. Nulli licet soli cum solo logni: quod si inventi fuerint, gravissima disficiens feriantur.
36. Cum eo qui excommunicatus fuerit nemo loqui presumat.
37. Ut obediendum sit praefitus.
38. Si quis pro qualibet culpa corrigitur aut castigatur, arguenti respondere non pre- sumat.
39. Lites non habeatis ullas.

40. Superbiis, inobedientibus, & iracundiam prostrabentibus unquam parceremus.  
 41. Pro qualibet culpa legitimus unverius non excedatur.  
 42. Quomodo paternum afflictum qui presunt circa omnes habeant.  
 43. Sancit Abbat non licet de facultatibus Monasterii vendere, aut donare: nec aliquid contra Regula instituta agere.  
 44. Quod superuerit usibus Monasterii, per previorem pauperibus dispensetur.  
 45. Vestimenta vetera Abbat refundantur pauperibus eroganda.  
 46. Honorem nullus accipiat, nisi qui Deo proprio Sacerdotio dignus fuerit eligi, ipse solus egrediarur.  
 47. Ut minoris aetas ebaras facere compellantur, quando astate probati fuerint.
48. Convivium nulli aliis preparandum nisi advenientibus peregrinis & servis Dei.  
 49. Sedentes ad mensam taceant.  
 50. Sancit Abbat extra Congregationem non recessat.  
 51. Carnes in cibo nunquam sumuntur. Puli verò & reliqua alibia infirmis tantum ministrantur, pisces verò certis festiuitatibus.  
 52. Extra mensam communem nihil cibi portare possit luceat, nisi infirmis & infatibus.  
 53. Qualiter infirmis obtemperandum sit.  
 54. Ut sanctus Abbat quidquid acesce cum sufficientia praebeat.  
 55. Ut sancta Congregatio omnia que instituta habet, implere contendat.

Explicant Capitula.

## INCIPIT PROOEMIUM REGULÆ S. AURELIANI EPISCOPI.

*Sanctis & Christo venerandis fratribus in Monasterio, quod Deo misericordia ac jubente Rege Clildeberto fecimus, constitutis,*  
*AURELIANUS EPISCOPUS.*

**Q**UIA Deo inspirante, qui nos puxerit inefabilis misericordia tua, visum nobis est, ut repudiatis seculi voluptatibus, ac temporalibus gaudiis contemptis simul vel spiritis, eligeritis sanctissime vita nitorem, & virgininitatis ac castitatis gratiam complectentes, amorem Dei tota vicerimus & cordis auiditate seftantes, contingere timore Dominico carnes vestras, & dicere illud:

N. 1. *Juravi & statui custodire iudicata justitiae tuae.*

Et, mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, dispossumus jubente Domino, atque operante in nobis vele & perficere, ut Monasterium (\*) vobis pro profectu animalium vestiarum construeremus, sicut & fecimas. Et ideo Regulam vobis a disciplinam instituimus, que vos ad viam perfectionis recte faceret gradiri, & ad regna eolorum feliciter pervenire.

*Explicit Prooemium.*

## INCIPIT INSTITUTIO SANCTÆ REGULÆ.

### CAPUT PRIMUM.

**H**OC jubente Deo in primis statuimus tenendum, ut si quis ad conversionem venerit, Regula ei in salutatorio legatur; & si professus

fuerit se omeia impleturum, tunc excipiatur.

II. Exceptus verò usque ad mortem suam nec profumat, nee permettatur de Monasterio egredi; propter illud Propheticum; *Unam petiū a Domine, hanc requiram,* Psalms. 46

(\*) Monasterium hoc ARELATENSE à S. AURELIANO extructum fuit in honorem S. Crucis: de quo Cardinalis Baronius agit ad annum Christi 553. suis tamen hispiditer: quod clarioribus documentis desinuererat. Sed epitaphium illud S. Florentini primi Abbatis exactè congruit cum nota illa temporis, quæ Regula subiungitur. Nam monasterium fundatum fuit anno Christi 548. sub finem anni. Hunc Florentinus praefuit primus Abbas annis quinque, hoc est usque in pridie idus Aprilis anni 553. in inscriptione ejus sepulchralis telletur apud Baronium hoc anno, numerò ultimo, quæ & Redempti & Constantini successorum ejus meminist. Ex hac autem Regula apparet, non ab Hilario Archiepiscopo, sed ab AURELIANO monasterium extructum fuisse. Hic enim Alexius sic ecclesiast. anno Christi 546. Hilarius autem integrò seculo ante vixerat. Obiit enim, teste Prospero, anno vigescimo sexto Theodosii junioris, qui fuit Christi 433.

*quiram, ut inhabitem in dono Domini omni-  
bus diebus vita mea.*

III. Vestimenta vero religiosi non accipit, nisi de omni facultate sua, sive grandi sive parva, chartas donationis aut venditionis cui voluerit faciat: propter *Math. 19.* Domini mandatum, ubi dicit: *Si vis  
perfelle esse, vende omnia que habes.* Et, *Luc. 14.* si quis non reliquerit omnia que posset, non potest esse mens discipulus.

IV. Si quis laicus tonsurandus est, de capillis illius in confessione mittatur, ut ci in testimonio sit. Quod si tonsuratus, aut in habitu religioso venerit, non excipiatur, nisi ut superior diximus, chartas de eo quod pimprium in seculo haluerat, faciat; ut nihil sibi reservet, quod non a se alienum: & id quod secum exhibuerit, omnia in putesalem tradat *Abbatis*, timens exemplum Ananias & Saphire, qui patrem obtulerunt, partem sibi indebet reservaverunt.

A. 5. V. Nihil occulte accipiat: sed si quis propinquus aut amicus aliquid in vestimento, aut in auro, vel aliud quodcumque dederit aut transmiserit, in potestate fit Abbatis: & si illi cui transmittitur necesse fuerit, tribuatur; si vero ille nihil indiget, in communione redditum cui necessarium est tribuatur.

VI. Epistolas principem nec dandas nec accipiendo sine scientia aut permisso *Abbatis*.

VII. Nullus circa lectum suum, quod manducare aut bibere possit, reponere presumit; sed omnes in communione celiatio recondant: & si inqualitas excedit, jubente seniore quod necesse fuerit, non ei negetur.

VIII. Nulli licet cellam aut armariolum, aut aliquid hujusmodi quod peculiarius clausi possit, habere.

IX. Non juretis: quia Dominus dicit: *Nolite juro.* Et alia scriptura: *Vir-  
nolam juro in imploribus iniuriant;* & non distolleret de deo illius plaga.

X. Non maledicatis: quia scriptum est: *Neque maledici regnum Dei possidebuntur.*

XI. Mentiri omnino non licet: quia es quid mentitur occidit animam, & illud: *Perdes eum qui loquuntur mendacium.*

XII. Iracundiam nullus usque in aliam dicin protrahere presumat, quod si, ut haber humana fragilitas, fermudoctior inter fratres ortus fuerit, invicem sibi veniam petere, & debita relaxare debebunt, propter Domini mandatum, ubi dicit: *Si recordarit fures, qua-*

*propter tuos habet aliquid adversus te, relinque manus tuas ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo;* & tunc veniens offerre *Matth. 5.* manus tuum. Et, si non dimiseritis humini-  
bus peccata eorum, nec Pater vester calefis-

*dimitte vobis peccata vestra.* Item: *Si luc. 17.  
septies in die peccaverit in te, & conversus  
dixerit: panites me i dimittit illi.* Ex, non *Matt. 18.  
dico tibi usque septies, sed usque septages  
septies.* Et alia scriptura: *Ira enim viri Ies. 1.  
jeffusum Dei non operatur.* Et *Apostolus:* *Sed non occidat super iracundiam vestram Ephes. 4.* Quod si, quod Deus avertat, diabolο intelligente ita fuerit quis furore repletus, ut ista mandata pertinaci corde contemnet, & unus de illis qui discordantes sunt prævenient alium, & eniam ei pe-  
tent; si ille cui petit non dimiserit, le-  
gitimam disciplinam accipiat, ut ad cha-  
ritatem se corrigit. Quid si ambo de-  
spectent, ambo pariter à communione, vel à cibo suspendantur, donec invi-  
cem sibi reconcilientur.

XIII. Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere, legitimam discipli-  
nam accipiat.

XIV. Nullus laicus, sive nobilis sive ignobilis, in Basilicam sive Monasterium introire permittatur: si quis pro devo-  
tione aut parentela occurrere voluerit, in Scholatorium Monasterii occurrat.

XV. Mulieres vero, nec religiosae  
nec seculares, nulle omnino, nec Ab-  
batis, nec cujuscunque Monachi mater, aut qualibet propinquia aut nota ad fa-  
laturandum, aut ad orationem ingredi per-  
mittatur; Domini & Magistri lequentes exemplum, cum dicit: *Ei que est mater  
mea, & fratres mei?* Et illud: *Si quis non  
reliquerit patrem aut matrem, non potest  
mens esse discipulus.* Et alia scriptura: *Qui  
dixerunt patri & matri, non novimus vos,  
bi custodierunt precepta tua Domine.*

XVI. Ipsi vero laicis viris, quibus permissum edimus occurrendi, nullum unquam Monachorum sine Abbe aut Preposito, vel certe alio quoque se-  
niore, cui Abbas præcepit, videant aut loquantur; nec unquam altiore vo-  
ce loquuntur.

XVII. Minoris aetate in Monasterio non excipiuntur, nisi ab annis decem aut duodecim, qui & nutriti non ege-  
ant, & cavere noverint culpas.

XVIII. Servus non excipiat: li-  
bertus tamen, si fuerit adhuc adolescenti  
aetate, & cum Epistolis patroni sui ve-  
nerit, in Abbatis fit arbitrio si excipi  
debeat.

XIX. Proviros vero Monasterii si in habitu laico fuerint, nec ipsi permit-  
tantur intrare; pro his utilitatibus, quas in hac regula statuimus, cum marcionibus aut carpentariis, si aliquid necesse est fieri reparari, aut certa aliqua ratione Abbati facienda, introeant. De cetero nullam licentiam aut libertatem habeant  
introcundi.

XX. Nul-

**XX.** Nullus infantem de baptismō excipiat.

**XXI.** Quibus claves de cellario, cannava, horreo, pōsticio, & oratorio tradendis sunt, probatae sint personae; & defupsi altari vel Evangelio eas accipient: scientes se Deo reddituros rationem de ministerio sibi credito.

**XXII.** In omni ministerio, sive in ordine p̄fālendi, aut legendi, vel operandi, vīcībus sibi succedant, absque sancto Abbatē; & nimis senibus, & perparvulis infantibus, aut certè ita infirmis, ut surgeto omnino non possint, non compellantur facere, p̄to eo quod non prevalent.

**XXIII.** Artificium verò discendum, aut quilibet opera facienda non pro suo libito eligant; sed in arbitrio Abbatis erit, quod utile prospexerit imperandum.

**XXIV.** Per totum diem cum manibus operantur, meditatio sancta de corde non cesset, propter illud Apostoli: *Psalmi, Hymni, Cantici spirituali castantes & p̄fālentes in cordib⁹ vestris Domine.*

**XXV.** Nullus presumat quidquam suum dicere, aut suum proprium vindicare; sed secundum Actus Apostolorum, sint vobis omnia communia; sit vobis anima una & cor unum in Domino.

**XXVI.** Vellimenta alio colore non induatis nisi laia, laetitia, & nigra nativa.

**XXVII.** Lectaria facultaria de coloribus facta in usu non habecatis. Pallia holosericea ad altaria de auro aut de gemmis ornata à vobis nunquam comparentur. Si aliquis de fidelibus pro voto suo obtulerit, & Abbat⁹ visum fuerit, aut necessitas exegerit, vendendi faciant usum.

**XXVIII.** Post matutinas orationes ad somnum reverti non licet: sed completis matutinis statim dicitur Prima, dicenda de usque ad horam tertiam omnes lectio- ni vacent.

**XXIX.** Ad vigilias dum lectio legitur, aut de sparta aut de canape aut aliud hujusmodi manibus operamini, ut non somnus obrepat. Si verò Dominicus aut festi sunt dies, cui somnus venerit, aliis sedentibus jubeatur stare, ut possit à se somni intratorem repellere; ne in opere Dei aut tepidis inveniatur, aut negligens.

**XXX.** Signo tacto omne opus prætermittatur, sicut apes prudentissime ad alvearium, ita veloci festinatione properare contendite. Si quis tardius venerit, districione subjaceat.

**XXXI.** Dum p̄fāllit, studeant sancte anime vestre non vagari animo; verum etiam nec operari aut loqui præsu-

mant. Sed r̄salite sapienter: sicut dixit psalm. 46 Propheta: *Psallem & intelligam.* Et illud: *psal. 100. Psalmū spiritu, psallem & mente.* Metuens t. Cor. 14. tes illud: *Maledictus homo qui facit opus Jer. 48. Domini negligenter.*

**XXXII.** Literas omnes discant.

**XXXIII.** Omnes divisis maneat le- ctitus.

**XXXIV.** Sanchus Abbas extra con- gregatiōnem non maneat.

**XXXV.** Hoc specialius coram Deo monemus custodiri, ut nollī liceat cum alio secrētūs loqui, aut federe; præci- pū vespertinis & nocturnis horis. Si se- crētū inventi fuerint, tanquam si crimen admiserint, severissimē distringantur; absque illis, qui probati sunt atate & sanctitate.

**XXXVI.** Nulli liceat loqui cum illo qui fuerit excommunicatus, p̄t̄er il- lum quem ei sanctus Abbas custodem de- derit.

**XXXVII.** Obedire prepositis vestris, & flēb. 13. subiecte illis: ipsi enim per vigilant pre- am- matus vestris rationib⁹ reddentes Do-.

**XXXVIII.** Si quis pro qualibet cul- pa, aut transgressione Regule incapa- tor, aut disciplinam accepit, arguenti respondere non presumat: quia pecca- tum quod hic distinguitur, in extera examinatione non punitur. Et sic debetis anima curam excipere, quomo- do zeger curam medici: tenentes illud sancte scripturę: *Qui abiecit disciplinam pro. 17; infelix est.* Et illud: *Ego in flagella para-psalm. 57. tu sum.*

**XXXIX.** Lites nullas habeatis, obe- dientes præcepto Apostoli: ubi dicit: *Seruum Domini non eropet litigare, sed man- o. Tis. 6. fuetum esse.*

**XL.** Superbis verò, inobedientibus, & itacundiam protrahencibus nunquam parcendum, donec corriganter.

**XL.** Pro qualibet culpa si necesse fuerit flagelli accipere disciplinam, non- quam legitimus excedatur numerus, id est, trincta & novem.

**XLII.** Et quilibet iusta disciplina teneatur, tamen secundum illud: *Boni-Psal. 113. ratem & disciplinam, paternum affectum sanctus Abbas circa omnes teneat, se- condum Apostolum; tanquam si nutrix fo- 1. Thes. 2. test parvulos sas.* Et, *omnibus omnia fa- 1. Cor. 9. das sum, ut omnes luciferassem.*

**XLIII.** Sancto Abbat⁹ non licet ali- quid de facultatibus Monasterii donare aut vendere; nec aliiquid contra Regule instituta agere. Quod si facere tentaverit, sancto consilio & uno consensu fratrex ex nostro permisso non ei acquies- cat; & hoc fieri nulla tatione per- mittite; quia causam se ante Deum no- verit esse dicturum.

## REGULA

**XLIV.** Si quid verò superfuerit expensis aut usibus fratrum, in auro, aut in vestibus, vel cellario, sanctus Abbas per manus provisoris, aut per quamlibet fidelem personam pauperibus, peregrinis, aut captivis faciat dispensari.

**XLV.** Vestimenta etiam cum nova accipiunt, vetera Abbati refundant, incipientibus aut pauperibus eroganda.

**XLVI.** Nullus honorem presbyteril aut diaconatus accipiar, præter Abbatem si voluerit ordinari presbyterum, & unum diaconem, & subdiaconem, quo ipse voluerit, & quando voluerit, ordinandi habeat potestatem. Si verò Deo propicio ita proficeret, ut aliquis ex vobis ad Episcopatum expetatur, ipse solus egredietur.

**XLVII.** Qui verò minoris ætatis sunt, aut vivis parentibus in Monasterium ingrediuntur, chartas tunc facere compellantur, quando ætate probati fuerint, aut res parentum in potestate habuerint.

**XLVIII.** Convivium nulli, nec Episcopis, nec Abbatis, nec provvisoribus, nec ulli religiosis aut laico parenti aut proponquo de hac civitate in Monasterio fiat. Sed si quis, ut affloret, Abbas, aut peregrini monachi prætereunte advenirent, & monasterio occurserent voluerint, sit in potestate sancti Abbatis, si eos voluerit ad refecionem invitare. Quia indeinenter sanctam charitatem vestram oratione & lectione insisteret, & follie Deo vacare volumus: ideò vos ab hac præparatione aut inquietudine liberos esse præcipimus.

**XLIX.** Sedentes ad mensam taceant, & lectio quotidie omni tempore dum cibus sumitur, legatur: ut uterque homo, & exterior cibo, & interior verbo Dei reficiatur. Quia scriptum est: *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei.*

Mvch. 4.

Ordinem etiam quo psallere debeatis, in hoc libello judicavimus itaferendum.

In primo die Pascha ad tertiam ter Kyrie eleison, psalmi duodecim: id est, quatuor fratres binos psalmos & alleluia-ticum tertium dicant: perdicti psalmis Kyrie eleison & Antiphonas sex, Lectiones tres; una de Aliibis Apostolorum, alia de Apocalypsi, tertia de Evangelio; Hymnus *Jam sorsit hora tercia*, & capitellum; dcinde Kyrie eleison. Sic in omni opere Dei tertia vte Kyrie eleison dicite, antequam incipiatis: & Psalmis perdictis & capitello perdicto. Ad Sextam idem numerus psalmorum, antiphona una, hymnus: *Jam sexta sensim volvitur*, lectione Evangelii & capitellum. Ad Nonam

L. *Sandus Abbas*, nisi inaequalitate faciente, extra congregationem non reficiet.

**L.** Carnes in cibo nusquam sumantur. Pulli verò vel cuncta altilia in congregatione non ministrantur: infirmis tantum provideantur, & accipere licet. Piscis verò certis festivitatibus, aut quando sanctus Abbas indulgentiam facere voluerit, tunc procurantur.

**LII.** Extra menlam communem nec quidquam cibi potusse gustare licet, absque infirmis, & illis æstatibus, que adhuc perenutrii indigent.

**LIII.** Infirmis verò ita obtemperandum est, ut si sancto Abbati justum visum fuerit, etiam cellariolum suum in commune, & coquinam sequestratam habean: & cura illis vel studium impendatur, donec convalescant.

**LIV.** Et quia Deo propicio digna & sufficiens vobis facultas collata est, quæ sufficere Monasterio vestro possit, coram Deo & Angelis ejus te sancte frater Abba, & te venerabilis quicunque lueris Praepositus, admoneo, & conterrator, ut sancta congregatio, quæ Deo inspirante & jubente secundum instituta quæ fecimus regulariter vivit, omnia quæ eis sunt necessaria in vestitu & victu cum sufficiencia tributatis. Quam rem si neglexeritis, & illi ceperint aliquid necessitate compellente murmurare, aut indigere, cauam vos ante tribunal Christi noveritis mecum esse dicturos.

**LV.** Et vos sancta Congregatio, per prosecutionem vestrum, & per Deum omnipotentem conjuro, ut omnia quæ in hac Regula pro remedio animæ nostræ, & pro animarum vestrarum salute contineamus, integra & illibata custodiatis. Et ne per oblivionem aliquid negligatis, semel ea in triginta diebus relegate; id est, in Kalendis.

Explicit.

ipso ordo tenetur: hymnus, *Ter hora rima voluntur*. Ad lucernarium directaneus parvulus; id est, *Regna terra can-* Psalm. 67. *state Dei, psalmita Domina*. Alia die: *Laudate pueri Dominum*: Antiphona tria, Hymnus: *Hic est dies versus Dei*, & capitellum; quem hymnum toto pascha ad matutinos & ad lucernarium dicite. Ad duodecimam imprimis directaneus parvulus: *Sol cognovit occasum suum*. Sex fratres binos psalmos cum suis alleluia-ticis dicant, Antiphona tria, Lectiones duas, unam de Apostolo, aliam de Evangelio. Ad Nocturnos Paschales ipso numero omnia dicite, sicut in duodecima designavimus.

vimus. Ad matutinos in primis directaneum : *Exalte te Deus mens & Rex mens.* Inde, *Judica me Deus :* &, *Deus Deus mens ad te de luce vigilo, cum alleluja.* Deinde, *Confitemini Dominum,* cum alleluja : inde *Cantemus Dominum,* & ipsum sic : postea, *Lauda anima mea Dominum.* *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus.* *Laudate Ierusalem Dominum :* totos tres alleluja, deinde benedictio dicenda est. Post benedictionem, *Laudate Dominum de calice.* *Cantate Dominus canticum novum.* *Laudate Dominum in sanctis eius :* cum alleluja. *Magnificas anima mea Dominum,* aut cum Antiphona, aut cum alleluja : Hymnum, *Gloria in excelsis Deo :* & capitellum. Et complete matutinos ipso ordine toto Pascha. Sic omni die Dominicu, & omnibus majoribus festivitatibus, in quibus ab opere vacabis. Quotidianis vero diebus ad Nocturnos in primis directaneus dicitur : *Miserere mei Deus secundum magnum misericordiam tuam :* deinde psalmi decem & octo. Antiphona tria parvula, Lectiones Apostoli aut Prophetarum duæ, & capitellum. Compleatis Nocturnis dilecte Matutinos. In estate, id est, post Pascha usque Kalendas Octobris ipse ordo erit. Sexta feria vero post Nocturnos duas missæ fiant in sextate, in hyeme tres. Nam Dominica omni tempore & inestate & in hyeme post Nocturnos sex missæ fiant. Si vero evenerit ut tardius ad vigilias surgatur, quantum Abbati visum fuerit, tantum legatur. Quando signum fecerit, qui legit sine morte conflagrat, ut canonicus missiarum numerus possit impleri. A Kalendis vero Octobris ali Nocturni addendi sunt : ad primos dicendum est : *Miserere mei Deus secundum magnum misericordiam tuam :* ad secundos : *Miserere mei Deus, miserere mei,* directaneus dicendum est, psalmi decem & octo : Lectiones duæ de Prophetis, sui de Salomone. Hymnus ad primos Nocturnos : *Rex aeterni Domine.* Ad secundos : *Magna & mirabilia.* Post dictos, quia noctes crescunt, quotidie ad librum facite missas tres. Unus frater legat paginas tres aut quatuor, quomodo mensura fuerit libri : si minutè scriptus, aut majori forma, ternas paginas ; si minor, quatuor : & fiat oratio : Iterum legat tantum, fiat alia oratio : tertio legat idem tantum, & surgite. dicite Antiphonam de Psalmis in ordine, postea reponsum, deinde Antiphonam. Iterum legat alius frater : & sic impletis tribus missis dicite Matutinarios canonicos ; id est, primo canticum in Antiphona, deinde directaneum : *Judica me Deus, Deus Deus mens ad te de luce vigilo.* *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus.* *Laudate Ierusalem Dominum.* Inde, *Laudate Dominum Regum.* Tom. I.

*num de calice. Cantate Dominus canticum novum. Laudate Dominum in sanctis eius :* in Antiphona dicte Hymnum, *Splendor paternae glorie :* alia die, *Aeterna lumen conditor, & capitellum, & Kyrie eleison duodecim vicibus.* Omnibus diebus quotidianis ita impleatur. Post Matutinos ad Primam duodecim Psalmi dicantur : Hymnus, *Fulgentis auctor aibris ;* Lectiones duæ, una de veteri, alia de novo testamento & capitellum. Post hæc omnes Lectioni videntur usque ad hanc tertiam : de reliquo vero diel spatio facient opera sua secundum illud quod Dominus dixit : *Pater mens aguam ope ratus, & Iesu. 51 ego operar.* Et illud Apostoli : *Oprantes mandatis nostris.* Et, *Qui non operatur non mandatur.* Quia scriptum est : *Via etioporum strata sunt spinis.* Et, *seruum in uilem proscite in tenebris exteriores.* Quotidianis igitur diebus ad tertiam duodecim Psalmos dicite, Antiphonam, Hymnum : *Iam surgit hora tercia :* Lectionem & capitellum, *Fiat Domine.* Ad sextam fit ipse numerus Psalmorum, Antiphona, Hymnus : *Iam sexta sensim voltur :* Lectione & capitellum. Ad nonam ipso ordine dicendum : Hymnus vero, *Tertera uina voltur.* Ad lucernarium omni tempore & festis & quotidianis diebus, in primis directaneus, postea Antiphona duæ : tercia semper cum alleluja dicitur : Hymnus una die : *Deus qui certis legis :* Alia die : *Deus creator omnium, & capitellum.* Ad duodecimam Psalmos decem & octo, Antiphonam, & Hymnum, lectionem. & Capitellum. Quando repausaturi es sis, in schola in qua manetis, Completa dicatur : in primis directaneus, Psalmus nonagesimus dicitur, deinde Capitella confuctitudinaria.

. In natale Domini & in Epiphania tercia hora surgite : dicite unum Nocturnum, & facite sex Missas de Ista Propheta : iterum dicite secundum Nocturnum, & legantur aliae sex de Evangelio. In Epiphania ita : in primo unum Nocturnum, deinde de Daniele Propheta facite illas sex Missas, & Nocturnos : & ita de Evangelio sex Matutinos eo ordine, sicut in Pascha scripsimus, aut Dominicis diebus. In Martyrum festivitatibus tres aut quatuor Missæ fiant. Primam Missam de Evangelio legite, reliquias de passionibus Martyrum. Omni sexta feria post duodecimam sex Missas ad librum legantur : & post Nocturnos tres. Omni Sabbato ad Matutinos, *Cantemus Dominum :* &, *Te Deum laudamus.* Ad Tertiam tres lectiones : una de Prophetis, alia de Apostolo, tercia de Evangelio dicantur. Omni Dominica post Nocturnos cum prima Missa legitur, id est, *U* refur-

resurrectio, nullus sedere presumat, sed omnes stent. Alia Dominica alia resurrectio, & sic in ordine tota quatuor resurrectiones per singulas Dominicas elegantur. Post tertiam verò, *Pater noster*, dicite: & p̄missendo omnes communient. Sic & in festivitatibus facite. Missis verò quando sancto Abbatu visum fuerit tunc hant.

Quando aliquis defunctus fuerit, usque media nocte eum pauci fratres in Oratorio per vigilent, & Missas faciant. Post median noctem qui vigilaverunt quiescant, & iterum alii vigilent. Et ponite hoc in notitiam sancto Episcopo, ut eum jubeat ad locum ubi ponendus est, deportari. Sin verò praestare despicerit, de quacunque Ecclesia Clericos rogare, qui eum deducant; & date illis eulogias.

Ordinem etiam convivii huic Regule inservimus.

Cibaria quotidie ad refectionem tria, ad prandium duo, ad coenam duo. Biberes ad refectionem, id est, in aestate, merum, & trēs caldellios; ad prandium tres tantum: ad coenam in aestate mensibus Junio, Julio, & Augusto ternas; reliquis diebus ad coenam binas bibant. In festivitatibus verò, & quando Abbas indulgentias voluerit facere, & cibaria, quantum ipse voluerit, & recentes addantur. Quotidie verò olera caseo & oleo semper condiantur. Biberes binas ad prandium, binas ad coenam accipiunt; si jejunaverint, ternas. Jejunium verò à Kalendis Septembribus usque

Kalendas Octobris secunda, quarta, & sexta feria jejunandum est. A Kalendis Novembribus usque Domini natale quodidie jejunandum est, absque Sabbato & Dominica, ab Epiphania verò usque Pascha quotidie jejunandum est, absque majoribus festivitatibus, Sabbato, & Dominica. Post Pascha verò usque Pentecosten, sexta feria tantum jejunandum est. Post Pentecosten, mense Junio, Julio, & Augusto, in potestate Abbatis sit de jejunio aut prandio; sicut viderit possibilitatem fratrum, ita student temperare.

*Explicit.*

#### AURELIANUS PECCATOR REGULAM HANC IN Christi nomine instituit.

**I**N Christi nomine fundatum est Monasterium virorum Dei in civitate Arelateni à sancto Aureliano Episcopo, iubente sancte memorie Childeberto Rege Francorum, quinto decimo Kalendas Decembribus, Indictione undecima: anno \* quinto post consulatum Basiliū junioris V. C. & Basilica ibidem in honore sanctorum Apostolorum & Martyrum: habetque ibidem reliquias positas; id est, de cruce Domini nostri Iesu Christi,

beatæ Mariæ genitricis Domini nostri Iesu Christi, Joannis Baptiztæ & Precursoris Domini nostri Iesu Christi, Stephani, Petri, Pauli, Joannis, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Jacobi, Simonis, Judæ, Mathiæ, Genesii, Symphoriani, Baudilii, Victoris, Hilarii Episcopi & Confessoris, Martini Episcopi & Confessoris, Cæsarii Episcopi, hæc propitijs praeflare & exaudire digneris: qui vivis & regnas in unitate Spiritus sancti Deus, in secula seculorum, Amen.

(*Ex diptychis ejusdem Monasterii.*)

Simulque precantes oramus etiam Domine pro animabus famulorum tuorum, patrum atque institutorum quondam nostrorum, Aureliani, Petri, Florentini, Redempti, Constantini, Himeri, Hilarini, Januarini, Reparati, Childeberti, Vultrogotæ, vel omnia fratrum nostrorum, quos de hoc loco ad te vocare dignatus es. Cunctorumque eriam hujus loci memores fidelium, patriterque parentum nostrorum, atque ferventium hojus loci: & pro animabus omnium fidelium famulorum tuorum vel famularum ac peregrinorum in pace Ecclesiæ defunctorum: ut eis tu Domine

Deus noster peccatorum tribuas veniam, & requiem largiaris æternam: meritis & intercessionibus Sanctorum tuorum, Mariæ genitricis Domini nostri Iesu Christi, Joannis Baptiztæ & Precursoris Domini nostri Iesu Christi, Stephani, Petri, Pauli, Joannis, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Jacobi, Simonis, Judæ, Mathiæ, Genesii, Symphoriani, Baudilii, Victoris, Hilarii Episcopi & Confessoris, Martini Episcopi & Confessoris, Cæsarii Episcopi, hæc propitijs praeflare & exaudire digneris: qui vivis & regnas in unitate Spiritus sancti Deus, in secula seculorum, Amen.

# S. FERREOLI UCETIENSIS EPISCOPI REGULA AD MONACHOS.

## DE S. FERREOLO EPISCOPO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

GREGORIUS Turon. Hist. Franc. l. vi. cap. vii.

*Eo tempore FERREOLUS Ucetensis Episcopus, magna vir sanctitatis obiit, plenus sapientia & intellectu: qui libros aliquos Epistolarum, quasi Sidonium fecerat, compaginavit.*

S. BENEDICTUS Aniane Abbas hanc quoque S. FERREOLI Episcoopi Regulam sepius laudat, & maximam ejus partem in Concordiam Regularum transtulit.

SMARAGDUS etiam multa ex ea adserit ad Expositionem Regulam S. Benedicti, JOAN. TRITHEMIUS lib. de proprietate Monachorum cap. v.

*Denique in Regula Conobii sancti FERREOLI Episcopi & Martyris decimo capitulo sic scribitur: Illud etiam statui debere prospexitimus &c.*

### Observatio critica in Regulam sequentem.

S. FERREOLUS, Uzetenis in Occitania Episcopus, circa annum DLVIII. monasterium pro Monachis construxit, quod etiamnum à suo nomine Ferreolacense Conobium nuncupatur. Pro Monachis ergo bujus conobiis banc praeferentem Regulam conscripti paucissimi Pontifices, triginta novem capitib[us] contentam, quin Lucretio Dicensi Episcopo dedicavit, ejusque censura subiecta. Multa habet ab aliis antiquis Regulari diversa, nec illarum mentionem facit; praeferunt hoc singulare videtur, quid capite XXXVIII. pricipiat, ut Abbas culina inserviant tribus senioribus monasterii scilicet, ministerio in Nativitate Domini, in Paschate, atque in Feste S. Ferreoli Martyris, qui fuit Patronus monasterii.

### INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ S. FERREOLI Episcopi.

1. De obedientia.
  2. De reverentia, quanta servetur.
  3. De charitate.
  4. Ne alia mulier in Monasterium ingredieretur.
  5. De eo, qui Monachus vult esse, qualiter recipiatur.
  6. Ut nullus Monachus vel Clericus alienus resiendus recipiatur.
  7. De marmaratione frue detractione Monachis.
  8. De superbia vel elatione vicenda.
  9. De inuidia.
  10. De eo ne aliquid preipsum fili Monachi vindicent.
  11. Ut nullus Monachus literas ignoret.
  12. Ut psalmi canitus diebus in ordine psallatur.
  13. De vigiliis.
- Cod. Regul. Tom. I.
14. De vestimentis Monachorum.
  15. Ut in Monasterio nullus baptizetur.
  16. Ut celum separatum præter Abbatem nullus habeat.
  17. Ut Preceptor vel formerium Monachis sub Abbatis potestate habeant.
  18. De passionibus Martyrum que inveneri possint, ut tempore sue defidia non impudente legantur.
  19. Ut in manibus Monachi frequens sit locus.
  20. De usq[ue] seu fugitiis Monachis.
  21. Ut frater fratris manus non iniiciat.
  22. Ut à convictio atque à maledicto Monachus absinet.
  23. Ut jurare Monachus & definit, & defixat.
  24. Ut Monachus raro rideat.
- U. 2
25. Ut

25. Ut turpiloquium Monachus omnis fugiat.  
 26. Ut queridie usque ad tertiā Monachū legant.  
 27. Ut ante tertiam nullus ex Monachis manducet aut bibat.  
 28. Ut Monachus quotidie operis aliquis faciat.  
 29. Ut Monachus parē loquatur.  
 30. Ut Abbas aliquis voluntate sua nibil operis faciat.  
 31. Ut Monachis tunica linea nisi non licet.  
 32. Ut vestimenta Monachorum adores non habeant exquisitas.

33. Ut Monachū leuis singulariter habeant.  
 34. Ut Monachus non veteretur.  
 35. Ut Monachus nec poma tangere abique ordinaretur presumat.  
 36. Ut Abbas manumittere mancipium Monachū fieri non presumat.  
 37. De eo, quod aliter Abbas conversari debet.  
 38. Quibus temporibus Abbas coquine observet, similiter & de levendis pedibus.  
 39. Confagatio Monachorum de multis excepta.

Explicit Capitula.

## INCIPIT PRÆFATIO REGULÆ S. FERREOLI EPISCOPI.

*Domino sancto &cæterorum comparatione sanctissimo, ac socio Apóstolorum, Christique discipulo, Lucretio Pape  
FERREOLUS EPISCOPUS.*

**H**ORTATUS quondam operante Deo in una devotione accensus, in qua servorum Dei habitaculum ipsa sibi divinitas collocaret, ipse terra obtuli aliam terram conferens. Quod deputo sanctæ congregationi, hoc mel donari saluti credo: ut in unum more apud Religiosorum turba collecta, dum pro meis plenè peccatis orationem suarum flores offerant, quam dulcia in intercessione mella confident. Et quoniam necesse fuit novo huic populo velut jugum novæ legis imponi; non quo eorum colla deprimerem, sed ut mentium cervices potius inclinarem; Regulam que ab eis pro lege servetur, licentia à vobis tam petitis quam accepta, conscripimus. In qua si quid severitate durum, si quid remissione mollissimum judicio scientie adjudicaveritis, eenustrum manus vestrae pagina melius in quo diligenter placitura recipiet. Ut hoc multo

magis glorie detur, quod digna inventa est Regula, quam per vos correxitis, fugiendo à facie verecundie. Si vero, ut credo, iudicatum amoris operam veram infligere dignetur correctione literæ, quidquid denum ineptum ledio incalligata protulerit, liberum à culpa erit erroris, cum libellum vestre me constat subdidiisse censurę. Mihi tamen orandum est, ut in primis Deo, deinde vobis illud placeat quod scripimus, & illis quibus haec servanda mandamus. Ut in nomine Domini Iesu Christi obedientes in omnibus divisiis præceptis, aeterna ab eis proxima, & gloria sine fine, bone tamen vita empta prelio vindicetur, praetante Domino ac Deo nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, dominatur, & regnat in secula seculorum, Amen.

Explicit Praefatio.

## INCIPIT REGULA MONASTERII FERRIOLACENSIS.

**R**EGULE principium de his quæ observanda Monachis Ferriolacensis Monasterii statul Institutio; orans, ut adjuvante Domino hi filii, quos fide Domino genui, hæc tota animi & sancta intentione servantes, optimo perfectoque vita cursu coelo, ut scriptum est, viam faciant, & mansiones præparent dignis se habitatoribus præparatas. Sicque fiat; ut sequendo Agnum quoconque jerit, ad hoc præsentia contemnant, ut futura diripient.

### CAP. 1. De obedientia.

**P**RIMUM ut Monachus, quem propriè manet multas in se virtutes rediscere, obedientie in se colloget fundamentum: ut impletat illa quæ B. Apostolus nos admonet observanda, quando præcepit dicens: *Obedite Præceptis vestris, & subiaceite* Hebr. 13. *ipsi enim per vigilant, quasi rationem pro animabus vestris redditis, ut cum gaudio bec faciant, & non gemenses: hic enim expedit vobis.*

CAP. II.

CAP. II. *De reverentia, quanta servatur.*

**U**T Abbatii omninois : reverentia à sanctis amore servetur ; ut & amor ostendat concordiam, & timor noverit disciplinam. Rectè enim timetur ut Dominus, & amatur ut pater, cui sancte Congregationis grege commissio animatum propriè cura mandatur : quem sollicitudo omnissima quotidie per illud iter, quod est inevitabile mortisoris, aut trahit ad puerum, aut perducit ad gloriam ; dicente Scriptura : *Cui plus commendares, si quis plus ab eo exhibeat.* Similiter etiam aperiente nobis Evangelio per similitudinem parabolæ veritatem, ubi legitur quinque servos talenta Dominus tradidisse ; & quia superflueratus alia quinque, à Domino meretur audire : *Euge servos boneis fidelis, quia super panem frustis fidelis mibi, super multa te confirmans : intra in gaudium Domini tuū.*

CAP. III. *De cibaritate.*

**T**ERTIO in loco propter ipsum etiam sacramatum numerum Trinitatis, matrem omnium virtutum inferendam pavimus charitatem : quam Apostolus tali ante omnes virtutes laude prosequitur : *Oboritas non agit perpetrum : charitas namquam excidit : Et iterum : Charitas resipicit multitudinem peccatorum.* Hunc ergo precepto Monachis convenit inhærere, ita ut multi secundum beatum Apostolum unum corpus efficiantur in Christo : & impletus in illis quod lectio Actuum Apostolorum quasi omnibus exemplo premillio, specialiter tamen Religiosorum oculis anteponit : *Erat illis eis unus, & anima una.* Et illud in libro Psalmorum : *Deus qui habitare facis unanimes in domo, Cavendum est ergo per omnia Monacho, ne aliquid similitatis aut odii vel corde gerat, vel opere proferat, vel ira vicius ostendat: propter illud quod dicit Apostolus : Ira enim viri iustitiae Dei non operatur.* Et illud sapientissimi Salomonis : *Ira in ventre regnatur fratres.* Nec non & illud Apostoli : *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & harpensis tollantur, & vobis cum omni malitia.*

CAP. IV. *Ne nulla mulier in Monasterium ingredietur.*

**I**LLOD namque statuendum opportuñum credimus, ut nulla penitus mulier ad Monasterium, etiam pro dilectione expetere videatur, accedat. Similiter eam etiam religiosi fiemini vel puellis, ne qua forte excusatio minus intelligentibus relinquantur, accedendi licentiam amputamus : quia non potest habitatio in lop-

gum esse secura, intimo proximo, vel hoste vicino : praesertim cum in dubium veniat, quis hoste publico & secreta pugna vincatur : ubi jam nihil aliud quam aut vincere sit aut perire. Sed longè à Monasterio, quemlibet fratum evidens causa colloquium cum fiemini dumtaxat honestis habere compulerit, sciente vel permitente Abbatem, & adhibitis testibus, id est, junctis secum duobus ex fratribus, accipiant licentiam colloquendi : ita tamen ut Abbas causam de qua colloquio extiterit, non ignoreret.

CAP. V. *De eo, qui Monachus esse vult, qualiter recipiatur.*

**S**I quis veniat religionem expetens Monasterium intratur, nisi elapsu prius anni circulo ; vel certè, si Abbatii visum fuerit aliquantulum temperare, antequam sex mensium dierum numerus compleatur, Monachorum concurbernio non jungatur : ut in tanto spatio ignorantibus qualis sit futurus ostendat; & diurna observatione clarere possit, si quid secum crudelitatis attulerit. At verò quando prius ad Monasterium venit, & recipi se in numero postulat Monachorum, interrogetur, utrum liber sit: nec Abbat prima cum satisficerit, subsecuta respondit adjiciat: si nulla preter devotionis causam compulsus Monasterium duxerit expetendum. Post hoc Monasterii Regula Abbatis ei iussione legatur: ut impoterum nihil novum vel insistatum, aut si discessurus prætereat; aut si manefusus, agnoscat. Vicinam tunc Monasterio cellulam, dum pernoctatum tempus obseruat, accipiat, vietumque quotidianum à Monasterio, si inter reliquos operetur, expectet: Lectioni ante omnia & orationi dans operam, ut dignetur cum ille omnipotens scrutator animæ cognitorque secretae familiae sua meritis sacrae Congregationis adnumerare, & fiat, sicut scriptum est, *unus grec, & unus Paster.*

CAP. VI. *Ut nullus Monachus vel clericus retinendus recipiatur.*

**M**ONACHUM omnino sine clericum alterius loci vel Monasterii recipi sub qualibet causa nolumus, interdicimus, prohibemus: proficientes talia studio charitatis, ne novum aliquod fortè scandalum surgentes inducant. Dicit enim scriptura : *Quidquid nisi non vir, alii non feceris.* Hinc enim plerunque non tantum Inter Abbates, sed etiam Inter Monasteria lites infanables oriuntur; dum unus nititur defendere quem suscepit, alter revocare, quem perdidit: & ad-  
Tab. 4  
extre-

Rom. 12.

extremum , nisi te idatur illi petitori petitus , & illi restauratio recepti placaverit injuriam acceptam , quam potest , fit , ut non secundum beatum Apollolum , vincant in bono malum , sed utique mali vincantur uno malo . Attamen nec illud præterendum censuimus , ut si fortè alterius loci , ut supra dixi , Monachus sive clericus scripta Abbatis vel Episcopi sui deferat , in quibus manifeste probetur , non propter virtutem cavendus , sed propter charitatem Dei misericordia , ipse tantum focios fieri Congregationis objebeat . Si tamen credi ullo modo potest , bono suo quocunque veille exscoliari , & alium sua nuditate vestiri .

CAP. VII. *De murmuratione sive detractione Monachorum.*

**U**T nullius in Congregatione murmuratio seu detractione , quod familiarissimum habent Monachi , contra Abbatem aut quemlibet alium de fratribus audiatur : ne ira Dei , que sepe ob hanc culpam miserabilem populum condemnavit , in perditionem similiter murmurantium turbæ excitetur : & terram reprobationis , quam nos rectè accipimus locum futuræ beatitudinis , perdat murmuratio propria , quæ debetur sponctione divina . Hic enim damnandos hujus viti sectatores Psalm. 110. res Psalmus annuntiat : *Detractorem aduersus proximum suum uictimæ , bone persequatur .* Et iterum arguens Apostolus dicit : *Susurrantes , detracentes , Deo uideiles .* Et iterum , *Hi sunt murmuratores querulosi , secundum desideria sua ambulantes .* Et illorum loquitur superbiam .

Rom. 1.

Jud. 1.

CAP. VIII. *De superbia vel elatione vitanda.*

**U**T elatio superbiaque Monachis omnino vitentur , ne jaſtantia cadat sui , propter Deum sublimitas deponatur . Abjectione & humilitate grandis altitudo est . Alias verò quid erit reliquie laetitiae , si à se ejus non absconderit vanitatem ? Quid solitarius elegit vitam , si intrinsecus tumeat corde ? Quid humile ineſt profectus in capite , si cito à se hac mala non reiſciat , qui vult inventire quo cadat , cavens terribile illud scripturæ divine : *Duos superbis refiſſit , humilibus autem dat gratiam .* Et illud : *Superbo oculo , & infatibili corde , cum hoc simul non edebam .* Et illud Apostoli non oblivious auditor , qui dicit : *Hoc scirete , quia in uerissimis diebus inflationis tempora periculosa : & erunt homines superbi amantes , supidi , etari , superbii , blasphemii , & reliqua quæ sequuntur .*

1. Pet. 5.

Psal. 100.

2. Tim. 3.

CAP. IX. *De invidia.*

**I**NVIDIAM , quod est maximum vitium , ante omnia Monachus soribus mentis excludat , nec patiatur virginitatem animi occulto livore corrupti : ne in mente sua bonum feneri sparfum enocet adulterina permixtio . Sed stet semper quasi fortis in acie , repugnans scuto charitatis armis invidie ; & inde maximè supereret invidum , quia non supererat invidia : non ignorans scripturam , quæ dicit : *Invidia diaboli mors ineraria in orbem terrarum .* Imitantur autem eum qui sunt ex parte ejus .

CAP. X. *De eo , ne aliquid proprii sibi Monachis vindicet .*

**I**L TUO etiam statui debere prospexitus , ut nullus Monachotum aliquid sibi proprium absque societate fratrum audeat vindicare ; Ita ut etiam in his quæ sua sunt nihil amplius credat sibi juris esse quāc ceteris . Quia cū se ipsum alterius subdidit potestati , omnia sicut in alienam potestatem transmisit . Quidquid ergo secum rerum detulerit , expedito confortio Monachorum , ac ubi corpori Congregationis membrum factus adhaferit , statim cognoscat omnia in communionem transſibile , & hoc tantum judicet proprium , quidquid cum fratribus possederit individuum . Nam & lechio Achum Apostolorum tempore surgentis Ecclesie taliter fideles Chirilli , vixisse commemorat : *Nullus , inquit , ex hominibus ducebat aliquid suum esse : sed erant illi omnia communia .*

CAP. XI. *Ut nullus Monachus literas ignoret .*

**O**MNIS qui nomen vult Monachi vindicare , literas ei ignorare non licet . Quia etiam Psalmos totos memoriter tenet : neque se quacunque excusatione defendat , quo minus fando hoc studio capiatur . Similiter etiam his , qui Pateres pecorum , ut est moris , de Congregatione mittentur , curæ erit vacare Psalmis ut ceteri : ne in id quod majus est minores inveniantur , & in confusione mei fui illud eis aptetur exemplum : *Animales autem bona non percipiunt ea quæ sunt .* Cor. 6. *Spiritus Dei .*

CAP. XII. *Ut Psalmi cunctis diebus in ordine p̄fallantur .*

**U**T omni tempore Psalmi usque ad finem Psalterii in ordine decantentur : sibi tamen secretius propter propriam mercedem , excepto publico psallendi curſu

curſu Dominico, quantum per ſingulos dies Deo tamen ſc̄lenter laudes oblerat occulta ruminacione. Similiter etiam convenerit oratione ſubjuncta noctibus Pſalmorum frequentia vigilare, ut implicantur illud : *In die clamavi, & nocte coram te.* Et illud : *In lege ejus meditabatur die ac nocte.*

CAP. XIII. *De vigiliis.*

**Q**UOTIESCUNQUE vigilia nocturna propter exorandum Deum, aut devozione petitur, aur festivitate debetur ; nullus Monachorum, præter regitudo hem certam aut necessitatem, ſi praesens fuerit, absens eſſe praefumatur. Ne interiori tredia gravius laborare conſueſcens vivente carne ſpiritalis anima moriatur : ſed potius promilli illius cupidus querere ſimul & invenire contendat, qui dixit : *Dilegem⁹ eos qui diligunt me : & qui man⁹ vigiliant ad me invient me.* Et in Pſalmo **N**um. 77. etiam concinetur : *Tunc querebat eum, & conuertebatur, & ante lucem veniebant ad eum.* Nam ut quotidie ad matutinas omnes omnino furgant, ſi non conſetetur ſuperfluum, commonemus : ad nocturnas verò cunctis diebus ita omnes celeſtiter pariterque confurgant, ut cunctis ſimul concurrentibus nullus inveniatur veniſſe poſterior. At verò qui contrariuſ huic deprehendit ſtatuto, tot diebus ſolus jejunet, quot horis cum fratribus vigilare non voluit.

CAP. XIV. *De veftimentis Monachorum.*

**V**ESTIMENTA ſuperſufficientia Monachus non requirat : qui non amplius, quam quod ad qnodiānum uſum Abbas neceſſarium viderit, confequatur ; dicente Domino ad diſcipulos : *Neque duas tunicas habeatis : quas duas tunicas intellegere debemus non numero, ſi propter hyemem neceſſarie eſſe videntur, ſed ſupra uſum ſi reſervata fuerint, compuſati.* Super ergo ſi quid fuerit, putabitur alienum : dum quidquid poſſeffor avarus includit, magis uitia arca, quam Dominus : quod ut viuetur, maximus nobis beatus Apoſtolum testis affuſgir, **I** 3. Tim. 6. qui dicit : *Habentes uidūm & uelutum bis carenti famas.* Nam qui volent diuītes fieri, incident in tentationem & laquem diaboli, & defideria multa, & iuſtilia, & noxii : que mengunt homines in interitum & perditionem. Radix omnium malorum eſt cupiditas : quem appetentes, conſtaguerunt à fide, & infuerunt ſe doloribus multis. *Tu autem, O homo Dei, hoc fuge : ſedare verū iuſtiā, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.* Certo bonum certamen fidei : apprehende vitam eternam, in qua vocans ei,

& confeſſus baſam confeſſionem coram multis refibas. Praeipuū tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto JESU, qui teſtimoniū reddidit ſub Pontio Pilato baſam confeſſionem, ut ferre mandatum fini macula irreprobabilis, uque in adventum Domini nostri JESU Chriſti. Scudete ergo fratres ut quod ad unum hominem, id eſt, ad Timotheum ſcribitur, ab una Congregatione ferueret.

CAP. XV. *Ut in Monasterio nullus baptizetur.*

**B**ARTIZARI in Monasterio parvulos trādavimus neceſſarium nouo eſſe, ſicut in reliquis Monasteriis obſervatur ; neque Monacho ullo loco de lavato ſancto filios cuiuslibet excipere : ne parentibus illius, ut fieri ſoleat, illicita paulatim vel turpi familiaritate jungatur. Quod ſi quis pralumpferit, ut transgressor Regule cortigatur.

CAP. XVI. *Ut cellam separatim prater Abbatem nullus habeat.*

**C**ELLAM ſingularem, præter Abbatem, neque ad manendum, neque ad alium quemcumque uſum, ulli habere licet Monachorum. Artifices tamen ad operandum rancum habeant, hi nihilominus, quibus Abbatis ordinatione conceditur : nam totam Congregationem mansio & domus una concludat. Illos verò quos corporea fragilitas debilitat, cognita ſibi infirmitate languor obſederit, dum vigorem priuimum corporis integritate ſumunt, deputata intra Monasterium & non niſi congrua manione à Congregatione interim ſeparentur : ut celerius ſalutem conferat ipſa que fit à Congregatione remotio.

CAP. XVII. *Ut Præpositum vel formariorum Monachbi ſub Abbatis potestate habeant.*

**S**US Abbatē perfonam strenuam, & disciplinam valde amantem, qui dignam curam Præpofiti nomenque uſcipebat, decrevimus pro ſolatio Abbatis inſtitui : ut honor illi minus fit onerosus, dom labore diuīto à duobus quotidiana ſolicitudine ſuſcipitur. Et ideo aquum erit, ut cum iuſſione Abbatis ei veneratio & obedientia exhibeat. Nam & poſt iuſum, quem ſupra diximus Præpoli- tum, qui in bonis ſit forma, ſtatuum regulariſſe formare formariorum : ut facilis adjutorio iſto ſubjuncto Abbas, cui nomen Pater eſt, uberes fructus metat de perfectione dulcium filiorum, ambo tamen ſub potestate Abbatis cum reliquis atque inter reliquos ſe eſſe cognofcant.

## CAP. XVIII.

CAP. XVIII. *De passionibus Martyrum quae inveniri possunt, ut tempore suo de fidia non impendiente legantur.*

GESTA Martyrum, id est, passiones sanctorum fidelium, quadam compaginata studio & sermone digesta sunt, tempore quo nobis diem migrationis eorum anni metu cursus sui legibus representant, recenteri in Oratorio audiendibus cunctis omnia decernimus : ut non otiose prætereat dies, aquæ ut reliquias similis habetur ; quem sicut tunc illustravit constantia Martyris, ita nunc commendet memoria passionis.

CAP. XIX. *Ut in manibus Monachi frequens sit leſio.*

PROPTER pigras mentes quorumpiam excitandas, quibus saepe generat letio divina falsidium, ita ut magis otio eligit occupari, quam de scripturis sanctis salutem bibere, ut spiritualiter inardescat, addi omnino placuit, ut unusquisque Monachus, sive intra Monasterium seu foris aliquid operis faciat, à lectione divina ne una quidem die se patiatur transire jejunum. Seu cùm effaverit manus ab opere, colatur anima lectione : audiendibus cunctis monita beati Pauli ad Timotheum Discipulum, dicens : *Attende leſionem, et exacerbationem, deinceps.* Et iterum : *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad argendum, ad corrigendum, ad eradicandum in iustitia : ut perficias fit bono Dei, ad omne bonum paratus.*

CAP. XX. *De vagis fratribus fugitiis Monachis.*

VAGARI per loca Monachum sicut non decet, ita non convenit ; ne in quoque virtus captus facili delectatione elaberit, ut redeat ad vomitum suum : dum recidiva animi voluntate mundi vetus contemptor, novus quidam amator assurgens, à via salutis distortus exorbitet. Quapropter id definitivum observandum, ut præter illos, qui pro utilitate Monasterii ab Abbatे huc illucque habere jubentur excursus, nullus egredi Monasterium loco alio moraturas absque voluntate Abbatis pro qualibet re vel necessitate presumat : ne ad eum resipiat, quod Apostolus de adolescentioribus viduis scribens dicit : *Simul autem & orioſa deficiunt circumire domos ; non ſolē orioſe, sed etiam verboſa & curioſa, loquenter, que non appetit.* Et idèo qui prætermissa sententia aliqua contrarietate dificerit, in tantum ut ejus inveniatur fuisse transgressor ; ſpatio illo temporis

quo Monasterio defuit computato, dupli dierum numero jejunet, & condemnatione mulctetur ; cibi modum, vino quotidie abnegato, qualem Abbas impofuerit, habiturus. Fugitivum vero Monachum deferentem disciplinam & perdentem ſe, velut contemptorem placuit revocare.

CAP. XXI. *Ut frater fratri manus non injiciat.*

UT Monachus in Monachum ira inflatus, quod est turpissimum, manus injicere non preſumat, præter illos ad quos pertinet correctionis vel noſſe modum, vel tenere judicium ; ne uno peccante certis praefumendi creſcat audacia, & ita disciplina ordine confuso, irruptaque lege vivendi, ipſius ſacræ Religionis per singulos jura perdantur. Quapropter quisquis taliter incontinentis manibus invenerit, ita ut neficiat ab illicitis temperare : manus illæ, quas erexit in proximum, per longum tempus non ſolum jejunio, led etiam operis affiditatem laſtentur ; ut deinceps ad Deum leventur in Oratione, non cum furore extendantur in fratrem. Dandam tamen veniam decernimus, juxta ut Abbas moderari voluerit, poſtulanti : si paenitentia praemissa etiam dum deprecatur reatus fui, faciem lacrymarum effuſione rigaverit.

CAP. XXII. *Ut à convitio atque maledictio Monachii abſtineat.*

UT convitium ſive maledictum ex ore Monachi non procedat ; neque lingua impatientis excitatione ſolata effrenatum quid minifret oſtiis labiorum, ſed commotus ira, ut eft humanitatis, dicat : *Pone Domine confidiam ori meo, & effim circumflexa labii mei.* Adjungat & illud. *Dixi confidiam vias meas, at non delinquam in lingua mea :* habens illud Apostoli ante oculos fuos : *Quia neque maledici regnum Dei poffidetur.* Si quis ergo in his indomitus mente proruperit, tringinta diebus ab omnium fratrum colloquio habeatur alienus : donec cognoscens ſe tantummodo in Congregatione ſolitudinem incurrit, veniam eligat poſtulare.

CAP. XXIII. *Ut jurare Monachus & defimat & deficiat.*

UT jurandi conſuetudo ad integrum, ſi fieri potest, de Monachorum interlocutione tollatur ; ut etiā fecundum humanam fragilitatem minus forſitan poſſunt mendacii cavere peccatum, poſſunt faltem damnandum vitare perjurium. Quos rogo ſimil atque commoneo, ut ſtudeant

*Lxx. 5.* Student in usum habere verba sacra, ne unquam sint necessaria sacramenta. Quemadmodum enim hujus vitiū debent omnes vitare flagitium, beato Apollolo monente dīdicimus, ait enim: *Nolite jurare neque per celum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem verbum vestrum, est est, non non: ut non sub iudicio decidaris.* Et illud similiter scriptura divina: *Vix multum iurauis reprehēbitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga.* His namque magnis atque evidentissimis documentis etiam lectio Evangeli, quæ est maxima plenitudo, similiter attestatur, dicente Domino ad discipulos: *Audifis quia dñm est antiquus non perjurabis; redde autem Domino iuramento tua. Ego autem dico vobis, non jurate omnino, neque per celum, quia thronus Dñi est: neque per terram, quia scabellum est pedem eis: neque per Hierosolymam, quia civitas est magni Regis: neque per caput tuum iuraveris, quia non potes nunc capillum albo sacre aut nigrae.* Si autem sermo reverer, est est, non non, quod autem his abundantius est, à malo est. Sufficiat ergo nos propria inferenda monita exemplis docuisse vitanda.

## CAP. XXIV. Ut Monachus raro rideat.

*Jes. 12. Conveniens etiam hoc credo Monachis, ut rīsu, eti non assidue, frequenter tamen ablineant. Unde si exemplum legens fratrum quisque requiret, hoc solum ei sufficiat, quis Dominum nostrum JESum Christum, Evangelio teste, flevisse legimus, risisse nelicimus; tristatum flebimus, risibus non solutum. Attamen ne quispiam dicat, nullum nos præter hoc habere testimonium lectionis. Salomonem dicentes audiat: *Risus dolore misericordia;* & *extrema gaudii luctus occupat.* Et iterum: *Adelio est ita rīsu: quia per trifarium valuit corrigitur animus delinquenter.* Cor sapientis, ubi cristiæ est: *& cor stultorum, ubi levitas.* Et iterum: *Sentus in rīsu exaltat vīcem suam, vir autem sapiens vīx tacitè fabridebit.* Quicunque ergo ille in Congregatione constitutus, ut affloret, aut mente juvenis aut ætate risibus, joca non fugerit, quid aliud nisi Publicanum commutat ex Monacho? qui in civitatibus amplius populosis hanc sibi tantum operam depuant, vacare jocis, plausibus, & cachinnis. Specialiter tamen hoc cunctos moneo, servandum mando atque constituo, ut quotiescumque lectio animabus Dei deditis opportuna in Ecclesia vel in refectorio, aut qualibet in loco publicè recitatur, nullus rīsu aut moveatur aut moveat. Similiter etiam eo tempore fabulas fugiendas esse cognoscant. Quod si quis non custodierit pra-*

*Cod. Regul. Tim. I.*

fenti denuntiatione commonitus, triduani eum jejuniū multatio castiget. Quod triduum neminem volumus sub uno adimplere jejuniū, ne in aliquo discretiōnis careat disciplina: sed tria jejuniū Vespertina iubemus quotidie refectione distinguī. Hoc etiam de reliquis jejuniis, quibus Regulae culpabiles corringtonur, statuimus observari: ita tamen ut in reo quolibet Monacho Abbas superbiam duicitiamque non viderit.

## CAP. XXV. Ut turpiloquium Monachus omnino fugiat.

*TURPLOQUIUM* tenore pudicitie sit Monacho turpe proferre vitando verba luxurie, quæ ut mentem excitant, ita corpus infundunt. Ait enim beatus Apostolus: *Deponite malitia, blasphemiam, Colos. 3. turpem sermonem de ore vestro.* Interrogo ego fratres, quid ille minus facit adultero, cuius communicat lingua peccato? Quid luxurie minus exercut, qui os castum sermonis corruptione foedavit? Et ut hanc spurcitiam cunctis etiam cavere metus damnationis imponat, statuimus hujus culpe reum communicationem Dominicam, vel osculum fratrum sex annis mensibus non habere.

## CAP. XXVI. Ut quotidie usque ad tertiam Monachi legant.

*UT usque ad horam diei tertiam in omni tempore lectioni Monachus tam senior quam extremus vacare procuret; & sic demum in reliqua parte dii deputati operis cura succedat, prater agrotos tantum, quibus imponi hoc supra propriam voluntatem, vel potius virtutem communis infirmitas non permittit. Nam & hi, quibus fructuum colligendorum tempore ab Abbatे fuerit imperatum, ut matutinis horis operis aliquid vel laboris exerceant, hac lege non tenebuntur: neque huic definitioni putabuntur excusse contrarii cum imperata sibi utilitatis causa compleverint. Etenim moris est agricolis, ut vix reddito adhuc manè arida frumenta, non nisi deciduo madida facta rore, succidant, ut latam minus segetem facilius servoribus infectoribus eripiant, dum in exordio diel blandi aëris temperamenta custodiunt. Sepè enim ex industria factum scio, ut dubia adhuc luce, priusquam, ut dicere possimus, orbe solis ardor ebiberit redactam in manipulos segetem, ignei jubaris flammas cum fructibus measura ejus evaserit. Hoc ergo etiam à Monachis, qui operi infestunt, ut superius diximus, fuerit observatum, non erunt pronuntiandi pro compendio operis Regule transgressores.*

*X**CAP.*

CAP. XXVII. *Ut ante tertiam nullus Monachus manducet aut bibat.*

**U**T ne quis de Monachis, prater infirmos, antequam hora diei tertia compleatur, quamvis supervenientis cuiuslibet proximi vel amici gulæ potius exquisita occasio fulciatur, manducare vel bibere aut rogans præsumat, aut rogatus; illo dumtaxat tempore quo jejunia solita remissione solvuntur. Post hanc verò horam deliberationem comedendi usque ad sextam, si vel amicus ejus vel Monachus permittit, extendat. Sed in hac refectione unum vel duos fratres socios sibi, & querat & faciat, ut dum videtur, ista communicatione atque humanitate sit publicus; non appareat furtivè suppositus.

CAP. XXVIII. *Ut Monachus quotidie operis aliquid faciat.*

**M**ONACHUM, absque certis solemnitatibus, vel manifesta segritudine, diem sine operatione transigentem à convivio decernimus excludendum, jubente beato Apostolo: *qui non laboret, non manducet.* Secuturas tamen excusationes utilium prævidemus, & propterea modum ponimus otiosis. Dicitur est enim unus ex talibus; ego non possum operari, quia amissio robore juventutis sum ad omnia feoex invalidus; alius, neque ego possum, quia sum infirmate jam fractus; dicitur est etiam tertius, si potuerit inveniri; non possum etiam ego, quia laborum me afflictiones contrivit, Itinerum longitudine quaßavit, fortitudinem mihi abitulic solicitude commissa, virtutem meam actio expoliavit imposta. Sed his quasi contrarius sermo rationis occurrit, revincens eos, & dicens: Ut quis nos valet infistere opere, det promptius operam lectioni: quicunque agrum non excusat, Deum dupliciter colat; & inter reliquias etiam hanc querat artem, ut paginam pingat digito, qui terram non præscribit aratro. Nullus ergo, si quo minus opera facint, puet causam julta excusationis afferre: quia qui, ut supra diximus, agriculturam exercere non valet, legere, scribere, quod est præcipuum opus, piscium etiam providere capturam, rete texere, calceamenta fratribus preparare, vel reliqua, quæ similia sunt, facere atque implore potest. Quisquis ergo ex his omnibus non elegerit, quo occupetur opere, famem cum improposito sustinere contentus sit.

CAP. XXIX. *Ut Monachus parcet loquatur.*

**U**T loquendi temperantiam Monachus in omni collocazione teneat: propter quod dicit scriptura: *In multaque Pro. 10. non effugies peccatum.* Et iterum in Evangelio: *Nisi multum loqui, fieri erubui.* Haec March. 6. betur etiam in Psalmo: *Vix linguis sen. Psal. 119. diriger super terram.* Et ideo quisquis illi frater, sint pauci sermones tui. Nec hoc tantum, sed etiam taciturnitatem tibi præfencia Abbatis vel etiam alterius senioris imponat: ita ut nisi interrogatus ab eo vel iussus silentium irrumpere non præfumas, obediens scriptura que dicit: *Principum audias, ne respondas;* & Eccl. 11: *in medio seniorum noli te invigere.* Quod etiam in convivio apertissime pronunciamus esse servandum.

CAP. XXX. *Ut Abbas abique voluntate sua nihil operis faciat.*

**U**T Abbas si non operetur ut ceteri, nemo audeat reprehendere: quia lectioni eum magis vacare convenit, qua quotidie ceteros doceat, qua commissos eruditos reddat, qua cunctos sancta semper admonitione componat. Studere tamen eum oportet, ut quoties Codex manibus non tenetur, secundum viros suos reddat se in qualibet fratrū operatione communem: ut etsi otiosum quicunque dicere non audet, fastidio sum tacendo non murmurere.

CAP. XXXI. *Ut Monachis tunica linea uti non liceat.*

**U**T Monachus quamlibet delicati corporis linea ad pudica corporis non utatur: quia incongruum est, ut carnerem, quæ semper vitio natura superbit, mollibus foveat indumentis, & ei quæ minus validæ blandiatur; quæ quotidie in expugnationem animæ novus quidam prælator ac fortissimus conuovetur. Etenim toties reparat vires contra animam bellatura, quicquies aliquid velut rebelle mancipium remissionis accepit. De hoc namque certamine beatus Apostolus dicit: *Care concupiscentia adversus spiritum.* Gal. 5. Et iterum: *Vide aliam legem in membris Rom. 7. meis repugnante legi mentis mea, & capiendum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Et iterum: *Datus est mihi & Cor. 12. stimulus carnis meæ, angelus satana qui me coluperset, proper quod ter Dominum rogareret & discedere a me, & dixi vobis; sufficie tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Et iterum: *Si secundum carnem Rom. 8: viceritis, morietis; Si autem spiritu facta carnis mortificatio, viceritis.* Quicunque ergo vitam illam diligit, carnem conterat mori-

*morituram*; &c in tantum eam quotidiano lucidamine arduis quibusdam vinculis disciplinae, velut impiger semper debellator afficiet, ut adverbum animam de modica quidem remissione configat, secutus Apostoli magisterium vel exemplum, ita dicentis: *Cogito corpus meum, & in servitatem redigo, ne forte cum diis prædauere, ipse reprobis efficiar.*

*l. Cap. 9.*

**Cap. XXXII.** *Ut vestimenta Monachorum odores non habeant exquisitos.*

*L. Cap. 8.*

**V**ESTIMENTORUM fragrantiam, vel nimium propter elationem nitorem Monachus studiat non habere: sed sequens melius Apostolum dicentem: *Bonus odor sumus f[er]e Christi: colorem etiam in his album, vel nimis rufum, per quem s[ecundu]m species corporis ad perniciem suam virulentibus commendatur, viter, ac habere non ambiat: ne & jauctantie sua secum testimonium ferat;* &, quod ab sit, dum corpus vestimentis cito consumendis adornare temporaliter elaborat, de anima, si qua æterna esse poterant, ornamenti non curet. Etenim illa facientes taliter scriptura divina castigat: *In amictu vestimentorum se glorierū, & in die gloria noli existi. De calceamentis vero reliquo vos tenere statuimus conuentidinem Monachorum. Sed & hoc curandum est, ut pes ita sit ligamentis temperatus vinculatus, ut non jauctantie signo multos astrictrū habeat, sed sanctius vinculo laxiori follescat: ut in omnibus simplicitas sanctitate fœcia com, mendet Deo, quem eius amore possifsum, probatum fœculi viderit contemp- ptoem.*

*4. Cap. 14.*

**Cap. XXXIII.** *Ut Monachi ledā singula- riter habeant.*

*Palm. 6.*

**U**T duo quamlibet proximi vel amici, propter seceratam orationem, quem melius ad Dominum nullo teste diriguntur, ut animo, & uno lecto non teneantur: ut majorem licentiam orandi creditat sibi mens compuncta concessam, dum neminem vigil: fuz aut tellem pertineat, aut judicem. Vigilando ergo, orando, atque pallendo curer unusquisque minimam noctis somno cedere portionem; ut non decipiatur ab inimico, qui est liber à foco: quia omnino non potest cubile proprium nisi vigilans vindicare. Imitandum etiam videtur quod Propheta nobis sub quadam admonitione decantat: *Lacabu per singulas noctes ledum meum, lacrymis stratos meum rigab. Et iterum:*

*Palm. 135. In noctibus extolle manus vestras in familiā, M. 1:8. & benedicite Domino. Et illud: Memor sui in nolle nemini tui Domine, & confidetis Cod. Regul. Tosc. 4.*

*legem tuam.* Hoc ergo ut devotus quisque vacacione concessa utilius possit impleere, strati ful, ut supra diximus, erit illos ipse possessor, habens fecum meliori commutatione pro dormitorio fratre Domum vigilantem.

**Cap. XXXIV.** *Ut Monachus non venetur.*

**I**NTER cæteras mundi delectationes novit sibi Monachus venationem exercere prohibitum, nec habendum cum feris periculofum sine utilitate certamen: cum scire potius debeat, vita pro bestiis esse mactanda. Et ideo non eum consuetudo loci, vicinitas opportunitasque silvarum, pervius etiam vel facilis ascensus montis, concava vallium, secreta nemorum, densa terrarum tam instruētosi laboris opus subire sufficit. Oportet enim ut memor Apostolica sententie. *damnata religioni non inferat, ita monentis, ut n[on] usquamque in qua vacatione sp[irit]u- veras t[em]p[or]is, in ea permaneat apud Domum.* Bonum ergo vite sue cursum curribus vanis perire judicet, & se damnolum caveat; ne postponens Monachum, ferrariū & ipse captione capiatur, & secularibus desideriis irrectus, venator agrestium bestiarum adversari fiat & ipse venatio. Sed foli Deo vacandum congaudeat, quem expedit; illi fervidum jugiter, quem elegit: sciens quid taliter precepto Evangelico conveniuntur: *Dominum Deum suum adorabis, & illi foli M. 4: servies.* Et alibi: *Unam petiū à Domino, Psalm. 86: hanc requiram, ut inhabet in domo Domini omnis dies tua via mea.* Studebit ergo prætermis omnibus, qualiter ipsi omni servito placeat jugiter: ut faciat illum regni sui partipem, quem totum suum videt esse cultorem. Attamen ne illud putavimus onussum, ut si forsitan ferre, que sunt violentiores, querenti proprio labore victimū insidentur in fructibus, eas pro damnis tantum fructuum vindicandis, canum fieri opportunity deterret, quas potius effugare quam persequi delectetur; ut non venationis, sed fructuum magis amator apparcat.

**Cap. XXXV.** *Ut Monachus nec poma tan- gere absque ordinatione præsumat.*

**Q**UICUNQUE Monachus cujuslibet generis pomum inordinatus herens adhuc arbori suæ tantum edacitatis causa decerpserit, vel si terra collapsum, seu reliquorum fructuum, ut affloret, primicias aufus fuerit gula incontinentia violare, veluti Adæ primo homini simili, simili quoque castigata edacitate jejunio dignè peniteat; quasi ad vicem paradisi convivio putetur indignus. Et nisi prius

## REGULA

omnium fratum remissione consequatur veniam ; venire non permittatur ad mensam ; quia justum est, ut cunctorum indulgentiam postulet, qui omnibus quod erat commune subtraxit. Cunctis ergo studendum est, ut omne quod in escam constat hominis deputatum, si aliqui ex fratribus accipere vel etiam invenire contigerit, priusquam aut mense infestat, aut Cellario tradat, omni fide conservet intactum ; vitans ne communem omnibus cibum gustu sibi ipse suretur ; & cum nullus illi comes adhucreat, ad perdendam tamen innocentiam, vel ad exercendam prædam sit illi gula pro ficio. Quapropter erit Congregationi semper una proprietas, ita ut cuncta omnia, & omnia sint cunctorum.

CAP. XXXVI. Ut Abbas manumittere manus  
cipium Monasterii non praesumat.

**M**ANCIPIUM Monasterii liberym facere Abbas absque contensu omnium Monachorum licentiam non habebit : nisi ut tradat cunctis fratribus in presenti ejus meriti vel status de propria facultate vicarium : quia non potest multorum servus unius ad ingenuitatem remissione transire ; nec libertus fieri, quem omnes unanimiter non absolvunt, cum manifestum sit, illum tot duminos habere, quot Monachos.

CAP. XXXVII. De eo, qualiter Abbas con-  
versari debeat.

**U**T Abbatem cunctis quibus praefit Monachis strenuitas quidem, sed manu factudo, & potius vita commendet : ita ut magis sanctum illum timeant, quam severum : & plus in eo metuant quod meritis est primus, quam quod honore primarius. Habeat enim in correctione modum, & in familiaritate temperamentum : erique in cunctis ita moribus dispensatus, ut blanditione vocet, terrore castiger ; faciens se ab omnibus, eo quod virtus oderit, plus amari. Tota enim ejus conversatio erit quasi positum fundamentum, ut in eo superedictetur quisquis imitatione illius optat Deo meritis proximare. Nullus ab ipso erit potestate, sed ratione damnatus ; nec tamen quispiam illi ita familiaris, ut cæteris plus pre lumat ; neque ita offendit, ut ad veniam expleta contritione non redeat. Convenient namque illi omnes timere, qui timetur ab omnibus, totoque studio atque industria providere, ne aliquis ex his quos regendis propriâ cura sulcepit, adverto quilibet casu discedat ex numero. Et idcirco plurimis medicamentis necesse est illum Monachorum subvenire

languoribus, & aggritudinibus mentium remedium curæ spiritualis inferre ; hoc est, si superbum viderit, jugi exhortatione porrigit humiliatis potionem ; si iracundum, patientie illi offerat unguentum ; si mendacium sectantem, veritatis ministret antidotum, beati in hoc ipsum Apostoli monitis excitatus, qui dicit : *Astende tibi, & dobita in gloria in illis :* *hoc enim faciens, & tempus saluum facies, & eos qui te audiunt.* Et iterum ad Timo theum : *Formam habe sanorum verborum,* *et Tim. 1, que à me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu.* Et iterum : *Tu vero vigila,* *in 2. Tim. 4, omnibus labora, opus sacrum Evangelista : ministerium tuum imple.* Similiter & beatus Petrus scribit : *Scriores qui in vobis sunt obsecratores confessor, & testis Christi passionum, & ejus qui incipit reuelati glorie focus, passio qui in vobis est gloriam Dei.* Et addidit : *Negre quasi dominantes in clero, sed forma estate gregi : ut cum apparuerit princeps Pastorum, percipias illam floridam & immarcessibilis glorie coronam.* Hieremias quoque sanctissimus in persona Domini ait : *Dabo vobis Pastores secundum cor meum, & pacientes scientias & doctrinas.* Et iterum : *Hic dicit Adonai Dominus ad Pastores Israël : Numquid semetipso pavunt Pastores ?* Et adjungit : *Ob hac Pastores audite verbum Domini, hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego ipse ad Pastores, & requiram oves meas de manibus eorum.* Dominus vero idem in Evangelio Petrum Apostolorum principem si se amaret interrogans adjungit : *Pascere oves meas.* Manifestum ergo est, frater quisque ille præesse videris Monachis, magnum tibi per honorem onus imponitum ; ita ut cum dignitate sis primus, desudes omnium pondere sarcinatus. Propter quod recti itineris currere semitas, que ad celum perducit ; & ire ostende gregi innotescens callem, & sanctitatis cum quoque passibus antecede : atque ita stude, ut non erret quicunque te ducem gradibus imitationis insequitus ; ut videlicet Apostolicæ monita sententiae complesse, quæ habet : *Exemplum esto fideliuum in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in caritate.* Et iterum : *Sollicita cura tempus probabile exhibere Deo operariam in consueta, recte trattamen verbum veritatis.* Hunc itaque tibi, Abbas, titulum, ut prætermissum te Regule sermone non diccas, sive unum te ex Congregatione cognoscas, quasi peculiarius annutamus : monentes, seu coram Deo obsecrantibus, ut hæc omnia ferventi studio servans, etiam extera propter exemplum, quæ reliqui sunt dicta, custodihas.

CAP. XXXVIII. *Quibus temporibus Abbas coquuntur observet, similiter & lavandis pedibus.*

**A**BBS tribus per annum vicibus, id est, die natalis Domini, similiter Primo Pascha, nec non in festivitate peculiaris Patroni, sancti ac beatissimi venerandi semper Martyris Ferreoli, aut certe quidem ad quorum nomina sanctorum idem locus consecratus fuerit, coquiam cibos Congregationi paraturus introeat; ibique suscepito junioris Ministerio serviendo mensis humiliatis formam ministret in ferculis; sancte hunc abjectioni se libenter inclinans, quae maiorem illum producit exteris, dum reddit aqualem. Tantum enim magis in cunctis ejus potestatis accipit; quantum ad inferiora ministerii parilitate descendit. Lavare vero pedes fratrum, sive etiam peregrinorum, divinum imitatus exemplum, siue studebit; implens Dominicum mandatum, & tradens Monachis operibus potius quam verbis exemplum. Nam & Dominus in Evangelio Discipulis ait: *Si ego levi vestras pedes Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes.* Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Abbatem ergo ista facientem, atque in hujus tituli observatione communis omnes Monachi sequacibus annis imitentur: in tantum, ut temporibus dilopitis vicibusque discretis de ciborum præparatione folliciti serviant sibi invicem, atque alterutrum sub aequalitate ministerii dominentur.

CAP. XXXIX. *Castigatio Monachorum de multis excessibus.*

**M**ULTIS hic tipulus monitis negligencias Monachorum castigare suicit. Nec tam personas exigit damnamare, quam culpas. Mundos ergo illos & velut defecatos à victorium omnium reddat inquitainmento amor sanitatis, ambitio perfectionis, expectatio veritatis, promissio gloriae, perennitas viæ, & illa, quam credimus, habitatio cum auctore; de qua sic dicit Apostolus: *Rapiemus in nobis obviam Domino, & sic semper cum Domino erimus.*

Correctionis igitur sermo ad eos, qui inter fratres iurgia seminant, hic est: ut si à via tam perversa fides non traxerit non tantum sententia Abbatis, sed etiam cunctorum odio feriantur, donec confusum errorum relinguant. De quibus Lucas Evangelista Dominum dixisse commemorat. *Impossibile est ut non veniant scandala: ut autem illi, per quae veniente: melius est illi, si laesis molaris impo-*

natur circa collum ejus, & proieciant in mare.

Ad illos vero, qui post correctionem impugnantes judicia seniorum nituntur exculpare peccatum, & non ad penitentiam recordatione delicti, sed ad duritatem indignationis nimium migraverint, respicit ista sententia, ut quamdua à preposito intentione revocentur, & tumorem mentis manifesta emendatione deponant, secundum arbitrium Abbatis ardus omnino subjaceant discipline: quia non dixerunt: *Peccatum meum ego agno.* Psalm. 50. sed: *Iedixi dixerunt, quod in Isaiâ Prophetâ de rebellibus legitur: Nullus est Hier. 8. qui agat penitentiam super peccatum suum, dicens, quid feci?*

III namque qui se prioribus anteponunt, & aliorum licea non erubelunt vicio elationis invadere, ac preceptis Dominicis contradicunt, quibus ita jubeantur: *Quinque voluerit inter vos majoris, 20. fieri, si vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus, Abbatis vel etiam reliquorum incrépatio ne contulsi, ad locum proprium quem reliquerant, revocentur: quos ad maiorem gradum tardius decernimus promoveri; ne addita dignitate radicata in eis presumptio convalescat.*

Illud itaque statuimus, ut ad mensam fratribus congregatis de his quæ appetuntur neinō alterius aut prefumat, aut rapiat portionem: ne frequentius cæteris manut paropandi importunus immerget, propter illud Apostoli: *Alius quidem esurit, aliis autem ebrius est.* 1. Cor. 11. Et iterum: *Etsi vescari, & vesci esuris est.* 4. Cor. 6. Deus autem & bene & bas destruat. Et iterum: *Nos est regnum Dei esca & potus:* Rom. 4. sed justitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Et iterum: *Hocumodi enim Christo:* Rom. 16. *Domino nostro non servamus, sed nos vesci.* Et iterum: *Quorum Deus vescer est,* Phil. 3. & gloria in confusione ipsorum. Legimus etiam in Psalmo, quod longè etiam à Monachis: *Abdue esca orruis erat in ore* Psalm. 77. *ipsorum & ira Dei ascendit in eis.* Quicunque ergo hujusmodi transgreditur statuum, Abbatis iudicio confutabit, quantis jejunii mensæ violentia judicetur.

De ebrietate vero superfluum puto Monachum commoneri: cum, vel si parum vini accipiat, à preposito corporis contritione declinat. Attamen quia latere Monachos non poterit, quod Apostolus Timotheo scribit, dicens: *Vino medico ntere proper stomachum turum,* 2. Tim. 3. & frequenter tuas infirmitates: quantum eis, secundum vires Monasterii, per singulos dies jussu vel dispensatione Abbatis vini offertur, accipient, & amplius penitus non requirant. Hoc etiam de reliquis

reliquis stipendiis statuimus observandum. Nam ebrietatem illis etiam qui seculo vacant prohibitam scriptura testi-  
moniis approbanus, scribente Apostolo Ephesii : *Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria.* Nec non & Prophetas : *Va qui fortes sunt ad ebendum vinas, & potentes ad misenundam fieram.* Et iterum : *Va qui exsurgunt manu, & factantes fice-  
san : qui exp dant vesperam, ut vino ex-  
fluerat.* Et ideo Monachum si ebrium, quod dici necas est, videri aliquando contigerit, zelans illi plenus ira prae-  
cipio, ut trigesita diebus à vini potatione suspendatur : quatenus anima infusione congesta digestione hoc spatio vacuetur.

Ephes. 5. Illos igitur Monachos, quos vel unius  
dici finis discordes invenerit, qui usque ad vesperam lites trahunt, & ante non  
excludant odiū, quām Sol cognoscat  
occasum ; qui dicenti Apostolo : *Sed non  
sciat super iracundiam vestram : per in-  
obedientiam concordant, statuimus tam-  
diu abstinētia macerandos : quamdiu ad  
veram se concordiam ultronea sati-  
fione convertant. Quibus post longum  
scandalum pacificare in occulto non li-  
ceat, ne aliquid fictum puritas charita-  
tis admittat : sed fit eorum reconciliatio  
publica, quorum fuit discordia manife-  
sta. Fratribus ergo cunctis coram absti-  
nibus veniam invicem postulent : quia  
uterque reus diurna similitate notatur ;  
dum aut unus indulgentiam petere de-  
stitut, aut alter rogari desiderans non  
dimisit. Et ideo ille impius, ille re-  
manit impenitens : hic damnandus post  
iram, ille post culpam. Propterea of-  
fensus iste iram in contemptu Evangeliū  
non retineat ; sed cito ad illud recurrit*

Ephes. 4. exemplum : *Dimitte, & dimitteretur vobis.* *Lc. 6.*  
Et illud Apoſtolis : *Induite vas, sicut steti Col 3.*  
*Dei & dilecti, viscera misericordia, benigni-  
tatem, humilitatem, modestiam, patientiam :*  
*supportantes invicem, & donantes vobis inter-  
ipſi, si quis adversus aliquem habet querolam :*  
*sicut & Domini donavit vobis, ita & vos.*  
Ille vero qui injuriam intulit, hujus-  
modi exemplo velociter terreatur : *Facit Psal. 145.*  
*Dominiū iudicium injuriam patientibus.* Et  
alibi : *Qua seminaverit bono, bac & metet.* *Gal. 6.*

Furti scilicet conscientium, si adhuc vo-  
care Monachum possumus, quasi adul-  
terum, secundum flagello subdi, & ma-  
gna conferi afflictione jubemus ; dantes  
illī unam cum fornicate fenteotiam,  
quia & ipse luxuriatus est cum furare-  
tur. Similes enim eos non incongrue  
dicimus, quos in facra lectione pariter  
positos invenimus. Dicit ergo Dominus  
per Prophetam : *Non est sciencia Dei super Oce-  
nam.* Et paulo post : *Furium & adul-  
terium iudicaverunt.* Et iterum in Psal-  
mo : *Si videbas furem final currebas cum Psal. 43:*  
*eo, & cum adulterio portionem tuam ponebas.*  
Legimus etiam in Evangelio Dominum  
dixisse : *Fornicatares, forti ; & nec mo-  
ratus addidit : Hec sunt que coinqvinent Māth. 15.*  
*humum.* Ex his profecto intelligere pos-  
sunt horum scelerum servi ; quia, sicut  
equaliter his dominantur vitia, equaliter  
ter debetur & pena.

Et ne aliquid, dulcissimi in Christo  
fratres, de his quæ superscripta sunt  
per oblivionem sitis negligentes, cu-  
ntis in unum positis semel ea in trigesita  
diebus relegate, hoc est, in Kalendis.

*Explicit Regula S. Ferreoli Episcopi.*

# S. COLUMBANI ABBATIS ET CONFESSORIS

## REGULA COENOBIALIS CUM POENITENTIALI.

### DE S. COLUMBANO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

MARTYROLOG. d. xxi. Novemb.

In Italia, Monasterio Bobio, depositio sancti COLUMBANI Abbatis, qui  
multorum Conobiorum fundator, & innumerabilium pater extitit Monachorum ;  
multisque virtutibus clarus quievit in senectute bona.

SIGEBER.

SIGEBERTUS Gemblac. Script. Eccl. cap. IX.

COLUMBANUS *Abbas Luxoviensis, in Hibernia Scotorum insula natus, & in Gallia pro Christo peregrinatus, tanto sapientiae thesauru est dictatus, ut adhuc adolescentib[us] librum Iudiciorum elimito sermone scriberet, & alia multa ederet, vel ad canendum digna, vel ad docendum utilia.*

JONAS Monachus lib. de vita B. Columbani cap. iii.

Dedit deinde operam, ut Monachorum neceretur societati, ac Monasterium, cuius vocabulum est Benchor, petiti, in quo Presul viretum ubertate lucetbat beatus Congellus, egregius inter suos Monachorum Pater, quique & religionis studio & regularis disciplina cultu praecepsus habebatur. Ibi solis orationibus & jejuniis vacare caput, & iugum Christi, quod ferentibus leve est, super se ferre, semet ipsiusque fibi abuegando, ac crux suam tollendo Christum sequi: ut qui ahorma doctri futurus erat, ipse quod doctrina didicerat, uberior exemplu monstraret, quod alii implendum fore docuisset.

IBIDEM cap. ix.

Beatus COLUMBANUS cernens undique ad penitentie medicamina plebem concurrens, & unius Canobii (Luxoviensis) septa tantam conversantium eboratem absque difficultate non continere, aliud Monasterium construxit, cui ad Fontavas nomen indidit, deinde gubernatores Praepositos, de quorum religione nabil dubitabatur. His ergo in locis Monachorum plebium constitutis, ipse viciissim omnibus intererat, Regulamque, quam tenerent, Spirita sancto repletus condidit: in qua autem qualis & quanta disciplina vir sanctus fuerit, prudens lector vel auditor agnoscit.

Idem JONAS in vita S. Eustafii Abbatis cap. iii.

Quo tempore Clotarius Chilperici filius Aremundus Francos regebat, religiosissimi extiterat viri, discipuli alii Patris COLUMBANI, Attila & Eustafius: quorum prior in Bobiensis, alter in Luxoviensi Canobio ejus successores fuere, & magistri instituta suis alumni servanda tradidérunt.

IBIDEM cap. v.

Tandem adversus Regulam beati COLUMBANI Rivoide dente gorrire caput Agrestinus, annuente fibi Appellino Genaversis urbis Episcopo. Hic Appellinus vicinos Episcopos singulatim fibi jungere in auxilium Agrestini natus est onus studi, ita ut Regem Clotarium tentaret, si sua pars auctoritate fieri voluisse. At ille sciens, & experientia cognitus habens beati COLUMBANI sanctitudinem, & discipulorum eius doctrinam, postquam diu redargueret tentavit grannientes barretici sellam, nec pravulare potuit adversus eum, statim ut synodali examinatione probaretur: non ambigens de auctoritate venerabilis viri Eustafii, quin omnes adversantes sancta Regula sua prudentia superaret. Tunc emanante regali auctoritate multi iam Burgundia Episcopi in suburbio Matisconensis urbis convenienti.

MOX.

Cateri confautores aduersa partis, qui convenerant, deductum in medium Agrestinum depromere cogunt, quid contra Regulam COLUMBANI vel Eustafii obiectendum haberet. Tum illa trementibus labiis assilens; & nihil autoritatis vel elucubrati eloquii habens ait, superfusia quodam & Canonica institutione contraria in eorum studiis teneri: coelalem videlicet, quam lambarent, crucis signo crebro signari, & in ingressu cuiuslibet domus intra Canobium tam introirentem quam egredientem benedictionem postulare. COLUMBANUM etiam a caterorum Ecclesiasticorum more desciscere, & sacra Missarum solemnia multiplicatione orationum vel collectarum celebrare, &c.

IBIDEM.

Quidam vir venerabilis Romaricus nomine, qui primis nobilitatibus fuerat apud Theodebertum habitus, postea per exemplum COLUMBANI, ac per Eustafii predicationem monitus, ad Luxovium veniens Monastica institutione se subdidit: quo diu sub regulari tenore vitam agente, postea Eustafio annuente, puerularum Monasterium in suo proprio inferuit, & Regulam COLUMBANI illis custodiendam indidit.

IBIDEM cap. vi.

Appellinus quoque & cateri Galliarum Episcopi ad reboranda S. COLUMBANI instituta aspirant: quorun multi in amore S. Patris nostri ferventes, secum-

## REGULA

secundum ejus Regulam Monasteria construunt, gregem Christo congregant, & religionem Monachica professionis adaptant. Inter quos vir illustris Eligius nomine, qui modo Veromandensis Ecclesia Pontifex praefecit, juxta Lemovicensem urbem Monasterium nobile, Solemniam nomine, construxit, & alia multa in eisdem locis Canobia. Sed & in civitate Parisiensi puerarum Monasterium, quod de regio munere suscepserat, adificat in quo Christi virginem Auream praefecit. In Betericensi verò urbe puerarum Monasterium, ex beati COLUMBANI Regula, Beteraba nobili genere & religione, famina fundissima construxit. In suburbano etiam Betericensis urbis, vir venerabilis Theodolus, cognomento Babenus, Monasteria ex Regula COLUMBANI religione omni pollutent constituit.

Idem JONAS in vita S. Burgundoforze Abbatissæ, cap. i.

Beata Burgundofora Monasterium, quod Evoriacum appellatur, cui ipsa venerabiliter praerat, omni intentione ac devotione secundum Regulam sancti COLUMBANI instituit, & ad exemplum sanctorum praecedentium Patrum cum aliis amicis Dei religiosam vitam imibi duxit.

AUCTOR vita S. Philiberti Gemmeticensis Abbatis.

Quia perfecti viri semper ad meliora contendunt, Sacerdos Christi sanctorum instruxit Canobia, ut poset aliquid haurire emolumenti ex illorum perfecta similitate. Itaque invisit Luxoviense, Bobiensis, & alia COLUMBANI institutum complexa Monasteria.

I B I D E M .

Legebat studiosè Basiliæ præclaras Constitutiones, Macarii Regulam, Benedicti decreta: COLUMBANI instituta sanctissima.

ORDERICUS VITALIS Hist. Ecclesi. lib. viii. in tomo Script.  
Normannicorum,

Notitia posteriorum bac annotavi de modernis præceptoribus, qui novas traditiones priscorum præferunt Patrum ritibus, aliosque Monachos secularia vocant, ac veluti Regula prævaricatores temere condensant. Studium & rigorem eorum considerans, illos magnopere non vitupero; attamen majoribus & probatis Patribus non antepono. Arbitror ignorant, quod beatus Pater COLUMBANUS de Hibernia ortu sancto Benedicto contemporaneus fuerit, paternam domum patriamque relinquens, cum præcipuis Monachis in Gallias migraverit, & à Childeberto Rege Francorum filio Sigiberti suscepimus, in Burgundia Luxovii Canobium construxerit, ac postmodum ab impissima Brunichilde Regina expulsi in Italiam secesserit, & ab Aigilulpho Longobardorum Rege receptus, Bobiensis Monasterium condiderit. Huc admiranda sanctitatis Pater inter præcipuos laboravit, signis & prodigiis glorijs inter terrigenas effusit, & Spiritu sancto edidit Monachis Regulam edidit, primusque Gallicis tradidit. Florentissimi de scola ejus Monachis prodierunt, & in mundo, velut astra in firmamento, virtutibus micuerunt. Exstans enim Luxoviensis, Agitus Rebencensis, Faro Meldensis, Audomarus Bononiensis, Philibertus Gemmeticensis, alijque plures Episcopi & Abbes excellentissima processere Religionis; quorum sanctitatis evidenter miraculis cibitus offensa est, iporumque studio ex filiis Ecclesia insigniter propagata est. Ipsi, reor, bentum Marum ejusque socios & discipulos noverunt, utpote vicini, & ab ipsis, sicut ab aliis scripta doctorum, adiunctionis causa, sancti normam suscepere Benedicti; ita tamen ut non abborrerent suis statuta Magistri, alii videlicet COLUMBANI. Ab ipso sequidem modum divina servitutis & ordinem didicerunt, & formam orationum pro canticis ordinibus, qui in Ecclesia Dei sunt, nigredinem vestium aliasque observationes sumperunt; quas pro religione & honestate ipsius tenuerunt; & sequaces eorum usque in biederum reverenter observare appetunt.

S. BERNARDUS in vita S. Malachiz, cap. v.

Ita Hiberniam Scotiamque repleverunt gentilissima Benedictorensis Monasterii, ut ea potissimum tempora Davidici illi verificuli præciniuisse videantur: Visitasti terram, & inebrighi eam &c. Nec modo in præstatos, sed in exteris etiam regiones, quæ inundatione facta, illa se sanctorum examina effuderunt. E quibus ad bas noscas Gallicanæ partis S. COLUMBANUS ascensus, Luxoviense construxit Monasterium, sedis ibi in gentem magnam. Ajunt tam magnam fuisse, ut succedentibus sibi vicissim choris continuarentur solemnia divinorum, ita ut ne momentum quidam diei ac noctis vacaret à laudibus.

Obser-

## Observatio critica in Regulam sequentem.

Inter reliquias monastica vita propagatores facultate sexto florentes, celeberrimum nomen obtinuit S. COLUMBANUS Abbas, natione Scotus, in monasterio Benchorensi educatus; sed utrum ex Benchoria Hibernensis, an vero ex bodierna Scotia canobis Benchorensis? disceptatur acriter ab utriusque gentis inquilinis: *Varia enim Benchorensis canobia reperimus, quorun primum in bodierna Wallia situm erat, à Ven. Beda in suo gentis Anglorum Historia Ecclesiastica celebratum, d quo forsitan & reliqua originem suam duixerunt; quamvis bodierni Scotti pro suo Benchorensi canobio ad ripam Dea fluminis siti, & à S. Ternano discipulo S. Palladii eretto, pro antiquitate certent: prout ex Monastico Scotoce instruimus. Quid autem Benchorensis Hibernicum attinet, & ibid existimamus verum S. COLUMBANI monasterium: cùm ibidem eum principia vita monastica posuisse, testatur S. Bernardus in Vita S. Malachia, qui tamen sanctissimus Abbas hanc audebit utrumque gentem distinguere, sed sapientius Scottos cum Hibernis confundit. Utcumque vero hoc sint: S. COLUMBANUS cum turma Monachorum Scotorum & Hibernensium fecerit in Gallias, circa annum DCC., atatis vero sua XXX., ubi Luxoviensis extruxit monasterium, in quod auctam Monachorum Scotorum disciplinam introduxit, acerius paternarum traditionum vindex. Dum igitur Luxoviensium plurimos confluere videret ex viciniis regionibus Monachos, pro iisdem banc praesentem Regulam conscripsit, rigidissime Scotorum disciplinam quodammodo mitigavit, perpetuum tamen jejunium & silentium, omnimodumque obedientiam Monachis suis mandavit, quid regimen monasterii à solo mutu Abbatis dependere voluerit. Regula autem hac primitiva est & originaria, nullam cum aliis Regulis connexionem habens; quamvis Regule Benedictina iam per plures annos ante adventum S. COLUMBANI apud Gallos à S. Mauro promulgata fuerit: nullibi enim antiquarum Regularum intentionem facit, sed duntaxat Cap. 7. loquitur de mille Monachis catholicis sub uno Archimandrita, qui uniformiter, quotus de nocte conveniunt, duodecim Psalmos decantant, five noctes longa sint, five breves. Ubi aperte loquitur de disciplina psallendi in monasteriis Columbinis usitata, à S. Columba Magno Scotorum Monachorum Patriarcha per bodiernam Scotiam & Hiberniam eredit, cui etiam & Regulam cuiusdam Patris adscribimus. Inter ea hec S. COLUMBANI Regula novem capitibus constans, cui & hic decimam adjicit HOLSTENIUS, non omnia ad perfectionem vita monastica praecepta necessaria tradit, sed generalia tantum statuta prescriftit; ita ut vita potius voce, quam scripta Reguli Monachos suos direxisse videantur. His tamen non obstantibus, disciplina monastica à S. COLUMBANO apud Gallos propagata miros fecit progressus, etiam post ejus Luxoviis expunctionem, atque in Italiam secessum, ubi iterum Bobiensis erexit canobium, & ibidem pristinum oblitus, sacrum exuviorum pinguis Monachis suis in amoris & reverentia tesserae relinguunt. Non solum enim in Luxoviensi, Bobiensi, Anegreyensi, Fontanensi, atisque ab ipso eritis canobii, sed etiam in aliis per sanctissimos discipulos Gallum & Magnauldum conditis monasteriis bac Regula monastica pluribus annis sola floruit & observabatur. Nec tam cito bac monasteria Regulam S. Benedicti solum amplecti voluerunt, sed gradatim. Vetera quippe statuta drepente apud Monachos in desuetudinem non abeant, & sic apud laudatos Benedictinos Scriptores Mabillonum & Calmetum reperimus, banc S. COLUMBANI Regulam, adhuc labente facultate septimo, simul cum Regula S. Benedicti in praeferitis monasteriis aliquis pluribus observata fuisse, donec illa Benedictina soli, tanquam perfidiiori, tandem locum dare coacta est, quod in eiente facultate ollavò in omnibus monasteriis nulla alia quam Regula S. Benedicti observata fuerit. Huic etiam Regula subiectur S. COLUMBANI Liber Poenitentialis, prescribens penas regulares pro qualibet culpa levissima commissa contra Regulam & monasterii consuetudinem; qua tamen pena, satis graves pro adeo parvis delictis, nullam connexionem cum ipsa Regula, aut cum aliis scriptis vita monastica normis habere videntur; adeoque penas illa Monachis inficta ex rigida Scotorum disciplina exorta sunt: prout ex Ordine monastico apud Culdrofentes Monachos Scotorum, five Kiledoois, inter additamenta adducto potebit. Quod autem hic Poenitentialis Liber ex communi Scotorum Monachorum disciplina deumptrit sit, cuilibet in bishofria monastica vel leviter versata obvium esse potest; cum hic ipsum liber in vetustis codicibus appellari soleat: Regula Cenobialis Patrum Scotorum, & aliquando: Regula Fratrum Hibernensium; utriusque enim gentis Monachas communue erat, pro minutissimis culpis rigidas penas infligere.*

INCIPUNT CAPITULA REGULÆ S. COLUMBANI  
Abbatis & Confessoris.

*1. De obedientia.*

*2. De silentio.*

*3. De tibi acceptione.*

*4. De pauperate, & cupiditate.*

*5. De vanitate calcanda.*

*6. De cœfitate.*

*7. De curia Psalmorum.*

*8. De diſcretione Monachorum.*

*9. De mortificatione.*

*10. De diversitate culparum.*

Explicitur Capitula.

INCIPIT  
REGULA COENOBIALIS.

CAP. I. *De obedientia.*

**P**RIMO omnium docemus Deum diligere ex toto corde, & ex tota mente, & ex totis viribus; & proximum tanquam nosmetipos. Deinde ad primum verbum senioris omnes ad obedientium audientes surgere oportet: quia obedientia Deo exhibetur; & dicente Domino nostro IESU Christo: *Qui vnde audis, me audie.*

**M**Si quis igitur verbum audiens non statim surrexerit, inobediens judicandus est. Qui autem contradixerit, contumacie crimen incurrit; & ideo non solum inobedientie reus est, sed etiam contradictionis aditum aliis aperiens, multorum destrutor astimandus est.

**P**Si quis vero murmuraverit, & ipse tanquam non ex voto obediens, inobediens putandus est; idcirco opus ejus abijiciatur, donec illius bona voluntas cognoscatur. Obedientia autem usque ad quem modum definitur? usque ad mortem certe precepta est; quia Christus usque ad mortem obediuit Patri pro nobis, quam ipse nobis per Apostolum insinuat, dicens: *Hoc sentire in nobis, quod si in Christo IESU, qui cum in forma Dei esset, non rapuum arbitratus est esse se aqualem Deo;* sed somnis exanimavit, formam servi accipiens, & specie innervans ut homo, humiliatus sonctissimum, fatus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem cravis. Nil huius itaque reculandum est obediensibus, veris Christi discipulis, quamvis durum & arduum sit; sed cum fervore & letitia accipiendo est. Quia si talis non fuerit obedientia, non erit acceptabilis Deo, qui ait: *Et qui non accipit crumen suam, & sequitur me, non est me dignus.* Et ideo dicit de digno discipulo: *Ut ubi ego sum, ibi & ministrabo mense erit,*

CAP. II. *De silentio.*

**SILENTI** Regula diligenter custodienda illa. 12. decernitur; quia scriptum est: *Cultus arcu justitiae silentium, & pax.* Et ideo, ne reatus de verboitate conqueriratur, exceptis utilitatibus, & necessariis, opus est ut tacatur: quia iuxta scripturam: *In multiloquio non derit peccatum.* Et idcirco Prov. 10: Salvator ait: *Ex verbis tuis iustificaberis, & M. 10: ex verbis tuis condemnaberis.* Nulli damnabuntur, qui justa dicere noluerunt cum potuerunt; sed mala, injusta, impia, iniuria, injuriosa, falsa, contentiosa, contumeliosa, turpia, fabulosa, blasphemica, aspera, ac fluxuosa loqui garrula verbostate maluerunt. Tacendum igitur est de eis & talibus, & cum cautela & ratione loquendum est Monachis, ne aut detractiones, aut tumidæ contractiones in loquacitate vitiosam prorumpant.

CAP. III. *De cibo, & potu.*

**C**laus sit vallis & vespertinus Monachorum, satietatem fugiens, & potus ebrietatem: ut & sustineat, & non noceat. Olera, legumina, farina aquis mixta, cum parvo panis paximatio, ne venter oneretur, & mens suffocetur. Etenim utilitati & usui tantum confundum est, aeterna desiderantibus premia; & ideo temperandus est ita usus, sicut temperandus est labor: quia haec est vera discretio, ut possibilis spiritualis profectus cum abstinentia carnem macerante retinetur. Si enim modum abstinentia excederit, virtus non virtus erit: virtus enim multa sustinet bona, & continet. Ergo quotidie jejunandum est, sicut quotidie orandum est, quotidie laborandum, quotidieque est legendum.

CAP. IV.

CAP. IV. *De paupertate ac de cupiditate calcanda.*

**M**ONACHIS, quibus pro Christo mundus crucifixus est; & ipsi mundo, cupiditas calcanda est: nimirum cum non solum superflua eos habere dannabile est, sed etiam velle: quorum non census, sed voluntas queritur: qui relinquentes omnia, & Christum Dominum cum timoris cruce quotidiani sequentes, in ecclesiis habent thelauros. Idecirco dum in ecclesiis multum sunt habituri, parvo & extremo necessitatibus cenis in terris debent esse contenti; scientes lepram esse cupiditatem Monachis, imitatoribus filiorum Prophetarum, ac discipulorum Christi proditionem atque perditionem, Apostolorum quoque dubiis sectatoribus mortem. Ideo ergo nuditas & facultum contemptus prima perfectio est Monachorum: secunda vero purgatio virtutum, tertia perfectissima Dei continuata dilectio, ac divinorum iugis amor, qui terrenorum succedit obliuioni. Quae cum ita sint, paucis nobis opus est, iuxta verbum Domini, aut etiam uno, pauca namque sunt necessaria vera, sine quibus non transigitur, aut etiam uno, quasi cibo juxta literam; puritate autem fensus indigenus per gratiam Dei, ut intelligamus spiritualiter, quae sunt illa pauca charitatis, quae Marthæ à Domino fugeruntur.

CAP. V. *De vanitate calcanda.*

**V**ANITAS quoque quam sit periculosa, brevibus demonstratur verbis Salvatoris, qui suis discipulis latantibus vanitate dixit: *Vidi Saracenum sicut fulgor de celo cadentem.* Et Iudeus aliquando se justificantibus ait: *Quod autem altius est hominibus, abominatus est in confessione Domini, His, & illius Pharisei famosissimi se justificantis exemplo colligitur, quod iuteremptrix sit omnium bonorum vanitas, & gloriatio elata: dum bona vanè laudata Pharisei perierint, & peccata Publicani accusata evanuerint. Non exeat igitur verbum grande de ore Monachi, ne suus grandis labor percet.*

CAP. VI. *De coabitate.*

**C**ASTITAS vero Monachi in cogitationibus judicatur, cui nimirum cum discipulis ad audiendum accedentibus à Domino dicitur: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum, jam mechatus est eam in corde suo.* Dum enim vultum illius considerat ille cui consecratus est, verendum est ne inveniat in anima, quod absinuetur: ne forte juxta sententiam sancti

*Cod. Regul. Tom. I.*

Petri, habeant oculos luxuriz plenos z. Pet. 2. atque adulterii. Et quid prodeit virgo corpore, si non sit virgo mente? Deus enim spiritus est, & in spiritu habitat ac mente, quam immaculatam viderit; in qua nulla sit adultera cogitatio, nulla spiritus coquinati macula, nulla peccati labes.

CAP. VII. *De cursu Psalmorum.*

**D**E synaxi vero, id est, de cursu Psalmorum, & orationum modo Canonicō quedam sunt distinguenda, quia variè à diversis memorie de eo traditum est. Ideo juxta vitæ qualitatem, ac temporum successionem variè à me quoque literis insinuetur hoc idem. Non enim uniformis esse debet pro reciproca temporum alternatione; longior enim per longas noctes, breviorque per breves esse convenit. Inde & apud seniores nostros ab octavo Kalendas Iuli, cum noctis augmento sensim incipit crescere cursus, à duodecim choris brevissimi modi, in nocte Sabbati live Dominicæ, usque ad initium hyemis, id est, Kalendas Novembris, in quibus viginti quinque canunt Antiphonas Psalmorum ejusdem numeri qui semper tres loco duobus succedunt Psalmis: ita ut totius Psalterii inter duas supradictas noctes numerum cantent duodecim choris, cæteras temperantes tota hyeme noctes; quæ finita per tertium sensim per singulas hebdomadas terni semper decedunt Psalmi, ut duodecim in singulis noctibus tantum Antiphone remaneant, id est, quotidiani hyemalis tringinta sex Psalmi cursus; vigintiquatuor autem per totum ver & æstatem, & usque ad autunnale æquinoctium, id est, octavo Kalendas Octobris, in quo similiter synaxeos est, sicut in vernali æquinoctio, id est, octavo Kalendas Aprilis, dum per reciprocas vices paulatim & crescit, & decrescit. Igitur juxta vires consideranda vigilia est, maximè ab auctore salutis nostræ jubemur vigilare, & orare omni tempore: & Paulus præcipit sine intermissione orare. Sed quia orationum canonitarum noscendus est modus, in quo omnes simul orantes horis convenient statutis, quiunque absolutus unusquisque in cubili suo orare debet; per diurnas terni Psalmi horas, pro operum interpolatione, statuti sunt à senioribus nostris, cum versiculorum augmentatione interventionium, pro peccatis primum nostris, deinde pro omni populo Christiano, deinde pro Sacerdotibus, & reliquis Deo consecratis sacra plebis gratibus, postrem pro eleemosynas facientibus; postea pro pace regum, novissime pro inimicis; ne illis

Luc. 14.  
B. Thef. 5.

Y 2

Deus

Deus statuat in peccatum, quod perfec-  
quuntur: & detrahunt nobis, quia ne-  
scient quid faciunt. Ad initium verò  
noctis duodecim Psalmi, ad mediumque  
noctis duodecim similiter psalluntur; ad  
matutinum verò bis deni, bisque bini per  
tempora brevium, ut dictum est, noctium,  
sunt dispositi; pluribus, jam ut dixi, per  
sempre nocti Dominicæ ac Sabbati vigiliæ  
deputatis, in quibus sub uno cursu  
sepuaginta quinque sigillatim cantantur.  
Hæc juxta communem dicta sunt syna-  
xim. Sed vera, ut dixi, orandi tradi-  
tio, ut possibilitas ad hoc destinata sine  
fastidio voti prævaleat, sive sua perfectio  
possibilitatis permittit, vel capacitas  
mentis illius cum necessitudine considera-  
tione, vel vita qualitas possit admittre;  
& quantum uniuscujusque fervor exer-  
gerit, si liber ac solus sit, aut eruditio-  
nis ejus quantitas postulaverit, aut fatus  
otium, aut magnitudo studii, aut ope-  
rum qualitas, aut atatum diversitas per-  
misit, ita variè licet unius rei perfe-  
ctio estimanda est, qui cum labore adora-  
tionis partitus: & idèo, licet longi-  
tudo standi aut cantandi sit varia, unius  
tamen perfectionis erit æqualitas orandi  
in corde, ac mentis cum Deo jugis in-  
tentio. Sunt autem quidam Catholicæ,  
quibns idem est canonicus duodenarius  
Psalorum numerus, sive per breves,  
sive per longas noctes; sed per quater-  
nas in nocte vices hunc canonem reddunt,  
ad initium noctis, ad mediumque ejus,  
pullorum quoque cantus, ac matutinum.  
Cursus hic, ut in hymne parvus aliis  
videtur, ita in æstate fatis onerosus &  
gravis invenitur, dum crebris in noctis  
brevitate expeditionibus, non tam laf-  
titudinem facit, quā fatigacionem. No-  
ctibus verò reverendissimis Dominicæ  
scilicet vel Sabatti, ad matutinum ter  
idem volvitur numerus, id est, ter de-  
nis & sex Psalmi. Quorum pluralitas  
ad sanctam conversationem hunc nume-  
rum canonicum multis dulci indixit su-  
avitatem, tanquam & reliquam disciplinam,  
sub quorum nimis regula nullus inven-  
itur laesus: & cùm tanta pluralitas e-  
orum sit, ita ut mille Abbates sub uno  
Archimandrita esse referantur, nulla ibi  
à conditione Cœnobii inter duos Mon-  
achos rixa fuisse fertur nisi: quod sine  
Dei ibi habitatione, dicentis: *Ego in eis  
habito, & inter illos ambulo;* & ero illa-  
rum Deus, & ipsi erunt mihi populus, esse  
non posse manifestum est. Merito ita-  
que creverunt, & quocidle, Deo gra-  
tias, crescunt in quorum medio Deus  
habitat; quorum meritis mereamur sal-  
vari à Salvatore nostro. Amen.

**D**ISCRETIO Monachis quām sit necessaria  
multorum error ostendit, & aliquo-  
rum ruinæ demonstrant: quā sine discre-  
tione incipientes, & absque moderatricē  
scientia degentes, vitam finire laudabi-  
lem non potuerunt. Quia sicut sine via  
tendentibus error evenit; ita sine discre-  
tione viventibus excessus in promptu est,  
qui semper virtutibus in medio inter u-  
trum nimietatem politis contrariis est.  
Cujus impactio periculi res est, dum  
juxta semitam discretionis directam ini-  
mici pravitatis offendicula ac diverorum  
errorum scandala ponunt. Orandum est  
igitur Deus, qui lumen vera discretionis  
lurgiatur ad illuminationem hujus vitæ,  
tenebris seculi utrinque obscurissimis  
circundata; quo fui ad se sine errore  
veri adoratores possint has evadere tene-  
bras. Discretio igitur à discernendo no-  
men accepit, eo quod ipsa in nobis di-  
scernit inter bona & mala, inter media  
quoque ac perfecta. Divisa namque sunt  
ab initio sicut lux & tenebrae utraque,  
id est, bona & mala, postquam mala  
per diabolum boni depravatio esse co-  
operunt; sed per Deum illuminantem prius,  
ac postea dividentem; inde Abel prius bona elegit; Cain verò impius  
mala incidit. Bona Deus fecit cuncta  
quaç creavit, mala verò diabolus super-  
feminavit dolosa calliditate, ac subdola  
ambitionis intuitu suatione. Quæ sunt  
igitur bona illa? scilicet quæ integra  
sunt, ac incorrupta, sicut creata, per-  
manerunt: quæ solus creavit Deus, &  
preparavi, juxta Apostolum, ut in illi Ephes. 2.  
ambulamus: quæ sunt opera bona, in qua-  
bus in Christo Iesu creata sumus; bonitas  
felicitet, integritas, pietas, iustitia, ve-  
ritas, misericordia, charitas, paz, salu-  
taris, latititia spiritualis, cum spiritus fru-  
ctu. Hæc omnia cum fructibus suis bona  
sunt: his verò contraria mala sunt,  
scilicet malitia, corruptela, impietas,  
injustitia, mendacium, avaritia, odium,  
discordia, amaritudo, cum fructibus eorum  
multiplicibus, quil ab eis nascuntur.  
Innumerabilia enim sunt, quæ de utrisque  
contrariis, id est, bonis & malis procrean-  
tur. Quod autem declinat à bonitate con-  
dita & integritate: hoc primū malum est,  
ut eß superbia malitiae prime; cui contra-  
ria est pia bonitatis humilis existimatio,  
suum creatorum agnoscens & glorifi-  
cantis, quod est rationabilis creature  
primum bonum. Sic & cetera per du-  
plices sensim partes in immannem nomi-  
num silvam crevere. Quæ cùm ita sint,  
tenenda sunt fortiter bona, Dei haben-  
tibus auxilium, quod semper orandum  
est per prospera & adversa; ne aut ex-  
tollamur

collamur in prosperis in vanitatem, aut dejiciamur in adversis in desperationem. Ideo continendum ab utroque periculo, id est, ab omni nimietate per temperantiam gloriosam, & veram discretionem, quae Christiana humilitati adhaeret, & viam perfectionis veris Christi militibus, ac Deum timentibus aperit. Disserendum scilicet semper est in dubiis recte, ac inter bona & mala ubique dividendum justè, sive inter utraque foris, sive intus inter corpus & animam, sive inter opera & mores, sive inter curam & quietem, sive inter publica & secreta. Mala itaque cavenda sunt similiter, superbia, invidia, mendacium, corruptel, impietas, mala morum, transgressio, gula, fornicatio, cupiditas, ira, tristitia, instabilitas, vana gloria, elatio, detractione. Bona quoque virtutum sectanda sunt; humilitas, benignitas, puritas, obedientia, abstinentia, castitas, patientia, letitia, stabilitas, fervor, impigratia, vigilancia, taciturnitas: quae per fortitudinem sufferentem, & temperantiam moderantem, quasi in quadam ponderatrici discretionis statera statuenda in actu sunt operis affluti, pro captu conatus nostri sufficientia ubique querentibus. Nam cui sufficientia non sufficient, excessisse discretionis modum nulli dubium est: & quidquid ipsum modum excederit, vitium esse manifestum est. Igitur inter parvum & nimium rationabilis est in medio mensura, revocans semper ab omni utrinque superfluo, in omni re posita, certum ubique necessitatis procurans, ac irrationabile superfluo voluntatis declinans. Ex hac mensura vetæ discretionis, omnes nostros pondere trutinans justo actus, nequaquam nos deviare à justo permette; neque si illam vice ducis per directum, semper sequarum, errorem pati. Dum enim de utraque parte semper est continendum, iuxta illud dictum: *Continetur vos à dextris & à sinistris: in directum semper per discretionem tendendum est; id est per lumen Dei, dicentibus sapienti, atque Psalmita victoris versiculum canentes tantibus: Deus meus illumina teuebras meas, quando in te eripiar à tentatione. Tentatio enim iste vita dominis super terram.*

CAP. IX. *De mortificatione.*

**M**AXIMA pars regulæ Monachorum mortificatio est, quibus nimurum per sacram scripturam præcipitur: *Sine confilio nihil facias.* Ergo si nihil sine confilio faciendum, totum per confilium est interrogandum: inde etiam per Moyensem præcipitur: *Interroga patrem tuum, & amanuicior tibi; maiores tuos, & dicent tibi.*

Sed licet duris dura videatur hæc disciplina, ut felicit homo semper de ore pendeat alterius; cæteris tamen Deum timentibus dulcis ac secura inveniatur, si ex integro, & non ex parte conservetur, quia nihil dulciss est conscientia securitate, & nihil securius est animi imputante, quam nullus sibi ipsi per se potest tradere, quia propriæ aliorum est examinari. Hoc namque defendit à timore judicij, quod jam examinaverit judicantis censura, cui alieni ponderis imponitur moles, & totum portat quod fulcitur, periculum, *Majus enim, ut scriptum est, periculum judicantis, quam ejus, qui judicatur.* Quicunque itaque semper interrogaverit, si servaverit, numquam errabit. Quia si alterius erraverit responsum, fides credentis, & labor obedientis non errabunt, neque mercede interrogantis carebunt. Nam si per se aliiquid discuterit, qui debuit interrogare, in hoc ipso arguitur errasse, quod judicare prælumpfit, qui interrogare debuit; & si rectum fuerit, pravum illi reputabitur, dum per hoc à recto declinavit, quia nihil audet per se judicare, cuius officium est tantum obedire. Cum igitur hæc ita sint, cavenda ubique est Monachis superba libertas, ac vera humilitas, discenda, sine murmuratione & hesitatione obedientibus: quo juxta Domini verbum, jugum Christi suave, & onus ejus leve sentiant, *Matt. 11.* alioquin donec Christi humilitatem discant, suavitatem jugi ejus, & oneris illius levitatem non sentient. Humilitas enim cordis, requies animæ est vitiis ac laboribus fatigata, ac unicum illius de tot malis refrigerium: & quantum ad hanc considerationem tutæ de tantis foris vagis ac vanis attrahatur, tantum intus requiescit ac refrigeratur; ita ut etiam amara illi sint dulcia, ac dura & ardua ante habita, plana ac facilis esse sentiat. Mortificatio quoque, superbis ac duris intolerabilis, illi est consolatio, cui hoc solum placet, quod humile ac mansuetum est. Scendum autem est; quod neque hanc Martyrii felicitatem, neque aliud quid utile superveniens poterit perfectè complere quis, nisi qui in hoc studiū singulare posuerit, ut non inventiar imperatus. Si enim juxta hoc studiū suas aliquas sectari aut nutrire voluerit intentiones, continuo interpolitorum occupatione detentus, turbatus totus sequi, quo juslio ducit, gratus semper non poterit; neque ut cognitè completere potest, qui turbulentus est & ingratus. Mortificationis igitur triplex est ratio; non animo discordare, non lingua libita loqui, non ire quoquam absolutè. Suum semper est dicere seni, quam-

Marc. 26. quamvis contraria jubenti, *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*: iuxta exemplum Salvatoris, qui ait: *Descenti de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eis qui misere me Patria.*

Usque hic manuscripti codices & exemplarum Sancti Galli: Bobiensis autem hoc loco ancillis iustitia subiungit.

*De perfectione Monaci.*

**M**ONACHUS in Monasterio vivat sub unius disciplina Patris, confortio- que multorum, ut ab alio dicas humilitatem, ab alio patientiam: unus eum

silentium, alter doceat mansuetudinem: non faciat quod vult, comedat quod ju- betur, habeat quantum accepit, ope- ris sui pensum perfolvat, subiiciatur cul non vult, laetus ad stratum veniat, am- bulansque dormitet, neendum expleto somno surgere compellatur; passus in- juriam, taceat; Præpositum Monasterii timeat, ut dominum, diligat ut parentem: credat sibi hoc esse salutare quid- quid ille præcepit, nec de majorum sententia judicet, cuius officium est, obe- dire, & implere quæ iusta sunt, dicente Moyse: *Adi Israæl, & reliqua.*

*Explicit.*

## INCIPIT POENITENTIALIS EJUSDEM.

CAP. x. *De diversitate culparum.*

**D**IVERSITAS culparum diversitatis pe- nitentie medicamento sanari debet. Itaque fratres hujusmodi statutum est à sanctis Patribus, ut demus confessio- nem de omnibus, non solum capitalibus cri- minibus, sed etiam de majoribus negli- gentiis: quia confessio & penitentia de morte liberat. Ergo nec ipsa parva à confessio fuit negligenda peccata: quia ut scriptum est: *Qui pars negligit, pa- latum deficit*; ut detur confessio ante men- sam, ante introitum lectulorum, vel ubique fuerit facile dare.

Igitur qui non custodierit benedictio- nem ad mensam, & non responderit, Amen, sex percusionibus emendare fla- tuitur. Si locutus fuerit comedens, non necessitate alterius fratri, sex per- cussionibus. Qui dixerit suum proprium aliquid, sex percusionibus: & qui non signaverit cochlearie quod lambit, sex percusionibus. Si locutus fuerit in plau- su, id est, altiore sono folito, sex per- cussionibus. Si non signatur lucerna, hoc est, cum accentu fuerit à juniori fra- tre, & non exhibeat ad seniorem ad signandum, sex percusionibus. Si ali- quod opus vanum fecerit, sex percus- sionibus emendetur.

Quicunque de fratribus, cui soliditu- do equinandi vel ministrandi commissa est, quantumquid effuderit, oratione in Ecclesia post expletum cursum, ita ut fratres pro eo orent, emendari statu- tur. Qui humiliationem in synaxi, id est, in cursu obitus fuerit, hac est humiliatio in Ecclesia post finem cujus- cunque Psalmi; similiter prenitem: si- mili modo qui perdididerit micas, oratione in Ecclesia emendetur. Ita tamen haec parva penitentia ei indicetur, si

parvum quid effuderit: si negligentia, aut obliuione, seu transgressione securi- tatis tam in liquidis quam in aridis ar- plus solito perdididerit, longa venia in Ecclesia, dum duodecim Psalms ad duodecim canunt, prostratus nullum membrum movens prenitem. Vel certè, si multum est quod effudi, quadrangulo de cervisia, aut mensuras qualiumcunque rerum intercedente negligentia effundens perdidit, sub putatis tot diebus illo quod in sumptu propriis vita accipere confueverat, sibi eam perdidisse sciat, ut pro cervisia aquam bibat. Diffuso supra mensam, incidente extra eam, ve- niam in discebuto sufficeret.

Qui egrediens dominum ad orationem poscendam non se humiliaverit, & post acceptam benedictionem non se signaverit, erucem non adierit, duodecim percus- sionibus emendari statutur. Similiter qui orationem ante opus, aut post opus obli- tis fuerit, duodecim percusionibus. Et qui comederit sine benedictione, duode- cim percusionibus: & qui regrediens dominum orationem petens non se curva- verit intra dominum, duodecim percus- sionibus emendetur. Qui vero frater haec omnia confessus fuerit, & catena usque ad suppunctionem semipenitentia, id est, media penitentia, & de his similia sit temperare.

Interim qui tussim in exordio Psalmi non bene caverit, sex percusionibus emendari statutur: similiter qui percus- serit dentibus calicem salutaris, sex per- cusionibus. Ordinem sacrificii qui non custodierit ad offerendum, sex percus- sionibus. Sacerdos offerens qui ungulas non demperit, & Diaconus cui barba tonsa non fuerit: de rastro sacrificium accipientes, ad calicem accedentes, sex percusionibus. Et qui subridens in synaxi, id

Id est, in cursu, sex percussionibus: si in sonum risus eruperit, suppositione; nisi veniabiliter contigerit. Sacerdos offerens, & diaconus sacrificium custodiens debent cavere ne vagis oculis obterent: quod si neglexerint, sex percussionibus emendari.

Qui oblitus fuerit chrismale, pergens procul ad opus aliud, quinis quinque percussionibus. Si super terram in agro dimiserit, & invenerit statim, denis quinque percussionibus: si in ligno illud levaverit, ter denis: si ibi maneat nocte, suppositione. Eulogias immunndus accipiens, duodecim percussionibus: obliviscens oblationem facere, usque dum eat ad offendum, centum percussionibus. Fabulas otiosas profert ad alienum, statim semetipsum reprehendens, venia tantum: si autem se non reprehenderit, sed detractaverit, qualiter eas excusare debet, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus. Excusationem proferens cum simplicitate, quando in aliquo discutitur, & non dicit statim veniam petens, mea culpa, premit me, quinquaginta percussionibus. Consilium contra consilium cum simplicitate promens, quinquaginta percussionibus. Qui altare conculerit, quinquaginta percussionibus. Proferens sermonem alium sine suppressione, nisi ubi necessitas fuerit, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus: excusans ad veniam, quinquaginta percussionibus.

Qui fratri aliiquid indicavit respondebit: non ita est ut dieis, præter senioribus junioribus dicentes simpliciter, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus. Nisi hoc tantum licet coquali fratri suo, si veracius est aliiquid quam ille dicit, & recordatur: si bene recolis frater: & alter hoc audiens non affirmet sermonem suum, sed humiliter dicat: spero quod tu melius recorderis; ego per obliuionem in verbo excessi: premit me quod male dixi. Ecce verba filiorum Dei: *Nihil per contentionem, ut ait Apostolus, neque per inanem gloriam, sed per humilitatem spiritus, alter alterum exigit, natus superiorum filii.* Ceterum qui se excusaverit, non filius Dei spiritualis, sed Adam carnalis judicetur. Qui si non cito ad portum requie humilitatis Dominicæ confugerit, nimiarum contradictionum aditum aliis aperiens, in superbia persistens, de libertate sanctæ Ecclesiæ in cellula ob penitentiam agendum separetur; usque dum bona ejus voluntas cognoscatur, atque per humilitatem deo sanctæ Congregationi inferatur. Qui profert sermonem vel modicum ad

reprehendendii opus ostiarum; aut ostiarus si horum bene non custodierit, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus.

Proferens correctionem contra correctionem; hoc est, castigans castigantem se, tribus suppositionibus. Et qui abscondit aliud crimen videns in fratre suo, usque dum corrigitur de alio viatio, vel de ipso, & tunc profert illud aduersus fratrem, tribus suppositionibus. Reprehendens aliorum fratrum opera, aut detractans, tribus suppositionibus. Qui detrahit alicui fratri, aut audit detrahentem, non continuo corrigit eum, tribus suppositionibus. Qui aliquam contentionem cum tristitia promit, simili modo tribus suppositionibus peniteat. Qui aliud reprehendens Præposito suo non vult indicari, usque dum Abbat indicet, tribus suppositionibus; nisi haec omnia confessione verecunda fiant. Si quis frater tristis fuerit, si fieri potest, consilacionem accipiat: si sustinet valet, supprimat interim confessionem, ut verecundius dicat, quando tristitia esfaverit, ore pro eo fratres.

Si quis dicat ad consanguineum suum, sollicitans eum in alio loco habitantem, melius est ut nobiscum habites, aut cum aliquibus, tribus suppositionibus. Et qui vituperat aliquem fratrem obsequium dantem, tribus suppositionibus. Qui consanguineum docet aliquam dilectionem artem, aut aliud quidlibet à senioribus impositum, ut melius lectio- nem dicas, tribus suppositionibus.

Qui ad Præpositum audet dicere: Tu non iudicabis causam meam, sed noster Abbas, aut ceteri fratres; sive ad Abbatem ibimus omnes, quadranginta diebus castigari oportet in poenitentia in pane & aqua: nisi ipse dicat prostratus coram fratribus, penitet me, quia male dixi. Frater quilibet in aliquo opere detentus quantum fatigatus sit, Ita tamen ad economum dicat in propria causa: Si tibi placet dicam ad Abbatem, si autem non dicam: in alterius causa: Si tu iteras, non tibi difficile videatur, si forte ad Abbatem dicam; ut obedientia custodiatur.

Qui non reportat quod commodat usque in craftinum; si ipse reportat recordatus, sex percussionibus: si oblitus fuerit usque dum queratur, duodecim. Si quis oblitus fuerit interrogare debitum penitentia usque in craftinum, sex percussionibus. Qui murmurat, aut dicit: Non faciam nisi dicat Abbas, vel secundus, tribus suppositionibus. Cursus non necessarius, aut saltus, duodecim plagiis. Prohibetur ne quis alterius tecet manum.

Procuret *œconomus* de humanitate advenientibus exhibenda, tam peregrinis, quam reliquis fratribus: & omnes fratres parati sint ad ministrandum cum omni famulatu propter Deum. Quamvis *œconomus* non censuerit, aut praefens non fuerit, ceteri faciant diligenter quod necesse est, & custodiant utensilia eorum, donec affligent ea parata custodi. Sin autem neglexerint, poenitentiam de his, ut videatur, adhiberi ad iudicium Sacerdotis.

Qui non postulat veniam correctus, suppositione. Qui visitaverit alios fratres in cella seorsum sine interrogatione, simili modo poeniteat; aut, in coquina post nonam sine ordinatione vel iustificatione jerit, suppositione: aut extra valsum, id est, extra septuam Monasterii sine interrogatione jerit, suppositione. Juvenibus quibus imponitur terminus, ut non se appellent invicem, si transgressi fuerint, tribus suppositionibus: hoc tancum dicant: Scis quod nobis non licet loqui tecum. Et si quis præcepert ei quod non licet, ipsi dicant; Scis quod nobis non licet. Et si ipse præcepert ultra, ipse damnetur tribus suppositionibus: ipsi tamen dicant; faciemus quod dicis, ut bonum obedientie servetur. Illud vero specialius cavendum est, ut quomodo inter se mutuo non loquuntur, sic nec per os alterius loquantur: quod si scientes transgressi fuerint, simil modo quasi inter se locuti fuissent poeniteant.

Cui chrismale ceciderit, & nihil confingens, duodecim percussionibus. Qui protert sermonem odosum, silencio inter duas horas consequentes condemnari, aut duodecim percussionibus. Poenitentes fratres, quamvis opera difficultia & fôrdia efficiant, non lavent capita, nisi in die Dominica, id est, octava. Sin autem quintodecimo die, aut certe propter fluentium capillorum incrementum, arbitrio senioris unusquisque in lavando utatur. Declinatio de via sine interrogatione aut benedictione, sex percussionibus.

Poenitentias minutas juxta mensam si fecerit Præpositus, mensa imponat: & amplius vigintiquinque percussiones simul non dentur.

Poenitentes fratres, & Indigentes poenitentia Psalmorum, hoc est, cui necesse fuerit, ut Psalmos adhuc pro visione nocturna decantet: quia pro illusione diabolica, ac pro modo visionis, alii vigintiquatuor Psalmos in ordine, alii quindecim alii duodecim indigentes poenitentia Psalmos decantate debent. Quamvis ergo in

nocte Dominica, & in tempore quinquagesima poenitentes genua flecent.

Si cui injunxerit Abbas aut Præpositus de fratribus iter agere, ita observandum est, ut seniori junior obediat: si tamen rectum fuerit, quod eis indicaverit observare studeat. Si quid præcepert Abbas vel *œconomus* major, & alius humilior iteraverit *œconomus*, ipse obediens debet; indicans tamen in silentio, quod præcepert alius major. Infra Monasterium verò nullus tamen alio imperio præcellente imperer, nisi qui præest.

Ab initio diei usque noctem commutatio vestimenta, & altera in nocte interrogantur separatum. Qui ministrat in die Dominica, aut in aliis solemnibus, ad lavacrum, aut ad quamcumque necessitatem, una oratione ante exitum & introitum egit: interrogat tamen, si non procul exeat, signo crucis indiget. Quamvis ambulans signet se, non est autem necesse ad orientem se vertere. Exiens autem extra domum quilibet sellinans & se sigillans, non egit ad orientem conversione. Ita & in ambulando conveniens quidquam faciat, si festinet, postulans orationem, & se humilians in domo, in qua non congrua hat genuflexio, curvatio tantum flauerit. Si quis voluerit, in die Sabbati præparat oblationem Dominicæ, consummato lavacro communicare Sacerdotes, si faciliter fuerit: Diacones autem, aut ante præceptum, aut post præceptum ministerium opportunitum perficiunt.

Si quis viderit somnum immundum, aut coquinatus fuerit, aut poenitens, quando detur præceptum, flare præcipitur. In magnis autem solemnitatibus, quando audiunt sonum, sedere: in quotidiano præcepto, penè mediante jubetur sedere. Deinde sonum omnes audientes ad synaxis incitantem dici conventus lavent ante Oratoriū introitū, nisi prius laverint.

Primarius ut primus pallat statuetur, & secundus; & non fleatur genu, sed tantum curvatio fiat. Ordines qui prioris, in medio fane Oratoriū: ceteri dextra levaque assitant, præter offerentem, eidemque adhaerentem. In omnique Dominicā solemnitate Hymnus diei cantetur Dominicī, & in die inchoante Paschæ. Aut qui ad altare inchoaverit, inter sacrificium accepturus ter se humiliet. Er novi, quia indoliti, & quicunque fuerint tales, ad calicem non accedant; & quando offertur oblatio, nullus cogatur coactus accipere sacrificium, præter necessitatem. In omnique Dominicā die & solemnitate, qui non fuerit in cœtu fratrum ad Dominum fundentium

tium preces, oret ipse aliqua necessitate cogente; & quandiu offeratur, non multum discurratur: Penitens quoque necessitate itineris occupatus, ambulans que cum ceteris utentibus licito cibis, si advenerit hora tertia, & longè proficetur, accipiat & ipse quiddam cibi pro modo quodam, & quod ei defuerit accipiat ubi quiescat.

In confune autem omnes fratres omnibus noctibus tempore orationum in fine omnium Psalmorum genua in oratione, si non infirmitas corporis hoc fecerit, flerce a quo animo debent sub silentio dicentes: *Domi nus in adjutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina.* Quem versiculum postquam ter in oratione tate decantaverint, aequaliter à electione orationis furgant, exceptis diebus Dominicis, & à die primo sancti Pascha usque ad Quinquagatinum diem; in quibus moderatè le in tempore psalmodie humilantes, genua non levantes sedulo Deum orient.

Si quis frater Inobediens fuerit, duos dies unum paximatum & aquam. Si quis dicat: non faciam, duos dies unum paximatum & aquam. Si quis murmurat, duos dies unum paximatum & aquam. Si quis veniam non petit, aut dicit exculpationem, duos dies unum paximatum & aquam. Si duo fratres contendentes aliquid & ad fuorem venientes, duos dies unum paximatum & aquam. Si aliquis contendens mendacium & distinctionem confirmat, duos dies unum paximatum & aquam. Si quis contradicit fratri, & non petit ei veniam, duos dies unum paximatum & aquam. Si quis contradicit mandatum, aut Regulam frangit, duos dies unum paximatum. Si quis injungit ei opus, & negligenter facit, duos dies unum paximatum. Si quis detraxerit Abbatem suum, septem dies unum paximatum; si fratrem suum, viginti quatuor Psalmos: si secularem, duodecim Psalmos.

Si quis obliviscitur aliquid foras, si minus, duodecim Psalmos; si majus, trintigia Psalmos. Si quis perdiderit, vel deciderit aliquid, sicut premium ejus ita penitentia ejus. Si quis facit colloquium cum seculari fine iussu, viginti quatuor Psalmos. Si quis quando consummaverit opus suum, & aliquid non requirit, & aliquid fine iussione fecerit, viginti quatuor Psalmos cantet.

Si fuerit aliquis bilinguis, & conturbet fratres, duos dies unum paximatum. Si quis manducaverit in domo aliena sine iussu, & venerit domui suæ, uno die paximatum. Si quis enarraverit præteritum peccatum, uno die paximatum.

*Ced. Regul. Tom. I.*

Vel qui ambulaverit in seculo, & dicit de seculi peccato, uno die in pane & aqua. Et tepidus, qui audierit aliquem murmurantem & detrahentem, aut sufficientem aliquid contra Regulam, & confessit à confessione, uno die paximatum.

Si quis suscitat fuorem fratri suo, & satisfacit ei postea, & ipse non remittit ei, sed dimittit suo seniori, viginti quatuor Psalmos, & illo die in pane & aqua. Si quid voluerit aliquis, & prohibet teconomus, & jubet Abbas, quinque dies. Si quis non venerit ad orationem supra meniam & post cibum, duodecim Psalmos cantet. Si quis dormierit cum oratu, si frequens, duodecim Psalmos cantet; si non frequens, sex Psalmos. Si quis non dicit, Amen, trintigia verbora. Si transgressus fuerit horam, duodecim Psalmos; si Canticum graduuum, nisi matutina hyems, duodecim Psalmos. Et qui non audierit sonitus orationis, duodecim Psalmos. Si quis veniat ad sacrificium cum Nocturno cingulo, vel teste circa eum, duodecim Psalmos.

Si quis ante horam nonam quartam sextaque feria manducat, nisi infirmus, duos dies in pane & aqua vivat. Si quis dixerit mendacium nesciens, quinquaginta verbera: si sciens & audax, in pane & aqua. Si denegatur mendacium ejus, & ille contendit, septem dies in pane & aqua. Si quis Monachus dormierit in una domo cum muliere, tres dies in pane & aqua: si nescivit quod non debet, uno die.

Si quis non claudit Ecclesiam, duodecim Psalmos. Si quis emitit spuma, & contingit altare, viginti quatuor Psalmos: si parietem attingit, sex. Si quis obliuiscitur psallendo, seu Lectiones, quatuor Psalmos. Si quis tardius veniat ad orationem, quinquaginta, vel plagiis quinquaginta: vel si legnus excutitur quod jubetur ei, quinquaginta. Si post pacem sonaverit, quinquaginta. Si contumaci responderit, quinquaginta.

Si veniat velato capite in domo, quinquaginta verbora. Si non petit orationem cum intrat in domum, quinquaginta. Si mangiatur sine oratione, quinquaginta. Si locutus est aliquid in ore suo, quinquaginta. Si sonum fecerit dum oratur, quinquaginta verbera. Si quis irascundiam, vel tristitiam, vel invidiam tenet contra fratrem suum; ut tempus tenuerit, ita erit penitentia ejus in pane & aqua; si vero prima die confessus fuerit, viginti quatuor Psalmos.

Quicunque sacrificium perdiditerit, & nescit ubi sit, anno penitentia. Qui negat

gligentiam fecerit erga sacrificium, ut siccetur, & a vermis consumatur, ita ut ad nihilum devenierit; dimidio anno peniteat. Qui negligentiam erga sacrificium incurrit, ut inveniatur vermis in eo, & tamen plenum sit, igne comburat juxta altare, & absondat cinerem ejus intra sub altare, & ipse peniteat quadraginta diebus. Qui negligit sacrificium, & immutatum fuerit, & panis amiserit saporem; si rubro colore, viginti dies peniteat; si Hyacinthino, quindecim dies peniteat. Si autem non immutatum fuerit colore, sed conglutinatum, septem dies peniteat. Qui autem merget sacrificium, continuo bibet aquam. Qui in chrismale fuderit, sacrificium comedat. Si de cymba, vel de ponre, seu de ligno ceciderit, & non per negligentiam, sed casu aliquo, unodie peniteat.

Qui scit fratrem suum peccare peccatum ad mortem, & noo arguit eum, legis Evangelii transgressor notetur, donec arguat eum, cuius malum reticuit, & fateatur Sacerdoti; ut quandiu conscientia mala reticuit, tamdiu in afflictione peniteat. Qui parvum peccatum reticuit, similiter correptione, non eadem afflictione peniteat, sed plagis triginta, aut quindecim Psalmos canat. Si de reliquo spemens minima neglexerit, in pane & aqua peniteat ut peccans juxta mandarum Domini corripiatur. Qui vero arguit non leniter, notetur, donec petat veniam a fratre correpto, & plagiis triginta, aut quindecim Psalmos. Qui peccatum pudendum alicui exprobaret, priusquam inter se & ipsum solum arguat, sicut Dominus dicit, corripiatur donec exprobato satisfacta, & tribus diebus in pane & aqua peniteat.

Qui transgreditur Regulam iussionalis vel disciplina generalis, maneat expulsus sine cibo, ut in castitatem recipiatur. Qui solus cum sola feminâ sine personis certis familiariter loquitur, maneat sine cibo, vel duobus diebus in pane & aqua, vel ducentis plagiis. Qui presumit facere ambasciam, non permittente eo qui praest, liberis & effrenata processione absque necessitate, quinquaginta plagiis inhibeatur. Operis peculiaris presumptio centum plagiis: possesso alicujus rei, quam non necessitas generaliter fratribus concessit, amissione ejusdem, & centum plagiis coeteratur. Necessarium verò ac licitum aliquid faceré, dare, accipere sine iussione, duodecim plagiis: nisi ratio aliqua defendat, ut supplex satisfactio remittat.

Qui comedens loquitur, sex plagiis. Et cujus vox obstrebit de monia ad

mensam, sex plagiis. Si de domo fors, vel de foris in domum sonuerit, duodecim plagiis. Egressi vel ingredi in domum, aut opus facere sine oratione & signo crucis, duodecim plagiis. Si alter fuerit, quinque plagiis. Meum vel tuum dixisse, sex plagiis. Verbū contra verbum simpliciter dictum, sex percussibus: si ex contentione, centum plagiis, vel suppositione silentii. Si ordinem pfallendi non servaverit, sex percussibus. Si statuto tempore taciturnitatis loqui presumperit, sine necessitate, decem & septem plagiis.

Si quis de supellecie Monasterii per contemptum amisericordie, vel dislipaverit quid, proprio furore & operis adjectione restituat, vel pro astimatione, arbitrio Sacerdotis, suppositione peniteat, aut uno die in pane & aqua. Si non contemptu; sed casu aliquo amiserit, aut fregerit, non alter negligenter suam quam publica diluat penitentia; cunctis in synaxi fratribus congregari tamdiu prolixius in tertiam veniam postulabit, donec orationum confummetur solemnitas; impetraturus eam, cum iussus fuerit Abbatis iudicio de solo surgere. Eodem modo satisfacta, quisquis ad orationem vel opus aliquod accessitus tardius occurrerit.

Si decantans Psalmum titubaverit; si superfluo sit durus; si confractus responderit, suppositione. Si negligentius obsequi injuncta impleverit, suppositione. Si vel leviter murmuraverit, suppositione. Si lectio operi obedientiæ præferens, suppositione. Si officia statuta legnius fuerit executus, suppositione. Si dimissa synaxi non continuo ad cellam recurrerit, suppositione. Si cum aliquo ad modicum subtiliterit, suppositione. Si ad modicum temporis uspiam fecesserit, suppositione. Si cum illo, qui cellæ fuz cohabitor non est, confabulari quantumcumque præsumperit; suppositione. Si alterius tenuerit manum, suppositione. Si oraverit cum illo qui est ab oratione suspenitus, suppositione.

Si parentum quæpiam vel amicorum fæcularium viderit, vel collocutus fuerit ei sine iussione; si Episcopum cuiuscumque suscepit, si tribuere præsumperit sine suo Abbe, suppositione. Si impediatur aliquem à necessarii facti expletione, suppositione. Si per ardorem legitimum religiosis excesserit modum, suppositione. Si alium serventer à legitimo facto retinere reponit sibi gratia præsumperit, suppositione.

Hucus-

Hucusque & in similibus commissis procedit animadversio spiritalis, ut interpreatio quae fit à pluribus, peccanti proficiat ad salutem, & de cætero cautior & diligentior emendatione morum Deo proprio salvatus existat.

Qui autem ritam commiserit, septem diebus péniteat. Qui verò suum Praesepitum despicerit, aut Regiam blasphemaverit, foras repellendum est, nisi ipse dicat: pénitet me quod dixi. Si autem se non humiliaverit, quadraginta diebus péniteat; quia superbie morbo detinetur. Verboſus taciturnitate damnandus est, inquietus mansuetudine, gulosus jejuno, somnolentus vigilia, superbus carcere, destitutor repulsiōne. Unusquisque juxta quod meretur coqualia sentiat, ut justus justè vivat. Amen.

In omni loco & opere silentii regula magnopere custodiri censetur; ut omni, quantum valuerit humana fragilitas, quæ prona ad vitia, unde precipitare solet, mundetur vitio, adiunctionemque potius proximorum, pro quibus Salvator noster Iesus sanctum effudit sanguinem, quam diacerationem absentium in pectore conceptam, & otiosa passim verba de quibus iusto fumus rationem retributori reddituri, ore promamus.

Hic superum volentibus carpare iter tendens alti ad fastigia summa, reliquaque humo cum flagitiis, ultro ambientibus uni adhærete Deo hanc in tellurem misso, statuimus; qui immortalia nimur sum pœmias accepturi, cum gaudio summo nunquam decadente in ævum.

*Explicit Regula Canobialis S. Columbani Abbatis.*

## REGULA TARNATENSIS MONASTERII.

### DE TARNATENSI MONASTERIO EJUSQUE REGULA TESTIMONIA.

JOS. SIMLER. *descript. Vallefæ lib. I.*

*Sub Ogdouro ad sinistram Rhodani bi vicii sequuntur, Juviana, Servantia, Veroſa, mox TARNADÆ oppidum. TARNADÆ autem Antoninum secuti oppidum hoc nominamus: veterum plerique AGAUNUM nominarunt. Extant hoc loco vetustissima inscriptiones, quæ antiquitati testimonium peribent. Hoc loco à Maximino Imperatore legio Thebanæ, cuius dux erat Mauritius, propter confessionem nominis Christi casæ est. Ab eorum martyrio annis circiter CCXX. cum locus hic apud Burgundos, qui in his regionibus dominabantur, magna venerationis est, Sigismundus Rex Burgundiorum Maximi Genevensis, Theodori Sedanensis, & aliorum Episcoporum oratione impulsus eodem loco in honorem Martyrum Canobium celebre construxit; oppidum TARNADÆ juxta positum monibus ampliatis Cavobio canjuxit: ab eo tempore TARNADÆ nomina oblitus, & nunc vulgo ad S. MAURITIUM nuncupatur.*

MARIUS Ep. Aventicen. Chron. ad an. Christi dxv.

*Florenſio & Ambroſio Consulibus Monasterium ACAUNO à Rege Sigismundo conſtructum est.*

*Regulam vero TARNATENSEM ſepiffimè citat S. BENEDICTUS Anianensis Abbas in Concordia Regularum, & SMARAGDUS in Comment. ad Regulam S. Benedicti; item TRITHEMIUS lib. de prop. Monachorum cap. 5.*



## Observatio critica in Regulam sequentem.

Hac praestante Regula scripta est pro Monachis in monasterio Tarnateni fratre Tarnadensi habitantibus, circa cuius situm inter eruditos hanc minima est discussio; nam Mabillonius in Annalibus Benedictinis existimat; hoc monasterium non differre a Prioratu Ternanensi aut Tarnayensi, inter Lugdunum & Viennam situm: dum ex Simlero citato, alioquin magni nominis Historici constet, illud juxta Rhodanum fuisse possum. In confessio enim est, Tarnatæ oppidum sub Octoduro ad finijsram Rhodani aliquando extitisse fatis celebre, ab antiquis Agaumum nominatum, ob ejusdem nominis rupem, in cuius radicibus extrahunt erat. Hinc monasterium nominetur aliquando Tarnatenle, aliquando Augiensis, & Iosephus Coenobium S. Mauritii appellatur, ob patrocinium illius S. Martyris, cuius sacro nomini & illud dicatum erat; nam in hoc ipso loco S. Mauritius, Thebaæ legonis dux, cum suis milittibus a Maximino Imperatore martyrium positus est, in cuius igitur sacram memoriam, ad instantiam quorundam piorum Episcoporum, Sigismundus Burgundiorum Rex hoc monasterium erexit circa annum LXV., prout allata testimonia perbent. Regula ergo hac forsitan non nisi LXX. annis facilius sexti literis mandata fuit; existimat enim Calmetus, TARNATENSES Monachos hanc Regulam compilasse, secundum suadentes confutantes in monasterio iam usitatas, atque ejus aut borem sive compilatorem vixisse circa finem seculi sexti, iusto eodem esse, qui S. Lugendi vitam scriptis, mandante S. Marino Lirinensis Abbe. Nec quialem admirari debemus, quod hoc monasterium gubernatum fuerit ab initio absque aliqua Regula scripta, nam hoc primis monastica vita facilius communie fuit, quod Monaci viva voce & exemplo Abbatis & Patris monasterii gubernarentur, quemadmodum de Lirinensi in Gallo, Hyensi apud bodiernos Scotos & Landesfarnensi in Northumbria aperte constat. Inter ea bac Tarnatenis disciplina, saltem quoad perpetuam in choro psalmum, etiam ad alia Gallicana canobia transiit, præstertim postquam S. Apollinaris, Tullenensis Abbas, hujus monasterii curam suscepit circa annum DLXXXIX. prout ex Fredegario ad annum XXIV. Guatramus disciplinam. Nec sane magna refert, quod Eminentissimus Norifus in sua Pelagiiana barefis historia existimat, quadam bujus Regula capitulo cum ipsa S. Augustini Regula pro Virginibus scripta magnam habere connexionem, cum illis temporibus tanta extiterit ubique vita monastica unita, ut diversa scripta Regula in principiis materia non different, sed solam ab invicem discreparent in aliquibus ritibus & ceremoniis cuiuslibet loco & communitatibus propriis. Hinc, nobiliores scriptores, immo ipse laudatus Norifus, agnoscunt hanc Tarnatenis monasterii Regulam XXIII. capitulis constantem nunquam pro Canonis Regularibus compositam fuisse, sed solam Monachis adaptatam; nondum enim tales Canonici in Ecclesia exorti sunt.

INCIPIT REGULA  
MONASTERII TARNATENSIS.

## CAPUT PRIMUM.

**S**i quis fidei ardore succensus, renuntians seculo, Monasterium magna dispositione elegerit expetendum, novitatem ejus non confestim licentia tribuatur intrandi; sed primum studiosius indagetur, utrum voluntarie, an necessitate aliqua coactus advenerit; sive si nulla servitutis conditione obnoxius teneatur. Quod cum ad Abbatis notitiam Præposito nuntiante pervenerit, unde senioribus deputatus tamdiu jubeatur adventientibus deservire, quoisque deo-  
vicio ejus fuerit patientia teste demon-  
strata. Sequitur, ut informetur disci-

plinis regularibus, & quæ facere debeat, quibusque cum conveniat servire cognoscatur: deinceps omnis Regulæ constitutio retegatur, & ad comprobandom obedientiam ejus, dura ei & aspera praecipita mandentur, nihil in proprietate de his quæ secum exhibuit habentur. Sed si ejus vorum tale est, ut quæ sua Monasterii usibus conferre desideret, oblationem ejus ad integrum devotio sincera commendet, & super altare statuat; unde reposci aliquid sacrilegium judicatur. Si pecora cujuslibet generis ad Monasterium commigraturus adduxerit, ab Abbatie pretium consequatur; cui de eodem pretio facienda quod voluerit, non

Col. 3.

non negetur. Quæ si Abbas noluerit compare, cui voluerit vendere permittatur; aut quod melius est, Preposito vendenda committat: pretium verò ipsum, ut jam dictum est, ab eo cujus res fuerant, dispensetur, dummodo in ejus nihil postestate residet. Nefas est enim ut qui decipulam hujus facili intendit evadere, referret unde eum infestatio diabolica valeat irretire. Clientem verò, & famulum, aut parentem secum exhibens, si postulet in consortio religionis admitti, simili examinatione probatum fratribus conveni aggregari: & qui fuerat ei ante in servitute subjectus, frater est in Domini positus servizio computandus: quia apud Deum, ut Apostolus docet, *nisi est acceptus personarum*. Ille tamen qui de humili conditione est in germanitatis aquilitate suscepimus, non aliquo elationis tumore superbiat; sed per humilitatem in eo quæ bona sunt convalestant: & non solum ei cui equalis effectus est, sed fraternitati omni, ne verus famulus Christi, cum pietate & humilitate deserviat. Quis licet is, qui major esse videbatur in seculo, per humilitatis affectum frater vocatur ex domino; ita ille sui membrorum conditionem suam, non altiora petendo despiciat, sed testimonio humiliatis exaltet, ut apud Deum inventiat gratiam. Et nisi expleto anno nullus mutare habitum permittatur. Sed si poscentis fuerit tanta compunctione, ut hoc sibi supplicatione assida exigat non negari; quod uni fideliter poscenti conceditur, non quasi lictum habeatur. Vestimenta quoque secum delata, quæ primi anni usus non valet expendere, redacta in pretium cui Abbas præcepit, tribuantur: quia cùm alii meruerit indumenta, priores exuviae in sua non erunt potestate, ut exterioris hominis immutatio cum interioris profectu plena ratione conveniat. Nihil de his quæ percepit ei sit licitum commutare: nec pro abjectione villora, nec pro commodo meliora; sed qualiacumque fuerint attributa, cum gratiarum actione suo tantum usui vindicabit.

## C A P U T II.

**N**ULLI liceat sequestratam eligere mansionem, nec armariolum, aut aliiquid simile, quod peculiarium claudi possit, permittatur quasi proprium vindicare. Viam solus, nisi comitatus fratris contubernio, non assumat. Revertentes ea quæ foris agi viderint, referre non audeant, nisi illa tantum quæ adfident audientes. Posito seniore vereatur junior in præsumptionem loquacitatis erumpere: sed, ut sivepē contingit, si sim-

plicioris naturæ fuerit senior, tunc junior quæ ei præcepta fuerint, exequatur. Felicitate qualibet celebrem Monachum, nisi permisum, non licet expetere, quia orantem secretius palam Dominus, Evangelio adspiculante, est *Matt. 6.* pollicitus se auditurum.

## C A P U T III.

**S**I quis verò à fratribus in quocunque negotio ad civitatem, aut ad castellum, sive ad vicum seniore imperante dirigitur, nisi ad illum, quo definitur, non præsumat accedere. Spiritalem se fieri patrem sine Abbatie imperio nullatenus acquisescat; sed si causa tanta necessitatibus exenterit, aut cujuscunque fidelis personæ precibus inclinatus interdicta non valet effugere, quod contradicenti cognoscitur impositum, charitatis oritu est omnimodis admittendum.

## C A P U T IV.

**C**UM extranea moliere collocutiones absque testibus canonum auctoritate legitima prohibentur; matrum etiam & germanarum fabulis eos misceri secretius nullatenus concedatur: ne in ipsa novitate militiz confituros sacerdotali præsumptione subvertant. Et non à majore concessa licentia nullus qualibet parte discedat. Navigium etiam ad ulteriore ripam sine imperio senioris transvehere non præsumat: nec capillos barbamque succidat, aut funiculum vel quolibet aliud facere andeat, nisi hoc relaxatio senioris admittat. Vespertinis & nocturnis horis quibus fratres alii conquiescent, quæ à mansione aut lectulo suo deesse cognoscitur, corripientibus senioribus castringatur: & in ipso quiete positus alter alteri non loquatur.

## C A P U T V.

**Q**Uæcunque opera tardius venerit, exclusus pro reati tanti facinoris confundatur. Pro qualibet etiam culpa quamlibet aspera fuerit increpatione correptus, responderet nefas judicet arguenti; sed humiliando se emendationem delicti doceat fecoturam: quia Deus humiliibus daturum se gratiam repromisit. Cum eo, qui pro admisso culpa ab orationis, vel à mensis consortio removetur, præter eum, qui ejecti fratris amaritudinem doctrinæ & charitatis possit admixtione dulcante, nullus audeat conferre fermōnem.

## CAPUT VI.

**I**N vigiliis, dum lectiones cunctis residentibus releguntur, vel quando orationi incumbant, intrandi aut exequendi facultatem sibi nullus astinet fuisse concessam. Qui vero communis necessitatis causa compellitur, psallentibus alijs sine cuiusquam reatus timore discedat, continuo ad opus quod agitus reverfurus. Et qui alijs orantibus vel psallentibus fabulati presumperit, non solum fraternitati, sed etiam divinitati reum se esse non dubitet. Illud est etiam studendum, ne somnum manus otiosam invitant: atque ideo haec erunt opera in vigiliis facienda, que mentem non occupent, aut gravent operantis auditum; sed que soporis possint repellere torporem. Orationi autem & verbo Dei nihil est preponendum. Dominica vero nocte, pro reverentia Resurrectionis Domini, magna opera conquiescant: quod & certis solemnitatibus convenit observarii.

## CAPUT VII.

**M**EDITANTIBUS etiam fratribus nulli licet rebus se aliis implicare; nec liberum judicet a schola, vel ubi meditantur fratres, discedere. Qui vero in hac presumptione proruperit, excommunicatione, ut dignum est, subjacebit. Cellulam alterius, praeter Abbatem & Praepositum, nisi dato signo est illicitum introire: quia ipsis tantum conceditur fratrum secreta cognoscere, & qualiter se unusquisque agat, occulta inspectio ne perquirere. Et ubi artifices operantur, absque suprascriptis personis, nullus presumat accedere. Advenientibus quoque nihil prixter humilitatem affectum & debitum famulatum junior exhibebit; & curam habere de causa, qua venerit, quandoque reverfurus sit, non presumat: quia hoc seniorum solicitude, non juniorum presumptio, dabit inquirere.

## CAPUT VIII.

**I**NCREPARE junior non audeat seniorem; sed si extra Regulam aliquid fieri, aut factum esse cognoscit, Abbatii est aut Praepositi reservandum; ut correctione Regulari, quod reprehenditur, corrigatur. Quocunque ab aliquo absque testibus admittuntur, si ad Abbatis notitiam pervenerit, secretius emendetur: si omnibus innotuerit, coram omnibus est reus admissi criminis arguendus. Qui cogitationum impugnationes consolationis luce causa secretius confiteatur, non oportet cum despici, nec aliis publicari; sed quantum in se est, blanda exhortatione soveri. Qui aliis secreta meditatione psallentibus inconvenienter fuerit locu-

tus, regulariter arguatur. In quoconque ergo opere aut meditabuntur que sancta sunt, aut certe filebunt. Ad mensam loqui specialiter, nisi qui interrogatus fuerit, non praefuerat. Quod vero necessarium victui fuerit, Praepositum docet agnoscere: & quod secundum coactitudinem deest, lecretus jubeat ministri. Scientes ad mensam lectionem que legitur cum silentio audiant: si vero deiverit persona lectoris, ad instar cibi sanctorum scripturarum meditatio ruminetur: ne escam tantum corpus accipiat, sed & verbo Dei anima paucatur clauriens. Orationibus vacante horis & temporibus institutis; Psalmis & Hymnis cum Dominus exoratur, ea plantentur in corde, que proferuntur in voce. Arator stivam tenens Alleluja cantet; sudans melior Psalmis se avocet; & dum palmitem curvum tondet vinitor falce, aliquid Davidicum canat. Haec sint vestra carmina; haec, ut vulgo ajunt, amatoria cantiones: haec Pastorum sibilis; haec instrumenta culturæ. De his, que hujus seculi homines agunt, nihil curia sit Monachis; sed meditatio cordis eorum in timore Domini sit intenta.

## CAPUT IX.

**O**MNI tempore duabus horis in die spirituali meditationi vacabunt. Aestatis vero tempore matutinis ex more Completis, & Prima dicti, omnes opera que jubentur afflumant. Deinde Tertia celebrata, ad expedienda que suscepta fuerant, revertantur: nec colloquitione quarumcunque fabularum secularium occupentur; nisi forte hoc preferat sermo relatoris, quod animam edificet audiens. A lecta quogno hora usque ad nonam videntur quieti, vel etiam lectioni. Post horam vero nonam, aut in horto, aut ubi poscit utilitas, usque ad horam lucernarii omnes in unum foliatum commadabunt. Hyemis vero tempore, matutinis vel prima transactis, omnibus usque ad tertiam vacare conceditur lectioni. Quia consummata, grantanter quod eis injunctum fuerit, implere festinent, ut jam dictum est, usque ad horam lucernarii. Hi vero qui deputati esse videntur culturæ, hac observatione constringi pro operis assiduitate non possum: sed ut tempus exegerit, aut labor eorum opera injuncta monstraverit, sic consideratione Praepositi gubernentur, binis & ipsi horis lectioni nihilominus vacaturi. Quando menses & vendemias colliguntur, bis in die, id est hora sexta & duodecima, refectionem accipient. Quarta vero vel sexta feria ita moderari opera debent, ut, si fieri potest, statuta jejunia

jejunia non omittant. Sed universa, prout utilitas aut labor exegerit, ita senioris judicio disponantur. Nemo tamen extra Monasterium manducet aut bibat: hoc enim Regule non recipit disciplina, ut vel poma villa refumantur: aquam ipsam ante refractionem legitimam bibere non presumant.

## CAPUT X.

**Q**UANDO panes faciunt, vel in omni ministerio corporali, labore suum matuo relevabunt; & quamlibet cuicunque operi esse videantur intenti, orandi & psallendi tempora non omittant: ut dum eicas eligunt preparare carnales, spiritualiter verbo Dei & bonae conscientiae meditatione pascantur. De quo tamen opere nullum deesse convenit, nisi quem retentas infirmitas; aut quem Prepositus in alia causa praecepit occupari. Ad Cellarium vero talis ordinetur Abbatis iudicio, vel consilio seniorum, non qui voluntates aliorum, sed necessitates omnium cum timore Domini, & fratum dilectione consideret: cui tamen, absente Prapolo, concors obedientia prebeat; & ubi utilitas poposcerit, foliationum non negetur.

## CAPUT XI.

**P**ROVISORES Monasterii tales oportet eligi, vel ordinari, qui alias edificare vite sua probentur exemplo; qui que cleemosynam Monasterio deputata, vel ea quæ à fratribus colliguntur, summa cura pro Domini timore conservent. Quia si creditam sibi famulorum Dei, negligit servare substantiam, sicut ait quidam Patrum, laedit Deum, & dispergens eam, rationem est Domino redditur. Quæ vero ipis fuerint pro Dei amore donata, in oblatione Monasterii adjuncta omni Congregationi proficiant. Qui Apostolicam vitam optamus eligere, cur quasi propria vindicemus, quæ novimus continuo peritura?

## CAPUT XII.

**H**ORTULANUS ita debet constitui, ut & Prepoliti & Cellarii solatio sublevetur. Et quia clerus beneficiis cellarie juvantur expensæ, oportet ut secundum dispensationem Cellaril expendantur pariter & colantur. Ferramenta quoque omnia, & reliqua utensilia ab utraque persona convenient custodiri: ita tamen ut unicuique quod confignatum fuerit, cum diligentia & summa strenuitate custodiat; & nullus de alterius cella quod ad eum non pertinet, sine voluntate ejus in

ejus datum est potestate, presumat auferre. Quod qui facere nelanda auctoritate praesumpserit, quia pro minimis rebus scandala generare non metuit, omni Congregationi reus esse, dum prætermittit Regulam, doceatur. Nec quis sibi diei opus eligit faciendum, quod tamen constare debet in arbitrio senioris, ut quod utile perspexit iudicio suo, imperet faciendum. Nullus murmurando aliiquid faciat, ne quorum sequitur exemplum, consequatur exitum. Nulli licet ad parentes frequentius compare: illi tamen persona, quæ de proximorum salute probatur esse sollicita, certis quibusque temporibus requirendi aditus relaxetur. Quem tamen vehementer cavere decipulam sicculi convenit; ne dum alios purat posse acquirere, se ipsum à Domino faciat alienum.

## CAPUT XIII.

**A**D convivium nuptiale nullus accedit: ne per lasciviam secularium quæ sunt facili recognoscant; & quod absit, ad mundi hujus vitam, eti non corpore, animo revocetur, sicut dixit beatissimus Cyprianus: *Aliorium dux Ephes. 2. videtur, & discitur: Qui joculari aliquid, vel risu aptum in conventu fratrum proferre præsumperit, vel qui cum junioribus verba otiosa narrare voluerit, aut habere amicitias exatis infirmæ, increpationi, ut dignus est, subficebit.* Si quis quilibet lavenerit, inventa non celet, & cognoscenda non occultet. Quod si tepera unius diei spatio convincitur retentasse, furti contagio se maculatum esse cognoscat. Si quis eum, qui distinctionem Monasterii non serens, fugam meditari agnoverit, si non statim prodiderit, perditionis illius participem se esse non dubitet; & tamdiu est à conventu fratrum sequestrandus, quamdiu ille valeat revocari. Si quis haec non omni virtute studuerit Domino placitura servare, & semel ac secundo correpertus non emendaverit, reprehensa iuxta statutis formam convenienti vindicari.

## CAPUT XIV.

**H**Æc sunt quæ in Monasterio constitutis pro Dei amore & timore convenient observare. Propter quod in unum eflis pro timore Domini congregati, oportet ut in domo Domini unanimes habentis, & si vobis anima una, & cor unum in timore Domini pervigilans; nihilque habere vos proprium reputetis, sed sicut vobis cuncta communia, quæ vobis Abbatis imperio dispensentur, non æqualiter omnibus, sed sicut ratio dispensa-

## REGULA

Ad. 4.

spensationis , aut causa infirmitatis exegerit ; unicuique tamen , secundum quod opus fuerit , tribuarur : sicut in Actibus Apostolorum legimus : quia erant illi omnis communia , & distribuebatur unicuique , sicut cuique opus erat . Qui enim aliqua habuerint in seculo , quando expetere Monasterium meruerint , libenter tradant omnibus profutura ; studentes , ut cum dimiserint facultatem , ipsam simul cooccupisendi exuant voluntatem : & cum dimittitur possesso , abiiciatur & passio . Qui autem non habuerint , turpe est ut quartant quae se non recolunt reliquise . Et non ideo alilim le felices , quia invenerunt in Monasterio , quod foris inventire non poterant : nec superbiunt , quod sociantur eis , ad quos ante accedere pro divitiarum ubertate , aut pro natalium splendore non poterant : sed sursum cor habeant , & que sunt caduca vel cursu celeri peccata non querant . Ubi autem divites humilantur , pauperes non inflentur : ne incipiunt Monasteria utilia plus esse divitibus , quam egenis . Nam & illi qui locupletes videbantur in seculo , fratres ad sanctam societatem ex paupertate venientes non fastidiosè suscipiant : sed talium perlustrarunt societate & contubernio gratularentur . Nec ob hoc extollantur , ut ad juvandas fraternitatis expensas quamcumque facultatum suarum particularum contulerint ; & inde postmodum cadiant , unde prius ascendere cupiebant . Quid prodelt opes dispergere , & pauper heri pauperibus erogando , si anima misera superior efficiatur divitias contemendo , quam fuerat possidendo ? Omnes ergo in unanimitate peritantes honorate in vobis Deum , eujus templo ethici meruistis . In primis diligamus Deum tota virtute animi , deinde proximum : illa enim nobis sunt precepta specialiter data . Abbati post Deum impendatur honor , & reverentia reservetur : Preposito , sicut Dei servos decet , plena dilectio & concors obedientia commodeatur .

## CAPUT XV.

**I**N Oratorio prater orandi & psallendi cultum penitus nihil agatur ; ut non mini huic & opera jugiter impensa concordent : ut si aliquis prater constitutas horas Domino supplicatus iugreditur , votum suum occupatio aliena non tardet . Nolite cantare , nisi quod legitis esse cantandum . Carnem vestram mortificante per abstinentiam , domate jejuniis atque vigiliis , animam vero veltram nitore bonae conversationis abluite .

## CAPUT XVI.

**S**i attenuatus abstinentia frater non valuerit jejuna suscepta portare , nisi prandii hora completa , aliquid accipere judicet indecorum . Illi vero qui incommodo detinuntur , & designatas horas non possunt custodiare , licet concedatur ; percipient quando possunt . Nec debet alii molestiam generare , si largior illis fuerit victus impensis , qui in conversione seculari sumptuosius tractabantur ; atque ob hoc non beatiores affliment se videti , quos facit aut natalium mediocritas , aut consuetudo alias fortiores . Nec feliores judicent , quibus infirmitate praeflatur , quod fanis pro observantie rigore subtrahitur : & si eis , quos parentes delicatus aluerint , victus aut vestimenta largius tribuantur , non ob hoc debet commoveri fraternitas , quod fortioribus corpore pro constitutio- ne regulæ denegatur , quod illis charitatis consideratione tribuantur : quia debet esse respectus , quanta amore religiosis contemplantur , cuique se abjectione divina inspiratione submiserint . Nec debet supra memorata presumptio paucis impensis , ab universitate quasi canonica reputari . Eequum namque non est elut in beata habitatione , ubi inclinantur divites , pauperes erigantur . Sanè iniquitate coniuncti , ita sunt tractandi , ut vires , incommoditate confessatae velocius praestatio larga corroborent : nec in infirmitate manentibus discretionem vietus afferat distantia personarum . Qui tamen cum integrum fuerint virtutem corporis affectui , consuetudinariis habentis abstinentias teneantur ; quia decet famulos Dei boni operis consuetudinem non minuere , sed augere .

## CAPUT XVII.

**N**ON sit notabilis habitus vester , nec intendatis vestibus placere , sed moribus . Cum autem proceditis , simul incedite . Cum ad optatum locum , custodiente Domino , perveneritis , in unum fraternitas cuncta subflabit . Inincepsi , in statu , in omni corporis motu nihil indecens videatur , quod intendentes offendat aspectum ; sed illis operam date , que vestrae convenient sanctitati .

## CAPUT XVIII.

**O**CULI vestri , si in quaunque parte porrecti , vultum incurvauerit heminarum , animus tamen Deo deditus nulla concupiscentia macula polluatur . Procedentes ergo , quia non prohibemini ; nec valetis contemplationem effugere siem .

feminarum, appetere tamen, & ab ipsis appeti velle crimen est. Nec solo tactu & affectu, sed aspectu quoque concupiscentia incurritur feminarum: nec statuatis, habere vos oculos pudicos, si geratis animos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Qui autem in feminis libidinis conscientia convertit asperatum, non astmet latere, quod mens peccatis gravata concepit. Sed fac certum esse quod lateat, ut à nullo proflus homine videatur, quid de illo faciet inspectore, quem secreta non fallunt, quem occulta latere non possunt? Ille ergo vir sanctus Deo cimeat displaceare, cui hdelem fumulum se cupit ostendere: cogitet, ne animo suo feminas male placituras infinuet: metuat eum omnia videre, cui humanus actus nihil valet occulere. Illius ergo timor praesens jugiter habeatur, de quo scriptum est: *Abominatus est Dominus degenesis vestrum.* Quando ergo simul estis in Ecclesia, aut in quocunque loco, ubi esse possint presentes & feminæ, singuli de omnibus curam gerentes vestram studiosè pudicitiam custodire. Deus enim qui habitat in vobis, adhibita hujuscemodi follisitudine, vos dignabitur custodire. Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliquo vestrum quis advertierit, statim monete, ut de proximo corrigatur. Nec se putet malevolum, quando hoc indicat; & ideo debet publicari qui ejusmodi est, ne in deterius crescat. Si vero admotus emendare neglexerit, Abbat est indicandum, ut ab ipso emendariorum subeat disciplinam. Si autem nec sic emendaverit, quasi ovis morbida à vestra societate proieciantur, ne exemplo suo alios perdat: ita enim de cupiditatis vitio est inquirendum, ut cum hoc vitio agnoscerit quis laborare, castigetur à plurimis, cum dilectione proximi, & odio vitorum.

## C A P U T X I X.

**Q**ui vero literas vel munuscula cuiuscumque accipere prefumperit, si non statim, à quo accepit, & quia accepit publicaverit, distinctione severissime subjecbit. Illa vero quia transmissa sunt, peregrinis & ignotis deputabuntur, aut certè incendio cremabuntur. Sane si quis suis filiis, vel aliqua ad se necessitudine pertinentibus aliiquid contulerit, in rem communem redactum, cui necessarium fuerit tributur. Si vero cui transmissum est, Abbas præceperit dari, tanquam reliqua fidicium munera cum gratiarum actione percipiet. Observandum est etiam ne interioris anime fortes contrahat vestris mundis nimius appetitus. Quapropter secundum Prepositi sunt ordinationem lavanda.

*Cod. Regul. Tom. I.*

Quæ tam simplici erunt & nativo colore procurandæ, ne disparilis vellum nutrita arroganter vitium: & ira sunt indigentibus tribuendæ, ne vicio avaritiae reservatz, providendis singulis detur auctoritas. Si quis vero his negligenter expetenda putaverit, Præpoliti sit cura, ut interversor rerum Monasterialium corrigitur. Ante omnia procurantes, ut lites nullas habeatis, si autem diabolo infligante facta fuerint, celeri satisfactione sanentur: & inde proferantur remedia, unde facta sunt vulnera: nec occidat sol super Iracundiam vestram. Conscutudinem jurandi abjicite. Sit fer-<sup>Ephes. 4.</sup> mo vester, est est, non non; quia, sicut <sup>Paul. 5.</sup> Dominus ait: *Quod bis abundantius est, & male est.*

## C A P U T X X.

**F**EMINÆ vestrum non frequentent habitaculum, sed cum pro devotione sua, vel pro amore religionis vestra experient Monasterium, non eis concedatur interiores Monasterii januas introire, sed in Oratorio, aut in hospitiali domo reddatur illis honor & gratia: non expectationis causa, sed pro constitutione regulæ, vel Monasterii disciplina.

## C A P U T X X I.

**I**NFERMITATIBUS quoque, vel aliqua iniquitate laborantibus facias fidelis & strenua debet persona preponi; quæ & ægrotis cum pietate servist, & Monasteriale disciplinam regulariter custodiat, & quæ convenienter inibitis, rationabiliter expendat.

## C A P U T X X I I.

**Q**ui cellario vero vel codicibus preponuntur, sine murmuratione serviant fratribus, Codices qui extra horam petierint, non accipiunt; & qui apud se habuerint amplius quam constitutum est, retinere non audeant. Hic in nomine Christi agentes, scitis vos proficere, & cum suavitate & quiete in Monasterio perdurare. Quando autem necessitas disciplinæ in moribus coërcendis dicere vos verba dura compellit, etiam in ipsis modum excellisse vos fortasse sentitis disciplinæ; non à vobis exigitur, ut veniam posuletis: ne apud eos quos oportet esse subjectos, dum nimium fervatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Tamen petenda venia est ab omnium Domino, qui novit etiam eos quos plus justo forte corripit, quanta benevolentia diligatis. Charitas enim, de qua scriptum est, quia non queritur que t. *Cor. 13.*

A 2

fin.

*fus sunt*, etiam h̄c intelligitur custodiri: quia dum alienam nituntur humiliare superbiā, quantum desiderant non possunt humiliari personas. Quia non carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio; & ideō de omnium salute diligētius cogitate: quia de commissis fibi animabus unusquisque redditurus est Domino rationem.

## CAPUT XXIII.

**P**RETOSITO specialiter obediatur, multo magis Abbatī, qui vestrū omnium curam gerit: quia qui illos spernit, spernit eum qui dixit: *Qui vos audis, me audit, qui vos spernit, me spernit.* Ut ergo cuncta ista serventur, & si quid servatum non fuerit, non negligenter prætereat, sed emendandum corrīgendumque curetur, ad Præpositū principē pertinebit; ut ad Abbatem, cuius est apud vos major auctoritas, referat, quod modum vel vires ejus excedit. Ipse vero qui vobis præst, non se extinet potestate dominante, sed charitate ferviente felicem; honore coram vobis prælatus sit, eorum Deo subditus sit pedibus vestris. Circa omnes scipsum bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat

LUC. 17.

inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes: disciplinam libens habeat, metum imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus amari appetat, quam timeri: semper cogitans Deo se pro vobis redditum rationem. Unde vos magis obediendo non solum vestrī, sed etiam Ipsiſ misereſimi; qui inter vos quantum in loco superiori, tantum in periculo majori verſatur.

Donet Dominus ut obſervetis hac omnia cum dilectione tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conveſatione fragrantibus: non sicut servi ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti. Ut autem vos in hoc libello tamquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per oblivionem aliiquid negligatis, femeſ in ſepſimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea que ſcripta ſunt facientes, agite Deo gratias, bonorum omnium largitori: ubi autem fibi qui que vestrū videat aliiquid deciffe, doleat de præterito, caveat de futuro; orans ut debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

*Explicit Regula Tarnatenſis.*

# S. ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI REGULA MONACHORUM.

## DE S. ISIDORO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

MARTYROLOGIUM ROM. prid. Nonas April.

*Hispali in Hispania S. ISIDORI Episcopi, sanctitate & doctrina conspicui; qui zelo Catolicæ fidei, & observantia Ecclesiastica disciplina Hispanias illustravit.*

BRAULIO Cæſaraugustan. Episcopus in prenotazione librorum  
S. Iſidori.

*ISIDORUS vir egregius, Hispalensis Ecclesia Episcopus, Leandri Episcopi successor & germanus, floruit à tempore Mauriti Imperatoris, & Reccoredi Regis: in quo quiddam fibi antiquitas vindicavit, imo nostrum antiquitatis in conscientiam imaginavit: vir in omni eloquitionis genere formatus, ut in perito docto que secundum qualitatem seruans exilleret aptus; congrua vero opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus. Jam vero quantus sapientia fuerit, ex ejus diversis studiis, & elaboratis opusculis perfacile prudens lector intelligere poterit. Denique de iis qua ad notitiam nostram venerunt, illa commemoravi; Monastica Regula librum unum: quem pro patria uero, & invalidorum animis decentissime temperavit, &c. Obiit temporibus Heraclii Imperatoris, & Christianissimi Chililianii Regis, sana doctrina præstantior cunctis, & copiosior operibus charitatis.*

S. BENE-

S. BENEDICTUS Anianensis Abbas in Concordia Regularum, & SMARAGDUS Monachus in Comment. ad Regulam S. Benedicti, ubique hanc S. ISIDORI Regulam citant.

### Observatio critica in Regulari sequentem.

*Auctor hujus Regulae est S. ISIDORUS Hispalensis Episcopus, & S. Leander in Episcopatum successor, ejusque frater uterius, anno DCXXXVI defunctus, & saeculari adscriptus. Sanctissimus enim Episcopus hanc Regularis scriptis videtur ante adeptum Episcopatum, cum a teneris annis monasticae uitae sequitur sit; sed utrum in hoc canobio Honoriacensis tyrocinium pauperit, merito dubitatur: cum ad eisdem Monachos infraeundos Regulari praesentem compoferit XXIII. capitulum comprehensam, atque alias vita monastica normas à SS. Patribus scriptis suis Monachis summopere commendet: prout ex prefatione constat. Et quidem, quamvis modò ignoremus hujus monasterii statum, tamen illud Benedictini institutum imbutum facile supponere possumus; cum Regula S. Benedicti jamadum per S. Emilianum apud Hispanos promulgata fuerit, atque S. Leander eandem amplexus sit. Denique, si bene S. ISIDORI Regulari rite attendamus, tunc & illam ex disciplina Benedictina desumptam agnoscere debemus; nam eodem modò manum laborem, jejuniis, letições, divinum officium, aliisque munera monastica prescribit: vult etiam Monachos in eodem dormitorio paupere, in eadem mensa reficere, atque singulis denit Decimum invigilare mandat. Quia omnia ex Regula S. Benedicti desumpta esse videntur, quam proin suis Monachis observandam propouit, paucis superadditis loco & regioni magis accommodatis. Unde non de sunt Arbores afferentes, utramque Regulari simul in eodem monasterio observata fuisse.*

*Ad Regulari S. ISIDORI addendum est hoc caput XXIV., quod Edmundus Martene in Tomo IX. Anecdotorum eruit ex MS. Ethnonensi ante DCCC. annos exarato:*

### Sententia de Regula Devotarum.

Nemo ad eas vadat visitandas, nisi qui habet ibi matrem, vel sororem, aut filiam, & propinquas, & conflobinas, sive matrem filiorum suorum. Si autem necessitas fuerit, ut videant eas, aut, antequam renunciarent seculo, & intrarent in monasterio, paterna eis deberet auctoritas, aut aliqua caula manifesta est; mittent cum his probata virum etatis ac virtute, videbunt eas, & pariter reverterentur. Nemo vadat ad illas, nisi quos supradiximus. Si eas videre voluerint, primū faciant nuntiari patri monasterii, & ille mittet ad seniores, qui ad monasterium Virginum delegati sunt. Qui occurront eis, & cum ipsis videbunt, quas necesse habuerint, cum omni disciplina & timore Dei. Cumque eas videbint, non eis loquentur de rebus secularibus. Quicunque de his mandatis pretenterit, absque ulla retractatione negligencie atque contemptus ager publicè posnitentiam, ut possidere valeamus regna celorum.

### INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ.

- |   |  |
|---|--|
| 1. De Monasterio.                       | 13. De habitu Monachorum.                      |
| 2. De eligendo Abbatte.                 | 14. De strate, fove de illigentibus nocturnis. |
| 3. De Monachis.                         | 15. De delinquentibus.                         |
| 4. De conversis.                        | 16. De qualitate delictorum.                   |
| 5. De familiaris vita, reique appetitu. | 17. De excommunicatis.                         |
| 6. De opere Monachorum.                 | 18. De rebus Monasterii.                       |
| 7. De pleniendi officio.                | 19. Quid ad quem pertineat.                    |
| 8. De collatione.                       | 20. De infirmis.                               |
| 9. De Cedicibus.                        | 21. De hospitiis.                              |
| 10. De Menstru.                         | 22. De proficiencia,                           |
| 11. De Feris.                           | 23. De defunctis.                              |
| 12. De jejuniis.                        |  |

Explicit Capitula.

Cod. Regul. Tom. I.

A 22

INCIPIT

**INCIPIT PRÆFATIO  
S. ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI  
IN REGULAM MONACHORUM.**

*Sandis fratribus in Cenobio Honoriacensi constitutis  
I S I D O R U S.*

**P**LURA sunt præcepta vel instituta majorum, quæ à sanctis Patribus sparsim prolatæ reperiuntur; quæque etiam nonnulli altius vel obscurius posteritati compoita trididerunt. Ad quorum exemplum nos hæc pauca vobis eligere ausi sumus, usi sermone plebejo vel rustico, ut quam faciliorè intelligatis, quo ordine professionis vestra monachorum retineatis. Præterea quisquis vestrum illam universam veterum disciplinam contendit appetere, pergit in quantum placet, & arduum illum limi-

tem atque angustum levigato cursu incedat. Qui verò tanta iusta priorum expiere nequerit, in hujus limitis disciplinam gressum ponat, neque ultra declinandum studeat: ne dum declinatus appetit inferiora, tam vitam, quam nomen Monachi perdat. Quapropter sicut illa præcepta priorum periculum reddunt ac suuimus; ita facient ista vel ultimum illa custodiant perfecti, ista sequantur post peccatum conversi.

*Explicit Praefatio.*

**INCIPIT REGULA  
S. ISIDORI EPISCOPI.**

**CAP. I. De Monasterio.**

**I**NPRIMIS, fratres charissimi, Monasterium vestrum miram conclave diligentiam habeat, ut firmitatem custodiz munita claustrorum exhibant: inimicus enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circuit ore patenti quarrens unumquemque nostrum, quem devoret. Monasterii autem munitione tantum januam extrinsecus habeat, unumque porticum per quem eatur ad portum. Villa sane longè remota debet esse à Monasterio; ne vicinius posita aut labis inferat periculum, aut famam inficiat dignitatis. Cellula fratibus juxta Ecclesiam constituantur, ut possint properare quantocys ad officium. Locus autem agrotantium remotus erit à Basilica, vel Cellulis fratrum, ut nulla inquietudine, vel clamoribus imperfiantur. Cellarium Monachorum juxta coenaculum esse oportet, ut secus positum fine mora mensis ministerium præbeat. Horculus sane intra Monasterium sit inclusus; quatenus, dum intus Monachi operantur, nulla occasione exterius evagetur.

**CAP. II. De eligendo Abbatem.**

**A**BBAS interea eligendus est institutio ne sanctæ vite duratus, atque insperatus patientia, & humilitatis exper-

tus: quique etiam & per exercitum vitam laboriosam toleravit, ac transconcentem ætatem adolescentiæ, juventutem seu senectutem tetigerit: cui etiam maiores non dedignerunt parere, obedientes ei tam pro ætate, quam etiam pro monachorum probitate. Ipse se imitantum in tunctis operum exemplis exhibebit: neque enim aliquid impetrare cuique illi licebit, quod ipse non fecerit. Singulos autem hortamentis mutuis excitabit: alloquens cunctos, exhortans, vel adiuvans in eis, si quid eorum vita pro unicuiusque gradu prodest perspexit. Circa omnes quoque servans justitiam, contra nullum livore odii inardescens, omnes ex corde amplectens, nullum conversum despiciens, paratus etiam quorundam infirmitati compaticodi misericordiam, Apostolum sequens, qui dicit: *Fadi fratres parvuli in media uerstram* 1. Thes. 6. *tanquam si nutrix foreat pulsa fuit.*

**CAP. III. De Monachis.**

**M**ONACHIS autem summopere studendum est, ut Apostolicam vitam tenentes, sicut in unum constituti esse noscuntur; ita unum cor habeant in Deo: nihil sibi proprium vendicantes, nec quantulumcumque amorem rei privatim gerentes; sed juxta exemplum Apostolicum, omnia <sup>Ad. 4.</sup> communia habentes, in præceptis Christi fidelis.

fideliter permanendo proficiant. Patri honorem debitum referentes; erga seniores obedientiam, erga aequales incitamentum virtutum, erga minores boni exempli magisterium conservabunt. Nemo ceteris se judicet meliorem, sed inferiorem se omnibus deputans, tanta humilitate clarescat, quanto plus ceteris culmine virtutum coruscat. Abstineat etiam à furore, & à detractione. Pareat Monachus linguis. Indecenter quoque vel notabiliter non incedat. Philargyræ contagium ut lethiferam pestem abhorreat: à turpibus verbis vel otiosis lingua avertat; atque indesinenter et mundum labique exhibeat. Affectus quoque animi turpes ab intentione cogitationis abstergat; seque per computationem cordis in studio sancte meditationis exerceat. Torporem somni atque pigritiæ fugiat, vigiliisque & orationibus sine intermissione intendant. Gula concupiscentiam deprimat, atque abstinentia virtutibus semetipsum pro studio dormandarum libidinum affigat, dominans jejunis catenam, quantum valetudo corporis finit. Livore quoque invidie de fraternali profectibus nequaquam tabescat; sed quietus atque pacificus per amorem fraterna dilectionis de cunctorum gaudeat meritis. Iracundia perturbationem & se teiciens, & patienter omnia sustinens, nulla tristitia, nullo temporali moerore afficiatur: sed contra omnia adversa interiori gaudio fretus, ipsam postrem vanæ glorie laudem procul & se abiiciat, & Deo tantum interius humili corde placere studeat: ut dum his virtutibus radiat, merito nomen sua professionis retineat.

#### CAP. IV. *De conversis.*

**Q**ui renuncians seculo ad Monasterium venerit, non statim in euctum delegandus est Monachorum. Vitam enim uniuscujusque in hospitali servitio tribus mensibus considerari oportet & quibus peractis ad euctum sancte Congregacionis accedet: neque enim intus suscipi quemquam convenit, nisi prius foris positus, ejus humilitas, sive patientia comprobetur. Qui relicto seculo ad militiam Christi pia & salubri humilitate convertuntur, omnia sua primum aut indulgentibus dividant, aut Monasterio conferant. Tunc enim servi Christi liberum animum divinæ militiz offerunt, quando à se spei secularis vincula cuncta praecludunt. Qui non rigida intentione convertitur, citio aut superbiz morbo, aut vicio luxurie subditur. Nequaquam ergo debet à tempore inchoare, qui mundo renunciat, ne per ipsum tempore rursum in amorem seculi cadat. Omnis con-

versus non est recipiendus in Monasterio, nisi se prius ibi scriptis suis professionis spoponderit permanentrum. Sicut enim hi qui ad secularem promoventur militiam, in legionem non transiunt, nisi anteas in tabulas conferantur; ita & ii qui in spiritualibus castris celesti militia sunt signandi, nisi prius professione verbi aut scripti teneantur, in numerum societatemque servorum Christi transire non possint. Quicunque à parentibus propriis in Monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuo permanentrum. Nam Anna Samuel puerum natum & ablactatum Deo pietate qua voverat, ob*1. Reg. 11* tulit: quique & in ministerio templi, quo à matre fuerat functus permanuit, & ubi constitutus est, deservivit. Qui in Monasterium prior ingreditur, primus erit in cunctis gradu vel ordine. Nec querendum est si dives sit aut pauper, servus an liber, juvenis an senex, rusticus an eruditus: in Monachis enim nec *etas*, nec conditio queritur, quia inter servi & liberi animam nulla est apud Deum differentia. Quicunque jugo aliena servitius adstrictus est, nisi dominus vincula ejus dissolvet, nequaquam recipiendus est; scriptum est enim: *Quis dimisit inagrum liberum?* & *Vincula ejus quis Job. 39. salvit?* Onager enim liber dimissus, Monachus est, line dominatu & impedimento seculi Deo serviens & à turbis remotus, tunc enim libera servitute Deo quisque famulatur, quando nullius carnalis conditionis pondere premitur: ubi enim jam suave jugum, & leve onus Christi *Matt. 11.* est, durum & grave est portare servitium seculi. Habemus hoc exemplum etiam in lege mundiali, ubi servi non militant, nisi servitute deposita. Si quis vult conjugatus converti ad Monasterium, non est recipiendus, nisi prius à conjugi castimoniam profitente fuerit absoluus: nam si illa, vivente illo, per incontinentiam alteri nupserit, uxor proculdubio adultera erit, nec recipitur apud Deum ejusmodi conversio, quam sequitur conjugalis fidei prostitutio. Tales tunc sine culpa sequuntur relicto seculo Christum, si habeant ex pari voluntate consensum castitatis. Qui aliquid habentes in seculo convertuntur, non extollantur, si de suis facultatibus quocumque Monasterio conculerunt: sed potius timeant, ne per haec in superbiis labantur, & pereant, quibus melius esset, si divitiis suis cum humilitate in seculo petfruerentur, quam ut jam pauperes effecti, de earum distributione elatione superbis extollantur. Hi qui seculi divitias relinquentes conversi sunt, non despiciant eos, qui de paupertate venerunt; quia apud Deum unius ordinis

*t. Cor. 1.*

nis habentur omnes, qui convertuntur ad Christum. Neque enim differt utrum ex inopi, vel servili conditione ad servitium Dei quisque venerit, an ex generosa & locuplete vita. Multi enim ex plebojo censu documentis virtutum eximis existentes, prelatiores nobilibus facti sunt, eosque virtutum excellentia praevenient, & qui erant conditione infimi, virtutis merito effecti sunt primi. Nam propterea *infirmi mundi elegit Deus*, ut confundatur fortia: & *ignobilia mundi*, & ea que non sunt, ut ea que sunt evanescant: ut non gloriatur omnis *cavus in confusione ejus*. Qui ex paupertate ad Monasterium veniant, non extollantur in superbiā; quia se ibi aequales aspiciunt iis, qui aliquid in seculo videbantur: neque enim dignum est, ut ubi divites celitudo depositis faculari ad humiliatem descendunt, ibi pauperes elatione mentis superbi efficiantur: quibus oportet, ut deposita arrogantia humiliter fiantur, suæque paupertatis & inopie memores semper existant.

*Cap. v. De familiaris rei vitaque appetitu.*

**M**ONACHI in communi viventes nihil peculiare sibi facere audeant: neque in suis cellulis quidquam quod ad victum, vel ad quamlibet rem aliam pertineat, sine regulari dispensatione habere vel possidere presumant. In Pentecoste autem, qui est dies remissionis, omnes fratres sub divina professione se alignent nihil peculiare apud conscientiam suam habere. Si quid à parentibus, vel extraneis Monacho collatum fuerit, non erit sub jure privatae rei habendum; sed in potestate Abbatis in commune redatum, cui necesse erit præbeatur. Monachus enim quidquid quomodoconunque acquirit, non sibi, sed Monasterio acquirit. Nullus peculiariter separatam sibi ad habitandum cellulam expetat, in qua privaciam à cœtu remotus vivat, præter eum, qui fortasse morbo, vel etate defessus, hoc ex consilio Patris Monasterii promovererit. Cæteri verò quibus nec languor, nec senectus ineft, in sancta societate communem vitam & conversationem retinebunt. Nullus separatam cellulam, à cœtu remotus sibi expetat, in qua sub studio reclusionis aut infantio, aut latenti vtilio serviat, & maximè vanæ gloria aut mundanis opinionis fama. Nam plerique proinde reclusi latere volunt, ut pateant: ut qui viles erant, aut ignorabantur foris positi, sciantur, atque honorentur inclusi. Nam revera omnis qui propter vitæ quietem à turbis discedit, quanto magis à publico separatur, tanto minus latet. Opor-

tet ergo tales in sancta societate commorari, atque sub testimonio vitam suam transigere: ut si quid in eis vitiorum sit, dum non celatur, curetur: si quid verò virtutum, ad limitamentum proficiat aliorum, dum humilitatis eorum exempla alii contuentes, eruditur. Nullus Monachorum propinquitatis causa terrenis curis se subdat. Sequendum est enim, qui dicit patri suo & matri nescivos; & fratribus suis ignor illos, & nescierunt filios, hi cultodierunt eloquium suum, & precepta servaverunt. Multi enim Monachorum, juxta cujusdam Patris lentitiam, amore parentum secularibus artibus, & forenibus negotiis involuti, dum propinquitati prodeſc cipiunt, suas animas perdidunt. *Nemo t. Tim. si quippe militans Deus impluat se negligi facultates, ne ei placeat cui se probret.* Proinde & nos liberi ab artibus seculi esse debemus, ut Christo placeamus: nam & qui mundo militant, à reliquis seculi negotiis vacant, ut expediti suo principi placeant. Non est praefumendum sine conscientia Abbatis, egenis vel quibuslibet conferre de eo, quod regulari dispensatione noscitur Monachus possidere; nec cum alio fratre quidpiam commutare: nisi Abbas vel Prepositus illi juicerit, nulli licet: nec habebit quidquam præter illa, quæ communi Monasterii legi concessa sunt.

*Cap. vi. De opere Monachorum.*

**M**ONACHUS semper operetur manibus suis, ita ut quibuslibet variis opificiis artibus, laborisque studiis suum impendat, sequens Apololum, qui dicit: *Neque panem gratis manducavimus: sed in 1 Thes. 3. labore & farrigatione nocte & die operantes.* Et iterum: *Qui non vult operari, non mandu-ibidem. ter.* Per otium enim libidinis & noxiarum cogitationum nutrimenta concrescunt; per laboris verò exercitium vita nihilominus elabuntur. Nequaquam debet Monachus designari verlari in opere aliquo Monasterii ulibus necessario. Nam & Patriarchæ greges paverunt; & gentiles philosophi futores & fartores fuerunt: & Joseph justus, cui virgo Maria desponsata exitit, faber ferrarius fuit. Siquidem & Petrus princeps Apostolorum pectoris officium gerit, & omnes Apostoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis sustentabant. Si igitur tante auctoritatis homines laboribus & operibus etiam ruficanis infervierunt; quanto magis Monachi, quos oportet non solùm vitæ suæ necessaria propriis manibus exhibere, sed etiam indigeniam aliorum laboribus suis reficere? Qui viribus corporis, & integritate salutis confi-

constitunt, si in opere otiosi sunt, dupliciter peccare nolectuntur: quia non solum non laborant, sed etiam alios visitant, & ad imitationem suam invitant. Propterera enim quisque ad Deum convertitur, ut ei serviens laboris habeat curam: non ut otio deditus, inertia pigritiae pascatur. Qui sic voluntatione vacare, ut non operentur, ipsis lectioni contumaces existunt, quia non faciunt quid ibi legunt. Ibi enim scriptum est: *Operantes suum panem manducant*. Et iterum: *Ipsi enim scitis quomodo oportet invitari nos*; quia non inquieti suimus inter vos: neque panem gratis ab aliquo manducavimus, sed in labore, & satiatione, die ac nocte operantes, ne quem vestrum gratiarum. Qui per infirmitatem corporis operari non possunt humanius clementius tractandi sunt: nec contra eos murmurandum est ab eis, qui vires labrandi habent: sed magis consulendum est eis, quos sciunt corpore infirmos. Ipsi autem qui non possunt eos, qui laborant & possunt, meliores sibi feliciorisque fateantur. Qui vero languidus est, & laborem operum corporalium sustinere non potest, consulendum est illi, & ejus infirmitas temperanda est. Qui vero fani sunt, & fallunt, procul dubio dolendi atque lugendi sunt: quia non corpore, sed (quod pejus est) mente & groti sunt: quique eti humanis oculis convinci non possunt, Deum tamen latere non possunt. Tales igitur aut serendi sunt, si dignitudo latet; aut distingendi, si sanitas pateat. Monachi operantes meditari aut pfallere debent, ut carminis verbi Dei delectatione consolentur ipsum laborem. Si enim seculares opifices inter ipsos labores suorum operum, amatoris turpiaque cantare non desinunt, atque ita horam suam in cantibus & fabulis implicant, ut ab opere manus non subtrahant: quanto magis servus Christi, qui sic manibus operari debet, ut semper laudem Dei in ore habeat: & lingua eius Psalmis & Hymnis inferiat? Laborandum est ergo corpore, animi fixa in Deum intentione; siue manus in opere implicanda est, ut mens non avertatur a Deo. Propriis autem temporibus oportet operari Monachum, & propriis orationi, lectionique incumbere. Horas enim debet habere Monachus congruas ad singula officia deputatas. Patres autem temporum suis quibusque operibus taliter deputantur. Estate enim a manè usque ad horam tertiam laborare oportet: à tertia autem usque ad sextam lectioni vacare: deinceps usque ad nonam requiescere; post nonā autē usque ad tempus vespertinum iterū operari. Alio autem tempore, id est, Autumno, Hyeme, five Ve-

re, à manè usque ad Tertiam legendū. Post celebrationem: Tertia usque ad Nonam, laborandum est: post refectionem autem Nōnæ, aut operari oportet, aut legete, aut sono vocis aliiquid meditari. Quocunque autem operantur Monachi manibus suis, Præposito deferant, Præpositus autem principi Monachorum: nihilque operis apud fratres remaneat, ne sollicitudinis ejus cura mentem ab intentione contemplationis avertat. Hortos oleum, vel apparatus ciborum propriis sibi manibus fratres exerceant: ædificiorum autem constructio, vel cultus agrorum, ad opus servorum pertinebunt. Nullus Monachus amore privati operis illigetur: sed omnes in commune laborantes Patria fine obmurmuratione obtuperabunt. Monachi Præpositis suis sine ulla murmuratione obtuperante debent: ne forte murmurando pereant, sicuti perierunt qui in deserto murmuraverunt. Si enim parvulus adhuc in lege, & rudibus nequam indulsum est, quanto magis sis, qui perfectionis legem percepserunt, non parcer, si talia gescerint?

#### CAP. VII. *De pfallendi officio.*

IN pfallendi autem officio ista erit discretionis: dato enim legitimis temporibus signo ad Horas Canonicas festinabunt fratres cum proportione, omnes ad chorum occurrant: nullique ante expletum officium licet egredi, præter eum, quem necessitas natura compulerit. Recitatibus autem Monachis, post consummatiōē singulorum Psalmorum prostrati omnes humi, pariter adorabunt, celeriterque surgentes Psalmos sequentes incipiunt: eodemque modo per singula officia facient. Quando celebrantur Psalmorum spiritualia sacramenta, refugiat Monachus rīsus, vel fabulas; sed hoc meditetur corde, quod pfallit ore. In Tertia, Sexta, & Nona, tres Psalmi dicendi sunt, Responsoriū unum, lectiones ex veteri novoque testamento duæ: deinde Laudes. Hymnus atque Oratio. In Vespertinis autem officiis, primo lucernarium, deinde Psalmi duo, Responsoriū unum, & Laudes, atque Oratio dicenda est. Post Vespertinum autem congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de quibusdam divinitate lectionis questionibus disputare, conferendo piè atque salubriter, tantumque meditando disputandoque ignorari, quoadusque Completorii tempus pōlitū occurrere. Ante somnum autem, sicut mos est, peracto Completorio, valedictis invicem fratribus, cum omni cautela & silentio quietendum est, usquequo ad vigilias confurgatur. In quotidiani vero officiis vigiliarum, primū tres Psalmi Cano-

## REGULA

Canonici recitandi sunt, deinde tres Missae Psalmorum, quarta Canticorum, quinta matutinorum officiorum. In Dominis vero diebus, vel festivitatibus Martyrum, solemnitatis caula singulare superaddantur missæ. Verum in vigiliis recitandi aderit usus; in matutinis psalendi canendique consuetudo: ut utroque modo servorum Dei mentes diversitatis oblectamento exerceantur, & ad laudem Dei sine fastidio ardenter excitentur. Post vigilias autem usque ad matutinum reficiendum est: post matutinum autem aut operandum aliquid, aut legendum. Lectiones autem ex veteri & novo testamento tempore officii quotidiani diebus recitentur: Sabbati autem die atque Dominico, ex novo tantum pronunciantur. Monachus autem corporis sanitatis confitens, si vigiliis vel quotidiani officiis defuerit, perdat communionem.

CAP. VIII. *De collatione.*

**A**D audiendum in collatione Patrem tribus in hebdomada viciis fratres post celebratam tertiam, dato signo, ad collectam conveniant. Audiant seniores docentes, instrucentem cunctos futuris præceptis. Audiant patrem studio summo & silentio, intentionem animorum suorum suspiris & gemibus demonstrantes. Ipsa quoque collatio erit, vel pro corrigendis viciis, instruendisque moribus, vel pro reliquis causis ad utilitatem Coenobii pertinentibus. Quod si talia desunt, pro consuetudine tamen disciplina nequaquam erit omittenda collatio; sed in præfinitis diebus, cunctis pariter congregatis præcepta Patrum regularia recentenda sunt: ut qui necdum didicerunt, percipiant, quod sequantur; qui vero didicerunt, frequenter memoria almoniti sollicitè custodian quod noverunt. Sedentes autem omnes in collatione tacebunt; nisi forte quem auctoritas Patris præcepit, ut loquatur.

CAP. IX. *De codicibus.*

**O**MNES codices custos sacrarum habeant deputatos, à quo singulos singuli fratres accipient, quos prudenter lectos, vel habitos, semper post Vesperum resident. Prima autem hora codices singulis diebus petantur: qui vero ante vel tardius petierit, non est dandum illi. De his autem questionibus, quæ leguntur, nec forte intelliguntur, unusquisque fratrum aut in collatione, aut post Vesperum Abbatem interroget; & recitata ad locum lectione, ab eo expositionem accipiat, ita ut, dum uni exponitur, ceteri audiant. Gentilium autem

libros, vel hereticorum volumina. Monachus legere caveat: melius est enim eorum pernicioſa dogmata ignorare, quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere.

CAP. X. *De Mensis.*

**T**EMPORE quo refectionis debitum solvit, clauſtra Monasterii obſeruantur, nec ullus extraneus interesse praefumatur; ne quietem fraternalm praesentia sua impediatur. Refectionis tempore dabo signo pariter omnes concurrant. Qui autem ad mensam tardius venerit, aut penitentiam agat, aut jejunus ad suum opus vel cubile recessat. Nemo autem ad vescentium ibit, antequam ad vocandum omnes vox signi solita insonuerit. Refectorium pariter cunctis fratribus unum erit, ad fugulas mensas deni convergentes reſident. Tempore convecentium fratrum omnes disciplinæ gerant silentium, Apostolo obtemperantes, qui dicit: *Cum silentio expectate.* Thef. 3. *Ramæ sum p. n. mandaverunt.* Unus tamen in medio residens, benedictione accepta de scripturis aliiquid legit, ceteri vescentes tacebunt, lectionem attentissime audientes: ut sicut illis corporalis cibus refractionem carnis praefiat, ita mentem eorum spiritualis sermo reficiat. Nullus ad mensas clamor excitetur: solum tantum Preposito sollicitudo maneat in his, quæ sunt vescentibus necessaria. Abbas, circa languoris necessitatem, cibos in conspicuū pariter cum fratribus sumat: nec aliud quam ceteri, nec cultius, quamvis in commune confundit, preparari sibi quidpiam expertat; siveque fiat, ut dum praefens est, omnia diligentius administrantur, & dum communia sunt, salubriter & cum charitate surriantur. Æqualia quippe erunt mensarum omnium fercula, similibusque alimentis cuncti reficiendi sunt fratres. Quidquid praefens refectio dederit, omnes sine murmurazione percipiunt: nec id desiderant, quod edendi voluntas appetit, sed quod natura necessitas querit; scriptum est enim: *Carnis curam ne feceritis in defideris.* Cor. 7. Per omnes autem hebdomadam fratres viles olorum cibos, ac pallentia utantur legumina: diebus vero fandis interdum cum oleribus levissimorum carnium alimenta. Non erit usque ad satietatem reficiendum corpus, ne forte intereat animus: nam ex plenitudine ventris cito excitatur luxuria carnis. Qui autem appetit, edacitatis reprimit, sine dubio lasciviam motus restringit. Tanta cum discretione reficiendum est corpus, ut nec nimia abstinentia debilitetur, nec superflua edacitatem ad lasciviam moveatur.

In

In utroque ergo temperantia adhibenda est : scilicet, ut & virtus carnis non prevalent, & virtus ad ministerium bone operationis sufficiat. Quicunque ad mensem residens a carnibus, vel vino se abstineret voluerit, non est prohibendus : abstinentia enim non prohibetur, sed potius collaudatur: tantum ne ex contemptu creature Dei humanis concessis usibus excretetur. Nullum eius furtiva contaminatio polluat, aut impudens vel pravatus extra communem mensam appetitus : excommunicationis enim sententia subjacebit, qui vel occulte, vel exura ordinariam mensum aliquid degustaverit. Ante refectio tempus nullus vesci audiat, praeter eum, qui agrotas : qui enim tempus edendi antecelerit, subfrequentibus penis abstinentia subjacebit. Sicuti cuiquam aut defectum patienti ante edendi tempus confundendum est, Abbatem vel Praeposito ordinante, non tamen palam ; ne forte sitire, vel effunrire alios cogat. Hebdomadarius solus cibos degusteret, nec quis id aliis audeat: ne sub occasione degustandi, gula vel gutturi satisficiat. Laici ministrorum mensis Monachorum nullatenus intererunt : nec enim poterit illis mensa communis esse locus, quibus diversis est Praepositus. Monachi cum a mensis surrexerint, ad orationem omnes concurrant : Quod mensa redundaverit, omni cura servatum egentibus dispensabitur. In refectio Monachorum a diebus Pentecostes, usque ad autumni principium rata etas interdiana prandia ; cena tantum apponatur. In utrisque temporibus refectio mensa tribus erit pulmentis, olerum scilicet, & leguminis, & si quid tertium fuerit, pomorum. Temis quoque poulis fraterna reficienda est fitis. In observatione autem Quadragesimae sicut fieri solet, post expletum jejuniu[m], pane solo & aqua contenti omnes erunt ; vino autem, & oleo abstinebunt.

CAP. XI. *De feriis.*

**H**E sunt feriae Monachorum, in quibus jejuniu[m] conuenient. In primis venerabilis dies Dominicus nominis Christi dicatus ; qui sicut propter mysterium Resurrectionis ejus solemnis est, & ita apud omnes servos ejus celebritatem convivii vivo gaudio recinetur. Item a primo die Paschæ usque ad Pentecosten, quinquaginta scilicet continuis diebus, jejuniu[m] a sanctis Patribus disolutum est ; propter Resurrectionem videlicet Christi, & Adventum Spiritus sancti : ut hi dies non in figura laboris, quod Quadragesima tempus significat ; sed in

Ged. Regul. Tom. I.

quiete leticit[ur] laxatis jejuniis celebrantur. Placuit etiam Patribus a die natalis Domini usque ad diem Circumcisionis solemnem tempus efficere, licentiamque veſcendi habere. Non aliter & dies Epiphanie ex veteri regula reficiendi indulgentiam consequuta est : Evidem & dum quisque fratrum convertitur, alii ex aliis Monasteriis fratres gratia visitandi concurrunt, pro charitate adimplenda interrumpunt jejuna ; si tamen non fuerint generalia. Praeter haec alia tempora liberè licenterque jejuniorum inferunt. Si qui autem Monachorum predictis temporibus jejunare disponunt, nequaquam prohibendi sunt : nam multi antiquorum Patrum his diebus in eremo abstinuisse, nec aliquantum jejunia soluisse leguntur nisi tantum diebus Dominicis, propter Resurrectionis Christi Iactitiam.

CAP. XII. *De jejuniis.*

**J**EJUNIORUM autem hos dies potissimum vetores elegerunt. Primum jejuniu[m] Quadragesima quotidianum, in qua major abstinentie observantia in Monachis, quoniam non solum a prandis, sed etiam a vino & ab oleo abstinetur. Secundum jejuniu[m] interdiu[m] post Pentecosten alia die inchoatum, usque ad æquinoctium autumnale protenditur, termis scilicet diebus per singulas hebdomas, propter æstivum solis ardorem. Tertium sequitur quotidianum jejuniu[m], ab octavo decimo Calendas Octobris, usque ad Natale Dominicum, in quo quotidiana jejuniu[m] nequaquam solvuntur. Quartum item quotidianum jejuniu[m] post diem Circumcisionis exoritur, peragiturque usque ad solemnia Paschæ. Hi autem qui veritate corporis consumpti, aut tenera atque fragilitate detenti sunt, non sunt quotidiani exercendi jejuniis : ne aut feneſens etas, antequam moriarunt, deficiat ; aut crescens priusquam proficiat, cadat ; & ante intereat, quam bonum facere discat.

CAP. XIII. *De habitu Monachorum.*

**C**ULTUS vestium, vel indumentorum insignia Monacho deponenda. Munitus debet esse Monachus, non delicatus. Sicut autem non oportet in Monacho esse notabilis habitus : ita nec fastis abjectus. Nam pretiosa vestis animam ad lasciviam pertrahit ; nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vanitatis glorie contrahit. Vestimenta non erunt aequaliter distribuenda omnibus ; sed cum dilectione, prout cujusque etas vel gradus expoliat. Ita enim & Apostolos fecisse

B b

**aa. 4.** secisse legimus, sicut scriptum est: *Erant illis omnia communia; & distribuebatur unicuique prout opus erat.* Uniuscujusque autem fratris supplementum vel indigentia inspicatur: ut qui habent, contenti sint; & qui non habent, accipiant. Nam habenti non dabitur; ut sit, unde egenitibus tribuatur. Porro hinc non oportet Monachum indui: orarium, birros, planetas non est fas uti, neque illa indumenta vel calceamenta, quae generaliter cetera Monasteria abutuntur. Ternis autem tunicis, & bonis palliis, singulisque cucullis contenti erunt servi Christi, quibus supra adjicietur mlocles pellicea, mappula, manicae quoque pedules, & calige. His tantum contenti erunt, nihil praterea in habitu aliud praesumentes. Pedules autem tentur in Monasterio, quamdiu hyemis coegerit violentia; five dum fratres graduerit in itinere, vel proficiscuntur ad urbem. Monachi autem in Monasterio palliis semper operantur, ut pro honestate testi incedant, & in ministerio operis expediti discurrant. Sanè si forte quis pallium non habeat, humeris mappullam superponat. Nullus Monachorum vultus curam gerat, per quod lascivie & petulantiae crimen incurrat: non est enim mente castus, cuius aut corporis cultus, aut impudicus extat incessus. Nullus Monachorum comam nutrit debet: nam qui hoc imitantur, eti ipsi hoc ad decipiendos homines per speciem simulationis non faciant, alios tamen scandalizant; ponentes offendiculum infirmis, & sanctum propositum usque ad blasphemiam perducentes. Tondere ergo debeat isti, quando & omnes, imò unum ac pariter omnes. Nam reprehensibile est, diversum habere cultum, ubi non est diversum propositum.

#### CAP. XIV. *De fratre, five de illusionibus nocturnis.*

ABATEM cum fratribus pariter in Congregatione commorari oportet; ut confusis conversatio, & testimonium bone vite, & reverentiam prebeat discipline. Fratres quoque omnes, si possibile est, in uno conclavi commorari deceat. Quod si difficile fuerit, certè vel decem, quibus unus est præponendum decausus, quasi rector & custos. Speciosam, vel variam suppellectilem Monachum habere non licet, cuius stratus erit stora, & stragulum, pellesque lanatæ dus, galnabis quoque & fuscifergium, geminusque ad caput pulvillus. Per singulas hebdomadas Abbas, five Præpositus lectulos cunctorum perspiciat, ne quid indigeat frater, seu superfluum ha-

best. Nocte dum ad dormiendum itur, seu postquam quietatur, alteri nemo loquatur. In nocturnis tenebris nemo loquatur fratri cui obviat. Duobus in lecto uno jacere non licet. Lux autem nocte dormientium locum illustret: ut depulsis tenebris testimonium pateat singularis quietis. Monachi stratus in nulla turpi cogitatione versetur, sed in sola contemplatione Dei accibans, & requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationesque pravas à se repellat, bonis objectis, turpes à se removet: nam animi motus imaginibus suis agitur: & qualis vigilanti cogitatio fuerit, talis & imago per soporem occurrit. Qui nocturna illusione polluitur, publicare hoc Patri Monasterii non moretur, culpeque meritissime hoc tribuat & occulere penitentiam agat: sciens quia nisi præcessisset in eo fluxus animi turpis cogitantis, non queretur in eo fluxus sordidae atque immunda pollutionis. Quem enim præveniret cogitatio illicita, tentatio illum sedat immunda. Qui nocturno delufus phantasmate fuerit, tempore officii in facriario stabit; nec audebit eadem die Ecclesiam introire, antequam fit locus Deut. 23. & aquis & lacrymis. In lege quippe qui somno nocturno polluebatur, egredi jubebatur è castris, nec regredi pruisquam ad vesperam lavaretur. Et si illi in carnali populo ita, quid spiritalis servus Christi facere debeat? qui magis contaminationem suam debet respicere, & longe ab altero positus mente & corpore pertremiscere, atque in figura aquæ penitentiae lacrymas adhibere: ut non solùm aquis, sed etiam fletibus studeat ablui, quidquid forte per occultam culpam immunda contaminatio polluit. Qui fornicationis testamentis exæstuat, ore indefiniter, atque abstineat: nec erubescat confiteri libidinis aestum, quo uritur; quia vitium detectum cito curatur; latens verò, quanto amplius occultatum fuerit, tanto magis profundè serpit: quod revera qui publicare neglit, curaci minimè cupit.

#### CAP. XV. *De delinquentibus.*

SI quis in aliquo levi delicto titubans oberraverit, sennel atque iterum admonendus est: qui si post secundam admonitionem à vitio nequamquam fuerit emendatus, congrua facti sui animadversione coërcetur. Peccantem nullus occulet: criminis enim est consensio post secundam admonitionem celare quempiam peccacorem. Si quis sepius peccantem viderit, prius hoc uni vel duobus demonstret fratribus, quorum testimonio possit convinci, si negaverit qui

qui deliquit. Peccatum palam commis-  
sum palam est argendum : ut dum pec-  
cans manifeste emendatur, hi qui eum  
in malo imitati sunt, corrigitur. Sicut  
autem unius delicto sepe multi pereunt;  
ita unius emendatione plerunque multi  
salvantur. Qui vero in fratrem pecca-  
verit, si stacim reminiscens ad veniam  
postquam fuerit inclinatus, percipiat  
ab eo indulgentiam, cui cognoscitur in-  
tulisse injuriam. Qui autem non petit,  
aut non ex animo postulat, in collationem  
deductus juxta excessum injuria congrue-  
subjaceat disciplinae. Qui sibi invicem  
convicia obiciunt, si iterum invicem sibi  
celeriter laxando ignorant, hi jam ab  
alio judicandi non sunt; quia pariter sibi  
veniam dare sentiaverunt; si tamen ex-  
cedere in semetipsos frequentius non pra-  
sumant. Qui sponte culpm confiteatur  
quam gessit, veniam promereri debet,  
quam experit. Oretur igitur pro eo,  
eique confessum, si levius culpa est, po-  
stulata indulgentia prebeat. Qui pro  
gravi vitio lepe excommunicatus emen-  
dere neglexerit, tamdui damnationi sub-  
jaceat, quousque vitiis inolita deponat:  
ut quem semel illata animadversio non  
coercuit, frequens severitas censeat  
emendandum. Quamvis frequentium  
gravissimorumque vitorum voragine sit  
quisquam immersus, non tamen a Mo-  
nasterio proiciendus, sed juxta qualita-  
tem delicti coercendus est: ne forte qui  
poterat per diuturnam penititudinem e-  
mendari, dum prolicitur, ore diaboli  
devoretur.

CAP. XVI. *De delictis.*

**D**ELETA autem levia sunt, aut gra-  
via. Leioris culpa reus est, qui  
otiosus esse dilexerit; qui ad officium  
vel ad collationem, vel ad mensam tar-  
dius venerit: qui in choro horis riserit,  
fabulisse vacaverit; qui relicto officio  
vel opere, extra necessitatis causam for-  
ras discernerit; qui torporem aut som-  
num amaverit: qui sepius juraverit; qui  
multiloquus fuerit: qui ministerium cu-  
juslibet operis injunctum sibi sine bene-  
dictione suscepit, ac peracto opere  
benedictionem minimè postulaverit; qui  
injunctum opus negligenter vel tardius  
expleverit; qui calu vas aliquod frege-  
rit; qui dannum rei parva intulerit;  
qui codice negligenter usus fuerit; qui  
alicubi ad momentum fecerit: qui oc-  
culte literas ab aliquo, vel quolibet  
munus acceperit; vel epistolam susci-  
piens occultaverit, aut sine Abbatis con-  
sensi rescripsit, vel quemlibet paren-  
tum, vel facultarium, sine iussu senioris  
aut viderit, aut cum eo locutus sit: qui

*Cod. Regul. Tom. I.*

seniori inobediens fuerit; qui contumac-  
iter seniori responderit: qui erga senio-  
rem lingua non represserit: qui lafci-  
vus in lingua fuerit; qui in honeste in-  
cesserit; qui jocaverit; qui sati riferit;  
qui cum excommunicato locutus fuerit,  
oraverit, aut comedenter: qui illusionem  
nocturnam Patri non patefecerit. Hæc  
igitur & his similia triduana excommuni-  
catione emendanda sunt. Graviori au-  
tem culpas obnoxias est, si temulentus  
quisque sit, si discors, si turpiloquus, si  
feminarum familiaris, si feminans discor-  
dias, si iracundus, si alta & erectæ cervicis,  
si mente tumidus, vel jaclantiæ incessu  
infoderatus; si detractor, fulsurto, vel  
invidus; si præsumptor rei peculiaris, si  
pecunie contagio implicatur, si aliquid  
præter regularem dispensationem super-  
fluum possideat: si fraudator rei acceptæ,  
vel commissa sibi, aut minus commissa.  
Inter hæc si se de rebus secum allatis  
extulerit, vel de iis per inobedientiam  
murmuraverit; si rei majoris damnum  
intulerit, si suratus fuerit, si perjurave-  
rit; si falsum dixerit, si contentiones &  
rivas amaverit, si manifestum convitum  
fratri intulerit, si personam innocentis  
falso crimen maculaverit, si contumaci  
animo seniorem despicerit, si rancorem  
adversus fratrem tenerit, si peccanti in  
se, & postea supplicanti veniam non con-  
cesserit; si cum parvulis jocaverit, si  
cum altero in uno lecto jacuerit, si ex-  
tra communem mensam privatim; vel  
furtim quippam sumperit; si alicubi  
extra consilium Präpositi vel Abbatis di-  
secdens medio die, vel amplius commo-  
ratus fuerit si, ut otiosus sit, falfum  
infirmitatem pretenderit. Hæc & simili-  
a juxta arbitrium Patris diuturna ex-  
communicatione purganda sunt; ut qui  
graviter peccare noscuntur, acriori fe-  
ritate coerceantur.

CAP. XVII. *De excommunicatis.*

**S**ATISFACTIO delinquentium hæc est.  
Fratribus in Ecclesia constitutis, per-  
acto penitentia tempore, excommuni-  
catus vocatus solvet statim cingulum  
extra chorum humo prostratus, quoque  
celebritas expleatur; cùmque iussum  
fuerit ab Abbe de terra confurget, in-  
grediensque chorum oret. Post hæc  
data oratione pro eo ab Abbe, & re-  
spondentibus cunctis, Amen, forget, atque ab omnibus pro negligentia veniam  
polcat, adepturus indulgentiam post  
hujus emendatoris satisfactionis censu-  
ram. In minori ætate constituti non  
sunt coercendi sententia excommunica-  
tionis, sed pro qualitate negligentie con-  
gruis emendandi sunt plagiis: ut quos

B b 2

ætatis

ætatis infirmitas à culpa non revocat, flagelli disciplina compescat. Excommunicatis autem ab his locis, quibus fuerint constituti, ante punitentia tempus expletum, progrexi prohibeat. Ad excommunicatum nulli licet ingredi citra imperium senioris. Cum excommunicato neque orare, neque loqui cuique licet; cum excommunicato nulli penitus vesti licet, nec ipsi quidem qui alimentum victui præberet. Cujus biduana vel triduana fuerit illata excommunicationis suspensio, sola panis & aqua in vespertinum erit adhibenda refectio. Excommunicatis, præter hyemis violentiam, cubile hamus erit tantum, five stora; amictus autem tegmen rafum aut forte cilicium: calceamentum verò spartea, aut quolibet genus solearum. Excommunicandi potestatem habebit Pater Monasterii, five Præpositus; reliqui autem excessus Monachorum in collecta Abbatii vel Præposito deferentur; ut is qui delinquisse cognoscitur, competenti severitate coactetur.

#### CAP. XVIII. *De rebus Monasterii.*

**A**BBATI vel Monacho Monasterii servum non licet facere liberum. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non debet. Nam, sicut & facili leges sanxerunt, non patet alternari pauprissi nisi à proprio domino. Omne quod in Monasterium in numero ingreditur, sub testimonio senioriorum accipendum. Eadem pecunia in tribus partibus dividenda est: quarum una erit pro infirmis & senibus, & pro aliquo coemendo in diebus sanctis cultius ad victimum fraternalium: alia pro egenis: tertia pro vestimentis fratrum, & puerorum, vel quibusve ad necessitatem Monasterii coemendis. Quas tres partes custos sacrarum suscipiat, ac precipiente Abbatie sub testimonio Præpositi vel seniorum de singulis partibus pro suis necessariis causis expendat.

#### CAP. XIX. *Quid ad quem pertinet.*

**A**D Præpositum pertinet sollicitudo Monachorum, actio causarum, cura possessionum, fatio agrorum, plantatio, culturaque vinearum, diligentia gregum, constructio ædificiorum, opus carpentiariorum, five fabrorum. Ad custodem sacrarum pertinet cura vel custodia templi signum quoque dandi in vespertinis nocturnisque officiis; vela, vestesque sacre, ac vasæ sacrorum, codices quoque, instrumentaque cuncta, oleum in usus Sanctuarii, cera & luminaria. Itæ vestiaria Monasterii suscipiat, quique

etiam fila diversa pro consuendis velli- bus stratum habebit, & quibuscumque ut necessum est, ministrabit. Ad hunc quoque pertinebit aurum & argentum, ceteraque facta infœdaque æris ferrique metallæ: ordinatio quoque linteriorum, fullonum, cerariorum, atque fætorum. Ad janitorem pertinebit cura hospitum, denuntiatio advenientium, custodia exteriore claustrorum. Ad eum qui celario præponitur, pertinebit follicitudo eorum, quæ in promptuario sunt. Ille præbebit hebdomadariis quidquid necessarium est victui Monachorum, hospitum, & infirmorum. Illo præsente, dispensantur ea quæ mensis deferenda sunt. Is etiam quidquid residuum sumptui fuerit pro pauperum usibus reservabit. Huic quoque hebdomadarius expleta hebdomada vasa sibi traditas exhibebit, ad perspicendum utique si negligenter habita non sunt: ac denuo succedenti hebdomadario coram illo tradentur. Ad hunc quoque pertinent horrea, greges ovium, & pecorum, lana, & linum, aviaria, follicitudo cibaria ad ministrandum pistoribus, jumentis, bobus, & avibus: industria quoque calceamentorum, cura Pastorum, seu piscatorum. Ad hebdomadarium pertinet cura fercularum, administratio mensurarum, signum dandi in diurnis officiis, five in collatione, vel in collecta post folis occubitum. Ad hortulanum pertinebit munitione custodiaque hortorum, alvearia apum, cura serminum diversorum: ac denuntiatio quid quando oporteat in hortis feri aut planari. Ars autem pistoria ad laicos pertinet: ipsi enim triticum purgent; ipsi ex more molant. Massam tancundem Monachi conficiant: & panem sibi propriis manibus ipsi faciant. Porro pro hospitibus vel infirmis laici faciunt panes. Strumentorum custodia, & ferramentorum ad unum, quem Pater Monachorum elegerit, pertinebit, qui ea operantibus distribuat, receptaque custodia. Et licet hac cuncta specialiter singulis manent distributa, omnia tamen à Patre Monasterii ordinata ad curam Præpositi pertinebunt. Ad custodiendam in urbe cellam unus senior & gravissimus Monachorum cum duobus parvulis Monachis constitutus est ibi, qui si culpa caret, convenit eum perpetuum perdurare. Porro cura nutriendorum parvolorum pertinebit ad virum, quem elegerit Pater, sanctum, sapientemque, atque ætate gravem, informantem parvulos non solum studiis literarum, sed etiam documentis magisterioque virtutum. Cura peregrinorum, vel pauperum elemosyna pertinebit ad eum, cui dispensatio potestas commissa est. Ille quod habet distribuat,

<sup>1 Cor. 9.</sup> stribuat, communicet quod potest, non  
ex tristitia aut necessitate: *Hilarem enim  
datorem diligit Deus.*

CAP. XX. *De infirmis fratribus.*

**C**URA infirmorum fano, sanctaque con-  
versationis viro committenda est,  
qui pro eis sollicitudinem ferre possit;  
magnaque cum industria præstare faciat,  
quidquid imbecillitas eorum expostulat.  
Ipse autem sic ægrotis deserviat, ut de  
sumptibus eorum vesci non præsumat.  
Ægrotis delicatoria præbenda sunt ali-  
menta, quoque ad incolumentem per-  
veniant: postquam autem salutem rece-  
perint, ad usum pristinum revertantur.  
Infirmi pro quo delicatus aluntur, for-  
tiores inde nequamquam scandalizentur:  
qui enim sani sunt infirmos tolerare de-  
bet; qui autem infirmi sunt, sanos &  
laborantes anteponendos sibi non dubi-  
tent. Nullam oportet vel veram cordis  
& corporis infirmitatem tacere, vel fal-  
sam pretendere: sed qui possunt, gra-  
tias Deo agant & operentur; qui vero  
non possunt, manifestent suos languores,  
& levius humaniusque tractentur. Sub  
prætextu infirmitatis nihil peculiare ha-  
bendum; ne laceat libido cupiditatis sub  
languoris specie. Lavacra nulli Mon-  
acho adeunda studio lavandi corporis, nisi  
tantummodo pro necessitate languoris.  
Nec differendum est propter mediam,  
si expedit; nec murmurandum est: quia  
non sit pro appetitu voluntatis, sed pro  
remedio tantum salutis.

CAP. XXI. *De hospitibus.*

<sup>Mat. 10.</sup> **A**DVENTIBUS hospitibus prompta at-  
que alacris suscepio adhibenda est;  
scientes ob hoc novissimam consequi re-  
tributionem, sicut & Dominus dicit:  
*Qui vos recipit, me recipit: qui me recipit,  
recipit eum qui me misit.* Qui recipit Propheta-  
tam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ  
accipiet: & qui recipit justum in nomine Ju-  
sti, mercedem justi accipiet: & qui parum  
dederit uni ex minimis ipsis calicem aquæ fri-  
gidae taurum in nomine discipuli, *Amen dico  
vobis non perdet mercedem suam.* Et licet  
omnibus hospitalitatis bonum cum gratia  
oporeat referri uberior tamen clericis &  
Monachis deferenda est honorificentia  
hospitalitatis. Præbeantur eis habitacula,  
laventur eorum pedes, ut præceptum  
Dominicum impleatur. Congruis etiam  
sumptibus eisdem humanitatis gratia  
præbeatur.

CAP. XXII. *De profectiōnē.*

**N**ULLUS Monachorum inconsulto Abba-  
te audeat uspiam progredi, nec ali-  
quid præsumere sine imperio ejus, seu  
Præpositi. Si quando Abbas vel Præpo-  
sus alicubi profiscuntur, ille ferat fra-  
trum sollicitudinem, qui est post Præ-  
positum secundus in ordine. Nullus pro-  
pinguum vel extraneum hospitem vel  
Monachum familiarem seu parentem vi-  
dere absque imperio audiat senioris: ne-  
que sine Abbatis iussu quisque accipere epi-  
stolas, vel dare cuiquam præsumat. Quando  
fratres foris profiscuntur, vel redeunt,  
congregatis omnibus in unum in Ecclesia  
benedictione accipiunt: eodemque modo  
hebdomadarii vel quarumlibet rerum di-  
spensatores, sive dum promoventur, sive  
dum recedunt. Propter necessitatem  
aliquam Monasterii duo fratres spirituales  
ac probatissimi eligantur, qui ad urbem,  
vel ad possessionem mittantur. Adole-  
scēnti autem, vel nuper conversi à  
tali ministerio removendi: ne aut infir-  
ma ætas carnis desiderio polluantur, aut  
rudis-conversio ad facili desideria rever-  
tatur. Monachus dum ad aliud Mono-  
sterium mittitur visitandum, quamdiu  
cum eis fuerit, ad quos destinatus est,  
ita eum oportet ibi vivere, sicut reli-  
quum cœcum sanctorum videt, propter  
scandalum scilicet & perturbationem in-  
firmorum.

CAP. XXIII. *De defunctis.*

**T**RANSEUNTIBUS de hac luce fratribus,  
antequam sepeliantur, pro dimitten-  
dis eorum peccatis sacrificium offeratur.  
Corpora fratrum uno sepelienda sunt loco:  
ut quos viventes charitas retinuit  
unitos, morientes locus unus amplectan-  
tur. Pro spiritibus defunctorum altera  
die post Pentecosten sacrificium Deo of-  
feratur, ut beatæ vita participes facti  
purgatores corpora sua in die resurrec-  
tionis recipient. Hæc igitur & servi  
Dei, milites Christi, contemptores mundi,  
ita vobis custodienda volumus, ut  
majorum precepta Patrum per omnia  
conservetis. Suscipe igitur inter illa &  
hanc admonitionem nostram, humill  
corde custodientes que dicimus, liben-  
ter fumentes quod dispensamus: quaten-  
sus vobis de effectu operis sit gloria, &  
nobis pro ipsa admonitione postulata pro-  
veniat venia. Deus autem omnipotens  
custodiat vos in omnibus bonis, & quo-  
modo coepit, sic confirmet gratiam suam  
in vobis, Amen.

*Explicit Regula S. Isidori.*

**S. FRUCTUOSI  
BRACARENSIS EPISCOPI  
REGULA MONACHORUM.**

**DE S. FRUCTUOSO EJUSQUE REGULIS  
VETERUM TESTIMONIA.**

MARTYROLOGIUM ROM. die xvi. Aprilis.

*Bracara in Lusitania S. FRUCTUOSI Episcopi.*

CONCILIO TOLETAN. X. in Decreto pto Potamio Episcopo.

*Venerabilem FRUCTUOSUM Ecclesie Dumienit Episcopum communi omnium nostrum electione constitutimus Ecclesiam Bracarensis gubernacula continere, &c.*

**AUCTOR ANONYMUS VITÆ S. FRUCTUOSI APUD  
Prudentium de Sandoval in appendice fundationum  
monasticarum Hispaniæ.**

In Præfatione ejus libri.

*Postquam antiquas mundi tenebras superna veritatis nova irradiavit claritas, & à Sede Romana, prima sancta Ecclesia catbedra, fidei Catolicae dogmatum rutilaret inmenitus; atque ex Aegypto, Orientali Provincia, excellentissima sacra religionis præminent exempla, & bujus occidua plaga exigua perlucet extremitas; perspicua claritatis egregias divina pietos duas illuminavit lucernas, Isidorum reverendissimum scilicet virum, Hispanensem Episcopum, atque beatissimum FRUCTUOSUM, ab infantia immaculatum & justum. Hic in sacratissimo religionis proposito Spiritus sancti summo succensus, ita in cunctis spiritualibus excitatus, omnibusque operibus sanctis perfectus emicuit, ut (ad) patrum se facile (quorum) aquaret antiquorum meritis Thebaorum.*

CAP. I. *Hic puerulus inspirante Domino (inter montium convallia Bergensis territorii) pro adificatione Monasterii apta loca pensabat, & intra feme-  
ipsum retinens nemini manifestabat.*

CAP. II. *Post bac revertens ad locum illum solitudinis supra memoratum, ut devotionem, quam dudum parvulus elegerat, iam perfectus amplevit. Nasu con-  
struens Canobium Complutense, juxta divina præcepta nibil sibi reservans, omnem  
à se facultatem suam ibidem conferens, cum locum locupletissime dedit; & tam  
ex familia sua, quam ex Conversis diversis Hispania partibus sedulo concurrenti-  
bus, cum agmine Monachorum affluentissime complevit.*

CAP. III. *Hic vero sanctissimus confirmans cunctum Regularem ordinem, con-  
stituenque Canobii patrem conjungentem discretioni rigorem, nudis vestigis pene-  
trabat loca nemoroſa.*

CAP. V. *Denuo itaque egrediens inter Bergendensis territorii & Gallacia Provincia confinibus adiucavit Monasterium Vifumense: atque postmodum ex alia parte Gallacia in ora maris construxit Monasterium Pboenense.*

CAP. VIII. *Dein ad eremi pertendens loca Monasteria plurima fundavit; in  
quibus multas animas Monachorum per bonam conversationem & sanctam discipli-  
nam eruditivit. Ipse vero dum ibi Canobiali ritu cunctis commorantibus modum  
recta vita constituisset, devitans frequentes populi concursus abditissima eremi loca  
petit.*

CAP. XIV. *Quodam Dominica die idem sanctissimus vir de civitate Spalense  
'ad insulam, qua sita est in territorio Gaditanico, pergebat. Cumque præfata  
suffragante Domino Gaditanam ingressus fuisset insulam, ex alia parte quasi sol  
orient.*

oriens illuminatus Spaniam, adificavit sanctum ope Domini Monasterium, solita-que Canobiali ritu exercitii rudimenta.

CAP. XV. Denique in abdita, vastaque, & à mundana habitatione remota so- litudine, praecepit & mira magnitudinis egregium fundavit cum Dei juvamine Canobium; & quod ab ora maris novem nullibus distet, ei nomen dedit Nono. Mox: Ita ardore fidei accendit animos populorum, ut catervatim undique con- currens agmina Conversorum innumerus fieret eborus. Nec solum virorum, sed etiam animi inflammantur familarum. Et cum in eodem sancte Congregationis loco accedent aditus non esset mulierum ordini, referam quemadmodum facta est Congregatio puerorum.

CAP. XVI. Quadam virgo sacratissima, nomine Benedicta clara genere exorta, atque ex Gardugo Regis sponsa, ardore fidei, & flamma ardoris sancteque Reli- gionis succensa, suis occidente fugiens parentibus sola ingressa est diversa eremi loca; & sic impervia & ignota errando deserta, tandem duce Domino appropinquit ad sanctam Canobii Congregationem. Ille vero haec audiens iussit ei in eadem de- ferti silva parvum facere manufundulum. Cumque ejus fons per diversas terras fuisset landabiliter propalata, tantus desiderii amor inflammatbat cateras diversorum filios, ut undique alacriter confluissent eximia filiarum caterva; ita ut intra breve temporis spatium octogenarius in Congregatione numerus sacrarum virginum completeret: quibus in alia solitudine more solito construit Monasterium. Tanta itaque in utroque sexu almifica florebat sanctitas, atque eximia crecebatur fama perfectionum, ut viri cum filiis suis ad sanctum se converterent Congregatio- nem Monachorum: matrona vero eorum cum filiabus suis sancto se sociarent con- sortio puerorum.

CAP. XVII. Postquam autem cunctam sancti operis sui devotionem, suffragante superna virtutis opululatione, ad summam perduxit perfectionem, succedit eum innumerus sancti desiderii ardor, ut partem occupans Orientis novam arriperet pe- reginationem. Cumque hoc cum paucis electis discipulis suis clam pertrahasset, ab uno proditore detectus egressionis aditum non valuit impetrare.

CAP. XVIII. Post bac, licet invitus contra voluntatem suam languoris moro- re depressus perniciete resistendo, in Sede Metropolitanâ dono Dei ordinatus est Pontifex. Tanto igitur suscepit honore priuianam non deposita conversationem: sed in eodem habitu, in eodemque solito abstinentia rigore persistens, residuuo vita sua tempus in eleemosynarum dispensatione, atque Monasteriorum consummavit adificatione.

CAP. XIX. Iterum inter Bracarensem urbem & Dumensem Canobium, in excusione montis precipuum adificavit Monasterium, ubi suum sanctum humatum est corpus.

EBERTUS Archiepiscopus Eboracensis in Excerptiis Canonum, quæ habentur in Collectione Conciliorum Britannicorum H. Spelmani, ad annum Christi DCCL Cap. LXVII.

FRUCTUOSUS dicit: Monachus sancta Regula violator, sive contemptor, vel parvolorum, &c. ut capite xvi. prioris Regule.

BURCHARDUS Episcopus Uvormatiensis Decretorum lib. xi. cap. XXXIII.

Ex dictis FRUCTUOSI Episcopi: Cum excommunicato nullus loquatur, ne- que qualibet eum compassione, &c. ut Cap. XIV.

IDEM lib. xiv. Cap. IX. Si quis Ecclesiastica pruditus ordinatione, aut Mo- nachus repertus fuerit ebriosus.

S. BENEDICTUS Anianensis Abbas, & SMARAGDUS, Monachus sepius utramque FRUCTUOSI Regulam citant.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Duas Regulas monasticas scripsit S. FRUCTUOSUS, regio Gotorum sa- guine ortus, & ab adolescentia vita monastica cultor, primò Complutensis Abbas, deinde Episcopus Dumensis, ac tandem Bracarensis Archiepiscopus, multorum monasteriorum pater & conditor, quemadmodum ex vita Regula bīc prmissa instruimus. Primam Regulam ex S. Benedicti disciplina defūpsum pro Monachis suis

suis Complutensibus conscriptis : Secundam pro dominibus cuiusvis statu & conditione. Prior ergo S. FRUCTUOSI Regula longè ante initium Episcopatum conscripta erat in usum Complutensem Monachorum, quibus primum monasterium condidit, continetque XXV. capita ; circa capitulo tamen numerum in impressis aliquod discordia invenitur, quid in MSS. codicibus ; prout vir doctissimus Mabillonius notavit in suis Annalibus Benedictinis Tom. I. Lib. 13. & alibi, ubi hujus Regule convenientiam cum Regula S. Benedicti describit, quod vix ovum ovo sit similem ; cum S. FRUCTUOSUS passim S. Benedicti sententias & institutiones, inde non raro ipsissime verba in suas Regulas transferat. Secunda Regula XX. capitula continens, qua & communis dicitur, ab altera adeo diversa est, ut CL. Menardus existimat, illam non compoisse S. FRUCTUOSUM jam anno DCLXX. defundit : sed nunquam non laudandus Mabillonius contrarium probat, & argumenta incontestabilia adducit in suis Observationibus prouis ad hujus S. Episcopi vitam inter Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti reperiendam. Et quidem hoc Regula communis à S. FRUCTUOSO conscripta videtur post aleetum Episcopatum, ad auferendum intolerabilem abusum Jane aliquo tempore apud Hispanos gravantem, quando nimis, nullo labore sexus discrinine, conjugati simul cum uxoribus, liberis ac servis domicilia sibi in modis monasterii componebant, suis cupiditatibus infervientes, atque luxuriam, avaritiam & superbiam excollentes, nulli Regula monastica adstrici, nec alicui Proposito vel Abbatii regulari subiecti ; quem enim suum Abbatem appellabant, illi non adeo parebant, quoniam voluntatis suas approbadunt. Id vero vita rusticæ genit ideo multi laici elegerant, ut hoc pacto a publicis curis & tributis eximerentur ; utpote sub quoadam specie monastica professionis viventes. Contra hanc abusum surrexerunt Ecclesii Illebensis Patres, qui in Canone tertio decernunt, ut nullus laicus vel ecclesiasticus, capellam vel ecclesiam ab illis adscicatam, auderet in speciem vel formam monasterii erigere, nisi congregatio ibidem collecta viveret secundum Regulam monasticam ab Episcopo approbatam, & juxta leges diocesanis. Nullus autem hunc abusum gravius infestatus est quam S. FRUCTUOSUS ; prout ex exordio hujus Regulae communis omnino constat, ubi talis convenientia non monasteria, sed animalium perditionem appellat &c. Et, ut huic molo obvia iret, pro illis dominis verè ad Christum conversis hanc suam secundam Regulam condidit, binis reliquis amplius temperatam, atque utriusque sexus infirmitatibus magis accommodatam ; ita ut novum monastica vita genit introduxisse videatur. Nam, juxta hanc Regulam, in monasteria admittebat senes & annos, conjugatos etiam utriusque sexus cum liberis suis septimum annum atatis egressi ; ita tamen, ut viri cum filiis seorsim degerent in monasteriis a sequiori sexu separatis : quemadmodum & famina cum suis filiabus vivere debeant a viris separatae ; ita ut quilibet sexus habuerit suos distinctos Superiores, viri Abbatem, famina Abbottissam, sive quoscunque alios Superiores à Regula praescriptos. Denique S. FRUCTUOSUS transannis suis Regulis professionem, quam vocamus Monachorum, appellat Pactum, quo iniiciandi promittebant, se omnino concubii sui instituta observatores, neque unquam ab ejus distinctione vel tantisper recedentes. Hujus Pacti specimen etiam in Regula S. Isidori invenit Mabillonius, quod & ex codice vetustissimo Lirinensi deejumptum suis Annalibus Benedictinis inferunt Tomo I. lib. 12. pag. 363. Sed longè prolixius est Pactum S. FRUCTUOSI bsc ad calcem hujus Regule communis appositum, incipiens à quadam professione fidei emitenda circa mysterium SS. Trinitatis, quam faciendo publice existimavit recte pessimus Episcopus, ob latenter sententem forsan adhuc barbara Arianam apud Hispanos.

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ S. FRUCTUOSI EPISCOPI.

1. De dilectione Dei & proximi.
2. De Orationibus.
3. De Prepositis, vel officiis.
4. De batitu & vesti Monachorum.
5. De mensis.
6. De operatione.
7. De ferramentis, vel utensiliis.
8. De obedientia, & scissione Monachis.
9. De hibernatione.
10. De hospitiis, peregrinis, vel infirmis.
11. De nitore & affectu Monachis.
12. De cautele Monachis.
13. De delictis.
14. De anachoritac.

15. De clamoribus & lascivis,  
 16. De mendacibus, sure, & perniciem Monachos.  
 17. De culparibus.  
 18. De jejuniis.  
 19. De cibis.  
 20. De officio Abbatis, vel Prepositi.  
 21. De conversis, qualiter debent suscipi.

22. De professione Converbi.  
 23. De primi converxione.  
 24. De senibus.  
 25. De die Dominicis.

Explicitur Capitula.

## INCIPIT REGULA A. D. ET P. N. FRUCTUOSO EDITA IN PACE.

### CAP. I. *De dilectione Dei & proximi.*

**P**Ost dilectionem Dei, & proximi, quod est totius perfectionis vinculum, & summa virtutum, hoc de reliquo ex regulari traditione conservari in Monasteriis definitum est. Primum incumbere orationi nocte ac die, & præfinitariorum horarum observare mensuram; nec vacare ullenus, aut torpe à spiritualibus quemquam operum exercitiis diutinis temporibus.

### CAP. II. *De orationibus.*

**P**RIMÆ horas observandæ mensura sancta est, dicente Propheta: *Mansabi ribi, & videbo te; quia tu es Deus misericordia iniqutatem.* Et iterum: *Ad te erabo Domine, mani exaudiens vocem meam.* Secunda quoque inter Primam & Tertiam constituta quasi quidem limes ponitur: unde & à Monachis necesse est ne otiosa ducatur. Ideo constitutum est, ut trino Psalmorum obsequio frequenteretur, quæ & primæ consummet officium, & subseqüenter tertie incipiat scandere gradum. Ita quoque in reliquo institutum est hunc servandum esse ordinem horis, Tertia, Sexta, Nonæ, duodecima videlicet, atque Vespera; ut aote & post trinas has legitimas horas peculiares orationes prosequantur obsequia. Nocturno igitur tempore prima noctis hora sex orationibus celebranda est; ac deinde decem Psalmorum concantu cum laude ac benedictionibus consummanda in Ecclesia est. Deinde valefacientes invicem, & reconciliationi ac satisfactioni alterutrum insistentes, laxant mutuo debita; & pieta te prona, qui segregati à cœtu fraterno ob negligientiam suam fuerant, merentur indulgentiam. Cum demum pergentes ad cubilia, atque in unum cuncti cotentes ob perfectionem pacis, & reotum absolutioinem, cantatis tribus Psalmis juxta morem cum laude, & benedictione, symbolum Christianæ fidei communii.

*Cod. Regul. Tom. I.*

omnes recitent voce; ut fidem suam param coram Domino ostendentes, si quod dubium non est fieri vel accidere, ut Nocturno quisquam tempore evocetur à corpore, commendatam jam fidem suam, & expiatam ab omni scando lo conscientiam proferat ante Deum. Post deinde adeuntes cubilia summo cum silentio, & habitu tacito, gressuque quieto, nec ullus se vel ultra cubiti spatiū jungens ad alterutrum, vel faltem alium relipere audens, pergit ad lectulum suum: ubi tacite orationi insistens, psalmosque recensens, ultimo orationem suam quinqueagesimi Psalmi recitationem atque orationem consumferet; nec strepere, nec mutare ausus, aut excreare, cum gratia Nocturni somni capiat fileotium.

### CAP. III. *De Prepositis vel officio.*

**P**REPOSITUS sanè in medio consistens dormitorio, quoadusque cuncti quiescant, omnibus jam cubantibus circumeat silenter lecta singulorum: ne quis aut tardè se jacet, aut extra Regulam occultis multificationibus varet: & ut plenius perscrutans gesta singulorum, & merita intelligat, quem quomodo veneret, atque suscipiat. Similiter & aut Decanus alius, aut quisquam è fratribus bene probatus assistat in secessu communii, quousque quieti se tradant cuncti; ne aut fabulas inter se ventilent vanas, aut ridiculis studeant, aut quodlibet noctuale vitium confusescant. Quia institutum est regulariter, nullum omnino Monachum in secessu loqui debere, sed aut Psalmos recensere, si plures sunt; aut certè aliquid meditari voce, si solus est. Ita ante medianum surgentes noctem duodenos per choros recitent Psalmos, secundum consuetudinem, prius tamen quam surgant cœteri, à vigiliis fratribus Prepositus excitetur, ut cum benedictione sua & signum moveatur, & cunctorum lectula ab eo priusquam confurgant, strenue visitentur. Hoc quoque in omnibus

C e

nibus nocturnis orationibus gerat, ut semper prior surgat Praepositus, quam ad confurgendum reliqui moneantur; ut ipse videat, quis quomodo jaceat; ne aliquam lasciviam, per incuriam quietiosis fuit dormiens incurrat. Post paulantes paululum medium noctis perfolvant officium: ubi quatuor Responsoria sub tenuorum Psalmorum divisione concinantur. Sic post medianam noctem, si hyemis tempus est, sedentibus cunctis unus medio residens reget librum: & ab Abbatte, vel à Praeposito differente ceteris simplicioribus quod legitur patet. Quod quidem & aitale post Vesperam conseretur, ut priusquam compleant, liber legatur. Ita denique duodenis iterum cantatis Psalmis adeant cubilia, paululumque quietescens, gallicinio Jane sonante, recitatis tribus Psalmis, cum laude & benedictione sua, iactinum celebrant sacrificium. Quo peracto quia meditationi incumbendum est, mox ut ad locum conlucere meditationis pervernerint, ternos recitent Psalmos & orationem ex integro finientes, meditentur usque ad ortum Solis. Sancte in omnibus horarum singularum orationibus nocturno ac diurno tempore ad omnem Psalmorum finem, gloria cantantes Deo prosterrentur in terram: eo scilicet ordine, ut nemo prius seniore aut incurvetur, aut iterum surgat: sed omnes summa aequalitate conjungant, extensisque ad celum palmis orando persistant, sicut & aequaliter merguntur. Sabbatorum vero & Dominicarum noctium curriculis, seno missarum super adjecto officio, sensis etiam missis vigiliis cum scnis responsoriis celebrantur: ut Resurrectionis Dominicarum solemnitatis ampliori officiorum psalmodia magis honoretur, quod & principiarum solitudo missarum praecedente nocte competenter officiorum genere de qualibet solemnitate semper est celebrandum.

#### CAP. IV. De habitu & ueste Monachorum.

**V**ESTIMENTA non multa nec superflua sint; duabus tantum cucullis villata & simplici, & uno palliolo, ternisque tunicis, & staminis duabus cuiusque necessitatis querimonia sufficienda est. In ipsis quoque calceariis hoc utendum est, ut Hyeme pediles calcent, qui voluerint, à die Kalendarum Novembrium usque ad Kal. Majas: reliquis seztivis mensibus caligarum tantum solatiis munendi sunt. Femoralium usus cuiquam est permittendus, maxime his qui ministerio implicantur alaris. Sed & hoc qui studiis velutrit, reprehendendus non erit: cum hucusque nunc confler, ple-

raque hunc usum Monasteria etiam in his regionibus non habere. Instrumentis competens adhibenda est disciplina, nec amplius quidquam ab aliquo requirendum, quam unum stragulum, calhabenque villatum, mappulam, & duabus lanatis pellibus arietum. Quidquid in teste, vel cultu est Monachorum, non peculiariter apud unumquemque habendum, sed sub manu unius fratris spiritualis in una celia recomendendum est: qui cum necessaria poposcerit, potenti cuiquam congrua statuta mutatoria tribuat: Nec quisquam ē Monachis suum afferens dicat. Codex meus, tabule mez, vel reliqua. Quod verbum si de ore ejus effugerit, penitentie subjubet; ne velut propria qualibet in Monasterio habere videatus; sed fint illis, sicut scriptum est, omnia communia. Un-<sup>Ad. 4.</sup> de & studere iisdem custos debet, ut summam in his vestibus diligendis habeat soleritatem, & cuique, ut dictum est, apta distribuat. Nec quisquam de hoc murmurare presumat, cum sibi distributa aliorum conficit indumenta vestiri. Subolæ sanè, acus, ac fila diversa pro consuendis, emendandis, farensiendis vestibus ipsi tribuenda sunt ab Abbatte: & cum necessitas poposcerit, lavandi atque emendandi habeat facultatem. Quidquid in vestimentis, calceamentis, vel lectariis Monachorum vetustum fuerit, dum nova percipiunt, totum ab Abbatte pauperibus erogetur.

#### CAP. V. De mensis.

**C**Usi hora nona ad vescendum conveniunt, dicto Psalmo, residentibus aliis unus legat in medio. In cibo sit strepitus nullus: nemo comedens loquitur. Si quid deest in mensa, is qui præest signo dato vel nutibus silenter petat, & indicet ministranti, quid inferri, vel quid auferri sit à mensa necesse. Priusquam ad mensam convenient, præcedat oratio. Postquam ad mensam surrexerint, sequatur oratio; nec ante quisquam alicubi presumat progredi, quam coram altario Christo gratiarum resolvitur actiones. Carnem cuiquam nec gustandi, nec sumendi est concessa licentia: non quod creaturam Dei judicemus indignam; sed quod carnis abstinentia utilis & apta Monachis astimetur. Servato tamen moderamine pietatis erga agricultorum necessitudines, vel longè proficiunt qualitates: ut & volatilium cibis infirmi sustententur; & longinquo itineri definiti. Si aut à Principe, vel Episcopo sperantur, pro benedictione & obedientia degustare non metuant, fertantes apud se de reliquo continentiam confue-

confuetam. Quod si quis Monachus violaverit, & contra sanctionem Regulz, usumque veterum velci carnis prosumperit, sex mensium spatio retrusioni & paenitentie subjacebit. Vivant enim solis oleribus, & leguminibus, taroque pisticulis fluvalibus, vel marinis; & hoc ipsum quoties se opportunitas fratum, vel festivitas solemnitatis dederit alicujus; servata in his & similibus cauſis discretione majoris. Per dies singulos vini potionibus sustententur, juxta providentiam tamen Abbatis, vel Prepositi hac ipsa potionis parcimoniam temperetur: ita dumtaxat, ut inter quatuor fratres sextarius dividatur. Sabbato vero vel Dominicis diebus ad vesperum una potio adjiciatur. Quilibet ex Monachis jejunium solvere non praefumat, nec priusquam in commune reficiant cum ceteris, vel postquam refecerint, quidquam quod ad potandum vel edendum pertinet, gustare vel contingere audeat; vel occulte quolibet peculariter recondere, vel habere præsumat. In præcipuis solemnitatibus tria pulmenta, & totidem potiones fratribus præbeantur.

#### CAP. VI. *De operatione.*

**I**N operando hec ratio obseruetur. Venerabile vel aestate dicta Prima, comincantur Decani & Preposito suo, quale opus debeat exercere; atque illi reliquos astheneant fratres, tum demum dato signo sumptis ferramentis congregentur in unum, factaque oratione pergent recitantes ad opus, usque ad horam diei tertiam. Revertentes ad Ecclesiam, tercia celebrata, residentes locis suis studeant lectione five orationi. Verum si opus tale est, quod non intermitatur; in opere ipso Tertia dicatur, & sic recitando tevertantur ad cellam, & consummata oratione, ablutisque manibus confessim ad Ecclesiam convenient. Et si reficiendum ad sextam est, peracto officio sexta, ab oratione pergent ad mensis, refectique congruè iterum facta oratione quietant, & hat silentium usque ad horam nonam. Deinde celebrata nona, si necesse est revertantur ad opus, quoquid ad duodecimam officium dictum convenient: fin autem residentes taciti per cellulas suas, hi quorum iam actas perfecta est, & conscientia pura meditentur eloquia Domini, vel opus quolibet intra cellulam injunctum exercentes, nusquam prouis excepta cauſa necessitatis aurante progrebi, nisi fuerint a seniore præcepti. Juniores vero coram suis residentes Decanis, lectioni, vel recitationi vident; nec se, inconsulto seniore, junior a sua se auferat se-

*Cod. Regul. Tom. I.*

cessione, aut ad alterius Decani locum audeat pergere; sed tam in cessione, quam etiam in operatione, semper decania à decania segregata consistat. Juniores qui que fuos jugiter decanus ille commoneat, ne in aliquam negligentiam decidant, sed viros spirituales & sanctos illis semper in exemplo proferat; ut illorum contemplatione affluat ad meliora proficiant. Autumni vero vel hyemis tempore, usque ad tertiam legant, usque ad nonam operentur, si tamen est quodlibet opus quod fiat. Post nonam iterum usque ad duodecimam legant: à duodecima meditentur usque ad Vesperam. Ad opera cum egressuri sunt, orationem facturi invicem convenient: qua expleta incipiat Praepositus Psalmum, & sic recitantes pergent ad operationem. Cum operantur, non inter se fabulas vel canticos conserant, five luxurientur; sed operantes intra se recitent taciti. Illi vero qui paucant, aut psallant aliquid, aut tecitent pariter, aut certè fileant. Peculiare opus institutum est, ut nullus exerceat Monachus, quasi sibi propriè vindicandum; aut cuilibet, cum valuebit, sua præsumptione distribuendum. Nec quolibet opus sine præceptione & cohibentia senioris suscipiendum, inchoandum, five faciendum est: sed in omni re quidquid Abbas vel Praepositus præcepit, hoc agendum.

#### CAP. VII. *De ferramentis & utensilibus.*

**F**ERRAMENTA vel utensilia quilibet articulū sub uno recondenda sunt clavī, & custodia unius fratris induitū & provisī: quiq[ue] segregatim illa idoneo collocans loco, prout res expedit, portentibus ad operandum fratribus tribuet; atque ad vesperum suis ea colligens locis, curam habebit, ne quid de his aut pereat, aut per negligentiam seruginet, vel qualibet occasione vilescat.

#### CAP. VIII. *De obedientia & cessione Monachi.*

**C**UM vacant ab operatione fratres, nullus se è proprio citra permissionem Decani vel Praeposti sui, movere audeat loco, neque conferere fabulas, deambulationesque peragere inquietas & otiosas: sed residens, operi manuum five lectione intentus, aut in orationis contemplatione defixus, signo universali monitus fugat concitus, communī oratione aut operatione detinendus, alias neque respicere, neque appellare alium, extra permissionem sui senioris, est quisquam è fratribus permittendus. In habitu quoque & gressu Monachi ita defi-

*Cca*

*nitus,*

## REGULA MONACHORUM

nitum est, ut nulla diversitas esset, sed omnia cultu vestimentorum, non vario, sed uno & sincero manerent: ingressu nulos strepitus, neque saltus amplos tensis passibus facerent, nec alibi, dum pergunt aspicerent, nisi ante vestigia sua, cum loquuntur, ut lenta & silens vox esset, juramento & mendacio carens, nec fraudem studens, neque multiloquium diligens; murmurationem omnino, & contradictionem, & rancorem nesciens; virtuperare, & judicare indemnem alium pertimeficens. Obedientia, praeceptum est Regule, ut impossibilibus quoque rebus opere atque affectu ostentetur, & teneatur usque ad mortem videlicet: sicut & Christus factus est Patri obediens usque ad mortem. Simili quoque studio & patientia virtus est observanda, ut nusquam nec odio violetur, nec injury, nec contumelias omittatur, sed in fluctuatione & tolerancia roboretur. Ruditas denique & parcimonia ciborum & lectulariorum duritas amplectatur. Peculiaritas aut in utensilibus, aut in vestimentis, aut in quibuslibet rebus, vilitatis saltem & abjectus, omni modo viteratur. Quia abominationis Monachis est & infamia, quidquam polsidere superfluum, aut reservare proprium, vel occultum: quod non longe ab Anania & Saphire exemplo segregatur. Munus denique quolibet, sive epistolas nemo Monachus accipiat; neque uspiam sine benedictione sui senioris progradiatur; nec cum laico loquatur, nec cum Monacho non jussus sit, sive fabuletur; vel alium aliquem proximum videat, vel extraneum, regulari sententia praefixum est. Nec jejunium solvat quilibet ex Monachis, nec priusquam in commune reficiant ceteri, vel postquam refecerint cum aliis, quidquam quod ad edendum vel potandum pertinet, degustare profumat, consuetudine jussum est diurna.

CAP. IX. *De Hebdomadaris.*

**H**EBOOMADARI per singulas sibi succedant hebdomas, orationem cum benedictione in Ecclesia percipientes Abbatem. Et quando exeunt ita die Sabbati explicata Vespera. Congregatis in unum ac residentibus fratribus & meditantibus, manibus propriis aqua calida singulorum abluant pedes, aliis lavantibus, & aliis extergentibus linteo, sive profirati coram Abate in conventu eodem veniam simul & benedictionem ab omnibus generaliter petant. Siveque oratione commendati Abbatis pergent ad ministeria fratribus exhibenda: plenissimam pro labore suo tempore matutino/benedictionem in Ecclesia perceptui.

CAP. X. *De hospitibus, peregrinis, & infirmis.*

**H**OスピTIBUS, vel peregrinis fratribus, cum summa reverentia charitatis & ministracionis obsequia sunt prebenda, & ad Vesperum lavandi pedes: & si ex itinere sunt confecti, oleo perungendi sunt. Lecharia, lucerna, & stramina mollia exhibenda: ac proficcentibus iuxta posse Canobii viaticum imponendum. Agroti omni miseratione & compassione fovendi sunt: eorumque languores congruo relevandi sunt ministerio. Tales tamen sunt eis ministri delegandi, qui & pulmenta strenue preparant, & devoto eis ministerio obsecundant; & de his, quæ illis residua sunt, neque fraudem faciant, neque occulte committitione se illicita polluant.

CAP. XI. *De nitore & affectu Monaci.*

**N**ULLUS alterius mantu[m] tenet, aut ad punctum temporis uspiam sine benedictione fecedat. Nitor & pulchritudo vestium, cultusque, atque ambitio rerum temporalium ab omni penitus Monacho debet exulare. Vana gloria, superbia, contemptusque turgidus, & effrenata locutionis usus abdicetur ab omnibus. Pius enim, & oblectabilis, humilis aque modestus esse debet affectus Monachi: quia & omni spuria caret, & audiendis vel videntis animus ad amorem & timorem divinitatis accendat: ut illud possit implere, quod Dominus dicit: *Sic lucet lux vestra coram hominibus*, *Math. 5. ut videant vestra bona opera, & glorificant patrem vestrum*, qui in celo est.

CAP. XII. *De castitate Monaci.*

**C**AUTELA, & moderatio, & pudicitia, fides, & sinceritas ornant habitum Monachi. Duplex enim nullo modo esse debet famulus Christi; sed veridicus, & simplex, & humilis superciliosus, fastus carent effigie. Coram seniore suo prior nullus ambulet, neque non jussus sedeat, vel loquatur: sed honorem fratris seniori & reverenciam, ut condeceret, competenter exhibeat.

CAP. XIII. *De delictis.*

**M**NES actus, sive occasionum necessitudines suo semper necesse est, ut Monachus referat patri, & ex illius cognoscat discretionem, vel iudicio, quid attendat. Cogitationes, revelationes, illusiones, & negligentias proprias seniori nullus obcelet, verecundia vel injuria faciente, vel contumacia pertrahente. Sed

Sed semper hujusmodi vicia cum lacrymis, & compunctione cordis, atque humilitate verissima Abbati, Praeposito, sive probatis senioribus revelanda sunt; & consolatione, oratione, castigatione, sive etiam exercitatione idonei operis castiganda.

CAP. XIV. *De excommunicatis.*

**C**UM excommunicatur, vel arguitur quisquam pro negligentia sua, exercitabit humilitatem, quoque percipiat orationem: nec se audebit inter alios commiscere, vel cuiquam occulte conjugere; sed omnibus ad rationum studia convenientibus, ille prostratus humo, cingulo simul opertorioque abjecto poscer veniam negligentia sua. Hoc etiam is ab officio regredientibus exhibebit. Similiter quoque & refelctionis tempore coram refectorio astabat vultu deposito & habitu, quoque fratrum compassione solatus veniam percipiat, quam depositit. Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassionem, vel miserationem resoveat; neque ad contradictionem vel superbiem confortare profumatur. Quælibet causa in conventu communii fratrum est ventilanda, & justè ac subtiliter perscrutandum, ne fortasse dolositate & malitia senioris innocens junior opprimatur. Abbat vel Praeposito juxta personarum acceptiōnē non licet judicare, neque aliquem fraudulenter vel iniustè dammare; sed, ut dictum est, spiritalium, & veridicorum fratrum hujuscemodi rebus est retinenda sententia: qui libi Dei iudicium ponentes præ oculis non permittant peccatum opprimere animam innocentis.

CAP. XV. *De clamofisi & lascivis.*

**C**LAMOSUM in locutione Monachum, aut iracundum, ridiculosum, substan-tatorem, sive detractorem esse non decet. Qui hujusmodi est, & sepe castigatus non fuerit emendatus, flagellis verberibusq[ue] curandus est, & acriter emendandus, crebraque curiositate & industria, à vitio reducendus. Lascivus, petulans, & superbus sapientius suspenderat à cibo, & biduanis sive triduanis maceretur incedis, operisque adjectiōne conficiatur; sermonē & colloquio castigetur. Si ista perpetuis lepe, minimè fuerit correctus, plagiis emendetur instantius, reclusionisque divinitate coartetur angustiis, brevissime panis & aquæ eū sustentandus; donec se spondear à vitio recessurum. Inobedientem, murmuratorem, contradictem, sive furtivis comeditionibus atque bibitionibus vacantem suprad-

scripta coērebit sententia: & in omnibus Monachorum excessiōnibus congrua animadversio adhibenda est secundūm Abbatis & seniorum iudicium, conveniens negligentie, atati, sive personæ: erique summa discretionē providendum, ne gravia pro levibus inferantur; aut è contrario pro maximis levis & parva ultio erogetur. Mensura namque & pondere æquo, iustitiaque pia, & miseratione continuo Pater vel Praepositus debet excellere: ut sic vulnus curet ægroti, quarenus salutem, & non debilitatem inferat membra, quia sicut subditorum vicia per Praepositos, ita & Praepositorum negligentias per semetipsum Deus iudicabit.

CAP. XVI. *De mendaci, fure, & percuſſore Monacho.*

**M**ENDACEM, furem, percussorem quoque & perjurum, quod Dei servum non decet, corripi primum à senioribus verbis oportet, ut recedat à vitio. Post haec si nec sic se emendare distulerit, tertio coram fratribus conveniet, ut deflata tantisper errare. Si nec sic se emendaverit, flagelletur acerrimè, & triū mensium spatio excommunicationis vindictam sulcipiens, sub penitentiae distriktione solus recludatur in cella; de vespera in vespera ex hordeacii panis sex uncis, & aquæ mensura parvula sustentandus. Ebriosus quis si repertus in conobio fuerit, superiori sententie subjacebit; sive is qui citra permisum Abbatis sive Praepositi alicubi literas destinaverit, vel ab alio destinatas accepit. Monachus parvolorum aut adolescentium confessator; vel qui osculo, vel qualibet occasione turpi deprehensus fuerit inhāre, comprobata patenter per accusatores verissimos, sive testes causa, publicè verberetur: coronam capitis, quam gestat, amittat, decalvarusque turpiter opprobro pateat; omniumque sputamentis oblitus in facie, probraque æque sufficiat; vinculisque arctatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur; & triduana per hebdomadas singulas refectione panis exigui hordeacii vespertino tempore sublevetur. Post deinde expeditis his mensibus, aliis sex mensibus succedentibus sub senioris spirituali custodia, segregata in corticula degens, opere manuum & oratione continua sit contentus: vigilis & fletibus, & humilitate subiectus, & penitentie lamenti veniam percipiat; & sub custodia semper & tollitudine duorum spiritualium fratrum in Monasterio ambulet, nulla privata locutione vel concilio deinceps juvenibus conjungendus.

CAP. XVII. *De culpatis.*

**Q**uisquis frater pro qualibet negligencia vel reatu arguitur, vel excommunicatur, & tamen humiliter veniam petit, vel confitetur lacrymabiliter, congrua ei remissionis & indulgentiae medela tribuatur. Procaci autem, & persistenti, atque per superbiam vel controvèrsiam deneganti, amplior & distictior animadvercio, flagellorumque pena irrogabitur. Duo in uno lecto non jacent; nec dormire extra cubile proprium cuiquam licentia pateat. Intervallum singulorum lectulorum singulis cubitis intercedat; nedum adinvicem proximant corpora, nutrient libidinis incentiva. In tenebris nemo loquatur alteri, nec accedat ullo modo junior quilibet ad lectum alterius post completam. Lectula singulorum Abbas vel Prepositus bis in hebdomada revolvat, atque perscrutetur; ut videat, ne quis superfluum aliquid vel occultum habeat. Nocturnum tempus peculiaribus orationibus & factis vigiliis maxima ex parte duendum est, propter lucifugas dañones, servorum Domini deceptores. Spina si inhaserit corpori; citra benedictionem sui senioris nullus evellat: unguis sine benedictione nullus abscondat. Fasces cujuslibet oneris absque benedictione & permissione senioris quisquam deponere è collo proprio non prælumat.

CAP. XVIII. *De jejuniis.*

**J**EJUNIS ista oportet tempora observare, à Pascha usque ad Pentecosten reficiendum ad sextam est; & monophagia, id est \* confervanda per die. A Pentecoste usque ad octavo decimo Kalendas Octobris interdiana jejunia retinenda sunt; excepto una quadragesima, quæ festivitatē Sanctorum Iuli & Pastoris præcedit, sollicité confervanda est: in qua usque ad nonam quotidie jejunandum est, & vino penitus abstinentium. Servanda tamen Abbati discrecio est, ut cùm hos gravi labore perspererit onerari, ad refractionem singulas portiones tribuat. Ab octavo decimo Kalendas Octobris usque ad Pascha sollicité jejunandum est, & in quadragesima vino & oleo penitus abstinentum. Ad mensam qui tardius venerit, prohibetur à cibo. Ad orationes diurnas, qui ad primum Psalmum non occurrit introire in oratorium cum cæteris non audent; sed penitentiae delegabitur. Hoc idem sustinebit, qui nocturnis orationibus usque ad tertium Psalmum tardius venerit, aut post tres Psalmos dicos in choro se milcere contutus fuerit.

CAP. XIX. *De cibis.*

**M**INISTRI, sive Prepositus, cum fratribus reficiunt, & mutato sibi cibos præparare non audeant; nec extra communem refractionem quidpiam edant. Hoc etiam Abbas studeat agere, quoties advenientes, vel filii Ecclesiæ occurrence sibi non aspexcrit obviare. Abbas vel Prepositus fratres in furtiva passim, prout voluerint, comeditione non inquietu: nisi fortasse patula unumquemque aut ægritudo, aut defectionis instantia desatigat: cui quidem aperte cum consensu reliquo congruam ordinabit annonam, iusta sive valetudini competentem.

CAP. XX. *De officiis Abbatis vel Prepositi.*

**D**E officio Monachi non prout voluerint evagentur, nisi consulto Preposito sive Decano: cum seniore ad hoc ipsum delegato, cùm necessitas compellit, egrediantur. Abbas vel Prepositus divinis semper officiis & vigilis interflit; & prius ipsi agant, quod alias docent. Abbas vel Prepositus è propriis semper Cœnobii Monachis eligantur; vir fatus, discretus, gravis, castus, charus, humili, manuetus, & doctus; qui diutinis experimentatus & documentatis, omnibus præfatis rebus bene fuerit eruditus. Qui in abstinentia præcellat, indutceps resulgeat, exquisitas epulas mensis lautoris confuctitudinemque contemnat; vini nimii perceptionem respuat; cunctis in commune fratribus, ut pater proprius piissimumque provideat. Quem nec ira subita imo derat deicijat, nec superbis extollat, nec maror ac pusillanimitas frangat, nec libido corrumpat. Qui & in patientia discretionem, & cum ira exhibeat lenitatem: quique sic egenitatem atque pauperibus pareat, ut ministerium se, & non Prælatum tantum Christi vilceribus recognoscat. Cujusque tanta debet sermonis & virtutis consonantia esse, ut id quod docet verbis, confirmet operibus sedulius: & his acuto præcedent gladio, quidquid alios informat verbo, iugi ipse gerat studio: ut nec sermonem operatio defruat, nec è contra operationem bonam sermo inconveniens frangat; sed sint ibi cuncta ita in Patre convenientia, sicut chordarum concordia in lyra & cithara; quæ tune dulcifluum ex se sonum reperculsa redundat, cum artificis pulsante manu. temperato æquitatis ordine, & non confuse inæqualitatis præcipitatione seriuntur. Ter per omnem hebdomadam collecta facienda est, & regulæ Patrum legendæ, differendum, vel à seniore & caitigatio

ac ferme adificationis proferenda ad fratres: negligentia emendanda; excommunicatis miserendum, & procacibus siue durecervicibus iterum irroganda censura.

CAP. XXI. *De Converso, qualiter debet suscipi.*

**C**ONVERSUM de seculo, Patrum decreta docent, non suscipiendum in Monasterio, nisi prius experimentum sui in opere & penuria, in opprobriis dederit & conviculis: quique decem diebus perfestos ad januam Cenobii, orationibus & jejuniis, patientiae & humilitati operam dederit. Sieque anno integro uni spiritali traditus seniori, non statim confidens erit congregatio; neque integra fratum divergenter accederet, sed delegata in exteriore corte cellula perfruetur; ubi omnem sinceriter exerceat obedientiam. Hospitiis sive peregrinis stramina comportabit, aquam calefaciens pedibus, & omnia humiliter Ministeria exercet, fascesque lignorum suo quotidie dorso ferens hebdomadarilis tribuet. Atque ita in omni penuria & utilitate subactus, expleto anno probatus moribus, & laboribus elimus percepta in Ecclesia benedictione fratrum societati donetur; unique Decano delegetur cunctis bonorum operum exercitis edocendus. Quod si quilibet conversus bonis ac puris moribus enitens, Abbatis vel aliorum fratrum spiritualium fuerit iudicio comprobatus, pro merito & puritate sua conscientie celerius poterit fratrum confortis misericordia secundum quod Abbatis vel fratrum optimorum censuerit deliberatio faciendum.

CAP. XXII. *De professione Conversi.*

**O**MNIS Conversus cum ad Cenobium venerit, seque suscipi postulaverit, confessum in conspectu totius Congregationis adductus sciscitarbitur ab Abate, utrum liber an servus, utrum bona &

spontanea voluntate, an fortasse qualibet compulsus necessitate converti voluerit. Cumque ejus spontaneam ad conversionem præviderit existere voluntatem, neque quolibet eum conditionis nexu adstrictum esse perspexerit, accipiet paucum ejus, omnem sive professionis continens originem. In quo etiam ita se idem convertens alligabit, ut omnia se instituta Cenobii mente devota profiteatur implere, nec ea ullo unquam tempore violare: neque a districione Cenobii, quam expertus, pollicetur ullatenus evagari. Cumque hac se professione adstrinxerit, subiiciatur supradictis, per bonorum operum industrias quandoque Domino placituras.

CAP. XXIII. *De primi conversione.*

**Q**UI prius in Monasterio conversus fuerit, primus ambulet, primus sedeat, primus eulogiam accipiat, primus communiceat in Ecclesia, prior loquatur, cum interrogantur fratres pro aliqua quaestione, prior Psalmum dicat, in choro primus consillat, hebdomadam primus faciat, manum in mensam primus extendet. Nec atas sola inter fratres requirienda, sed conversatio est, & laboris studiisque propositum. Unde & haec discretio senioris est prestatola, ut quem quomodo erga Dei amorem cultumque ferventem viderit, sic honoret. Non enim generis dignitas, aut rerum opulencia, quam quisque habuit in seculo, vel atatis grandevitas exquirenda; sed vita rectitudine, & ardentissima fidei merita debent esse penitata. Ille enim potior, qui Deo proximior, judicandus est. Monachi in Monasterio sancte & pudicè atque honestè viventes persistant: laici foris Abbatis vel Praepołiti mandata peragent.

*Duo postrema capita in MSS. desiderantur.*

EXPLICIT REGULA S. FRUCTUOSI EPISCOPI.



# S. FRUCTUOSI EPISCOPI

## REGULA MONASTICA COMMUNIS.

### IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ SANCTI FRUCTUOSI EPISCOPI.

1. Ut nullus presumat suo arbitrio Monasteria facere , nisi communem collationem consenserit , & hoc Episcopus per canones & regulam confirmaverit.
2. Ut Presbyteri seculares non presumant ab ipso Episcopo , qui per regnum vivit , aut consilii sanctorum patrum , per villas Monasteria confidere.
3. Quodlibet debet eligi Abbas in Monasterio.
4. Quodlibet Monachib[us] recipiantur in Monasterio.
5. Quodlibet debent Monachi subditi esse suo Abbat[us].
6. Quodlibet debant viri cum uxoribus ac filiis ab ipso pericolo vivere in Monasterio.
7. Quodlibet infirmi in Monasterio debant tueri.
8. Quodlibet debent senes gubernari in Monasterio.
9. Quodlibet debant vivere qui greges Monasterii delegatis habent.
10. Quid debant observare Abbates,
11. Quid observare debant Prepositi.
12. Quid debant observare Diaconi.
13. Quibus diebus se congregent ad collectam fratres.
14. Quodlibet debant Abbes esse solliciti erga excommunicatos.
15. Quodlibet Monasteria virorum ac puellarum custodi debent.
16. Quodlibet fratres debant cum sororibus uno in Monasterio habitare.
17. Quodlibet debet esse confitudo solitandis in Monasterio virorum ac puellarum.
18. Ut non recipiantur in Monasterio nisi qui radiciter omni facultate redari sunt.
19. Quid in Monasterio debant observare , qui peccata gravata in seculo commiserunt.
20. Quid observandum sit de Monachis , qui a proprio Monasterio per virium dilabuntur.

Explicant Capitula.

### INCIPIT REGULA SANCTI FRUCTUOSI

#### CAPITULUM PRIMUM.

*Ut nullus presumat suo arbitrio Monasteria facere , nisi communem collationem consenserit , & hoc Episcopus per canones & regulam confirmaverit.*

**S**OLOENT enim nonnulli ob metum gehennæ in suis sibi dominibus Monasteria componere ; & cum uxoribus , filiis , & servis , atque viciniis , cum sacramenti conditione in unum se copulare , & in suis sibi , ut diximus , villis & nomine Martyrum Ecclesiæ consecrare , & eas falso nomine Monasteria nuncupare . Nos tamen hac non dicimus Monasteria , sed animarum perditionem , & Ecclesiæ subversionem . Inde surrexit hæresis & schisma , & grandis

per Monasteria controversia . Et inde dicta hæresis , eo quod uniusquisque suo quid placuerit arbitrio eligit ; quod elegerit , sanctum sibi hoc putet , & verbis mendacibus defendat . Hoc tales ubi reperitis , non Monachos , sed hypocritas & hereticos esse credatis . Et hoc optamus , & omnino vestram sanctitatem quefimus , cum talibus nullam conversationem jubemus habeatis : neque eos imitemini . Et quia suo arbitrio vivunt , nulli seniorum volunt esse subjecti : & nil de propria substantia pauperibus erogant ; sed adhuc aliena , quasi pauperes , rapere festinant : ut cum uxoribus & filiis , plus quam cum in seculo erant , luca conquirant . Et haec faciendo perditione animarum non curant ; ut non animarum , sed corporum plus quam seculares homines

nes emolumenta habeant : & pro suis pignoribus more luporum doleant ; & de die in diem non retroacta peccata plangent ; sed cum scandalo semper studio rapacitatis anhelant : & non de poena futura cogitant, sed unde uxores & filios pascant, acius anxiantur : & cum iplis vicinis, cum quibus prius se cum jumentis ligaverant, pro hoc tepefacti cum grandi jurgio & discrimine se ab invicem separant ; & res suas ante per imaginariam charitatem expendendas communiter misericordant, non jam simpliciter, sed cum exprobreatione unus alteri raptat. Quod si aliqua ex illis imbecillitas apparuerit, propinquos, quos in seculo reliquerunt, cum gladiis, & fustibus, ac minis sibi adjutores adducunt ; & qualiter haec disrumpant in prima dudum conversatione excoigitant. Et vulgares & ignari cum sint, talem praefesse sibi Abbatem desiderant : ut ubi se voluerint convertere, quali cum benedictione suas voluntates faciant, & quidquid eis placuerit dicere, dicant : & alios more instigationis dijudicant, & servos Christi dente canino dilaniant : & hoc agunt, ut semper cum secularibus, & hujus mundi principibus commune consuetum habeant, & amatores mundi cum mundo diligent ; qualiter immundi cum mundo pereant. Tali se fere exemplo taliter alios vivere invitant ; & infirmis mentibus offendiculum parant. De talibus Dominus in Evangelio ait : *Caveatis a falsis scriberibus, qui venient ad vas in vasibus ovium ; intrinsecus autem sunt lupi rapiaces : à fratribus eorum cognoscatis eos : quia non potest arbor mala fructus bonos facere. In fructu operationem dixit, in foliis verbum. Et ut eos in opere cognoscatis, verba illorum pensare potestis, quia cupiditatis face succensi, non possunt Christi pauperibus adaequare. Christi vero pauperes hanc habent consuetudinem ; nihil in hoc mundo cupiunt habere, ut possint Deum & proximum perfectè diligere. Et qualiter supradictos lupos possint evadere, Dominum cognoverunt dicentem : Ecce missa vas, sicut oves in medio laporum. Non portetis facultam, neque param. Proinde Christi servus, qui cupit esse verus discipulus, nudam crucem ascendat nudus, ut mortuus sit seculo, Christo vivat crucifixo. Et postquam deposuerit corporis sarcinam, & hostem viderit trucidatum, tunc se putet devicisse mundum, & cum sanctis Martyribus æquiparasse triumphum.*

CAP. II. *Ut Presbyteri secularares non præsumant absque Episcopo, qui per Regulam vivit, aut confusio fratrum patrum, per villas Monasteria construere.*

**S**OLONT nonnulli Presbyteri simulare sanctitatem, & non pro vita eterna hoc facere : sed amore mercenariorum Ecclesie defervire ; & sub praetextu sanctitatis divitiarum emolumenta sectari : & non à Christi amore provocati, sed à populi vulgo incitati, dum fornidianus suas perdere decimas, aut cætera lucra relinquere, conantur quasi Monasteria edificare. Et non more Apostolorum hoc faciunt, sed ad instar Ananiz & Saphiræ. De ipso ait B. Hieronymus : Non res suas pauperibus erogaverunt, non per exercitium in Monasterio laboriosam vitam duxerunt ; non mores suos reprehendebunt, ut assidua meditatione corrigerentur. Non neverunt, non in cinere, & cilicio corpus versaverunt ; non penitentiam peccatoribus prædicaverunt, ut cum Baptista Joanne dicerent : *Panites iam agite : appropinquauit enim regnum calorum : Non Christum imitati fuerunt, qui dixit : Er non veni ministri, sed ministra re ; & non veni voluntatem meam facere, sed joan. 4. Patriis.* Et de cathedra iste quando ducitur ad cathedram, id est, de superbia, præfesse isti desiderant fratribus, non professe : & cum sua timide refervant, aliena concupiscunt, quia non dispensant : & prædicant quod ipsi non obseruent : & cum Episcopis, secularibus principibus terra, vel populo communem regulam servant, & ut sunt Antichristi dicipuli contra Ecclesiam latrant ; & quibus machinamentis eam disrumpant, arietes fabricant ; & cum inter nos venerint, dimero capite gressu tenui sanctitatem simulant. Hi sunt hypocrite, qui aliud sunt, & aliud esse videntur : ut stulti qui eos viderint, imitentur. Ipsi fures *John. 10.* & latrones, Dominica voce attestante ; qui non per ostium, quod est Christus, sed disrupto pariete Ecclesie per murum præcipitati ingrediuntur : & si aliquis fidellum recte vivere cupit, eis obstaculum faciunt, ut possint, non profectum. De talibus Dominus ait : *Vale uobis Scribe *Math. 23.* & Pharisæi, eccl hypocrites, qui clandestinum regnum calorum : nec uos iuratis, nec alii permittitis intrare.* Hi tales sicut de suis lucris, sic de nostris gratulantur detrimensis : & quod non audierunt adversum nos quid fallum proferant, omni contentione componunt, & quod non facientes cognoscimus, qui in crimine deprehensi publicè per plateas annuntiantes, defendunt ; & qui nobis à Monasterio proprio vito delabuntur, ab ipsis ovando fusciantur, tuentur, & defenduntur :

D d

&

## REGULA COMMUNIS

& cum sint Monasteriorum desertores plerique ex ipsis qui nos detrahunt, ab illis optimè honorantur, & quod nefas est dicere, honoribus cumulantur. Hos tales cum videris; melius odium quam confortium habeatis, de talibus Propheta

*Psal. 133.* ait: *Nonne qui te oderam Deus oderam illos? perfido odio oderam illos, & iniusti facti sunt mihi.*

CAP. III. *Qualis debet eligi Abbas in Monasterio.*

PRIMUM prævidendus est Abbas, vitæ sanctæ institutione duratus, non conversione novellus: sed qui per diuturnum tempus in Monasterio sub Abbatе defudans inter multos est comprobatus, & non habet hereditatem in seculo; sed in toto Israël absque forte in terra reprobus. *Matt. 15.* millio est verus Levita, ut, *pars hereditatis mea Dominus*, libera cum Propheta voce dicat: *in tantum, ut omnem cauſandi uolum radicitus à ſuo corde repellat;* & ſi ſas fuerit, per nullam occaſionem in iudicio cum hominibus contendat: sed ſi quis eum incitaverit, & tunica tulerit, qualiter contendat ad vocem continuo Dominicam, & pallium relinquit. Si certe aliquis infector Monasterii accesserit, & aliquid auferre conatus fuerit, & per vim tollere voluerit, uni de laicis cauſam injungat, & ipsi fidelissimo Chriſtiano, quem vita bona commendat, & fama mala non reprobatur: qui & res Monasterii absque peccato judicet, & querat; & ſi uoluntate jurandi eft, hoc faciat sine juramento & pena: & non tantum pro rerum lucro, ſed ut perſecutorem humilem & manuetum ad veniam poſtulandam reducat. Quod ſi perſecutor in ſua perfeveraverit contumacia, & plus lucra dilexerit, quam animam, ſlatim cauſator cum eo contendere dimittat. Abbas verò absque ullo uoluſu cauſandi, & erat tancore ſtomachi, ſimpliciter in Monasterio cum suis Monachis vivat, & nullam cum ſecularibus cauſandi licentiam habeat.

CAP. IV. *Quales Monaci recipiantur in Monasterio.*

MONACHI, qui ob religionis obtentum Monasterium ingredi petunt, pri-  
mum ante portas tribus diebus & noctibus excubent, & ex industria jugiter ab hebdomadariis expobrentur; quibus diebus peractis, poſtmodum interrogentur, utrum liberi sint an servi. Quod ſi servi ſunt, non recipiantur, niſi libertatem à proprio domino pte manibus attulint preſentandam, ceteri verò five li-  
bori live servi ſunt, divites an pauperes,

conjugati an virgines, ſtulti an sapientes, inīciū an artifices, infantuli an ſenes, ſi quispiam horum fuerit, acius percunctentur, utrum recte abrenuntia-  
verint, an non: ſi omnia fecerunt que in Evangelio voce veritatis audierunt, que ait; *Qui uox renuntiaverit omniis que loquuntur, profidet, mens non potest esse discipulus.* Et illud quod dives quandam adolescentem, qui omnia que in lege precepta ſunt, ſe impleſe jactabat, ad quem Dominus ait: *Si uox effe perfectus, vade, vende omnia que Matri. 19.* habes, & de pauperibus; *Ego veni, ſequere me;* & habebis theſaurum in celo. Iterum ad eum Dominus loquitur: *Qui uox effe perfectus t qui cum Apofolos patrem & matrem, reteque & noviculam dimittit.* Et qui omnia dixit, nihil de propria facultate reservari mandavit: & non cuilibet, ſed cuncta Chriſti pauperibus erogavit; & non dedit patri, non matri, non fratri, non propinquo, non confanguineo, non filio adoptivo, non uxori, non liberis, non Eccleſie, non principi terre, non servis, exceptis libertates conſirmandas. Cumque ita, ut diximus, fuerit ſcisci-  
tatus, poſtmodum in ultimo gradu recipiatur. Quod ſi horum, quos ſupradiximus, more pietatis vel uolum nummum alicubi male abrenuntians reliquit, ſlatim eum foras repelli mandamus; quia non eum in Apofolorum numero, ſed Ananias & Saphiræ ſequacem videmus. Sciatis eum non poſſe in Monasterio in menſuram venire Monachi, neque ad paupertatem descendere Chriſti, neque humilitatem acquirere, neque obediens eſſe, neque ibidem perpetuo perdurare: ſed cum aliqua occaſio pro aliquo à ſuo Abbatē Monasterii diſtrigendi, aut emen-  
dandi accesserit, continuo in ſuperbiā ſurgit, & accedit ſpiritu inflatus, Monas-  
terium fugiens derelinquit.

CAP. V. *Qualiter debent Monaci ſubdi-  
ti effe ſuo Abbati.*

IN tantū debent Monachi preeceptis obe-  
dire majorum, ſicut Chriſtus Patri obe-  
diens fuit uisque ad mortem: quod ſi aliter  
fecerint, ſciant ſe viam quam quere-  
bant perdidisse. Nemo vadit ad Chriſtum, niſi per Chriſtum. Proinde Mo-  
nachi talem ſibi debent facere conſuetu-  
dinem, per quam à tramite recto nulla-  
tenus poſſint deviare. Primum diſtant  
voluntates proprias ſuperare, & nihil ſuo arbitrio vel minimum aliquid agere; nihil loqui niſi ad interrogata, & cogita-  
tiones de die in diem nacentes cum je-  
junio & oratione expellere, & ſuo Ab-  
batē nunquam celare. Et quidquid fece-  
rint, abſque murmuratione faciant, ne, *Nom. 11.* quod ablit, murmurando ea ſententia  
perceant,

pereant, qua perierunt ii qui lo deserto murmuraverunt. Illi perierunt manna manducando, & isti in Monasterio murmuratores scripturas recitando. Illi manna manducando mortui sunt, & isti scripturas legendo & audiendo, spirituali fame quotidie moriuntur. Illi murmurando terram reprobmissionis non non intraverunt, & isti murmurando paradisi promissionis terram non ingrediuntur. Grande malum, de Aegypto exire, mare transvadasse, tympanum cum Moyse & Maria; Pharao submerso, tenuisse, manna manducasse, & terram reprobmissionis non intrasse: malum pejus, de Aegypto istius seculi exire, mare baptismi cum poenitentia amaritudine quotidie pergere, tympanum pulsare, id est, carnem cum Christo crucifigere, & manna, quod est coelestis gratia, manducare; & coelestis regionis tertam non intrare. Timendum est ergo, charissimi fratres, & cogitandum, & prævidendum, qualēm viam arripere debeant, qui per Christum ad Christum ire defiderant; & liquidè audient, quod observare debeant. Obedientes sint Abbatii usque ad mortem; in tantum, ut nullam propriam faciant voluntatem, sed Patris. Nihil tam charum Deo habetur, si voluntas propria frangatur. Hinc Petrus ait; *Nos qui dumfussum omnia, & fecuti sumus te, quid nobis erit?* Non solum dixit; *dumfussum omnia, quid nobis erit?* sed addidit; *fecuti sumus te.* Multi omnia dimittunt, sed Dominum non sequuntur. Quare? quia non patris, sed suam voluntatem faciunt. Qui vult ergo arctam & angustam viam invenire, & eam sine offendicula pergere, & pergendo non perdere, & non perdendo ad Christum pervenire, prius discat voluntates proprias superare, & nihil quod propria voluntas corporis quiescerit facere, & in Patris obedientia usque ad finem vite perseverare. Haec propriæ via arcta & angusta, quæ ducit ad vitam.

*Mon. 19.* CAP. VI. Qualiter debeant viri cum uxoris ac filiis abque periculo vivere in Monasterio.

Cum venerit quisquam cum uxore vel filiis parvulis, id est, infra septem annos, placuit sanctæ confundi Regule, ut tam parentes, quam filii in potestate se tradant Abbatis, qui & ipse Abbas omni sollicitudine quid observare debeant rationabiliter eis disponat. Primum nullam corporis sui potestatem habeant, neque de cibo aut indumento recognitent; neque facultates aut villulas, quas semel reliquerunt, ulterius possidere presumant: sed tanguam hospites & peregrini subjecti

*Ged. Regul. Tom. I.*

in Monasterio vivant; & neque parentes solliciti sint pro filiis, neque filii pro parentibus. Neque communem confabulationem habeant, excepto si non auctoritas Prioris præceperit. Illos tamen parvulos, quos adhuc in crepidia videamus tenerculos, propter misericordiam concessam habent licentiam, quando voluerint ad patrem, aut matrem pergit: ne sortasse parentes pro ipsis in virtute murmurationis cadant; qui solet pro eis grandis in Monasterio murmuratio evenire. Sed inter utrosque soveantur, quoique quantumcumque Regulam cognolant, & semper instruantur; ut si sint pueri, siue puellæ, Monasterio provocentur ubi habitate futuri erunt. Et qualiter ipsi infantes in Monasterio nutritantur, planam ostendimus viam, si Dominus dederit commeatum. Eligatur Cellarius bonus patientia probatus, qui in communis elegerit collatio, & ab omnibus excusetur Monasterii servitio, & coquine officio, ita ut semper cellarium teneat, propter ipsis parvulos, senes, infirmos, vel hospites. Et si major fuerit Congregatio, junior ei detur pro ipso servitio discurrendo; qualiter ipsi infantes ab ipsis imperio ad horas congrua copulentur, & accipiant alimento. A sancto Pascha usque octavo Kalendas Octobris manducent per singulos dies quatuor vices. Ab octavo Kalendas Octobris usque ad Kalendas Decembribus usque ad sanctum Pascha in potestate sit ipsis Cellarii, Carterum vero sic instruantur, ut absque benedictione & imperio nihil in ore suo mittere debeant: qui & ipsi infantes suum habeant Decanum, qui plus de eis intelligit, ut Regulum super eos observet; & ab eo semper admoneantur, ne aliquid absque Regula faciant, aut loquuntur; aut certe in mendacio, furto, vel perjurio deprehendantur. Quod si in aliquo, quæ diximus, deprehensi fuerint, continuo ab ipso suo Decano virga emendentur. Et ipsi Cellarii eis pedes & vestimenta lavet; & qualiter in sanctitate proficiant, cum omni intentione edoceat: ut à Domino plenam remunerationem accipiat, & veritatis præcepta dicentis audiat, quia ait: *Sicut parvulus venire ad me, ut probet beatas es: talium enim est regnum celorum.*

CAP. VII. Qualiter infirmi in Monasterio debeant teneri.

INFIRMI quilibet motbo defessi in una jaceant domo; & uni, qui aptus est, delegentur; & tanto ministerio soveantur, ut nec propinquorum affectus, nec ubiū delicias requirant; sed quod nescie

cesser habuerint, Cellarius & Prepositus preuideant. Ipsi verò infirmi tanta sollicitudine admoneantur, ut de ore eorum nec quantuluscunq; vel levis sermo murmurationis procedat: sed in sua infirmitate cum hilari mente sine intermissione, & ablata murmurationis occasione, & vera cordis compunctione semper Deo gratias agant; & frater qui eis ministrat, nullo pacto offendere audeat. Quod si aliquis, ut diximus, ex ore eorum murmurationis processerit scrupulus, ab Abate increpant, & ne talia supradicta facere præfumant, admoneantur; ita ut ille eos accuset, qui hoc ministerium injunctum habet.

**CAP. VIII. Qualiter debeant senes gubernari in Monasterio.**

**S**OLONT plerique novitii senes venire ad Monasterium, & multos ex his cognoscimus necessitatis imbecillitate polliceri pacem, non ob religionis obtentum. Cum tales reperti fuerint, acrius necesse est arguantur; & inter cetera instrumenta nisi ad interrogata non loquantur. Habent enim & ipsi consuetudinem mores pristinos nunquam abhorre, & ut olim fuerunt docti, vanis fabulis evagari. Et cum forte ab aliquo fratre spiritali corrigitur, continuo in iracundiam profluent, & per diuturnum tempus tristitia morbo stimulantur, & à raocore malitie penitus non defidunt. Et cum frequenter & immoderatè in tali virtute dilabuntur, tristitia cum deferit, solita consuetudine in fabulis & risu fraxina laxantur. Proinde cum tali cautione in Cenobio introducuntur, ut die noctuque non fabulis evagentur, sed in singulu & lacrymis, cinere & cilicio vententur; & retroacta peccata cum gemitu cordis poenitentia, & poenitenda ulterius non committant. Et quantum habuerunt in peccando pravie suæ mentis intentionem, duplum habeant in lamentando plenam devotionem. Quia per seprugina & eo amplius annos abrupte peccaverint, & ideo congruum est, ut arcta poenitentia coercentur, quia & medicus tanto profundius vulnera abscondit, quantum putridas carnes vider. Tales ergo per poenitentiam veram corrigitur: ut si noluerint, excommunicatione continuo emendentur. Quod si bis septies admoniti ab hoc virtu non fuerint emendati, deducantur in conventu majorum, & ibidem denuo discutiantur: & si se corripiere non permiserint, foras proficiantur. Eos verò sicos, quos quietos, simplices, humiles, & obedientes, in oratione frequentes, & tam propria quam aliena peccata deplorantes, & quo-

tidie de vita periclitantes, & Christum semper in ore habentes, & si secundum vires otio non vacantes, & non suo, sed majorum arbitrio pendentes, & propinquitatis affectum perfectè deferentes, & cuncta quæ possident, non suis, sed Christi pauperibus erogantes, & nihil sibimet reservantes, & dilectionem Del & proximi tota mente & fortitudine tenentes, & die noctuque in lege Domini meditantes esse cognoscimus, pia miseratione sicut infantulos soveri, sicut patres honorari mandamus: Ita ut à pistriño & coquinarum vice excusentur; & ab agro, & duro labore quieti vident, excepto quod aliqua leviora opera eis injungantur; ne fessa arta ante tempus frangatur: cibi tamen quibus reficiantur, teneri & molles ex industria ab hebdomadiis coquuntur, & carnes & vinum propter imbecillitatem moderatè eis praebantur: & omnes ad edendum in una mensa copulentur, & qualiter cibo & potu uno reficiantur. Vestimentum verò & calceamentum sic eis praebantur, ut absque foco frigoris ab eis asperitas arteatur.

**CAP. IX. Qualiter debeant vivere, qui greges Monasterii delegatos habent.**

**Q**UI greges Monasterii accipiunt alendos, tantam sollicitudinem super eos gerere debeot, ut nulli damnum in frugibus inferant, & tanta vigilancia astutiaque sollicitentur, ne à bestiis devoretur: ut fragosa & abrupta montium & inaccessibilis vallum prohibeantur, ne ad precipitum defluant. Quod si per incuriam, aut pastorum desidiam, ex supradictis aliqua provenerit negligentia, continuo pedibus seniorum provolventes, & tanquam gravia peccata deplorantes, dignam pro culpa perdiu agant poenitentiam, qua peracta supplices recurrent ad veniam; aut si parvuli sunt, virga emendationis accipient confusam. Et tali delegentur probatissimo, qui & in hoc servitio aptus fuit in seculo, & eos custodiare desiderat bono animo: ut numquam de ore ejus procedat vel levis murmuratio. Sed & parvuli per vicinitudines ei dentur juniores, cum quibus ferre possit ipsum laborem. Et sic eis praebatur vellumentum & calceamentum, quantum necesse est ad suffectum. Et pro servitio uous tantum quem diximus, non tamen omnes in Monasterio inquietentur. Et quia solent nonnulli qui greges custodiunt, murmurare, & nullam le pro tali servitio putant habere mercedem, cum se in congregacione orantes & laborantes minime vident, audiant quid dicunt Patrum Regule, tacentes recogitent:

&amp;

& patrum exempla praecedentium recognolentes fibimeti plis denuntiant, quia Patriarchae greges paverunt, & Petrus pescatoris gelit officium, & Joseph iustus, cui Virgo Maria desponsata extitit, faber lignarius fuit. Proinde isti non debent desplicere quas delegatas oves habent: quia exinde non unam, sed multas consequuntur mercedes, inde recreantur parvuli, inde foventur senes, inde redimuntur captivi, inde suscipiuntur hospites & peregrini. Et insuper vix tribus mensibus per pleraque Monasteria abundaretur, si sola quotidiana fuissent Paximatis in hac Provincia plus omnibus terris laboriosa. Quamobrem qui hoc servitium habuerit injunctum, cum hilatitate cordis obediatur, & certissime credit, quod obedientia à quovis periculo liberat, & magnum sibi ante Deum preparat fructum; sicut & inobedientis incurrit anima detrimentum.

#### CAP. X. Quid debeant observare Abbes.

PRIMUM horas canonicas, id est, Primam, missis operariis in vineam: Tertiam, sanctum Spiritum in Apostolos descendisse: Sextam Dominum in cruce ascendisse: Nonam Spiritum emisisse: Vesperam, David cecinisse, dicens:

*Elevatus manum meamum sacrificium vespertino: Medium noctis, quia ea hora clamor factus est: Ecce sparsus ventus, exire obviem ei, & ut es hora cum ad judicium venerit, non nos dormientes sed vigilantes inveniat. Gallicinium, Christum à mortuis resurrexisse. Has horas canonicas ab Oriente usque in Occidentem Catholica, id est, universalis indefinenter celebrat Ecclesia. Proinde ergo Abbes per Monasteria tota mentis intentione, cum fletu & cordis contritione, ablata laboris aut itineris occasione, cum omni Monachorum congregazione celebrare debent. Et ubi eis properandi fuerint necessitas; & huiusmodi cognoverint metas, continuo humo prostrati indulgentiam à Domino supplices petant, & suis horis peculiaribus, id est, secunda, quarta, quinta, septima, octava, decima, & undecima orare non pigeant, qualiter septem & octo Salomonis con-*

*grauat dictum: De partem septem nec non & octa: ut per septiformis gratiae Spiritum, & octo beatitudines, ac resurrectionis diem liberis gradibus per scalam Jacob, Christo sibi desuper innidente, quindecim gradibus coeli confundere valeant regionem. Secundo, ut per caputa monium Abbes de uno confinio uno se copulent loco, & inenfusiles Litanias strenue celebrent & pro animabus sibi subditis auxiliu Domini implorent: quia de ipsis in*

tremendo iudicio cum grandi discussione sperent se Deo reddere rationem. Tertio, qualiter vivere debeat, ibi disponant; & tanquam à senioribus comprehensi ad celas revertantur subplacitati. Quarto, retroacta fanditorum Patrum per scripturas scilicentes revolvant: ut ab ipsis quod facere debeant agnoscant, ut intus, ac foris, ante & retro plenam mentem oculis habeant; ne, quod absit, in aliquam hæretin devolvantur, & perant. Pro hoc ergo semper in communione concilio fratrum aqua lance tanquam in penso persistant; ut præterita recordando, & futura providendo, & præfentia examinando, hæresum non patientur stimulos. Quinto, ut cum fratribus advenientibus hospitibus, & peregrinis in una mensa communiter vivant: quia de ipsis Dominus ait: *Hoc est mandatum meum, ut diligatis me, & diligatis fratres vestros.* Sexto talem sibi consuetudinem debent facere Abbes, ut omnem cupiditatem & avaritiam à se radicibus arceant. Si hoc malum non esset, idolorum servitutem eam Apostolus non dixisset. Et per hoc virus Monachi cognoscimus mentem fauciari: & à nullo vitio penitus unquam poterit liber esse, qui tali confuetudinis vinculo fuerit obligatus: & in Dei & proximi dilectione nunquam erit firmatus: quia hoc quod in seculo concupiscimus, sine dubio proximis invidemus. Unde & Patres sancti Spiritu sancto repleti, ut possint Deum & proximum perfectè diligere, studuerunt in hoc mundo nihil habere. Et quia sine aliquo esse non possumus, ipsum debemus habere, quod nos non piceat, cum neccesse fuerit, eagenti proximo reddere. & à charitate Dei, & proximi dilectione nunquam animam relaxare: cuius videlicet fortitudo charitatis vera sancte Ecclesie voce laudatur, cum per cantorum canticum dicitur: *Valeamus coram te, O misericordia nostra.* Virtuti etenim mortis dilectio comparatur: quia sine dubio mentem quam semel cooperit, à delectatione mundi funditus oceridit. Tales ergo debent Abbes esse, ut possint Deum, & proximum perfectè diligere: oculos laxos à concupiscentia mala istius seculi habere: quale in paradiſo habuit Adam ante transgressum.

#### CAP. XI. Quid debeant observare Proprieti in Monasterio.

IN potestate habeant Proprieti omnem regulam Monasterii. Et tales Proprieti elegantur, quales & ipsi Abbes dignoscuntur; ut Abbatum curarum onera per eos subleventur. Et hoc sibi proprium vindicent Abbes cibi ac vestimenti, quod ab ipsis ministratum acceperint: & excepto

excepto in adventu fratrum , & languoris necessitate , delicatores cibos non audeant edere Abbates , nisi tales quales & fratres . Omnem verò Monasterii substantiam Præpositi accipient dispensandam : & si quispiam captivorum aliquid alimenti petierit Abbatem , & pro qua cumque causa , ipse Præpositus hoc provideat , & ut Abbas nullum laborem habeat , exceptis quæ suprà diximus , omni intentione sollicitudinem gerat : excommunicandi tamen causam sicut Abbas , sic Præpositus habeat . Et quod per singulos menses expensum fuerit , per omnium capita mensium rationem suo Abbatii faciat : & hoc cum tremore , & simplicitate , & vera cordis humilitate , tanquam reddituru Domino rationem . Et quod fecerit , semper in arbitrio pendeat Abbatis : nihil de sua temeritate presumat : ne , quod abit , in morbum vanæ gloriae cedat . Et non prodigus , sed discreitus intra Christi familiam dispensator , piusquis gubernator ac optimus semper accedat , & Evangelicum documentum observans , Dominumque dicentem , qui ait : *Quis putas est fidelis servus & prudens , quem confundit Dominus super familiam suam , ut det illis cibam in tempore . Beatus ille servus , quem cum uenerit Dominus iuvenerit sic facientem : Amen dico vobis , quamvis super omnia bona sua constitueret eum .*

Matth. 84.

**CAP. XII. Quid debeant obseruare Decani .**

**D**ECANI , qui super decanias sunt constituti , tantam sollicititudinem gerant super quos delegatos habent fratres , ut nullas proprias faciant voluntates . Non loquuntur nisi interrogati ; suo arbitrio nihil faciant nisi mandati ; alibi non pergant , non ordinati ; seniores timeant , ut dominos ; ament ut parentes ; faciant quidquid ab eis imperatum acceperint ; credant sibi salutare quidquid illi præcepérint , si hoc sine murmuratione cum hilaritate , & taciturnitate fecerint , dicente Moysi : *Audi Ifrah , & tace . Unus alterius uera portat : & nemo neminem judicet : nemo neminem detrahatur : quia scriptum est : Omnis detrahitur eradicabitur .* Unus ab alio quod non habet accipiat ; unus ab alio disfcat humilitatem ; unus ab alio charitatem , unus ab alio patientiam ; unus ab alio silentiu , unus ab alio mansuetudinem . Comendant sine querela quidquid eis appositum fuerit ; vestiant quod acceperint . Non celent fratres Decanis suis quidquid per singulos dies cogitaverint . Decani verò fint eis quasi rectores & custodes ; tanquam pro ipsis rationem Domino reddituri . Negligentias coequorum ipsi prævideant ,

& emendandi potestatem habeant ; & quod ipsi non valuerint emendare , Præposito non morentur accusare . Qui & ipsi Præpositi sic hoc distridè & rationabiliter agant , ut Abbates suos nullo modo presumant inquietare , excepto quod utrius non valuerint accelerare . Et in hoc unus alteri tantam humilitatem habeat , ut nunquam ullus ullum offendat ; sed unus in altero tanquam in penso persistat : id est , juniores in Decanis , Decani in Præpositis , Præpositi in Abbatisbus : unus alium portans , tanquam in muro lapides quadrati , Apóstolo attingante , sicut suprà : *Uuu alterius uera Gal. 6. portauerit , sic adimplébitis legem Christi .*

**CAP. XIII. Quibus diebus se congregent ad collectam fratres .**

**O**MNES Decani à suis Præpositis admoneantur , ut cuncti fratres à minimo usque ad maximum diebus Dominicis in Monasterio uno loco congregentur , ita ut ante Misericordiarum solemnia sollicité ab Abbatie percundentur ; ne fortasse aliquis adverius aliquem odio livoris stimuletur ; aut malicie jaculo vulneretur : ne intestinum virus quandoque aperte in superficiem cutis perrumpat , & inter palmarum fructus myrrhae amaritudo demonstretur . Primum ergo ipsi Abbates cum suis Præpositis atque Decanis semetipsos discutant , & ad instar fuos juniores subditos arguant ; & omne malicie fermentum prædictis diebus radicibus à suo corde evellant . Solent nonnulli pro suis uxoribus atque filiis , aut etiam quibuscumque propinquis curam habere more pietatis . Pierique verò qui non sunt in talibus implicati , pro alimento sunt solliciti . Alii verò tristitia morbo interius consumuntur , & tanquam vestimentum à tinea intrinsecus mentis suæ aviditate devourantur ; & cum ipso rancoris languore delabuntur in desperationem . Alii namque spiritu fornicationis actius inflammantur , & sapè tali stimulo carnis incitati , interiori oculo exorti captivi ducuntur , vinculo perditionis ligati . Alii acedunt spiritu inflati otio & somno vacare cupiunt , & curiosis fabulis sollicitantur , & quod pejus est , à proprio Monasterio se auferre disponunt . Alii vanæ glorie elationis telo in diversis partibus confodiuntur ; & alii alia defendentes , & suas causas magnificantes , dum non lunt Christi pauperibus similes esse , uniusquisque in vanis ipsis cogitationibus elabuntur , & quasi nil à Deo acceperint de propriis viribus extolluntur ; & cum laudatores non inveniunt , ipsi sibi in suis laudibus profiliunt . Alius de genealogia , & de sua gente fatetur esse principes : alius

Deut. 27.

8d. 7.

alius de parentibus, alius de germanis, alius de cognatis, alius de fratribus & consanguineis, & idoneis, alius de dicitis, alius de specie iuventutis, alius de bello fortitudinis, alius de perlungatione terrarum, alius de artificio, alius de sapientia, alius de assertione eloquentia, alius de taciturnitate, alius de humilitate, alius de charitate, alius de largitate munerum; alius de castitate, alius de virginitate, alius de paupertate, alius de abstinentia, alius de orationis frequentia, alius de vigilancia, alius de obedientia, alius de abrenuntiatione rerum, alius de legendendo, alius de scribendo, alius de voce modulationis. Hæc omnia, quæ supra perfrinximus, unusquisque dum aliquoties talia non iussi immoderatè loquuntur, toties in elationem vanæ gloriae delabuntur: & ex ipso morbo, dum quod dicunt vindicare contendunt, in superbiam præcipitantur. Propter hoc ergo jugiter jubemus in collecta fratres adesse; & non plusquam septem dies interponere; & per omnes dies Dominicos, mores pristinos & vitia emendare. Et quis in quo reprehensus fuerit, contra ipsum vitium debet pugnare, in quo se cogoverit certamen habere. Et quod fortasse ab aliis comprehenditur, absque verecundia debet manifestare, qui hoc patitur. Quod si minimè fecerit, non se putet effugere diabolum; nec se estimet victorem, sed victimam. Quod si manifestaverit, & se per penitentiam, aut flagella emendaverit; conruò hostem in foveam præcipitabit & impellat.

**CAP. XIV. Qualiter debent Abbes esse solliciti erga excommunicatos.**

CUM excommunicatur aliquis pro culpa, mittatur solitarius in cellam obscuram, in solo pane & aqua: ut in vespera, post etenam fratrum, medium accipiat paximatum, & non ad satiatem aquam: & hoc ab Abbe exsufflatum, non sanctificatum. Absque ullo solatio vel colloquio fratum sedeat, nisi quem Abbatis, vel Prepositi cum eo præcepérunt auctoritas ut loquatatur. Indutus tegmine raso aut cilicio, feminatus atque discalceatus opus Monasterii exercet excommunicatus. Si fiduana vel triduana fuerit excommunicatio ejus, mittat senior qui eum excommunicavit, unum de majoribus, quem probatum habet, qui eum verbis contumeliosis increpet; quod nou ob religionis venerit occasionem, nec pro Christi amore, nec gehennæ pavore; sed simplicium fratrum facere disturbancem. Si hæc ille patienter tulerit, & de ore ejus nulla iracundia vel murmuratio proruperit, sim-

plicitas mentis & humilitas apparuerit; sic increpat absque immutacione verborum, quod in eo previdet, Abbat renuntiet. Abbas vero sollicitè & prudenter tractet, utrum veram, an imaginariam habeat parlentiam, per quam possit se ad fratrum reconciliare charitatem. Secundo ejusdem meriti senem probatum ad exprobrandum eum mittat: & quod primus audivit, non facilè credat. Cumque tertio ita fecerit, & pari convito increpatus fuerit; & in priore promissionis patientia excommunicatus perduraverit, & hoc Abbas per tres tolles probaverit, post haec eum ejici jubeat; & sic presentatum per se increpet, coram conventu fratrum. Cum ita quarto fuerit teutatus, & in humilitate fuerit probatus, & fortis fuerit ut ferrum inventus, postmodum Ecclesiam ingrediatur, & ciagulum in manibus gestans, Abbatis vel fratrum pedibus cum lacrimis provolvatur; & cum singultu & genitu genibus humo properando à cunctis veniam accipere mereatur; & ne talia penitenda ultra comittat, admoneatur: & post haec oscularus ab Abbe in suo gradu recipiatur. Si certè, ut supra diximus, aliquis excommunicatus in prima interrogazione querulus, vel murmurans apparuerit, & suas sententias superbe, vel importunè vindicaverit, & hoc senior manifestum esse cognoverit, usque in diem tertium maneat excommunicatus, ita ut nullus eum eo loquatur. Cum tertio vero die ita scilicet, & in superbìa qua diximus, fuerit deprehensus, eosque ergaftulo coarctatus persevet, donec omnem arrogantium superbiam deneget. Quod si in malo perseverans perduraverit, & propria voluntate penitentiam agere noluerit, & si pè ac si pè contumax & murmurator parvule contra seniorem vel fratres in facie persistet, & cum propinquis se vindicare maluerit, in collationem deductus exsatur Monasterii vestibus, & induatur quas olim adduxerat secularibus, & cum confusione nota à Monasterio expellatur, ut cæteri emendeantur, dum fortasse folus tali correptione ille delinqens corrigitur.

**CAP. XV. Qualiter Monasteria virorum ac puellarum se custodire debeat.**

PLACUIT sancte communi regulæ, ut Monachi cum sororibus uno Monasterio habitare non audeant; neque oratorium commune habere præfumant: sed nec conclavi uno vel techo quisvis præ gravi necessitate manere communiter queant, ablata omni excusationis occasione. Sic ergo observare debeat, ut ipsi Monachi cum sororibus, quas habent tunc.

tuendas, nunquam uno conclavi vel convivio edendi licentiam habeant: neque in communis labore opus injunctum exerceant: sed si accesserit, ut unus sit ager, divisos terminos teneant, & uterque homines custodes: in tanto silentio hoc facient, ut una classis cum altera inter se voces non mirtant, exceptis recitatione & cantilene modulatione: aut certe gemicum aut suspirium utriusque cum suis habeant. Tanta iisque debet esse astutia, quantum sur nocturnus in pectore nostro Christum occidere festinat, & non corpora, sed animas jugulare desiderat. Quonobrem tali cautione firmamus hanc regulam, ut nunquam solus cum sola fabulet: quod si fecerint, sciant se rumperre Patrum instituta, & cordis vitalia mortis infixisse sagitam. Pro hoc paradii perditur vita, & suppicio tartari adipiscitur iactura. Mihi credite, non potest toto corde habitare eum Dominus, qui mulierum scep̄ accelsibus copulatur. Per mulierem quippe acupatis est serpens, id est diabolus, primo nolstrum parentem. Et quia non Deo, sed diabolo existit obediens, continuo carnis injuriam sensit. Et ob hoc ergo hanc passionem filii sentimus, de qua parentes a paradisi gaudiis captivatos esse cognoscimus. Circunspicendum proinde est, & indeciner orantium, & totis viribus fugiendum, ne sensus nostri tali miscipula capiantur. Solus ergo cum sola, licet in itinere se obvient, non loquatur: nulla alibi sola nisi cum altera ibi comite dirigatur. Quod si de supra taxatis quispiam solus cum sola fabulare deprehenditur, cunctum ierbibus flagellarum extensus publice verbcretur. Et qui talia facere presumit, cum cautione admoneatur: quod abusivè habuerit Monachorum præcepta, & hanc secundo geminaverit culpam, verberatus denuo carcere mandicetur: aut si penitente noluerit, foras prolixiatur.

CAP. XVI. *Quales fratres debeant cum sororibus uno in Monasterio habitare.*

**I**N Monasterio puellarum procul à cella Monachos habite mandamus: tales prebeantur pauci & perfecti, ita ut de pluribus probati elegantur, qui & de aliquanto tempore penè in Monasterio seauerunt; quos semper calitatis vita commendavit, & criminalia delicta foras Ecclesiam excommunicatosflare non fecit. Tales ergo in Monasterio puellarum habitare debeant, qui & ei⁹ aliquid carpenteriū ministerium facient, & advenientibus fratribus hospitium debeant preparare; & super utrosque sexus juviiores, quasi valorum fiant custodes.

Nullam licentiam evagandi habeant sorores, & absque benedictione Abbatis deinceps cum viris osculandi aut loquendi occasionem penitus non requirant, quod si aliter fecerint, regule subjacent.

CAP. XVII. *Qualis debeat esse consuetudo salutandi in Monasteriis virorum puerarumve.*

**C**UM se occasio dederit, ut de Monasteriis virorum aliquis de Abbatis aut Monachis ad Monasterium veniat puerarum, ut mos est salutandi, non eas singulatim præcipimus, sed Abbatissā primo, & sic omnis Congregatio ad salutandum eis occurrat; & hoc pro Monachis dicimus, qui de longinquō veniunt, non de vicinitate habitatoribus confinium. Et cum tempus remeandi ad proprias cellas fuerit, ipsi advenientes Monachi similiiter Abbatissam cum suis fororibus, sicut primum, communiter eas salutent. Has duas vices intrandi & exiendi licentiam salutandi habere mandamus, supra facere nolumus: & hoc ipsum cum summa reverentia & cautele; tanquam si utroque communis Dominus Christus, & illarum sponsus, quasi in judicio de praesentia sit corporaliter. Zelotypus est Christus, non vult domum suam facere domum negotiationis. Ceterum verò talem conuentudinem facere mandamus, ut si in unam collationem ad audiendum verbum salutis fratres & forores copulat̄ fuerint, iuxta viros forores federe non audeant; sed uterque sexus divisus chorus sedeat. Nullus Abbatum aut fratrum se præsumat deinceps ubicumque, absque imperio seniorum, osculum seniori porrigit; neque in gremium fororum veluti pacto caput declinat; neque in capite Monachi, vel in vestimento, famina ad excomplanandum manus mittere audeat. Quod si ægrotans quispiam Monachorum, aut de longinquō, aut de proprio Monasterio, non præsumat in Monasterio puerarum jaceere: ne relevatus corpore, animo incipiat ægrotare. Et ut B. Hieronymus ait, *periculus tibi ministras, cuius cultam semper attendis.* Ob hoc ergo omnes ægrotos Monachos in Monasterio virorum jacere præcipimus; & non matrem, non germanam, non uxorem, non filiam, non propinquam, non extraneam, non ancillam, non qualemque genus mulierum viris ministrare in infirmitate mandamus: sed si accesserit, ut ex supradictis aliqua cum forbitiunculis ab Abbatis fauerit directa, fine ministro infirmorum cum visitare non audeat, nec iuxta eum manere præsumat. Eadem & de viris esse mandamus. Nullus in præterita castitate

caſtitate conſidat; quia nec Davide fan-  
chor, nec Salomonē poterit elle ſuperior-  
ior, quorum corda per mulieres deprava-  
ta sunt. Et ne quisquam ſibi de pro-  
pinquitate generis caſtitati fiduciā fum-  
mat, memor fit quod Thamar ab Ammon  
fratre ſuo aggritudinem ſimulante corru-  
pta fit. Proinde ergo cum tali caſtitate  
fratres & ſorores vivere debeant, ut non  
ſolum coram Deo, ſed etiam coram ho-  
minibus bonum teſtimonium habeant, &  
superfluitibus ſequacibus ſanctitatis exem-  
plar relinquant.

CAP. XVIII. *Ut non recipiantur in Mo-  
naſteriuſi niſi qui radiciter omni  
ſuſtacitate mudati ſunt.*

**C**OOPERIMUS per minus cauta Mo-  
naſteria, qui cum facultatibus suis in-  
gressi ſunt, poſtea tepeſtiaſ cum grandi  
exprobatione reperere, & ſeculum,  
quod reliquerant, ut canes ad vomitum  
revocare: & cum ſuis propinquis, quod  
Moнаſterio contulerant, hoc extorquere,  
& iudices ſeculare requirere, & cum  
ſenioribus Moнаſteria diſſipare; & per  
unum negligentem multos ſimplices de-  
turbatos videmus eſſe. Proinde ſolertiter  
prævidendum eſt, & omni intentione di-  
ſcernendū, ut tales non recipiantur:  
quia non pro amore Christi illi vien-  
ti, ſed vicina morte perterriti, & infirmita-  
tis anguſtia compulsi; non ob amorem  
coeleſtem incitati, ſed ſolummodo po-  
nam formidantes inferni. De talibus

*I. Joh. 4.* Apoſtoli ait: *Qui timet non eſt perfectus  
in charitate: quoniam timor panam habet:  
ſed perfetta charitas faras miris timorem.* Non  
ſunt illi diſcipuli Christi: & non in Ec-  
clēſia ſunt requiriendi; ſed in membris  
Anti-Christi inveniendi ſunt: non ſunt ac-  
colite bona reprobationis, nec veri Iſrae-  
liet, ſed de longinquō adveniē profelyti:  
ſed neque fratribus fideles, neque in pug-  
na inventi ſunt fortes. Tales olim in  
Levitico Dominum cognoscimus dete-  
rſiſſe, & in bello ne pergerent prohibi-  
buſſe: *Si quis, inquit, corde pavidaſ eſt,*  
*non egrediatur ad bellum: uadat, & reuerta-  
tur ad domum ſuam: ne paupertas faciat corda  
fratrum ſuorum, ſicut & ipſe timore perterri-  
tas eſt.* De talibus in Evangelio Veritas

*Dicit. 80.* *Num. 19.* ait: *Quām difficile eſt qui peccatiſ ſabent,  
intereſſare in regnum calorum.* Nihil enim de  
priſtinis facultatibus ſuis in eundem lo-  
cum, ubi ingredi ſe petit Moнаſterium,  
vel ad unum nummum recipiatur: ſed  
& ipſe manu ſua cuncta pauperibus ero-  
get; & poſtmodo conprobatus Moнаſterium  
ſub regula introducatur, & anno  
Integro à cunctis fratribus ex industria  
conviſiis comprobatur. Et poſquam  
probatus in cunctis obediens fuerit, &

*Cod. Regul. Tom. I.*

non in plumbi natura mollitus, ſed acer  
perduraverit, ut ferrum; poſtmodo  
exuatur ſecularibus uestibus, & induatur  
Moнаſterii Religiosis ſimpliſibus; & ad-  
notetur in pacto cum fratribus, & vi-  
var inter Monachos probatus & ipſe  
Monachus.

CAP. XIX. *Quid in Moнаſterio debeant  
obſervare, qui peccata graviora in  
ſacculo committerint.*

**Q**ui gravioribus culpis & criminibus  
ſeſe deliquiſſe cognofcent, priuim  
eos optamus regulæ colla ſubmittere ſub  
probatiſſimo Abbate, in Moнаſterio de-  
ſudare; & cuncta retroacta peccata, &  
tanquam ſegrotos medico ſpiritali le-  
niori maniſtare: & ſicut publicè pec-  
caverunt, publicè penitire, & peni-  
tenda ultra non committere: timorem  
de ſupplicio, amorem de regno, ſpem  
de miſericordia habere, & nunquam de-  
ſperare: quia in ultimo eſt extremae  
vita, juſtificare aut condennare. Scrit-  
ptum eſt enim: *Ipſe iudicabit extrema t. Reg. 2.  
tertia.* Unumquemque Dominus in fine  
aut juſtificat, aut condennat: & uni-  
verſorum finem ipſe conſiderat: ut nec  
peccator, ſi fortius ingemifcat, delpe-  
ret veniam; nec juſtus de propria lan-  
ditate conſidat. Nihil prodeſt, ſi ali-  
quis de regno ſubtractus, à regni po-  
tentia exclusus, ferro conſtrictus hodie  
carceri & mancipatus: ita nihil oblitus,  
ſi hodie à carcere quiſ rapitur, & regali  
honeſtate conſtituitur. Nullus ei ſordes  
carceris imputari; ſed hoc ſolum laudat,  
quod in eo miratur. Sic nil prodeſt ju-  
ſitum benē vivere, & male vitam finire;  
ita magnum bonum eſt, peccatorem ad  
penitentiam redire; olim male vivere,  
& poſtmodo benē finire, à nullo re-  
troacta peccata imputata habere. Cre-  
dimus iudicem, qualementem in fine in-  
venerit, talem coronare, aur certe dam-  
nare. Et quamvis ſint gravia delicta,  
non eſt tamen illis de Dei miſericordia  
desperandum. Liquidè cognoscimus quod  
publicani & peccatores, nullo preceden-  
te merito, qui futuri per juſticiam erant  
damnandi, gratuita miſeratione per bre-  
vem penitentiam ſunt redempti. Sed  
non eſt in eis tam conſideranda men-  
ſura temporis, quam doloris. Agat  
ergo unusquisque dignam penitentiam,  
ſecundum qualitates culparum: ut quis  
in quo delicto ſeſe cognofcit reum, de  
eo delicto neceſſe eſt obſervare priuim  
ſecundum iuſtituta canonum. In lege  
habetur, ut quis cui quantum intulerit  
damnum, aut fecerit cædem, aut com-  
movevit ultionem, iudicis dirimatur ju-  
dicio; & de numerotate ſolidorum ad  
ſuum

siuum tediator arbitrium : ne fortasse persona potens damnet oppressum , & qui legali censura centenarium habebat incurrire damnum, tertiam redditat, quod de liberis continetur. Certè nos cùm essemus servi peccati, Deo miserante, & nullo nostro merito præcedente, liberi facti sumus iustitie ; & de innumerolitate peccaminum in misericordissimi judicis pendet arbitrio nostri peccati debitum : & pro centesimo pondere peccatorum iniurias cognoscimus opponere villicum ; qui de centum cadis olei , octoginta ; de centum coris tritici, quinquaginta decurtatum qualivit debitum , itaum se cognovit à proprio dominò esse laudatum. Ita plerique sunt in Monasteria ingressi , qui ob immanitatem scelerum excellerunt numerum , quos sancti canones foras Ecclesiæ agere penitentiam censuerunt ; & nisi in finem vite communionem percipere negaverunt : nos tamen misericordiam Domini comperti , pusillanimes sumus consolati , ne gravi tristitia coarctati pereant desperati , de multitudine annorum ad brevem recurrimus numerum ; & tam cito eum conciliamus, quam cito eum cognoverimus in penitentia & humilitate fundatum. Quare & tunc medicus ab incisione suspendet agrotum , cùm eam per medicamina cognoverit esse sanandum. Cibos verò tales eis præbere mandamus, qui nec lasciviam nutriant, nec corpus nimis affligant. Carnes tamen, siceram, vel vinum eis auferre mandamus : quod si per infirmitatem , aut nimiam senectutem , aut certè aliquam necessitatem ex his imbecillitas patuerit, in arbitrio & probitate majorum ponimus. Vellumentum verò cilicinum præbere jubemus, qualiter per id compuncti per hædos à finistris suorum semper reminiscantur peccatorum. Letum tamen sternere mandamus corio aut pīatho , quod Latinè storea

Luc. 16.

nuncupatur ; aut certè paleas tenues , si horum nihil habetur : exceptis infirmis , & nimia senectute defessis , uti & ipsi arbitrio soveantur Abbatis. Hæc quæ suprà notavimus , per penitentiam dignam , & non tictam humilitatem, unumquemque venire cognoscatis ad veram sanitatem. Amen.

CAP. XX. *Quid observandum sit de Monachis, qui à proprio Monasterio per vitium dilabuntur.*

**C**UM aliquis per vitium dilapsus fuerit à Monasterio, in aliud non recipiatur Cenobium , neque in humanitatis charitatem, neque in pacis osculum : sed continuo, vincis post tergum manibus, Abbat reducatur proprio. Quod si reveritus ad seculum fuerit , & à propinquis fratribus cum eis in superbia surrexerit , & Monasterio minas intulerit, pariter & ipsi cum eo sint à laicorum concilio publicè expulsi , & ab omni Christianorum conventu maneant anathematizati. Quod si & ipsi laici suo eum recuperint confortio , & pariter cum eo contra Monasterium exarserint , in contumeliam cuncti à nostra Ecclesia expellantur , & nullo nobiscum charitatis fædere copulentur ; quoisque veritatem cognoscant , & nobiscum stantes, injurias Ecclesiæ vindicantes pari devotione consurgant. Si certè ipsi apostataz ab omnibus fuerint expulsi , & hue illueque vagantes diversi locis instabiles atque vacillantes suo Monasterio reverti se petierint, necessitate compulsi ; in conventu majorum deducantur , & ut vasa figuli in fornace probentur ; & cùm probati fuerint, suo Monasterio reformati ; & non prima, sed ultima cathedra recipientur.

*Explicit Regula.*

### IN NOMINE DOMINI INCIPIT PACTUM.

### IN NOMINE S. TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.

**Q**uon corde credimus, & ore profherimus, credimus Patrem ingenuum, Filium genitum, Spiritum sanctum ab utroque procedentem. Filium solum carnem de Virgine suscepisse , & in mundum pro salute omnium in se credentium descendisse , & de Patre & Spiritu sancto nunquam recessisse. Quia ipse dixit : Ego & Pater unus sumus. John. 10. John. 14. Et, qui me habet & Patrem habet : Et, qui

me videt, videt & Patrem. Idem verò dicit : Calum nabi sedes est , & terra scabellum pedum meorum. In celo Angeli totam March. 19. Trinitatem adorant, & in terra Dominus hominibus predicat, dicens : Ite, venite Luc. 9. dite omnia que possidetis , & date pauperibus , & venire, sequimini me. Et iterum : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, March. 20. & tollet crucem suam , & sequatur me. Et alibi : qui plus fecerit patri , aut matribus, uxori ,

ri, filii, vel omnibus que cum mundo trans-  
fuerint, quoniam mali, non est me dignus. Et  
iterum: qui non edat animalia suam propter  
me, non est me dignus. Et, qui perdidit  
eum propter me, in vitam aeternam invenerit  
eum. Proinde melius multaque melius  
est mundum calcare, Christum audire,  
Evangelium complete, vitam beatam  
cum Angelis sanctis in aeternum per om-  
nia secula possidere. Proinde divino ar-  
dore accendi, ecce nos omnes, qui sub-  
ter notandi sumus, Deo & tibi domino  
& patri nostro tradimus animas nostras,  
ut secundum edictum Apostolorum, &  
Regulam, & sicuti sancta Patrum prece-  
dientium sanxit auctoritas, uno nos in  
Cenobio, Christo precedente, teque  
docente, habitemus. Et quidquid pro  
salute animarum nostrarum annuntiare,  
docere, agere, increpare, imperare,  
excommunicare, secundum Regulam emendare  
volueris, humili corde, depo-  
sita omni arrogantia, intenta mente, de-  
siderioque ardente, divina gratia opitu-  
lante, inexcusabiliter, Domino favente,  
omnia adimplerimus. Quod si aliquis ex  
nobis, contra Regulam & tuum precep-  
tum, murmurans, contumax, inobe-  
diens, vel calumniator existiterit; tunc  
habeas potestatem omnes in unum con-  
gregare, & lecta coram omnibus Regula  
publice culpam probare: & flagella,  
sive excommunicationem, secundum ha-  
bitantibus consilium de absente supradicto  
Patre nostro inierit, habeas potestatem  
in unumquemque qui hoc facinus tenta-  
verit, ut per sex menses indutus tegmine  
rafo aut cilicio, discinctus, & discalcea-  
tus, in solo pane & aqua, in cella ob-  
scura excommunicatus sit. Quod si aliquis  
illam prona sua voluntate noluerit agere  
poenitentiam, extensus nudo corpore,  
leptuginta & duo flagella suscipiat: &  
deposita ueste Monasterii, induitus quod  
in introitu exodus est scissum, notabili  
cum confusione à Cenobio expellatur.  
Et hoc de viris five feminis dicimus. Pro-  
mittimus etiam Deo & tibi Patri nostro,

ut si quis sine benedictione fratrum, aut  
tuo imperio, per vitium ad alia loca ad  
habitandum transfere voluerit, habecas po-  
tentiam incautam ejus persequi volun-  
tatem, qui hoc tentaverit, & comprehen-  
sionem cum senioribus judicum, ad Re-  
gulae censuram reducere: & si aliquis  
eum defendere voluerit Episcopus, vel  
ejus qui sequitur ordo, aut laicus, &  
tua admonitione auditu apud se eum re-  
tinere voluerit, communicatio illius  
cum diabolo sit, & participatio cum Ju-  
da Iscarior in inferno; & in praesenti  
seculo excommunicatus permaneat, ab  
omni cœtu Christiano: & nec in finem  
viaticum accipiat, qui hoc fecerit. Ti-  
bi verò domino nostro suggerimus, si  
velles, quod credi certe nehas est, &  
quod Deus fieri non patiatur, aliquem  
ex nobis insulte, aut superbe, aut ira-  
cundè habere; aut certe unum diligere,  
& alterum livoris odio contemnere; u-  
num imperare, alterum adulare; sicut  
vulgus habet, tunc habeamus & nos  
concessiam à Deo potestate, non su-  
perbe, non iracundè, per unanimumque  
Decaniam Præposito nostro querimo-  
niam inferre; & Præpositus tibi Domino  
nostro humiliiter pedes deosculari, &  
nostram querelam ad singula pandere:  
& tu patienter jubes aucultare, & in  
coronuni Regula cervicem humiliare,  
& corripere, & emendare. Quod si te  
minimè corripere volueris, tunc habeam-  
us & nos potestatem cætera Monas-  
teria communere, aut certe Episcopum,  
qui sub Regula vivit, vel Catholicum  
Ecclesiæ defensionem Comitem, & advo-  
care ad nostram collationem; ut coram  
ipsis te corripias, & coepiam Regulam  
perficias; & nos firmus discipuli, sub-  
diti, seu adoptivi filii, humiles, obe-  
dientes in omnibus, que oportet; & tu  
deum Christo sine macula offeras nos  
illatos. Amen.

*Hec sunt nomina, que mens sua unus-  
quisque subscriptionem vel signum in hoc pacto  
fecit: id est, ille, ille; vel ille, illeque.*

Explicit Regula S. Fructuosi Epistoli.



# CUJUSDAM PATRIS REGULA AD MONACHOS.

## DE CUJUSDAM PATRIS REGULA VETERUM TESTIMONIA.

S. BENEDICTUS Anianus Abbas in Concordia Regularum saepissimè hanc CUJUSDAM PATRIS REGULAM ad Monachos scriptam laudat; ut & aliam ad Virgines: quamvis ipse eas non distinguit, sed utramque promiscue REGULAM CUJUSDAM appelleat, vel REGULAM CUJUSDAM PATRIS, ut cap. viii §. vii. & alibi.

SMARAGDUS quoque Monachus, in Commentario ad Regulam S. Benedicti, subinde ex hac CUJUSDAM PATRIS REGULA testimonia aferit.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Sub hoc obscuro titulo duplarem habemus Regulam, unam pro Viris, alteram pro scacris Virginibus, nec ullus autorem scimus; quamvis unus idemque utramque Regulari scripterit. Et quidem, sub hoc etiam incerto titulo, S. Benedictus Anianus in sua Regularum Concordia, atque Smaragdus hanc Regulam saepe citare solent; prout hic notavit HOLSTENIUS. Apropos autem reliquæ hoc Regula XXXII. capita completere, praetertim in Monachos inobedientes vel murmurantes; immo perpetuum jejunium praescipendo, aliisque fracepta curvissima suis suis imponendo. Hinc sape laudatus Calmetus existimat, illam à Monachis Scottis olim usitatam, praetertim in Monasterio de Benchor, ubi S. Columbanus educatus erat; cum S. ille Abbas eandem divini Officii distributionem Monachis suis Luxoviensibus prescribat. Et quidem hanc Regulam pro Scottis Monachis scriptam agnoscimus; ibidem enim rigida Scotorum disciplina continetur, qua omnibus bodierna Scotia & Hibernia canobis communis erat, adeoque non unico specialis. Quisquis enim Ordinem monasticum in monasterio Culrossi olim usitatum rite attendat, tuuc inveniet, longè ante S. Comgelli & S. Columbani tempora hanc rigidam disciplinam apud Scottos Monachos viguisse. Sic ex vita S. Kentigerni, olim Monachi Culrossi, & postea in Scotia Episcopi Glasgouensis discimus, illum nutritivis 900. Monachos solo pane & aqua, nec lacticinia alibi-  
nus, nisi diebus dominicis & festiis. Deinde Angli boreales in Lindisfarnensi canobio à Scottis Monachis Christiano dogmante & monasticae vitiæ in-  
struti, ab eis carnium & vini ac cerevisia potu abstinebant, solo latte aqua mixto contenti; donec Cœlulfus Rex Northumbria, ibidem factus Monachus, sive Confratribus moderatus vini & cerevisie usum procuravat. Pari modò discurrunt est de perpetuo jejuniu subique apud ipsos usitato; prout ex laudato Ordine monastico Culrossensi omnino patet. Adeoque nūrum non est, quid Ratrammus Corbeiensis Monachus, facili non contra Gracos scribens, perpetuum Scotorum Monachorum jejunium commenoret; cum S. Columbanus in sua Regula cap. 3. precipiat: Ut cibus sit vilis & vespertinus Monachorum. . . . Ergo quotidie jejunandum est, sicut quotidiane orandum est. Cum igitur certum sit, in omnibus Scotorum Monachorum canobis rigidissimum vivendi normam olim excultam fuisse; sic hanc presentem Regulari S. COLUMBÆ, Monachorum Scotorum Patriarcha, adscriberem, qui unus & unicus inter plures vita monastica Legislatores Archimandrita appellari potest; utpote centum monasteriorum conditor, & cunctæ disciplina monastica per bodiernam Scotiam & Hiberniam, si non auctor, saltem reparator. Iste enim est Archimandrita ille, de quo S. Columbanus cap. 7. Regula ait: Sub uno Archimandrita mille Abbates esse, quibus duodenarius Psalmorum numerus quaterni vigiliis nocturnis communis erat. Nec in dubium vocari potest, quia inter tot COLUMBINA Monasteria apud horrida montium juga plerunque sita, quadam in adeo sterilibus locis erecta sunt, ut vix grana frumenti pro alimento sufficerent,*

cerent, & sic promiscuum laetitiorum usum admittere debuit Regula, quemadmodum & pro patu ordinario lac aqua mixtum; prout cap. 22. conceditur, & etiamnun bodie in sterilibus bodierna montana Scotia regionibus praticatur. Adeoque veritati proximum est, quod bujus Regula auctor extiterit S. COLUMBA, Abbas Hibernis Cenobii, & Monachorum Scotorum versus Patriarcho & Archimandrita, de quo Ven. Beda in sua Historia Ecclesiastica scribit, multaque eius discipulorumque laudes profert.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI

## INCIPIT REGULA CUJUS DAM PATRIS.

### CAPUT PRIMUM.

**C**AVEAT lector bonus, ne suo sensu obtemperet scripturas, sed scripturis sanctis obtemperet sensum suum. Calix passionis amarus est, sed omnes morbos penitus curat. Calix passionis amarus est, sed tamen prior babit medicus, ne bibere dubiter agrotus. Oportet namque illum qui alterius vulnera mederi cupit, ab omni languoris morbo alienum fanumque subsistere. Nullo alio vitio diabolus Monachorum perdit, ac trahit ad mortem, quam cum eum neglegitis seniorum consilii suo iudicio defensionique confinxerit confidere.

II. Primum omnium Deus timendus & diligendus est ex totis viribus: & proximus magnopere diligendus est, secundum mandatum Domini.

III. Deinde virtus obedientiae expetenda est, & secundum vires uniuscujusque exercenda est: & ad primum verbum senioris omnes, qui audierint ex fratribus, affurgere oportet: & qui non surrexerit, veniam petat, & peniteat, quantum judicaverit senior; & impletat quod iussus est, licet durum videatur. Obedientia usque ad mortem facienda est, secundum exemplum Domini, obedientis Patri usque ad mortem. Et unumquemque oportet fratri suo service, sicut Abbati proprio vel patri: sicut Apostolus dicit: *Servite invicem in timore Christi. Cor. 36. 6.* Et iterum: *Omnia vestra cum serbitate fiant.*

IV. Si quis frater inventus fuerit inobediens Abbat, sive economo, sive alicui ex fratribus, mittendus est in carcерem; & peniteat quantum judicaverit senior. Si autem post examinationem carceris reprobus inventur, fensil & bis, iterum atque iterum, abscondendus est ab omni fraternalitatis corpore, secundum mandatum Domini dicentis: *Expedit sum*

*tibi ut pereat unus de membris tuis, quād totum March. 5;*  
*corpus tuum eas in gehennam ignis: & quia modicum fermentum totam massim corrumpit.* *1. Cor. 5;*

V. Non omnibus presente Abbat vel economo obtemperandum; quia unus non occurrit ad omnes: sed tamen unusquisque fratri seniori obedire contendant, sicut Domino. Quidquid facit proximo suo, Domino facere non ambigat.

VI. Si quis frater murmurans inventus fuerit, hic ipse mittendus est in carcерem, & opus ejus abiiciatur. Potentiam agas secundum examen senioris. Si permittatur ei satisfaciat: si autem hoc frequenter facit, eliciendus est de Monasterio.

VII. Ad primum verbum discussionis senioris, sive economi, sive alicujus fratraris, venia petenda est: & tam diu in terra prostratus donec senior discussionem consummaverit. Si autem senior discussionem iteraverit, & ipse veniam iterare debet. Si quis tardior ad veniam inventus fuerit, sive aliqua verba religione contraria, sive pro excusatione delicti sui protulerit, mittendus est in carcерem; & peniteat secundum quod judicaverit senior, usquequo corrigatur. Si autem obstinatus invenitur, separandus est à fratribus.

VIII. Mendacium, & juramentum, sive verbum otiosum per omne corpus fraternitatis damnandum est. Si quis ex fratribus, cum quo aliquid horum inventum fuerit, mittendus est in carcерem, & peniteat usquequo à vitio corrigitur: quia *si quid mentitur occidit ani. 3ap. 13; mens:* & Dominus in Evangelio juramentum prohibuit, dicens: *Ego autem dico March. 17; vobis, non jurare omnia.* Et iterum: *Omne March. 18;* *verbum otiosum quod locuti fueris homines, reddent pro eo ratiorem in die judicii.* Et Apostolus dicit: *Omnis sermo malus de ore Ephes. 4;* *vestris non procedat: sed si quis bonus ad adificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Si quis ex fratribus post examinationem

E c 3 nem

nem carceris cavere hæc vita non poterit, eiendiud est à fratribus, & damnandus est.

X. Si quis iracundus inventus fuerit ex fratribus, reus erit in concilio gehennæ ignis, nisi pauciter, ut vulnera putrefacta castigatione, scilicet ignis medicamento, exurenda sunt: & tumidum vulnus spiritalis ferri sectione utatur: id est, capitalia & mortalia crima, quæ ducunt ad mortem, oportet dure curari & emendari, usquequo corrigitur, & sanus fuerit, secundum iudicium Abbatis sive economi.

X. Si quis ex fratribus dixerit verbum de fratre, illo non audiente, vel absente, si non ad laudem & dilectionem illius pertineat, hic tanquam blasphemator judicandus est: & petat à Deo veniam proctinus, & coniteatur fratri hoc quod de illo locutus est. Si autem iterare inventus fuerit, mittendus est in carcerem, & pauciter durè, usquequo dicat illud quod Apostolus dixit: *Sermo conditus sit fale.* Exclusio delicti ante veniam non oportet ab omnibus fratribus; post veniam oportet.

XI. In abstinentia ciborum unam Regulam observari oportet ab omnibus fratribus, præter senes, & infirmos, sive infantes; & una mensura sit in omnibus: id est, ab hora nona usque ad horam alteram à cibis temperandum est. Nec ante, sive post mensam, quæ communiter ad cœnam fratibus apponitur, aliiquid ori indulgendum est; nisi infirmitas, sive differentia atatis sive corporis, aliquid coegerit. Sed neque ad saturitatem edendum est. Caro & vinum, sive potus, in quo sit ebrietas, refutanda sunt Monachis, nec luscipienda, quibus pro Christo crucifixus est mundus, & ipsi mundo. Et ferias Monacho non esse super terram: nisi modicum in adventu fratrum, tanquam Christi, lector fuerit cibus gratia charitatis. Veruntamen abstinentia tegenda est, ne jaehantia virtus decidamus in lapsum: quod præ omnibus virtutis gravissimum est.

XII. Nihil querere debemus ex his quæ ad sacerdutem pertinent, præter quotidianum panem nostrum, & breve vestimentum, quo induamur. Hæc ipsa sine sollicitudine à nobis requirantur; ne inveniamus aliquando de regno Dei non cogitare, & dicatur de nobis: *Hæc omnia gentes requirunt.* Veruntamen Monachos semper oportet laborare, & sine sollicitudine vitam suam transfigere: omnia quæcumque laboraverint, excepto, ut supra diximus, pane exiguo & vestimento, pauperibus distribuant. Cura pauperum semper facienda est, & omnia

nostra cum charitate fiant; & sine charitate infructuosa sunt apud Deum opera nostra.

XIII. Arbitrio uniuscujusque senioris relinquendum est, unde annum panem Monasterio suo provideat: si ex sarculo aut bubus, ut aliquibus mos est, sicut nobis; aut artificiis, sive negotiis, sive ex conductione mercedis, sive ex quolibet opere.

XIV. Non magnoperè curandum est, quomodo unusquisque labores; sed quomodo unusquisque vivat. Quomodo res & ratio & situs loci unicuique permferit, semper laborandum est, & lex Dei, quæ sive visibilia, sive invisibilia continent, observanda est: & nihil ex mandatis Dei, sive magnum sive minimum, pretercedendum est: *Quia qui transgreditur animam, sicut est omnium rerum.* *Jac. 2.*

XV. Propositum Monachii quod promissus, ex toto corde, & ex tota dilectione exercendum est & faciendum: quod in tribus abrenuntiationibus consistit. Primo omnino omnes facultates nostras respice debemus; & omnes divitiae mundi alienæ esse à nobis noscuntur. Deinde in secundo loco, omnia viae carnis & animæ relinquenda sunt & caven-  
das: & omnis ira, & indigatio, & clamor, *Ephes. 4.*  
& *Harporum affectus à vobis, cum omni malitia.* Tertia igitur abrenuntiatio est, hæc omnia quæcumque videntur, sive in celo, sive in terra, sive in mari, seu & in omnibus creaturis Dei, non solum nihil ex his assimilare Domino debemus: sed omnia etiam illa inferiora nostri arbitrii à nobis oportet: qui utpote nos ultra illa ad celorum regna, & ad ipsius Domini notitiam extendimus. Et ideo his sanitati sentientibus, & mox transfeueribus non magnoperè intendimus; secundum quod Apostolus dicit: *Omnis que videntur temporalia sunt: que autem non videntur, eterna sunt.* *Cor. 4.*

XVI. Silentium in omnibus lectandum est, & tacendi disciplina per omnia facienda est; maximè autem juxta Missam & mensam: sed in omnibus nihil loquendum est, nisi quod necessitas populerit. Si quis præter hanc disciplinam cum clamore & acerbiore sermone responderit, notetur usquequo corrigitur. Si autem hoc vitio curari non poterit, eliciatur ab unitate fratrum.

XVII. Nihil possidendum tanquam proprium, & specialiter inter Monachos; sed sibi eis omnia communia. Qui autem dixerit: meum est hoc, aut illud; pecavit coram Deo; nisi tantum per obrepitionem sermonis; sed pro hoc ipso tamen veniam petat à Deo, & caveat de reliquo; & ne iterare audiat. Si quis ex hoc vitio existat insanabilis, expellendus

I. Tim. 6.

lendus est ab universis fratribus: quoniam vitium pharyngeum gravissimum est præ omnibus vitiis, & radix omniem malorum est pharynx.

XVIII. Si quis ex fratribus lugubriori lapsu, id est, fornicationis, ceciderit, eliciendus est de Congregatione fratrum, & usque ad diem mortis, sive in alia regione peniteat. Sorores igitur raro vindicande sunt: & frequenter loqui ad eas velle prohibemus; ne occasionem inventiamur dari infirmis. Beneficia tamen & munificentiam præstare illis ex toto corde præcipimus: quoniam sunt membra Christi, & matres Domini; & per virginem nos redemit Christus. Sed tamen per fidelissimos & probatissimos donaria mittenda sunt illis, ut evitetur occasio maledicti, gratia hominum pessimorum.

XIX. Non quisquam Congregationi fratrum præfesse permittendus, nisi qui obediendo dederit ea, quæ aliis præcipi debeant: sed si forsitan in scripturis sanctis fatis sufficenter instrutus est, tamen si factorum gelosia adhibeat fidem; id est, ea quæ docet, opere compleverit, humilitatem ex charitate, patientiam & mansuetudinem ostendendo, & voluntatem senioris implendo, & omnia mandata Domini agendo.

XX. Si quis ex senioribus, sive is qui Abbas nuncupatur, voluptuosus existat, & ebriosus, & dives; & qui huic seculo conformatur; id est, in curribus & in equis de loco ad locum discurrat, hic non solum principatum fratrum indignus est, verum etiam homicida animarum judicandus est: & aliis Monasterio ejus præfesse constituantur. Si vero non poterint, Monachi ab illo exceant, & ille excommunicetur. Si vero peniteat, subdat se sub manibus senioris, & servituti se subiiciat, donec probaverit is qui præst.

XXI. Monachos in curribus & in equis discurrendo, præter infirmos, sed debiles & claudos, non permittimus. Si autem hoc fecerint, alieni sint ab unitate fratrum.

XXII. Fratribus, quibus habitatio in sterili terra, id est, absque pane, & sunt in montanis & fructuosis, modicum lactis permittimus cum aqua mixtum. Habitare autem Monacho uno cum feminis, id est, cum matribus & sororibus, non permittimus.

XXIII. Quomodo nos obediens ei oportet, qui nos ad opus mandati cohoratur? Sicut infans obtemperat nutrici, sive quæ ad ubera sua eum iovitat: imo si quid promptius & celerius, pro eo quod multum pretiosior vita futura quam præsens, obediens usque ad mortem oportet.

XXIV. Quomodo seniorum oportet fieri ad fratres? Tanquam si nutrit soveat parvulos suos, diligens & confortant singulos: & viam perfectionis eis aperiat; & ipse procedat in omni perfectione, & sanctitate cordis & corporis; & sine ulla exceptione personarum omnes pariter & sincera dilectione, tanquam natos proprios, ex toto corde diligat. Si vero videntur aliquem illorum mandaturo Domini præterire, non ira erga cummoveratur, sed commiseratioe, & compassione; secundum illum qui dixit: *Quis infirmatur & ego non infirmor?* *Quis scandalizatur & ego non erar?* Si vero negligens in his, quæ ad usus corporis & anima pertinet, sine dubio subiicietur illi sententia, quæ dicit: *Ite maledicti in ignem eternam, qui preparatus estis diabolo & angelis eius.* *Esrurus enim, & non dedicatis nobis manducare;* *sivevi, & non dedicatis nobis bibere;* & ea quæ sequuntur. Et, maledictus homo qui facit opera Dei negligentem.

XXV. Si quis ex senioribus & Abbatibus iracundus inventus fuerit, notetur usque corrigatur. Si vero ab hoc vicio inflansibilis fuerit, ab imperio fratrum destruendus est, quoniam sive iustus, sive iniustus, irasci non oportet.

XXVI. Si quis seniori suo detraherit, non seniori detrahit, sed Domino, cui opus facit senior. Si vero hoc frequenter faciat, abscondatur à fraternitate, ac sollicitudine fraterni corporis. Si vero peniteat, remittenda fuot peccata sua. *Detrabentem,* inquit Propheta, *scorad proximi tuus,* hunc persequebar.

XXVII. Si quis inventus fuerit in aliquo spernere seniorem suum, non hominem spernit, sed Deum, & reliqua. Si quis hoc faciat, peniteat, & reconciliabit seniori suo. Et omnia quæcumque senior præcepérat, secundum mandatum Domini expleoda sunt.

XXVIII. Si quis ex fratribus negligens inventus fuerit erga supellechilem Monasterii, hic reus sacri peculii judicandus est. Si quis viderit, caue in die adjuvari & corrigi præterierit, hic tanquam neglector, & perversor sacræ substantiae judicandus est. Quoniam oportet unumquemque labrare, & confidantius agere erga substantiam Monasterii, ut ipse esset omnium Dominus, & omnibus dominetur. Et iterum per nimiam humilitatem tanquam alienum se existimet, & ut nihil præter quotidiana ex ea requirat pacimatis.

XXIX. Si quis ad vocem compulsoris, sive invitantis ad aliud quodcumque, non statim surrexerit, hic iobbediens reus est. Petat veniam ad Deum, & iterate non præsumat. Quoniam oportet

b. Cor. 11:1

Matth. 15:1

Jer. 48:1

unumquemque ad primam vocem invitantis assurgere; velut carbo. ignis ardoris ascendisset super eum. Si autem obedientia hæc non fuerit, quam dicimus, mortua est, & non acceptabilis apud Deum. *Omnis autem quod non est ex fide, precarum est.* Cum gaudio semper operandum est: *Gaudete in Domina iusti, & semper decet collaudare.* Et iterum Apostoli Phil. 4. dicit: *Gaudete in Domino semper: utrum dico, gaudete.* Si autem triste aliquid oblatum fuerit à nobis in donis Dei, non erit acceptabile apud Deum.

**Rom. 14.**

**Psalm. 32.**

**Phil. 4.**

XXX. Tribus conventibus diei, totidemque noctis tempore in Ecclesia conveniendum: tres Psalmi in unoquoque conventu diei canendi sunt? duodecim verò in nocturnis conventibus cantabuntur, prater illam Missam que celebratur ortu solis. Orationes vero & duas lectiones, una de veteri testamento, & alia

de novo, in singulis noctis conventibus dicendæ sunt. In his verò conventibus, id est, Sabbati & Dominicæ, usque ad gallorum cantus, Missa celebranda est: & quomodo vires uniuscujusque fufferre poterint, excubiaz peragenda sunt.

XXXI. Is verò qui ad primum Psalmum in die non occurrit, in conventum fratrum non recipietur; sed postea in publico veniam petat. Si verò frequenter hoc faciat, confutabitur usque dum corrigitur. In noctis tempore usque ad secundum Psalmum dilatio prebetur.

XXXII. In diebus verò Dominicis Eucharistia semper accipienda est ad remedium peccatorum: sed cum puro corde, & omni sanctitate cordis & corporis oportet nos accedere ad Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Amen.

*Explicit Regula ejusdem Patris.*

## REGULA MAGISTRI AD MONACHOS.

### DE REGULA MAGISTRI VETERUM TESTIMONIA.

S. BENEDICTUS Anianæ Abbas maximam partem REGULÆ MAGISTRI in Concordiam Regularum transcripsit, & palliū integra ejus capita profert, citas autem plusquam sexagies.

A SMARAGDO etiam Monacho in Commentariis ad Regulam S. Benedicti sepius numerose laudatur QUIDAM MONACHORUM MAGISTER hujus Regule auctor.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Inter alias Regulas monasticas hæc præsentissima est, continens XCIV. capitula, præter Prologum & spiritualem Orationis Dominicae explicationem Monachis adaptatam. Author tamen incertus est, nec aliunde titulum MAGISTRI obtinuit, nisi quodd ab initio cuiuscumcapituli Discipulus questionem proponat, ad quam solvendam immediatè Magister respondeat, doctrinamque questioni congruam reponit. Inter recentiores Tribenius existimat, bujus Regule auctorem extitisse Diaconum Vigilantium: sed hanc sententiam nulla auctoritate suffultum negat sapientia Calmetus. Quicunque autem auctor fuerit, illum in Gallia scriptum, baudi inanis conjectura est; cum sapientia vocibus nationi illi propriis utatur: prout est Major Domus &c. Deinde loquunt de Gyrovagis, eos ex vicina Italia deducit, qua quidem natione Gallum quodammodo probare possunt, & forsitan vixit facili septimo, quando officium Majoris Domus apud Gallos maximè floruit. De cetero bujus Regule auctor multa basifit ex S. Benedicti Regula, unde sapientia ab illis citatur, qui in hanc Regulam scripserunt commentaria; et si ille filii rudi & barbari usus sit. Nec defuit, qui hunc auctori puerilem animum impingunt; dum cap. 23. & 25. mandat, ut post mensam micta singulis diebus diligenter colligantur, & exente beddomada coquuntur, & ex iisdem omnibus Monachis præsentibus comedere possint; sicut etiam præcipit, quatenus panis per trocheum defursum cadat in copinum, quasi de calo demissus esset.

INCIPIUNT

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ MAGISTRI.

1. De quatuor generibus Monachorum.
2. Qualem debet esse Abbat.
3. Quae res sancta, quam decere debet Abbas discipulis.
4. Quae sunt ferramenta spiritualia cum quibus operari possumus aeternam divinam.
5. Quae est materies vel causa molarum, que in fornace timoris Dei excoquuntur debet.
6. Quae est officia divina artis, vel operatio spiritualium ferramentorum.
7. De obedientia discipularum, qualem debet esse.
8. De taciturnitate discipularum, qualis & quanta debet esse.
9. Quo ordine sacrae fratres aliquas interrogations faciant ad Abbatem.
10. De humilitate fratrum, qualis debet esse, vel quibus modis acquiruntur, vel quomodo acquiſita servantur.
11. De Propaginis Monasteriorum.
12. De excommunicatione culparum.
13. Quomodo debet frater excommunicatus trahari.
14. Quomodo debet excommunicatus puniri.
15. De prodendo cogitato male Præposito vel Abbatii à minoribus fratribus.
16. De Cellario Monasterii, qualis debet esse.
17. De ferramentis vel rebus Monasterii.
18. De septimariis coquina.
19. Quomodo debent fratreſ in hebdomadam coquina.
20. Quomodo debent biberi in oratione absentes in mensa.
21. Quomodo debent communicare hebdomadarii coquina, vel Cellarius.
22. Omnes hebdomadarii ingressi, quo tempore remanentes in oratione post Abbatem debent ceteri communicare.
23. Post egressionem Abbatis de oratione, quomodo debent hebdomadarii servire mensas, & ad manducandum esse communares.
24. De hebdomadaria littera ad mensas.
25. De patella micare ab hebdomadariis secundo die coquendis.
26. De mensura ciborum.
27. De mensura potis.
28. De diebus jejuniis, vel bora refelli- nam.
29. De tempore dormitionis eorum, vel qualem debet esse locus, vel quo tempore dormiant.
30. Post completerum neminem debere laqui.
31. De hebdomadariis officiis diuinis in noctibus.
32. Quomodo ab eis fieri debet excitatio.
33. De officiis diuinis in noctibus.
34. De officiis diuinis in die.
35. De modo palmarum vel numero in die.
36. De psalmis luctuaris.
37. De psalmo refelliōnum.
38. De psalmis completeriis.
39. Qualiter psalmi debet in matutinis.
40. Qualiter psalmi debet per horas diei.
41. Qualiter psalmi debet in luctuaris.
42. Qualiter psalmi debet in refelliōne.
43. Qualiter psalmi debet in completeriis.
44. Qualiter psalmi debet in nocte.
45. Quomodo debet psalmi in diebus festis.
46. De imponendis psalmis in oratione, quando tempore.
47. De disciplina psallendi.
48. De reverentia orationis.
49. De vigiliis Monasteriorum.
50. De alio operum quotidianorum per diversas horas diverso tempore.
51. De orationibus quadragesima in die finis psalmis.
52. De orationibus quadragesima in nocte finis psalmis.
53. De concordia ciborum & potis in quadragesima.
54. Cum hora diuinis officiis ad veneris mox debere fratres ad orationem festinare.
55. De quo passus frater rabiō labore ad orationem debet occurrere.
56. Quomodo debent fratres in itinere opus Dei complere.
57. Quo ordine in via fratres aliquid regula conficiantur servabunt.
58. Quot psalmos debent fratres dicere diverso tempore in via nocte.
59. Qua hora debent fratres in via reficere.
60. De quantitate sumptuum fratrum in via accipiendorum.
61. Missus frater de Monasterio, & in eodem die expellendus, si suadente aliquo debet fratres communicare, aut ad orationem revertentes servare jejuniū etiam Abbatē reconfigundū communioni.
62. Si debet extra horam conficiantur in via frater aut bibere, aut manducare.
63. Quales sunt fratres, qui infidulatis abscedunt fratris.
64. Quoniam debet frater relinquent Monasterium, & iterum ab errore reverenter recipi.
65. Quomodo debent fratres entrare in domus salutari.
66. De egressu fratrum de monasterio in viam.
67. De regressu fratrum de via revertentium in orationem.
68. Exortantes de oratione mox debere de omnibus tacere.
69. De fratribus agrestis.
70. De charitate fratrum circa agrestis.
71. Si debent fratres spiritualiter ad se leviter occurrenter prius orare, aut filii pacem dare, aut salutare.
72. De refelliōne proper charitatem fratrum supervenientium.

73. *De fratribus qui ad opes Dei tardie occur-*  
runt.
74. *Refrenari debere liberum fratris arbitrium.*
75. *De cessione Dominica.*
76. *Quomodo debent transmisso eulogia à facer-*  
*tere. Monasterii suscipi.*
77. *De benedictione, vel signo sacerdotum.*
78. *Non debere aliquem advenientem, aut*  
*jam fratrem, aut adduc laicam, plus*  
*à fiduci etiisum in Monasterio pasci.*
79. *De celis peregrinorum.*
80. *Potissi per suorum fratres si debent com-*  
*munare, an non.*
81. *De vestimentis fratrum & calceamentis.*
82. *Non debere in Monasterio fratres aliud*  
*peculiariter habere.*
83. *Quomodo debent haberi in Monasterio sa-*  
*cerdotes.*
84. *Qui debent manducare cum Abbatे.*
85. *Perfecta aliqua intra Monasterium artes*  
*qualiter & quam debent venundari.*
86. *De casis Monasteriorum.*
87. *Quomodo debet frater, five jam conver-*  
*sus, five adduc laicus intrare, vel*  
*tradere se, vel suscipi in Monasterio.*
88. *De indiciis fratrum suscipiendorum, in*  
*quibus de fiduciate firmanda fecum tra-*  
*bare debent.*
89. *Quomodo debet frater novus in Mono-*  
*sterio sum firmare introitum.*
90. *Ingresso in Monasterium unquam laicos non*  
*debere intra annum mutari res, nec*  
*caput ejus secundum Proprietatum conditi.*
91. *Quomodo suscipi debet nobilis filius in*  
*Monasterio.*
92. *De bene vel gradu post Abbatem ceteris*  
*deneendo.*
93. *De ordinatione novi Abbatis electi de uni-*  
*nibus à Priore.*
94. *Si subito Abbas moriar, qui ordine de*  
*incertis fratribus Abbas alius constitui-*  
*tur, cum se vivo nullum designaverit*  
*meliorum, dum subita cum morte perver-*  
*serit.*
95. *De officiis Monasterii.*

Explicitur Capitula.

## INCIPIT PROLOGUS REGULÆ.

**O**Homo, primo tibi qui legis, deinde & tibi qui me aufultas dicentem, dimitte alia modo quae cogitas ; & me tibi loquentem, & per os meum Deum te convenientem cognosce. Ad quem Dominum ex voluntate nostra per bona acta vel beneplacita iustitiae ire debemus : ne per negligentiam peccatorum inviti rapiamor accersiti per mortem. Ergo, auditor, qui me audis dicentem, percipe quae tibi, non os meum, sed per hanc scripturam loquitur Deus : qui te, cum adhuc vivis, convenit de hoc, quod ei post mortem reddituros es rationem. Quia quod adhuc vivimus, ad inducias vivimus : cum nos pietas Dei expectat quotidie, emendari, & meliores vult esse nos hodie quam fulimus heri. Ergo tu, qui me aufultas, ita attende, ut dicta mea, & auditus tuus per considerationem mentis appulando in trivium cordis tui perveniant. In quo trivio unam ignorantiam peccatorum, post dicta mea vieniens ; post te relinque : & duas observantiae preceptorum ante jam ingredere vias. Et dum querimus ad Deum ire, stamus in Christo, trivio cordis nostri, & consideremus illas duas, quas ante nos scientie conspicimus vias. In quibus duabus viis, per quam ad Deum possumus pervenire, consideremus. Si sinistram tenemus, timemus, quia lata est, ne ipsa sit, quae du-

cit magis ad interitum. Si dextram corripimus, bene imus, quia angusta est : & ipsa est, quae diligenter servos ad primum ducit Dominum. Ergo vacuus vester auditus sequatur meum eloquium. Et intellige tu homo, cuius admonemus intuitum, quia te per hanc scripturam admonet Deus ; ut modo dum adhuc vivis, & tibi emendare vacat, curras quantum potes ! ne jam cum accessitus per mortem fueris, nullam Deo in die judicii, vel in pena aeterna excusationem afficias, quod nullus te de emendatione quoad vixisti convenerit : & cum ultrius tibi iam succurrere non potueris, in aeternum te incipiat sine remedio poni-  
tere. Ergo amodo qua audis oblerva, antequam de hac Ecceas sieculi luce, quia si hinc exieris, non hue revertaris, nisi in resurrectione : de resurrectione, si hic modo benè egeris ad aeternam cum sanctis gloriam deputaberis. Si autem hanc scripturam, quam tibi lecturus sum, non adimpleveris ; in aeternum ignem gehennam cum diabolo, cuius voluntatem magis fecutus es, deputaberis. Audi ergo & agit quod est bonum & iustum, per quod Deus inventur propitius. Hec Regula qua tibi ostendit, factis adimple. Quia Regula ad perficiendum rectum Regule nomen accepit, sicut dicit Apostolus in Epistola sua : Secundum monasterium a. Cor. 10. Regula, quam mensis est nobis Dominus men-  
strum

*suram perzengendi usque vos.* Nam Regula  
veritatis habet initium, & justitiae finem.  
Sicut dicit Prophetus: *Reges vos in virga;*  
*hoc est, in timoris vigore.* Sicut item  
dicit Apostolus: *Quid vultis t in virga  
viam ad vos, an in charitate?* Item dicit

M. 8.  
1. Cor. 4.

Proprieta: *Virgo recta est virga regni mei:* Psalm. 44  
*in qua delexisti iustitiam.* Et edisti iniquitatem.  
Et iterum dicit Dominus: *Visebatur in virga misericordia,* 32  
*ga iniquitates eorum.*

*Explicit Prologus Regulae.*

## I N C I P I T · T H E M A.

*P*ROPHETA dicit: *Aperiam in parabolis  
os meum.* Et dicit iterum: *Factus  
sum ibis in parabolam.* De utero ma-  
tris Evae terrae nati, & de patre Adam in  
excessibus concupiscentie generati, in  
seculi hujus descendimus viam; & pe-  
regrinae vite temporale jugum fuscipien-  
tes, perambulamus iter vite hujus, per  
ignoranciam bonorum actuum, & incer-  
tum mortis experimentum. Multum  
enim nobis negligenter viaticum pecca-  
torum seculi peregrinari carriaverat:  
& humectis nostris lassatis de ponderosis  
farcinis, vicinam sibi mortem jam lapsus  
laboris sudor invenerat; & astuosa sitis  
in interitum anhelabat. Subito à dextra  
orientis conspicimus non speratum son-  
tem aquæ vive; & felixantibus nobis in  
obviam venit, clamans ad nos & dicens:  
*Qui statitis, venite ad aquam.* Et cùm vi-  
disset nos venientes oneratos farciniis gra-  
vibus, repetivis dicens: *Venite ad me  
omnes qui laboratis, & onerati esitis;* & ego vos  
reficiam. Nos verò audientes hanc piam  
vocem, projectis in terra farciniis nostris,  
arguenti nos siti avidi ad fontem proster-  
nimus; bidentesque diu surgimus renova-  
ti. Et post resurrectionem stetimus stu-  
pidi nimio gaudio, disputatione intuen-  
tes jugum vite tam sancti laboris, vel  
farcinas nostras, quæ nos suo pondere  
usque ad mortem per ignorantiam sati-

gaverant. Dum haec intuentes dia con-  
sideramus, iterum audimus vocem de-  
sonte, qui nos recreaverat, dicentem: *Tollete jugum meum super vos, & discute à me,*  
*quia misericordia sum, & humile corde;* & in-  
venientis requiem animabas uisfris. Jugum enim  
meum suave est, & onus meum leue. Nos  
audientes hec, dicamus jam invicem  
nobis: non revertamur post recreationem  
tanti fontis, & Domini invitantis nos vo-  
ce, ad sarcinas peccatorum, quas pro-  
jecimus; hoc est, quæ abrenuntiamus  
eentes ad fontem baptismi: quæ farcine  
peccatorum nos ante per ignorantiam  
lacrae legis, vel cognitione ignorati ba-  
peismi, desperatos nos suo pondere in  
mortem fatigaverant. Nunc verò sa-  
pientiam Dei accipientes; & qui fueram  
nos peccatorum farciniis aggravati, Do-  
mini sumus voce ad requiem invicti.  
Renuntiemus ergo peccatorum pristinis  
farciniis: habeat vias seculi in negligen-  
tibus suorum pondere delictorum. Nos  
matrem nobis jam non de limo terre  
Evam; sed divinam nos vocantem ad re-  
quiem Christianam legem sentimus. Si-  
militer & patrem jam non in arbitrio  
peccatorum Adam querimus, sed in vo-  
ce Domini invitantis nos: & desideriis  
nostris meritis non audemus, tamen in  
renativitate nostra sacri fontis tui, ubi  
sia jam te invenimus,

## PATER NOSTER QUI ES IN COELIS.

**V**IDEDE ergo fratres, si invenimus iam  
matrem Ecclesiam, & patrem au-  
sumus Dominum vocare de celis. Ergo  
jam iustè à nobis relinquendus est pater  
terrenus, & mater carnalis: ne binis  
obtemperantes parentibus, non solum vi-  
cibus offendantur; sed velut adulteri de  
duobus parentibus nasci, si carnales non  
dimittimus, judicemur. Per lignum  
enim offensionis natio nostra de paradiſo  
in uterum; de utero in mundum; de  
mundo usque in infernum descenderat:  
nisi denuo renati per baptismum, & per  
crucis lignum iterum reparati, Domini  
passio agerer ut resurgat, & illa redeat  
in paradisum generatio per gratiam, unde

*Cod. Regul. Tom. I.*

cum libero arbitrio occidetur per offen-  
fam. Contrivit enim in nobis Dominus  
mortis, quæ regnabat, aculeum; quando  
refugium crucis suæ nobis conculit  
Christus. Et postquam nos gratie suæ  
testituit adoptionis, ad regna celiorum  
insuper nos non desinit invitare. Unde  
vox Dominica dicit: *Si obserueritis man-  
data mea, ego ero uobis in patrem,* & vos  
eritis mihi in filios. Unde & nos, quamvis  
indigni, tamen propter agnitionem ejus  
baptismi, in oratione audemus cum pa-  
trem vocare; idenque oportere nos pas-  
sionis ejus esse participes, ut mereamur  
effici ejus glorie cohaeredes. Dicentes  
ergo, *Pater noster qui es in celo,* jam tales  
F 2 nos

nos exhibeamus fratres, quales nos cuperit filios Deus habere; & dignè in nobis divinitas filiorum inferet nomen, cum voluntate dissimile. Nam ipse est verus filius, qui non solum vult, sed & mori-

bus similari patri. Cùm ergo meruisse jam dixisse, *Pater noster qui es in celis*: sequimur deinde in oratione dicentes :

### SANCTIFICETUR NOMEN TUUM.

**N**ON quod noviter optemus sanctificari nomen ejus, quod est ab æterno & usque in æternum sanctissimum; sed in bonis actibus filiorum magis ipse sanctificet: ut & pater & Dominus in mentibus no-

stris tabernaculum suum, & inhabitatorem faciat Spiritum sanctum: ut adjuvet corda ipsa Deus, ut vos custodiatis ea semper per gratiam suam. Deinde dicimus :

### ADVENIAT REGNUM TUUM.

**V**IDEITE fratres, ecce optamus advenire regnum Domini, & judicium ejus accelerari ultra roganus; & rationes nostras adhuc paratas non habemus. Sic ergo à nobis omni hora agendum est, ut Dominus & pater postea nos ita suscipiat, & bonis coram eo actibus quotidie com-

placentes sequestrans nos ab hædis, à dextris suis in æternis introducens nos regnus. Agnoscamus nobis in futuro judicio proprium judicem, quem in praesenti seculo autem vocaverimus patrem. Deinde dicimus :

### FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN COELO ET IN TERRA.

**I**N hoc ergo verbo, fratres, pertinet in nobis liberi statu arbitrii; & quidquid sua fatio antiqui serpentis nocive nobis ingredit, si volumus, amputatur, cùm Dominus voluntas in nobis reparando perficiatur: sicut dixit Apostolus: *ut non queasque voluntas illa faciat.* Exigit enim Spiritus ut voluntas in nobis Domini fiat: ut jam non perficiat anima, quidquid cum prava carne concupiscentia libi susserat. Oramus ergo, ut voluntas in nobis Domini fiat. Si ergo à nobis sua voluntas semper perficiatur, non ergo erit propria; qua discussa de suis malis in die judicii condemnetur. Voluntas enim Domini sancta est, novit dare, non timere judicium: qua voluntas sua quibus impleta fuerit, promittitur etiam illis Angelos judicare. Hanc sanctam voluntatem Dominus & Salvator noster per formam faciendo in se liberam, ut amputet in nobis carnis arbitrium, demonstrat nobis dicens: *Nun veni facere voluntatem meam,* sed ejus qui me misit. Et iterum in sancta sua Passione dicit: *Pater, si possibile est, transferat a me calix iste.* Hec verò in Domino vox timoris erat carnis induxit, ostendens nobis actus vita semper debere benè tractari, si mors adveniens debet timeri. Et iterum erat interrogatio Domini apud patrem, si quod à nobis in nobis volumus, potest impleri, aut quod nolamus potest nobis contra desiderium nostrum justè imponi. Unde subsequitur fidei forma, qua Dominus patris committit voluntati, dicens: *Sed ramus nus-*

*sic est ego vole, sed sicut tu vis.* Et iterum subsequitur: *Si rex petrus asseri a me calix ibidem, iste, nisi ut bibam illum, fiat voluntas tamen tua.* Videamus ergo quia quidquid à voluntate nostra eligimus, iustè agnoscitur: & quidquid nolebimus nobis à juventute imponitur, iustè proficit ratione. Nam quomodo versis in se oculis suis vultum suum respicere homo non potest; sic iudex sui libi ipso esse non potest; nisi iustè quod videtur ab alio judiceretur. Si ergo vultum suum videre potest nemo, voluntatem suam justam probare quomodo potest; nisi in omnibus quod videtur ab alio judiceretur? Et ecce fratres, quantam reparationi nostræ Dominus contulit pietatem, & qualmen errori nostro salutis viam ostendit: ut in unigenito filio suo demonstraret, quod in servis suis quererbat perficere. *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* In celo, quod dixit, possimus benè agnoscere fratres; quia sicut ab Angelis in celis sanctè perficitur, ita & in terra ipsa per Prophetas & Apostolos præceptorū Dei, & in carnalibus hominibus exoptatur ut fiat; ut secundū sanctam Scripturā dicentem in utrisque elementis, hoc est, in celo & in terra, in beneplacitis suis regnet; & in nobis Dominus: & sit unus Pastor, & unus grex. Similiter & illud spiritualiter intelligere possimus, quod dixit: *Fiat voluntas tua sicut in celo:* hoc est, in Domino, sicut in filio ejus. Quia coelestis dum descendit voluntas Patris perficitur, dicente ipso Domino: *Nun veni facere voluntatem meam;* Joan. 6. *sed*

Gal. 5.

Joan. 6.

Matt. 26.

Eusebe.

*spat. 4.* sed ejus qui me misit. Vides ergo si ipse Dominus Salvator ostendit, se idem venisse, ut voluntatem suam non faceret, sed iusta Patris impletet; quomodo manus servus iusta mea neglexit, & meam facere voluntatem? de quo dicit & Apostolus: *Quis est qui ascendit, nisi qui descendit in inferiora terra?* Ita ergo & in terra dixit, hoc est, corporis nostri machina de limo terre formata; cui sententia Del

dictum est: *Terra es, & in terram ibis.* Si Gen. 3. militari offici justitiam nobis Domini voluntas exposcitur, ut dum quotidie in nobis voluntas Domini fuerit operata, non inventari propria, quæ in futuro iudicio condemnetur ad poenam: sed fit in nobis voluntas Domini, quæ coronetur ad gloriam. Deinde sequimur in oratione dicentes:

### PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS HODIE.

**E**REO fratres, cùm supradicta Domini voluntas inculpabiliter à nobis quotidie fuerit adimpleta, & in timore Domini omnia fuerint mandata explicita & dignæ

operariis suis rogatur annonam ut tribuant, qui digno mercenario mercedem non negat. Deinde dicimus:

### ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS.

**F**RATRES, hoc orantes amplius timeamus, ne ad hac verba precum nostrorum respondeat nobis Dominus dicens: *Judicio quo judicatis, judicabitur de vobis;* & *mensura qua mens estis, remeteretur vobis.* Et vide qui hoc petis, si quod tibi noluisti fieri alii non fecisti. Ergo antequam has voces Domini audiamus fratres, prius scrutemur corda nostra: si iusti & nos petimus à Domino, quod & à nobis est potestibus non negatum. Nos petimus, *Domi nostre debita nostra:* audit Deus, & cupit dimittere, sed si ante nos potestibus relaxemus. An dubito miser ego ho-

mo, ne benefactis meis divina non retribuat vices? Respicce, agnoscere, & considera, ô miser homo, numquid magis tu plus quam Deus? qui ut tibi aliqua justitia, aut agenda ingerat pietatis, post mercedem vel dona ipsius, tibi proficit ipsi & quod agit. Nihil enim Dominus minus habet in sua potentia, nec aliquid tuum indigeret in virtute, aut dectet & in gloria: solummodo nostra illi opus est filius, quem pro nobis providet grada eis; quamque per nostram negligentiam illi de nobis possidet minus. Deinde dicimus:

### ET NE NOS INDUCAS IN TENTATIONEM.

**S**ATIS nos admonent, fratres, verba ista esse sollicitos: ideoque rogandus est Dominus, & crebris gemitis tundenda sunt nobis corda atque pectora, ne patiatur Dominus férvo suo sine suo adjutorio aliqua nos hora confistere; ut non habeat potestate in neque aditum, per quod adversarius noster diabolus, qui circuit nos ut leo quotidie, querens aliquem nostrum devorare; & pravis fussionibus suis querit corda nostra inficere. Ergo incessabiliter est precaudum ad Do-

minum; ut dignetur adjutorii sui custodia muro nos suæ gratiæ circundare, & temptationum in nobis aditus sua munitione obstruere; ut non patiatur plasma factura suæ captivum fieri, & servitibus cedere inimici. Si tamen supradicti hostis temptationibus non ultro nostrum tradamus assensum, & velut nosmetipso ipsi nos captivantes, hostem nostrum incipiamus magis desiderare, quam fugere. Sequimur deinde compleentes orationem, dicentes:

### SED LIBERA NOS A MALO. AMEN.

**F**RATRES sanctissimi, ante hoc Deus in nobis cupit perficere, quam rogetur: quia potens est, & nihil est ei difficile, sed si nos hoc mereamur: nec enim vult machinam cadere nostram, quam manibus suis ipse construxit. Festinat enim eruere nos de laqueo, si sensum nostrum non ultro tradamus fussionibus inimici: sed rogantes incessabiliter Dominum, ut attributo nobis suæ gratiæ adjutorio,

digne dicamus: *Quoniam à dextris est nobis* Psl. 15. *Dominus ne commoveas* & securi de Domino iterum repetamus: *Nos timemus male* Pslm. 22: *quoniam tu misericors es.* Ut qui in principio hujus orationis ostendit nobis per gratiam, Dominum Patrem audere dicere, iterum ipse in fine orationis à malo dignetur nos liberare. Amen.

Ergo fratres finita ad Dominum oratione, ipso juvante agamus nunc de cetero

cetero de nostri servitii opere : ut qui nos jam in filiorum dignatus est numero computare , non debeat aliquando de de malis nostris actibus contristari . Ita enim ei omni hora de bonis suis in nobis parendum est , ut non solum iratus Pater fuos nos aliquando filios exasperet ; sed metuendus Dominus tritatus à malis nostris , ut nequissimos servos perpetuo tradat in peccatum , qui cum sequi noluerunt ad gloriam . Exsurgamus tandem aliquando ut pigrī , excitante nos scriptura , ac dicente :

*Rom. 13.* Jam enim hora est uos de somno surgere : & apertis oculis nostris ad lumen deiſicum , attonitis auribus audiamus quæ divina quotidie clamans nos admonet

*Apoc. 2.* vox , dicentes : Qui habet aures audiendi audiat , quid spiritus dicas Ecclesiæ . Qui dicit :

*Psalm. 35.* Venite fili Ædite me , timorem Domini derroter . Currite dum lumen vite habetis , ne tenebras mortis vos comprehendant , & quarens Dominus in multitudine populi cui hæc clamat operarium suum auditorem , iterum reclamat dicens :

*Quis est homo qui uult vitam ; & cupit videre dies boni ? tu qui audis responde ; Ego .* Et Dominus tibi dicit : Si vis habere veram & perpetuam vitam , probhe lingua tuam à male , & labia tua ne loquatur dolens ; diverse à male , & fac bonum ; inquire pacem , & sequere eam . Et cùm hæc feceritis oculi mei super vos justos , & aures meæ in preces vestras . Et antequam me invocetis , dicam vobis : Ecce adsum . Quid dulius nobis ab hac voce Domini invitantis nos fratres ? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus vite viam . Succinctis ergo per fidem vel obseruantiam bonorum actuum Iumbis nostris , per ducatum Evangelii pergamus itinera ejus ; ut mereamur cum , qui nos in regnum suum vocavit , videre : in cujus regni tabernaculo si volumus habitare , nū illuc bonis actibus curratur , minime pervenitur . Sed interrogemus cum Propheta Dominum , dicentes

*Psalm. 114.* ei : Domine quis habitat in tabernaculo tuo , aut quis requeſit in monte sancto tuo ? Post hanc interrogationem , fratres , audiamus contra nos Dominum iterum respondentem , & ostentilem nobis viam ipsius tabernaculi , dicendo : Qui ingreditur sine macula , qui loquitur veritatem in corde suo : qui non egit dolorem in lingua sua ; qui non fecit proximo suo malum ; qui approbrium non accepit adversus proximum suum : qui malignum diabolum aliqua fudentem sibi cum ipsa suauione à conspectibus cordis sui respuens , deduxit ad nihilum , & parvu-

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

*Psalm. 114.*

Ibidem.

los cogitatus ejus tenuit , & allisit ad Christum petram . Qui timentes Dominum , & bona obseruantia sua non se reddunt elatos ; sed ipsa in se bona non à se posse , sed à Domino fieri estimantes , operantem in se Dominum magnificant , illud cum Propheta dicentes : *Nos Psalm. 113. uelitis Domine , non nobis : sed uenimi tuo da gloriæ .* Nec Paulus Apostolus de predicatione sibi aliqua imputavit , dicens s. *Gratia Dei sum id , quod sum .* Et iterum s. Cor. 15. dicit ipse : Si gloriaris aperget , non expedit s. Cor. 16. nulli . Ergo subsequitur Dominus viam vite beatam per monita sua dicens ; *Qui Psal. 141. iurat proximo suo , & non decipit eum : qui pecuniam suam non dedit ad usuram , qui mulier super innocentem non accepit .* Et subsequitur nobis Dominus in Evangelio dicens : *Qui audis hæc verba mea , & facit ea , non Macth. 7. 21. morabitur in æternum .* Et nos interrogamus eum , dicentes : Quomodo Dominus non movebitur in æternum ? Respondit nobis iterum Dominus : Quomodo quia simulatio eum ratio sapienti , qui edificavit de ibidem , nū suam supra petram . Venerus fluminis cavernas ueni , & impegerunt in domum illam , & non occidit : fundata enim erat super petram . Hic compleans Dominus tacet , spectans nos quotidianis sanctis suis monitis factis nos respondere debere , ideo quotidie nobis propter emendationem malorum hujus vite dies ad inducias relaxantur , dicente Apostolu : *Au nesciis Rom. 11. 22. quis patientia Dei ad pauperium uos adducit ?* Nam pius Dominus dicit : *Nolo mor. Exch. 93. tem peccatoris , sed ut convertatur & vivat .* Cùm ergo interrogassimus Dominum , fratres , de habitatore tabernaculo ejus , audivimus habitandi preceptum ; sed si compleamus habitatoris officium . Ergo preparanda sunt corda nostra & corpora sanctæ preceptoris obedientiæ militanda ; & quod minus habet in nos natura possibile , rogemus Dominum , ut gracie suæ jubeat nobis adjutorium ministrare . Et si fugientes gehennæ percam ad vitam volumus perpetuam pervenire , dum adhuc vacat , & in corpore sumus , & hæc omnia per hanc lucis vitam vacat implere , currendum & agendum est modo , quod in perpetuo nobis expediat . Constituenda est ergo à nobis Dominicæ schola servitii , ut ab ipsius nunquam magisterio discedentes , & in hujus doctrina usque ad mortem in Monasterio perseverantes , passionibus Christi per patientiam mereamur esse particeps , ut & regno ejus Dominus nos faciat coheredes .

## INCIPIT DE GENERIBUS, VEL POTIUS DE ACTU ET VITA MONACHORUM IN COENOBIIS.

### CAPUT PRIMUM.

**M**ONACHORUM quartus esse genera manifestum est, Primum Cenobitarum, hoc est, Monasteriale, militans sub regula vel Abbatie. Deinde secundum genus est Anachoretarum, id est, Eremitarum; horum qui non conversionis fervore novitio, sed Monasterii probatione diurna, didicerunt contra diabolum multorum solatio jam docti pugnare, & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, fecuti jam sine consolatione alterius, sola manu, vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum cum Deo & spiritu repugnare sufficiunt. Tertium vero Monachorum deterrium genus est Sarabalarum, quod melius adhuc laicum dixissim; si me propositi sancti non impidere tonsuram: qui nulla regula approbat, & experientia Magistra, sicut aurum fornacis; sed in plumbi natura mollici, adhuc factis servantes siccum fidem, mentiri Deo per tonsuram noscentur. Qui bini aut terni, aut certe singuli, sine Pastore non dominicis, sed suis inclusi ovibus, pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quidquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint, hoc putant non licere: & dum in proprio arbitrio querunt habere cellas, arcellas, & recellas, ignorant quia perdunt suas animellas. Simul & ii, qui nuper conversi immoderato fervore etremum portant efficiunt quietem; & non putantes insidiari & nocere diabolum, singularem cum eo pugnam indocti & securi invadunt, sine dubio induiti lupi faucibus occurfuri. Quartum vero genus est Monachorum nec nominandum; quod melius tacere, quam de talibus aliquid dicere, quod genus nominatur gyrovagum: qui totam vitam suam per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diverfum celas, & Monasteria hospitantes; cum pro hospitium adventu à diversis volunt quotidie noviter suscipi; & pro gaudio supervenientium exquisita sibi pulmentaria apparari, & animantia pullorum sibi curant quotidie à diversis hospitibus pro adventu cultello occidi, gravare se ita diversos non credunt, commutando quotidie hospites, pro adventu novitatis sub importuna charitate diversos cogant sibi preparare diversa, & velut ab invito à diversis hospitibus exigentes praeceptum

*Non. 28. Apostoli, in quo dicit: Hospitatem*

*sibi: per occasionem praecepti cum inquietos sibi pedes post viam fomentari expostulant, per occasionem itineris intefinas suas latiori cena vel prandio inquinatas, infinitis poculis magis quam pedes desiderent. Et post exinanitam à famelico hospite mensam, & mictulas ipsas panis post viam detersas, sitim suam sine verecundia hospiti ingerentes, si calix hoc eas defuerit, rogatus hospes in ipsa patella ut misceat. Et postquam ex utraque parte nimicetate cibi & potus percalcati usque ad vomitum fuerint, rotum laboriosam vita imputant, quod gula lo- cravit: & antequam novus lectus lassatum magis à potionibus, vel ab escis quam à via, hospitem suscipiat, laborem suę vice pro magno hospites enarrantes, dum mercedem repausationis largioribus pulmentariis, & infinitis poculis hospitem sibi cogunt largire, rationem erroris sui per peregrinationem, & captivitatem celando excusant, & mox de vicinis Monachis aut Monasterii positione interrogant; ubi cum inde levaverint, ponant vel applicent velint lassi. Et quasi quibusdam universus clausus sit mundus, & ex toto eos nec loca, nec silvae, nec latus ipse Ägypti eremus capiat, nec universa Monasteria ad servitium Dei eos suscipiant; & eos, ut diximus, totus mundus non capiat: inde se dicunt justè errare, & ex toto locib[us] repausationis, & refrigerium animæ, & integrum se observationem disciplinae nusquam posse inventare. Quasi dicant se ita multum sapientes, ut totum ipsis solis displiceat, quidquid Deo & hominibus placet. Ideoqua magis eligunt ambulare, & noviter per diversos quotidie hospites munitas & variis refectiones, & per occasionem sibi viventes vie repropinata pocula sumunt. Hoc ergo agunt, ut gule suę magis quotidie peregrinari videantur quam animæ. Et cum eis post biduum ad unum hospitium apparatus ipse in pulmentariis jam minuendo subducitur; & manè alia die facto, cum non refactionem coquendam, sed ad laborem cellulæ suę viderint hospitem occupari; mox quæsi sibi aliud hospitem placet. Et adhuc non venit, & jam vadit. Tunc vale festinant avaro jam hospiti dicere: & cum migrare de tali hospitali fatagent, orare post egredium suum hospitem postulant. Sic festinant, quasi ab aliquo impellantur; quasi eos jam expectent aliorum hospitium prandia preparata. Et non longè ab ipso Mona-*

Monasterio , si invenerint cellulam Monachi , repausantes dicunt , se porro à finibus advenire Italiz : & noviter aliquid de peregrinatione , aut de captivitate , & ipsi hospiti quasi humili & inclinato capite mentientes , cum pro pietate longi itineris cogunt pii hospitis totam paupertatem in cacobis & in mensa exinaniri : sine dubio & ipse hospes nudus & à glutinibus exinanitus post biduum relinquendus . Et cum post triduum & ipse , & cella ejus , & mores , & ejus displicerit disciplina : & cum subducta eis post biduum ab eo minus exhibuerit mensa , mox & ipse reconsignare bisacias cogitur , quas diverorum hospitum jam panes tollti impleverant : cum in diverorum hospitalis in mensis recentes sumunt , illos servatos cogunt per avaritiam mucidare . Ergo postquam eis bisaciz consignantur , mox & de pastura misera asinus revocatur , cui post recentes via labores misero pastura placuerat , & domino ejus hospitale non displicuerit in biduo : & noviter restratus , & diversis tunicis & cucullis refarcinatus , quas aut importunitas à diversis exegerat , aut inventa occasio fraudis diversos hospites nudaverat , & ut alios petant , fingunt se panos advestiri : & vale & ipsi hospiti dientes , adhuc non venerunt , & jam vadunt , cum ad alia jam hospitalia in animo invitantur . Cæditur , pungitur , ustulatur , lordinat miser asellus ; & non vadit : vapulant aures ejus , postquam cludes defecerint . Ideo miser perocciditur , & manibus laetus impinguatur ; quia festinatur & fatigatur , ut ad alterius Monasterii prandium occurraur . Et cum pervenerint ad alterius Monasterii aut Monachi regias , ita hilari & clamosa voce de foris , Benedicite , clamat ; & quasi jam illum calicem in manum accepterint , quem mox ingressi Monasterium pro siti sunt petituri : & intrantes regias , adhuc non renuntiant & suscepisti , excaricant ; & quasi pro aliquo debito , aut ex alicuius delegatione ibi adveniant , ante intus bisaciz porrigitur , quam ipse hospes suscipitur . Et non prius ad oratorium festinatur , nisi pro labore desiderandi vini per occasionem viaticæ sitis : ut tu pro charitate hospiti vinum porricias , ab illo sic manè aqua expolcitur . Hi cuim tales cum ipfi jejunia ambulando ignorant , & ad quoscumque supervenerint jejunantes , aut pro supervento hospitali cogunt eos jejunia frangere ; aut non erubescunt sua voce eis hoc dicere , magis eos propter avaritiam jejunare , ut non hospitem velint recreare post viam ; & per vagam suæ consuetudinis gulam cogunt perseverantium jejunia violari : cum illi laborioso itineri imputant quid-

quid presumunt , & nesciunt , quia ut eis non licet jejunare , aut abstinerere , aut aliquo nesciante aliquando loco stare , non eos aliqua ambulare compellit necessestis , sed gula cogit voluntas : cum securi & supervenientes alieni laboris querant panes comedere , & diverorum lectis peregrini straminibus fudores suos amant abstergere . In quibus straminibus cum indiget praecrapula cibi & potus cupiunt satisfacere somno ; vel cum quidam occupatione gulosæ ambulationis , Psalmos aliquando neglexent meditari , iporum ore respondent , se laisis post viam offibus non posse de lectulo surgere , cum visi fuerint sani in mensa ferotina manducare . Mox matutinorum expleto opere Dei surgunt velut genentes & laeti . Sic primo manu calefacti mero , petito panis fragm ento ficti ægroti succos desiderantes ; Monasteria ipsi aut cellulas falsè exuent , lordinato de ficta infirmitate , abfonsè securi , quod sanitatis grefus sint ab ipso limine reformatos . Nam sibi nolunt sub imperio Monasterii Abbatem de omnibus necessariis cogitare , vel ipsi alicubi suo viventes arbitrio facta cellula persistendo , vel ipsi sibi necessaria vita debuerant cogitare . Et si nostra illis displicerit vita , vel suam nobis ostenderent formam . Unde nunquam persistentes acti sunt quotidie ambulando mendicare , sudare & gemere ; quam uno loco stando labotare , & vivere : & quotidie noviter diverorum celas ut humiles intrent hospites ; solo capite inclinati : deinde superbi & velut ingratii post biduum migraturi , & veluti quibus diverorum vita & actus , & omnium Monasteriorum disciplina non placeat , eligunt magis ambulare , quam listere . Qui per diversa semper vagando ignorant apud quem terria sua suscipiant : & quod est ultimum , nesciunt ubi suam constituant sepulturam . Unde ergo magnum existimantes primum genus Cenobitarum , cuius militia vel probatio voluntas est Dei , ad iporum Regulam revertantur . Fratres , clamat nobis quotidie Dominus dicens : *Convertemini ad me , & ego Zech. 12:1 conversor ad vos* . Conversio ergo nostra ad Deum , fratres , non aliud est nisi à malis reversio ; dicente Scriptura : *D. psal. 33: verse à male , & fac bonum* . A quibus autem malis cum avertimur , Dominum intuemur ; & ille nos statim suo illuminans vultu , donans nobis adjutorium suum , mox gratiam suam petentibus tribuit , querentibus ostendit , pulsantibus patefacit . Hæc tria Domini dona concessa ipsiis convenient , qui Dei voluerint , non suam facere voluntatem . Quia aliud nobis Dominus in spiritu imperat , aliud caro cogit in anima : & quis à quo vicitus fuerit ,

faerit, ipius & servus est. Ecclesie fuit namque Dominus secundum Trinitatis nomen tres gradus doctrinæ constituit; primum Prophetarum, Apostolorum secundum, Doctorum tertium: sub quorum imperio vel doctrina Christi regentur Ecclesiæ & Scholæ: ut pastorum vice sanctis ovibus divinas oves & claudant & doccent, dicente Domino per Iulianum Prophetam: *Dabo vobis Pastores secundum cur meum, & pastores vos pastentes eum disciplina.* Et ipso Domino dicente: *Simon Joannes pascere oves meas: docentes eas feruare ea que mandavi vobis.* Et ecce ego vobissem sum emulor dictis usque ad consummationem facili. Ideoque omnes, quibus adhuc infipientia mater est, expedit sub unius esse potestate majoris: ut doctoris arbitrio ambulantes, iter voluntatis proprie dicant necire. Per doctorum enim nobis imperat Dominus: quia sicut dixit superius, cum ipsis doctoribus sit semper omnibus usque ad consummationem facili: sine dubio non aliud, nisi nos edificaturus per eos, dicente ipso Domino discipulis suis, doctoribus nostris: *Qui vos audire, me audire, & qui vos spernit me spernit.* Ergo si quae à doctoribus audivimus, & facimus; non jam quae volumus exercemus: ut in die judicii nihil habeat in nobis quod secum diabolus vindicet in gehennam, quia in nobis hoc semper egit Dominus, quod judicaret ad gloriam.

## C A P U T I I.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Qualis debet esse Abbas?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**A**BBAS, qui præesse dignus est Monasterio, semper meminere debet quod dicitur, & nomen majoris factis implere. Christi enim agere creditur vices in Monasterio, quando ipsis vocatur pronomine, dicente Apostolo: *Sed acceptissimis spirituum adoptionis filiorum, in quo clamamus Domino, Abba Pater.* Ideoque hic Abbas nihil extra præceptum Domini, quod abit, debet aut docere, aut constitui, aut jubere: ut iussio ejus, vel monitione, sive doctrina fermentum divinae justitiae in discipulorum mentibus conspergatur. Memori semper Abbas, quia doctrinæ fuit, vel discipulorum obediens, ambarum rerum in tremendo iudicio Domini facienda erit discussio. Et sciat Abbas, culpe pastoris incumbere, quidquid in ovibus paterfamilias utilitas minus potuerit invenire. Tandem iterum erit liber, ut si inquieto vel inobedienti gregi Pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum acti-

bus universa fuerit cura exhibita, pastor eorum in iudicio Domini absolutus dicat cum Propheteta Domino: *Non abscedi in Pala. 13. corde meo veritatem tuam; & salutare tuum dixi: Ipsi autem contentientes preverunt me. 14.*

Et tunc demum inobedientibus cura fuit ovibus peccata sit eis prævalens ipsa mors. Ergo cum aliquis fulciperit nomen Abbatis, duplice debet doctrina suis præcessere discipulis: id est, omnia bona & sancta factis amplius quam verbis ostendere; quomodo intelligentibus discipulis mandata Domini proponat; duris corde vero & simplicibus factis suis divina precepta monstraret. Omnia vero quæ discipulis docuari esse contraria, in se factis indicet non ageanda: *Ni alii praticant ipse reprobis. 1. Cor. 10. inveneris;* ne quando illi dicat Deus peccanti: *Quare vero ta caecas iusticias meas. 1. Pet. 4. & sumpphi testamentum meum per os tuum;* *Ta vero editi disciplinam.* Et qui in fratribus *Matt. 7.* tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti? Non ab eo persona in Monasterio discernatur; non unus plus amerit quam alius; nisi quem in bonis actibus invenerit meliorem. Non converteri servo pro merito nationis præponatur ingenuus. Quare? quia servus sive liber omnes in Christo unum sumus; & sub uno Domino æqualem servitil militiam bajulamus. *Quia ann. est apud Deum. 1. Cor. 10. peruenientem accepto.* Solummodo in hac *parte apud Deum discernimur,* si ab aliis meliores factis inveniamur. Et tandem ut ostendat Deus circa omnes pietatis fuit clementiam, pariter jubet elementa, vel terram iustis vel peccatoribus famulari æqualiter. Ergo tequis sit ab eo omnibus charitas; una præbatur in omnibus disciplina. In doctrina sua namque Abbas Apostolicam debet illam semper formam ferrare, in qua dicit: *Argue, obsecra, increpa:* id est, *1. Tim. 4.* misericordis temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum Magistri, pium patris ostendas affectum. Id est, indisciplinatos & inquietos debet arguere: obedientes & milites, & patientissimos, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes & contentemtes ut increpet admonemus. Humanitatis vero talen in se eis formans debet ostendere, qualem Dominus contentebus de gradu fortiori Apostolis demonstravit: id est, cum apprehensâ manu infantem in medio eorum deduxisset, dixit: *Qui vult esse iuxta vos fortior, si Marth. 13. talis.* Ideoque quidquid Abbas discipulis pro Deo agendum injunxerit, implet factis, & tradens omnia ordinationis sum protolo sequantur membra, qua duxeris caput. Charitatem vero vel gratiam talen debet circa omnes fratres habere, ut nullum alii præferens, omnibus discipulis vel filiis suis amborum parentum

G g

in

Cod. Regul. Tom. L.

## REGULA

in se nomen exhibeat : matrem, eis suam præbens & qualiter charitatem ; patrem se eis mensurata pietate ostendat. Meminisse debet Abbas semper quod dicitur. Quia cui plus creditur , plus ab eo exigitur : & sciat , quia qui suscepit animas regendas, paret se ad rationes reddendas. Et quantum sub cura sua fratum habere sciverit numerum , agnoscat pro certo , quis in die iudicij ipsarum omnium animarum tantas est redditurus Domino rationes ; sine dubio addita & sua : quia ut fratres in Monasterio propriam non agerent voluntatem, hujus semper iussionibus omni obedientia militarunt. Quia cum discussi fuerint de omnibus actibus suis , dicturi sunt in iudicio Domino , omnia facta sua per obedientiam à iussione impleta esse Magistri. Ideoque debet semper cautus esse Magister , ut omnia quæ imperat , omnia quæ docet , omnia quæ emendat , de præceptis Dei iustitia dictante monstrantur , quæ futuro iudicio non condemnentur ; timent semper futuram discussionem pastor de creditis oīibus. Quia & cum de alienis ratiociniis cavit , redditus de suis follicitus ; & cum de monitionibus suis emendationes alii subministrat , ipse efficitur à vitiis emendatus. Quidquid verò Abbas pro utilitate Monasterii agere aut facere voluerit , cum consilio fratum agat : & convocatis omnibus fratribus de utilitate Monasterii tractetur communiter : ita tamen non libero ausu fratres aut in-vito suæ pietatis arbitrio , sed iussione & imperio Abbatis eligendis forte consilii applicentur. Nam ideo omnium queratur consilium , quia quo horines , tot sunt pro diversitate interdum sententiae : ne forte , à quo non speratus , melius subito detur consilium , & communis utilitas hoc magis proficiat : & de multis consiliis quod eligatur facile inventur. Quod si de omnibus nullus aptum potuerit dare consilium , tunc Abbas , redditatione consilii sui , constituit quod vult. Et iustum est ut membra caput sequantur. Ideo omnes fratres diximus ad consilium debere vocari ; sed in sententiam Monasterii : quia res Monasterii omnium est , & nullius est. Ideo omnium , quia proficiendo successionem quandoque in Monasterio vicibus de se fratres expellant : ideo nullius , quia nihil in Monasterio aliiquid sibi à fratribus peculiariter vindicatur. Et nullus suo aliiquid constituit ut faciat arbitrio , sed omnes sub imperio degunt Abbatis. Qui ergo Abbas sancte hujus artis sit artifex , non sibi ipsius artis , sed Domino assignans ministerium , cuius in nobis gratia fabricatum , quidquid à nobis sanctè perficitur : quæ ars diceri & disci debet in Monasterii

officina & exerceri , prout cum spiritualibus ferramentis.

CAPUT III.  
INTERROGATIO DISCIPULI SE-  
QUENTER.

*Quæ est ars sancta , quam docere debet  
Abbas discipulos in Monasterio ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Quæ hæc est ars sancta? primo credere. Confiteri , & timere Deum Patrem , & Filium , & Spiritum sanctum , unum Deum in Trinitate , & trinum in unitate ; trinum in una deitate , solum & unum in trina maiestatis potestio. Ergo hunc ex toto corde & ex tota anima diligere , & proximum tanquam seipsum. Deinde non occidere , non adulterare , non fæcere furtum , non concupiscere , non falsum testimonium dicere ; honorare patrem & matrem : & quod sibi quis non vult fieri , alli ne faciat. Abnegare semetipsum , ut fequantur Christum ; corpus pro anima castigate , delicias fugere , jejunium amare , pauperes recreare , nudum vestire , infirmum visitare , mortuum sepelire , in tribulatione subvenire , dolentem consolare , mutuum dare indigenti : à seculi actibus se facere alienum : nihil amori Christi præponere , iram non perficere ; iracundia tempus non reservare : dolor in corde non tenere : de conscientia pacem falsam non dare , fratri fidem servare : non amare detrahere : promissum complere , & non decipere ; charitatem non derelinquere : non amare jurare , ne forte perjurere : veritatem ex corde & ore proferre ; malum præ malo non reddere : injurias non facere , sed & factas patienter sufferrere ; inimicos plusquam amicos diligere : maledicentes se non remaledicere ; sed magis benedicere : persecutionem pro iustitia sustinere : non esse superbum , non vincentum , non multum edacem , non somnolentum , non pigerum , non murmuriosum , spem suam Deo committere : bonum aliiquid in fe cum viderit , à Deo factum magis quam à se existimet ; malum à se factum judicet , & sibi & diabolo imputare : desideria sua à Deo perfici optare : substantiam suam non in solo labore manuum fuarum , sed plus à Deo sperare : diem iudicij timere , gehennam expavescere : vitam eternam & Jerusalem sanctam desiderare : mortem quotidie ante oculos suspectare habere : actus vita sue omni hora custodiare : in quovis loco à Deo se respici pro certo scire ; cogitationes malas cordi suo advenientes ad Christum mox allidere debere : os suum à malo vel pravo eloquio custodiare : multum loqui non amare & verba vana aut risui apta non ex toto loqui :

loqui : risum multum aut excussum non amare ; lectio[n]es sanctas libenter audire : orationi frequenter incumbere : mala sua præterita cum lacrymis vel gemitu Deo confiteri in oratione quotidie ; de ipsis malis de cetero emendare : desideria carnis non perficere : voluntatem propriam non audire : obedientiam admonitione Abbatis parere : non cupere dici se sanctum antequam sit , sed prius esse quod verius dicatur , & sic dici debere. Præcepta Dei factis quotidie adimplere ; castitatem amare ; nullum odire ; zelum non habere ; invidiam non exercere ; contentionem non amare : ante solis occasum cum inimico redire in gratiam ; omnibus bonis ex toto corde obediere ; & de Deo nuquam desperare.

Ecce hec ars est sancta , quam ferramentis debemus spiritualibus operari : que ars sancta cum fuerit à vobis die noctuque incessib[il]iter adimpta , & cum unusquisque in diem Judicii Domino Deo futurorum & factorum suorum opera signaverit , tunc hac ars , quæ ex Dei voluntate descendit , cum à nobis perfecta & inculpabiliter Domino fuerit in die judicij reconsignata , illa merces nobis à Domino repenitetur , quam nobis fidelis Dominus promittit , quæ preparat sanctis , & Deum timentibus , & hac præcepta factis implentibus ; habitandi in perpetuo terram , septies argenteo lucidiorum : de cuius camera coeli non illius Solis vel Lunæ , non stellarum candor , sed ipsius Dei perpetua majestas lucebit. In cuius terre fulgore mellis & lacticis , vini , & olei flumina in æternum currentia præparantur. In quorum ripis diversarum fructus arborum varios & diversos duodecies in annum nascentes , non cultura hominis , sed abundantia Deitatis , qui non fame delectant ad vescendum , vel esurie appetuntur ad manducandum ; sed postquam oculi nostri ipso visu fuerint aginati , insuper unicuique hoc sapit in os quo fuerit delectatus. Sonant ibidem jugiter super ripas illorum fluminum posita organa Hymnorum : quæ ad laudem regis ab Angelis psallentibus simul sanctis Archangelis decantantur : quarum dulcedine vocum ita Sanctorum delectantur auditus , ut ipsa modulatione canoris nimis delectatione garrula més plus libeat exultare : cum in duplice fulgore coeli terreaque diviniter radiantis , in ipso candore terreni luminis ornata suo vel gemmis Jerusalem civitas , diversarum marginatarum rutilatione coruscat. Cujus muri vel portæ , plateæ , vel vici canores vocis suavi modulamine personant Alleluja. In qua exultatione sancti in imagine coelestis fulgentes , gaudebunt se de per-

Cod. Regul. Tom. I.

dictione seculli liberatos , has divitias celestes à Deo in perpetuum meruisse. Unde quo tramite ad talia pervenientium sit , ad textum superioris pagine recitamus.

#### C A P U T IV. INTERROGATIO DISCIPULI CONSEQUENTER.

*Qua sunt ferramenta spiritualia , cum quibus operari possimus artem divinam ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**Q**Uæ ? fides , spes , charitas , pax , gaudium , mansuetudo , humilitas , obedientia , taciturnitas ; p[ro]p[ter]e omnibus castitas corporum , conscientia simplex , abstinentia , puritas , simplicitas , benignitas , bonitas , misericordia ; p[ro]p[ter]e omnibus pietas , temperantia , vigilantia , sobrietas , justitia , æquitas , veritas , dilectio , mensura , modus , & perseverantia usque in finem.

#### C A P U T V. INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Qua est materies vel causa malorum , qua in fornace timoris Dei excoqui debet ? Vel qua est arugo , vel fordidatio vitiorum , quem de nobis decet lima justitia mundare ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**AVIDA nobis vita hec sunt : Primo superbia , deinde inobedientia , multiloquium , falſitas , avaritia , cupiditas , zelus , invidia , iniquitas , odium , iniuria , ira , rixa , contentio , fornicatio , ebrietas , voracitas , murmuratio , impietas , injustitia , pigritia , furtum , detractio , scurrilitas , levitas , immunditia , vaniloquium , rufus matus , vel exfusus ; subfannatio , concupiscentia , dolus , ambicio , vacatio. Hæc omnia non sunt à Deo , sed opera sunt diaboli : quæ in die Judicii à Deo meritum suum , perpetui ignis gehennam , merentur.

#### C A P U T VI. INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Qua est officina divina artis , vel operatio spiritualium ferramentorum ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**O**FRICINA vero Mooasterium est ; in qua ferramenta cordis in corporis clausura deposita opus divinae artis diligenti custodia perlevando operari potest.

CAPUT VII<sup>o</sup>

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De obedientia discipuli, qualis debet esse.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PRIMUS humilitatis gradus est obedientia sine mora. Sed hac forma paucis convenit, & perfectis; his, qui nihil sibi à Christo charius aliquid estimantes propter servitium sanctum quod professi sunt, vel propter metum gehennæ, vel divitias vite aeternæ, mox ut aliquid imperatum à majore audierint, morata pati nesciunt in sequendo. De quibus Domini-

Psalm. 17. nus dicit: *O baudiu axis obediret mihi,*  
Mose. 10. *me audit.* Ergo hi tales relinquunt statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deserentes, mox ex occupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientie pede jubentis vocem factis sequuntur: & velut uno momento praedicta Magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambe res communiter cito explicantur. Sed hæc paucorum perfectorumque forma, infirmorum, & pigrorum animos in desperatione sua fatis non reddat attonitos, sed moneat imitandos non confidantes in nobis diversa esse vasa flebilia, cum multum in diversis pigrizie contulit tarda natura. Nam quorundam auditus noscuntur furdo stupore hebescete, quorundam etiam animos fusione subita in filiis cogitationibus cernimus aberrare. Ideoque remissius distinctionem obedientie in Doctoribus relaxamus, ut combinata preceptione discipulis & iussionem suam Magistrum non pigat repetere, secundum testimoniūm Domini, qui vocavit, *Abraham,* Abraham. Quæ ergo repetitio manifestat nobis Dominum ostendisse, non posse sufficere unam vocem auditui. Nam in ipsis interrogationibus repeta Magistri vox reprobatur discipulis. Secunda ideo interrogatio non respondentibus justè indulgetur, ut prima adhuc discipuli taciturnitas non reatu, sed reservat Magistro reverentia custodia deputetur. In qua reverentia utilis discipulus tardè creditur stangere taciturnitatem, quam continet; ut non ad interrogacionem tuam mox præcepis in lingua suis te responsis occupet prius. In preceptionibus vero ideo Magistri iussio repitetur, ut quamvis tardi aut negligentes sint auditores, cum secundo eis dicta primitus reperitur, usque adeo dignum est, ut secunda jam obedientibus factis mora rumpatur. Si vero tertia, quæ absit ut contingat, in discipulis obedientie mora

Gen. 22.

fuerit, culpa contumaciz reatu depetratur. Nam & illud de duabus vitiis *Mose. 17;* congruē hic & convenienter taxandum est: id est, latam, quæ ducit ad mortem; & arctam, quæ ducit ad vitam. In quibus duabus vitiis diversorum hominum obedientie graduntur: id est, per latam viam secularium, & Sarabatarum, & gyro vagorum Monachorum: qui aut singuli, bini, & terni sine maiore ipsi sibi æqualiter viventes, & voluntariè ambulantes, & pro alterno imperio quidquid placuerit sibi, vicibus invicem imperantes, & quæ voluerint peculiariter in se defendantes: cùm in proprio unusquisque consilio non vult se vinci, scandalum sibi tales nunquam faciant esse absentem. Mox post studioram item malè congregati, à se invicem separantes, & sicut greci sine Pastore obrerans, per diversa dispersus, sine dubio lupi fauibus occurlurus; providentes, sibi, non Deo, sed proprio arbitrio novas iterato cellas, & de se solo sibi soli Abbatis nomina imponentes, Monachria videoes plura esse quād Monachos. In hoc enim via lata à talibus creditur ambulari, cum in nomine Monachi communi more viventes, cum laicis solo tonsuræ habitu separati, obedientias suas magis desideris subministrant, quād Deo; & suo iudicio putant sibi licere; quæ mala sunt: & quidquid voluerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint, hoc putant non licere. Et acceptum ducentes, ut cogitationibus suis corpori eorum magis provideatur, quād animæ; id est, vietum, vestitum, & calcearium magis sibi melius ipsi posse cogitare, quād aliū: nam de futuri ratiocinis animæ negligendo ita se reddunt securos, ut sine maiorum probationibus sub proprio arbitrio militantes, credant se omnem legem & iustitiam Dei perfectè in cellula operari. Nam si forte supervenientium quorundam majorum cum emendationum quedam eis monita ministrantur, & in utilis eis docetur talis solitaria dispositio habitandi, mox eis displicer cum ipsa doctoris persona consilium: & statim non in consentiendo ei, vel in sequendo eum emendationem promittunt; sed respondent, se vivere debere simpliciter: scientes illud quod dixit Propheta: *Cor. Psalm. 13.* *rupi sunt, & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.* Et illud testimonium Salomonis, quod dicit: *Sunt viae quæ videntur dominibus recta, quærum facta utique ad profundum inferni demergit.* Ideo enim via lata à talibus ambulatur, quia quocunque eos desideriorum duxerit pes, mox affluo sequuntur: & quidquid concupierint, concupiscentiaz eorum illico patrillimus servit effectus; & novos sibi licen-

Prov. 4.

licencie calles, vel ut liberi sine Magistro arbitrii facientes, viam vite sua illicitis voluptatum diversitatibus delectant; & quocunque etiam delectationes voluerint progrexi, licentes & patulos sibi praebante gressus: illud semper scire nolentes, quia homini creata mortis iusta iustitiae delectationis posita sit. Et quod eis dictum sit: *Poss concupiscentias tuas non eas, & à voluntatibus tuis averti*: furdo auditu pertransiunt. E contrario, quiibus vero ad vitam aeternam ambulandi amor incumbit, ideo angustam viam arripunt, ut non suo arbitrio viventes, vel desideris suis, & voluntatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio, & imperio, non solum in supradictis desideriis suis & voluntatibus coarctantur, & facere solum nolunt, cum possunt, arbitrium; sed etiam alieno se imperio subdunt, & in Cenobitis degentes Abbatem sibi praefesse desiderant. Et sine dubio huius illam Domini imitantur sententiam, quae dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed ois qui me misit*. Et proprium non facientes arbitrium, abnegantes propter Christum femei ipsos, sequuntur Deum, quoniamcumque Abbatis præceptio duxerit. Et non solum de temporalibus necessariis, id est, vietum, vestitum, & calcarium non coguntur tibi sub Abbatis sollicitudine cogitare; sed & de futuris sua rationiciis animæ solam in omnibus preceptorii obedientiam ministrando, de ceteris utilitatibus suis, tam corporis quam animæ, redduntur securi. Quia siue bene, siue male, Pastori incumbit quod in oibvis exercetur; & illum tangent in discussione judicio rationem reddere, qui imperat, non qui imperatur perficit, siue bona siue mala. Ideo enim via angusta à calibus creditur ambulari, quia propria in eis desideria minimè adimplentur: & non quod volunt perficiunt, sed alieni iudicii jugum trahentes, quo ire delectationibus suis voluerint, repelluntur; & à Magistro eis quod agere aut sacre denegatur. Amaricatur voluntati corum quotidie in Monasterio pro Domino, & ad probationem quæque injuncta fuerint, sufficiunt velut in Martyrio patiatoe; siue dubio illud Domino cum Propheta dicturi in Monasterio: *Proprio te morte affici et tota die, etiam si summis oves occisionis*. Et item dicturi postea in iudicio

*Psalm. 43. Propheta dicturi in Monasterio: Proprio te morte affici et tota die, etiam si summis oves occisionis*. Et item dicturi postea in iudicio

*Psalm. 65. Dominio: Probasti nos Dens, igne nos examinasti, fecisti examinare argenteum, induxisti nos in laqueum: pavisti tribulationis in dorso nostro, in pavisti homines super capita nostra. Cum ergo dicunt: impavisti homines super capita nostra, noscuntur habere super se debere majorem constitutum vice Del, quem in Monasterio timeant. Et subsequentes testimonium convenienter item*

Domino dicent in illo jam scculo: *Trans ibidem, fuimus per ignem & aquam, & induxit nos in refrigerium: hoc est, transivimus per amaricationes volupcatum nostrorum, & servitio obedientiae pervenimus ad tuæ refrigerium pietatis*. Sed haec ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod jubetur non trepidè, non tepidè, non tardè, vel cum murmuratione, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia obedientia, quæ majoribus præbatur, Deo datur. Sicut dicit Dominus doctoibus nostris: *Qui vos audie, me audiebit*. Mat. 10. Et alibi dicit: *standi auris obedirete mihi*. Mat. 17. Ergo ipsi obedientia, cum bono animo à discipulis præbeatur; *quia bilarem datem*. Cor. 9. *rem diligat Dens*. Nam si cum malo animo discipulus obedit, non solum nobis ore, sed & Deo de corde improperat, quod malo animo facit. Et quamvis impleat, quod ei fuerit imperatum; tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor ejus respicit murmurantis: & quamvis faciat quod jubetur, tamen cum malo illud faciat animo, nullam de ipso facto mercedem Dominus imputabit: cùm scrutans mox Deus corda ejus, triste facientis votum in eo invenit.

#### C A P U T VIII. INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De taciturnitate discipulorum, & qualiter & quanta debeat esse.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

HUMANI generis machina nostrum est corpusculum: & cùm sit mensura parvum, & in aliquantis prolxis hominibus vix quinque à terra pedibus erigatur, & jaquantur vanitas! omnis homo vivens in ipsa parvitate suo altitudinem cceli & latitudinem terræ putat se sua sapientia menfurare. Unde scientes nos ex ligno terræ esse vasna fribilia, & quasi quasdam terræ glebas, ad parvum tempus erectas de terra, in sua fulco denuo recasuras; humiliati ergo tanquam de terra pulvis dilcamus quod sumus: Ergo haec caro corpusculi nostri quasi quedam domus est animorum; sic vita ministerio attributa, sicut servit gladio theca. Sedem verò ipsius animæ in cordis credimus radice fundatam: quæ radix duos in corpore superemos possidet ramos, & plus fragiles in peccato. Unum, in quo corporali ramo quasi per quasdam fenestras oculorum foraminibus de intus animam credimus respicere, & de intrinsecus concupiscentias suas ipsam semper intelligimus incitare. Alium ramum, in quo conceperis stetus cordis ipsa in nobis sonat parturiens per linguz eloquium: ut per portam exiens oris occupet alienum auditum;

ditum ; & quidquid in nobis agitatur & movetur , anima est actus in corpore. Unde è contrario fit, ut migrante de ipso domicilio anima , totum in mortuo homine delit quod agebatur in vivo ab anima , quæ & mox sua terra mortua reddit a gleba , revertens in naturam terræ hominis terra , absconsio homine in sepulcro , recoperta fossa in figura sua terra redeat pavimenti ; ut similis tunc fuisse terra vivente agnoscatur in homine, quæ animæ fuerat vigore erecta , & peregrina vita mutata ad tempus. Ideo anima à nobis migrante rigoreflare non potest nostræ corporis terra ; sed cadens in naturâ suam ablcondit in finu suo terra facturam , quam genuit. Ergo si haec anima in nobis oculorum visum , oris eloquium , aurium agit auditum ; & cupit propter futuram dilectionem factoris sui , voluntati Dei obtemperare , & ejus dum vivit militare præcepis , claudat concupiscentis suis oculorum fenestræ , & humiliatos declinet in terram aspedus ; ut mala non videat ; & cum curvatus fuerit noster obtutus , ne quæcumque videlicet anima concupiscat. Habet deinde anima nostra constitutam portamoris , & feram dentium , quam pravo claudat eloquio : ut non accuerit anima factorem suum munificum sibi minimè custodiam fabricasse ; id est , cùm promoverit à cordis radice aliquid in fratrem , & senserit se exteriores muri clausura ; id est , oris & dentium sibi exitum denegari , revertens denuo ad radicem cordis , ibi pereat in abhortatione sua , & ut parvulus allidatur ad petram , quam nascendo per linguam crescat ad picnam. Alii verò rami corporis nostri , qui imperio cordis defervunt , à peccato facile refreuantur ; id est , tactus manuum , & gressus pedum : quia furem clausura catenæ , & homicidiam timenda refernant judicia , & sugacem retinet pedica. Ergo illa , quæ superius diximus , tria suprema cautius debent à fratribus custodiiri : id est , cogitatio , eloquium , & aspectus. Cogitatio , ut mox captivaverit mentem mala cogitatio , signata statim à fratribus sua fronte , vel ipsum peccatum , mox ac præcepta Christi suam convertat memoriam ,

*Psalm. 67. & dicat sibi frater cum Propheta: Memori fui Dni , & consolatus sum. Et idem dicat:*

*Psalm. 17. A te eripar à tentatione , & in Deo meo transgredi marum. Si verò eloquio iracundo , aut pravo , aut vano , negligientia os armaverit , mox clauso ore & signato crucis sigillo in corde sibi loquatur , dicens cum Propheta: Dixi custodiam uias meas , ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam : omnium , & humiliatus sum nimis , & filii à boni. His ostendit Propheta , si à bonis eloquis propter tac-*

turnitatem debet interdum taceri , quanto magis à malis verbis propter peccati penam debet cessari ? Ergo quamvis de bonis & sanctis , & ædificationum eloquis perfectis discipulis proper taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia , tamen ab aliis verbis non interrogati fratres tamdiu in taciturnitate filescant ; quamdui taciti fratre oris eorum Abbatis interrogatione laxentur. Ideoque taciturnitas debet magnopere à fratribus custodiri : *Quia in multoquo non prov. 10. effugiar peccaram. Et ideo , mors & vita ibid. 10. in manibus lingua. Nam loqui & docere magistrum condecet ; tacere & audire discipulo convenient.*

### C A P U T IX. INTERROGATIO DISCIPULI. *Quo ordine tacentes fratres aliquas interrogaciones faciant Abbatu.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

CUM de malis tanquam de bonis eloquis fratre taciturnitatibus constringuntur discipuli , & licentie eorum aditus presentis magistri custodia observantur ; cùm necessariae utilitati eorum aliquæ interrogaciones advenierint adhuc clauso ore & signaro tacite gravitatis sigillo , stantes ante majorem inclinato humilitatis capite , clausum in silentio os clave benedictionis aperiant. Quod si semel dicta benedictioni ad postulandum eloquium adhuc non respondeat magistri permisso , iterata humilationis capite , & benedictione sola iterum repetita , denuo ab Abate postuletur licentia. Quod si nec sic ab eo responsum fuerit , curvato item in humilitate discipulo , jam ipse frater se tunc demum removeat ; ne aut nimis ei appareat , aut improbus , & suo operi redditus adhuc gerat personam tacentis : ut in ipsa humilitate taciturnitatibus exigitur semetipsum idem indignum judicatum ad loquendum Abbatis judicio ; aut forte ad probationem inveniendæ humilitatis , putet sibi discipulus taciturnitatis ideo fuisse non apertam clausuram. Ideo enim ipsam solam benedictionem denuo diximus repetere ; ut cum sola est , & sine alio eloquio , tamen reservata diu taciturnitas conservetur : cùm denuo repetitur , & post ipsam mox à nolente disceditur , adhuc conservari probata humilitas sentiatur. Non ideo repetitio discipuli reofferetur magistro , ut non solum propter spiritualem probationem ad inveniendam humilitatem discipuli , dici possit tacere magister ; sed ne & corporaliter per cogitatum animo occupatus , vultus ejus aliis cogitationibus obstupescens , vocem precantis discipuli furdens auribus .

auribus prætermittat : & ne ipsum magistrum per nimiam & importunam humilitatem in ira cogat vitium declinare ; & importuna humilitas in impedimento scandalis deputatur. Ideo enim diximus post secundum fugientem benedictionem nolenti majori tertiam jam non repetere debere , sed mox diligulum exinde debere discedere , & cum ipsa taciturnitate opus laboris , quod faciebat , debere perictere. Hac interrogatio benedictionis , quæ vix sola taciturnitate laxatur , cum inclinatione humiliati capitum à discipulis praebatur : id est , in omni loco , per omnem horam ; hoc est , in Monasterio , in agro , in via , in horto , vel in quovis loco : ut nonquam desit menti nostræ memoria Dei , propter quem aguntur haec omnia ; ut cum forte aliquis ignarus , talem fratrem interrogaverit , dicens : quare tacitus & tristis es , & inclinatus ambulas vultu ? respondeat ei : quia fugio peccatum , & timeo Deum : & ut custodiám me ab omni quod odit Deus , ideo sum mihi sollicitus semper. Ad mensam verò fedentes , si interrogations suas Abbati voluntat iutimare , ante benedictionem dictam cultelli aut coquicelli , aut panis percussura indicium sit magistro discipuli postulantis eloquium. Hac omnia animæ pro Deo necessaria: ideo substantiam taciturnitatis constituiimus clausura servari ; ut ab obliuione quis non decipiat tam facile , & præceps sit semper in lingua. Nam cum per clausuram oris taciturnitas continetur , diu tractetur , vel purgetur in corde , quod possit mundum & sine peccato de ore proferri , dicente Apostolo : *Omne verbum vacuum de ore vestro non preces , sed si quid est ad edificationem.* Et item dicit scriptura : *Sapientia paucis invenerit verba.* Et maximè timere ideo , & omni hora nos à multiloquio custodiare debemus : quia non potest fieri ; ut inter multa verba aliqua non exaneat cum peccato , secundum scripturam dicentem : *In multiloquio nostra effugitur probatam.* Unde & Propheta tradens nobis formam ostendit se de his esse follitum , & tam à malis quam à bonis eloquii debere tacere , dicens : *Dixit custodiā vias meas , ut non peccem in lingua mea.* Posui ergo me custodiam ; obviam , & tacui etiam à bonis. Hoc est , ostenditur perfido discipulo , tam de malis quam de bonis eloquii debere tacere. Quia etiæ loquenda sunt bona eloquia , non discipulis , sed magistro debetur doctrina. Nam & sic dicit scriptura : *Vita & mors in manib[us] lingua.* Diligenter ergo & justè debet ipsa amplius refranari. Hac enim tanta taciturnitatis districte custodia perfectis & puris corde , & mundis à peccato , timentibus perpetua gehennæ incendia , &

quarentibus vita æternæ divitias immortales , merito præcipitur observanda. Ideoque præsente Abbatे non loquuntur , nisi interrogati discipuli : absente verò Abbatē , si de verbo Dei , sibi tamen lente & humiliter , non clamorâ voce loquuntur : Quia omnis lenta locutio ab humilitate descendit. Si verò de inanibus aut de secularibus , vel quibusvis verbis quæ ad Deum non pertinent , inchoaverint discipuli loqui , mox à Præpositis suis eis imperetur silentium. Psalmos verò , vel scripturas , extra illas horas tres , in quibus quotidie sine labore tangit legi ; & sic laborantes fratres recensere libi ex animo permittantur. Hanc verò tantam taciturnitatis clausuram superius præsentem Abbatem de perfectis apud Deum taxavimus ; his quibus nunquam de Deo oblivio subripit , & virtus oris querunt diligenter cavere , & ex toto mundi , veluti Angeli , & à bonis & à malis eloquii querunt tacere pro Domino. Sed quia diversitas concordia gratia secundum mensuram fidei , maximè in negligentibus poterit minorari , tepidis & imperfectis , & minus in sollicitis hoc relaxamus , ut de facultatibus inquirendis , dumtaxat fine peccato aliiquid quæ ad redificationem spiritalem non pertinent , nisi petita benedictione fuerit magis concessa permissione , loquendi licentia non sumatur. De aliquo verò spirituali interrogando sermonem , post benedictionem petitam , mox loqui debere discipulum. Scorrilitates verò , vel verba otiosa , & risum moventia æterna clausura damnum ; & ad talia eloquia discipulum non aperire os permittimus.

## C A P U T X

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De humilitate fratrum qualis debeat esse , vel quibus modis acquiratur ; vel quomodo acquisita servatur.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

CLAMAT nobis scriptura divina , fratres , dicens : *Omnis qui se exaltat , humiliabitur , & omnis qui se humiliat exaltabitur.* Cum hac ergo dicit , ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiam. Quod se cavere Propheta indicat , dicens : *Dominus noster est exaltatum cor meum , neque gloriantur super me.* Et item repetit : *Neque ambulavi in magnis , neque in mirabilibus super me.* Sed quid ? Si non humiliat servitatem , sed exaltari animam meam , sicut ablatans est super matrem suam , ita retributio in animam meam. Unde , fratres , si summa humilitatis volumus culmen attingere , & ad exaltationem illam coalestem , ad quam per præsens vitæ humilitatem ascenditur , volumus velociter pervenire ; alibus

Ephef. 4.

Prov. 10.

Palm. 38.

Prov. 14.

actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, que erecta in celum in somnio Jacob apparuit, per quam ei descendentes & ascendentes Angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltationem descendere, & ascendere humilitatem ostendit. Scala vero ipsa erecta, nostra est vita in seculo; qua humiliato corde & capite suo in praesenti hoc tempore exaltatum à Domino mortis exitum erigit ad celum: latera enim ejus scala certissime credimus nostrum esse corpus. In qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinæ evocatio divina ascendeados inferuit.

Primum itaque humilitatis gradum in scala coeli ascendit discipulus, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens oblivionem omni hora fugiat, semper sit memor omnium, quæ præcepit Deus: ut quomodo & gehenna contemnentes Deum de peccatis incendat; & vitam eternam, que timentibus Deum preparata est, animo suo semper revocet: & custodiens se omni hora à peccatis & vitiis, id est, cogitationum linguis, manuum, pedum, vel voluntatis proprie, sed & desideria carnis. Aspernit le discipulus à Deo semper de cœlis respici omni hora, & facta sua omni loco ab aspectu divinitatis viseri, & ab Angelis omnia renuntiari quotidie. Demonstrat nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper esse præsentem ostendit, dicens: Scrutans corda & renes Deus. Et item dicit; Dominus nostre cogitationes bonum quia uana sunt. Et item dicit: Intellexi cogitationes meas à longe. Et item dicit: Quia cogitatio hominis confitetur tibi. Et, cor regis in manu Dei. Nam ut sollicitus sit adversus cogitationes cordis sui perversas, dicat sibi semper uilius frater in corde hæc: Tunc ero immaculatus coram eo, si obseruero te ab iniuritate mea. Ad linguæ vero eloquia ita nobis agnoscimus Deum semper præsentem, cum dicit per Psalm. 7. Propheetam vox Domini: Qui loquitur iniuste non dixit in conspectu oculorum meorum i Psalm. 7. Psalm. 93. Psalm. 138. Psalm. 15. Prov. 21. Psalm. 17. Psalm. 100. Prov. 14. Psalm. 118. Psalm. 73. Psalm. 138.

Qui loquitur iniuste non dixit in conspectu oculorum meorum i Psalm. 100. Et item dicit Apostolus: De verbo vano reddetis rationem. Quia mors & vita in manus lingue posita est. In opere vero manum nostrarum ita agnoscimus Deum nobis esse præsentem, cum dicit Propheta: Imperfictum meum uiderunt oculi tuoi, in gressu vero pedum nostrorum ita agnoscimus Deum nobis esse præsentem, cum dicit Propheta: Sicut iniuritate eucari, & dirigebam, exurge in accusamus mihi. Et item dicit: Quo ibo à spiritu tuo! & quo à facie tua fugiam! Si ascendero in calum, tu illuc es, si descendero in infernum, ades. Si sumprope penitus mea ante lacrem, & habui vero in peccatis

mari: etenim illuc manus tua deducet me, & trahere me dextera tua. Voluntatem vero propriam ita præsente Domino facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis: Et Iod. 18. è voluntatibus tuis avertere. Et item roga. Matth. 6. mus Dominum in oratione Dominica, ut fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem; cum cavemus illud quod dicit sancta Scriptura: Sunt via que ab hominibus Prov. 18. patuerat recta, quarum finis usque ad profundum inferni demergit. Et cum iterum cavemus illud quod de negligenteribus dilectum est: Corrupti sunt & abominabiles facti Psalm. 13. sunt in voluntatibus suis. In desideriis vero carnis ita nobis credamus Deum semper esse præsentem, cum dicit Propheta: Domine ante te unne desiderium meum. Ca. Psalm. 57. vendum vero ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis polita est i unde Scriptura precipitat dicens: Post concupiscentias tuas Iod. 18. non es. Ergo si oculi Domini speculantur bonos & malos, & Dominus de celo semper respicit super filios hominum, ut Psalm. 33. videat, si est intelligens, aut requiriens Deum: & si à deputatis Angelis nostris quotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera nuntiantur; cavendum ergo est omni hora, fratres, sicut dicit in Psalmo tertio decimo Propheta; ne nos Psalm. 13. declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aspiciat Dominus; & parcendo nobis in hoc tempore, quia plus est, expectat nos converti in melius, dicit nobis in futuro iudicio: Hoc fecisti; Psalm. 43. & tam.

Deinde secundum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si proprio non amans voluntatem, desideria sua non deflectetur implere: sed vocem illam Domini factis imitetur dicens: Non ueni facere voluntatem meam, sed ejus Iosue 6. qui me misit. Et iterum dicit Scriptura: Voluntas habet panem, & necessitas parit uerbum.

Deinde tertium humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si postquam nihil suo iudicio præsumens eligat quæ nob̄ expediāt, dicente scriptura: Sunt via que uidetur boniūs recta; quæ Prov. 14. finis usque ad profundum inferni demergit. Et item dicit David: Corrupti sunt, & Psalm. 13. abominabiles facti sunt in voluntatibus suis. Item dicit Apolotulus: Omnia licet, sed i. Cor. 6. nec omnia expedient. Omnia mali licet, sed ego sub nullius redigar potestate. Ergo non solum cavens haec discipulus, sed & omni obedientia se subdat majori; imitans Dominum, de quo dicit Apolotulus: Falsus Phil. 3. obediens usque ad mortem. Et item vox Domini laudat de hac obedientia populum genti-

- Psalm. 7.** genitum, dicens : *Olanda avis obediens mihi.* Et sub Abate sibi nos Dominus obaudire demonstrat, cum dicit Doctoribus nostris : *Qui vos audis, me audis ; & qui vos spernit, me spernit.*
- Loc. 10.**

Deinde quartum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si in ipsa obedientia duris & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet, irrogatis injuriis tacite patientie constantiam amplectatur, & sustinens non laetescat, vel discordat,

- Mark. 10.** dicente scriptura : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et item de tallre hortatur nos Propheta dicens : *Couerteretur cor tuum, & sufficiens Dominae.*

Et ostendens fidelem pro Domino universitatem contraria sustinere debere per suffrentium dicit Propheta personas : *Prepter te morte afficiunt res tuae : afflitti sumus ut oves accincti.*

- Rom. 8.** Et lecūri de spe retributio[n]is divinae subsequuntur gaudentes, ac dicentes : *Sed in annobus bis superamus, propter eum qui dilexit nos.* Et item in alio loco Scriptura ex ipsorum persona dicit :

**Psalm. 65.** *Probus nos Deus, igne nos examinasti, facti igne examinari argemus. Induxisti nos in laqueum : posuisti tribulationes in derso nostre.* Idem,

- Mark. 9.** *Et ut ostendat nos sub maiore esse debere, subsequitur dicens : Impulsisti homines super capita nostra : fed & preceptum Domini in adverso, & in injuryi per patientiam adimplentes, qui percussi in maximam præbentiam aliam ; sublati tunica dimittunt & pallium : angariati miliario vadunt & duo : cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent, & persecutionem sufferunt, & maledicentes se magis benedicunt.*

Deinde quintum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala à se absconsè commissi, per humiliem linguam confessionem Abbati non celaverit suo. Hortans nos de hac re scriptura dicit : *Ruula Domine viam tuam, & spera in eum.* Et item dicit :

- Psalm. 36.** *Confitemini Dominum, quantum bonus est, quantum in seculum misericordia ejus.* Et

**Psalm. 105.** Propheta Dominus dicit : *Delidam mecum cognovi rabi feci, & injurias meas non operari.* Dixi promissis aduersum me injurias meas Dominus : & mox : *Tu remisisti imperatorem cordis mei.*

- Deinde sextum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omni vilitate vel extremitate contentus sit ; & ad omnia quæ sibi præbentur velut operarium malum se judicet, & indigentem ; dicens sibi cum Propheta : *Ad nihilum sum redactus, & nescius : ut jumentum faulum sum apud te, & ego semper tecum.*

Deinde septimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omni

*God. Regul. Tom. I.*

nibus se inferiorem & viliorum, non solum sua lingua pronuntier, sed etiam intimo cordis credat affectu : humilians se & dicens : *Ego autem sum vermis, & non Psalm. 113 homo : opprobrium hominum, & abjectio plebis. Exaltatus sum, & humiliatus sum, & confusus Psalm. 27. sum.* Et item semper dicit talis frater Dominus : *Bonum mihi est Domine, quia humiliatus es tu, ligasti me, ut discam mandata tua.*

Deinde octavum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si nihil agat, nisi quod communis Monasterii Regula, vel majorum cohortantur exempla ; dicens cum scriptura : *Quia lex tua Psalm. 113 meditatio mea est.* Et cum interrogat patrem suum, annuntiabit ei ; seniores suos, & dicent ei : id est per suam doctrinam Abbas.

Deinde nonum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si linguam ad loquendum prohibeat, & taciturnitatem habens usque ad interrogacionem non loquatur, monstrante scriptura, quia in multiloquio non effugies peccatum. Et *Prov. 10. quia : Vir linguis non derigetur super terram Psalm. 119. ram.*

Deinde decimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si non sit facilis ac promptus in rito, quia scriptum est : *Sicutus in rito exaltat vocem suam, eccl. 81. Et, sicut spinarum crepitantium sub oleo vox, eccl. 71. ut & ritus dominus.*

Deinde undecimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si cum loquitur, leniter & sine risu, humilius cum gravitate, vel pauca verba & sancta loquitur : & non sit clamolus in voce, scriptum est : *Sapiens verbis inserviet pacis.*

Deinde duodecimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si non solo corde, sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se temperatim indicet : quod est, in opere Dei, in oratorio, in Monasterio, in horto, in via, in agro, vel ubique sedens, ambulans, vel stans, inclinato semper capite defixis in terra aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, jam se tremendo iudicio representanti existimat : dicens sibi in corde semper illud, quod Publicanus ante templum flans fixis in terra oculis dixit : *Domine, nos sumus digni, nos ego precaveri levare scimus messis ad celum.* Et item cum Propheta dicat sibi talis discipulus : *Incurvatus sum, & humiliatus sum Psalm. 113 ; usquequaque.* Ergo his omnibus humilitatis gradibus à discipulo perascens, vita hujus in timore Dei bene perfusitur scala ; & mox ad charitatem illam pervenit, quæ perfecta foris militat tunorem. Per quam universa, quæ prius

H b

non

## REGULA

non sine formidine observabat, absque ullo labore, velut naturaliter, ex conuentu incipiat custodire; non jam timore gehennæ, sed amore ipius conuentus bonæ, & delectatione virtutum: quæ Dominus jam per operarium suum mundum à vitiis & peccatis à Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

Quibus ergo perascescunt gradibus post exitum vite fine dubio talis anima ad illam retributionem animi introititia est, quam demonstrat Apostolus dicens: *Nos fuimus condigne passores hujus faciei ad superuenturam gloriam que revelabatur in nobis.*

Rom. 8.

Illam vitam æternam tales animæ receptaræ sunt, quæ in sempiterna lætitia & exultatione permanet, & ulterius finit non novit. In qua est flos purpureus rarum nunquam marcescens; in qua nemora florida perpetua viriditate vernant: ubi prata recentia semper melleis affluunt riviæ; ubi croceis gramine floribus redolent, & halantes campi jucundis admodum odoribus pollenti aura. Ibi vitam æternam habentes nares aspirant: lumen ibi sine umbra, serenitas absque nubilo, & absque tenebris nocturnis perpetuum diem oculi perfervuntur. Nulla ibi impediuntur occupatione deliciae; nulla penitus sollicitudine ibi securitas conturbatur. Mugitum, ululatum, lamentum & luctum nunquam illic auditum vel nominatum est: scedum, deformes, tetrici, nigrum, horrendum aliquid, aut sordidum, nunquam ibi penitus visum. Pulchritudo in amoenitate nemorum; splendor in aere jucundo; & formositatem atque omnem elegantiam sine intermissione patentes oculi perfervuntur; & nihil omnino quod conturbet mentem, auribus datur. Sonant enim ibidem jugiter organa hymnorum; quæ ad laudem Regis ab Angelis & Archangelis decantantur. Amaritudo & sellis alperitas ibi locum non habet. Tonitrus ibi nunquam audita sunt; fulgura & coruscations nunquam appa- ruerunt. Cinnamomum illa virgulta gig- nunt, & balsamum arbusta prorumpunt. Odor atris delectationes per omnia membra diffundit. Esca ibi nulla stercora conficit: sicuti enim bono ventio aures, & bono odore nares, & bono aspectu oculi saginauntur; & ipsa refectio non potest in digestionem prorumpere: quia non in esca & pota, sed in aspectu, odoratu, & auditu constat delectationis saginatio; ita illuc refectio, quam os sulcepere, mellifluis in gustu hoc unicuique sapit in os, quod fuerit delectatus: statim denique quod concupiscentia anima, concupiscentiae ejus paracitissimum servit effectus. In qua delectatione verò vel lætitia, nec zetas senectutem, nec vita terminum, hoc suspectam ulterius mortis tales deliciae

reformidant. Nec in his peregrinis diviciari usibus possessor definit, & haeres succedit: eum nesciant ulterius mortis, qui benefacti pretio vitam æternam semel moriendo emerunt. Hæc est sanctorum celestis patria. Beati qui in hac regione perenni, & per sciam præsentis temporis observantie gradibus humilitatis ascensis, potuerint elevari; ut in perpetua cum Deo exultatione latentur: quam præparavit Deus his qui diligunt eum, & custodiunt mandata ejus, & mundo sunt corde.

*EXPLICIT aliud militia cordis pro timore Dei, quomodo effugiantur peccata: Incipit ordinatio Monasterii, modus, obseratio, gradus, continentia, cœroca, & mensura: in quibus diversa hac Monasterii Regula dictante nobis, & dilecta discutiente Domino, suscipiatur.*

CAPUT XI.  
INTERROGATIO DISCIPULLI.*De Præpositis monasteriorum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

SUPERIORIBUS hujus Regule paginis, fratres, actus justitiae nobis Dominus ordinavit; in quibus perfectis & vita acquiratur æterna, & gehennæ astus & incendia fugiantur. Sed ille hostis bonorum actuum diabolus, ideo ei humano generi inimicus, cum non patitur ibi ascendere hominem bene agendo, unde ipse per superbiam suam projectus est: ne venenosis actibus suis bene viventium mores inficiat, & diversis occasionibus suis per oblivionem nostros forte occupet sensus, ut à Deo faciat alienos; ideoque adjutorio Domini procuratur, & constituitur, ut duo electi fratres, quorum gravitas, sapientia, moderatio, vigilancia, seu humilitas, vel actuum perfeitorum fuerit exercitatio approbata, decem fratrum curæ Præpositi ordinantur. Nam sicut scriptum est, doceant vos terrena, & quæ sunt celestia. Quia sicut in hominis domo; ut securus sit de omnibus preparandis, Dominus rei ordinat majores familie, quos vice Domini minores timeant; id est, Vice-dominum, villicum, salutarium, & majorem domum: sic & in dominibus divinis, id est, in Ecclesiis & Monasteriis, Deus minoribus majores preposuit, ignaros peritos, altuos simplicibus, & divines artis discipulis ordinavit Magistros: id est, in Ecclesiis Episcopos, Presbyteros, Diacones, vel Clerum: quorum vice Dei imperia audiunt & timeant plebs, & notiam salutiferae legis ab eis addiscat. In Monasteriis vero Abbes & Præpositos, quos pro salute animæ suæ audiant majores, & vice Dei Præpositi militiam timeant. Quia sive Sacerdotibus in Ecclesia, sive Abba-

**Abbatibus**, vel **Præpositis** in Monasterio  
hoc dixit Deus : *Qui vos audis, me audis :*

**Luc. 10.**

*& qui vos spernit, me spernit.* Et iterum  
dicit nobis per Hieremiam Prophetam

**Dominus** : *Dabo vobis Pastores & Doctores*

**Jer. 13.**

*secundum cor meum, & pacem vos pacentes*  
*cum disciplina.* Ergo secundum illam figura-

ram humanæ domus, quanto magis in  
divina domo pro causa Dei gradus doctri-

niae vel timoris debent servari ? ut ad  
purganda vita vel peccata fratrum, cùm  
Præpositi fuerint ordinati, aliquantum

Abbas de animarum in se fratrum suscep-

tarum custodiendi ratiociniis redditur  
securus. Cujus ergo honoris ordinatio  
hic sit. Convocatis eisdem decem fra-

tribus ab Abate præsente omni Congre-

gatione, in oratorio, susceptione virga  
decem illis præponantur voce Abbatis,

**Psalm. 8.**

testimonia scripture dicentes : *Arges eas*  
*in virga : id est, in timoris vigore.* Item

**1. Cor. 4.**

dicente Apostolo : *Quid vobis i in virga*  
*veriam ad vos, an in charitate ?* Nam &

**Exod. 14.**

Moyse divinità virga virtutis cornu sibi  
populo per profundum maris salutis viam

ostendit : quo iudicio virga causam Dei  
ante Pharaonem egisse monstratur ; ut

projecta de manibus in terra, & mutata  
in bestiam ; item de bestia ut assumpta

sacris virga manibus revideretur. Ergo  
secundum hanc constitutionem, si gran-

dis fuerit Congregatio, denis fratribus  
binos debere præponi, hujus scilicet me-

riti ordinarii, cujus supra taxavimus : &  
ideo decem non amplius ordinavimus

duorum curam Præpositorum debere su-

scipere : ut sequestrati per laboris loca  
fratres singulos Præpositos ad custodiendā

vita presentes habeant secum ; & in  
paucis creditis idoneor sit diligenter cu-

stodiensis. Nam in multis quod non oc-

curredit, prætermittitur negligenter :  
quia in paucis fratribus commissis alterna

duorum Præpositorum extat diligenter

tura : & apud Abbarem facilis sit ratio  
de paucis exacta. Cujus paucitatis ido-

neum designat Dominus servatorem, &  
ejus diligenter cura ampliat creditum, di-

cens : *Euge serva bone & fidelis, quia in*

**Manib. 85.** *pauca fuisse fidelis, super multa te confirmatum.*

Ergo hi Præpositi, cùm decem numero  
fratres sub sua cura suscipiant, hanc in

eis debent sollicitudinem exercere, sive  
in die, sive in nocte, sive in quovis ope-

re cum eis, ut sine primo presentes, &  
cum eis operantes in quovis opere : ut

cum sedent, ambulant, vel stant, diligen-

tenti sua observantia, vel curioso intuitu  
diaboli ab eis debent actus compescere :

sive via. vel peccata oris cùm volun-

tari exerceat, mox in eis monitionibus  
emendare ; & omne in eis, quod contra

præceptum divinum est, removere :

agentes illud, quod S. Eugenia, quæ ita

**Cod. Regul. Tom. I.**

suis minoribus præfuit, dicente scriptura  
ipsius, ita circa os omnium auribus erat

follicita, ut nullum pateteret in jura-

menta verba protrumpere, vel de sermone  
aliquo otioso garris ; sed monebat sancta

Eugenia suscepitos suos, & dicebat :

Quanta reverentia debeamus Domino  
servire ex præceptis ejus ostenditur ; si

talem nobis ante oculos personam consti-

tuamus, quæ non beat in nullo præcep-

to contemni. Ideò enim duos diximus  
uni decade Præpositos ordinari, ut si

fortè aliqui fratres ex eadem decade ab

Abbate in alio sequestrato laboris opere

deputentur, uni committantur Præposito,

sequestratis à se suis fratribus alium  
relinquentes. Si verò in via unus mit-

tendus sit frater, cum præceptione di-

verse vitiorum custodiae à Præposito suo  
monitus itinere dirigatur. Sed talis mit-

tatur de eadem decade, de quo certus

si Præpositus suus sua vita possit diligen-

ter cavere : & in absentiâ Præpositi sui  
Dei magis præsentiam depatere, & am-

plius debere timeri à fratre pro anima sua  
follicito præsentiam Dei, qui discusor

noster erit & iudex, quam hominis. Qui

ergo Præpositi, proper quod omni hora  
fratribus præsentes sunt, os corum vel

gelut à peccato custodiunt, & diversa  
in eis vita vel prava competunt : id est,

si audierit Præpositus fratrem non inter-

rogatum loqui, moneat eum dicens :

Quid agis frater, quod Regula prohibet ?  
habeto taciturnitatem usque ad interro-

gationem. Dic cum Prophetâ Domino :

*Pone Domine custodium oris meae, & affiam cir-*

*cumstantia labii mei. Ego promptus ad au-*

*diendum, tardus verò ad loquendum. Quod*

*si datum fuerit locus loquendi, custodiat*

*eum Præpositus, ne satis clamoris voce*

*loquatur, quod sapientes non decet : &*

*mox moneat eum Præpositus, dicens :*

*Cessa frater, neficit sic humilitas loqui :*

*quia scriptum est : Vis hysclos non disi-*

*getus super terram.* Quod etiam si lente

fuerit alio forte locutus, custodiat eum

Præpositus, ne verbum aliquod vanum

aut risu apicum, vel quod adificatio-

rem & sanctitatem non pertinet, de ore

suo emitat : quod cùm audierit, mo-

neat eum Præpositus dicens : Quid lo-

queris frater, quod Regula vetat ? Quia

scriptum est : *De verbo vano seddetis sa-*

*timorem.* Et item dicit Apostolus : *Omnis Ephel. 4.*

*sermo malus de ore vestro non procedat, sed*

*si quis est ad adificationem, ut det gratiam*

*aduentilium.* Nam ipsa adificatione ab

*Abbate præbenda est : ut Magistri ministrat*

*doctrinæ tacitus auditus discipuli fa-*

*ciliis respondeat.* Ergo moneat prava lo-

*queotem discipulum Præpositum, dicens :*

*Claude os tuum, frater, à malo eloquio :*

*bonum aliiquid inde debet exire, unde*

**H h 2**

profers

profers malum ; ut bonum oris tui eloquium audientes admiremus, quam malum tecum pariter potius rideamus. Non enim utilis est de quo ridetur. Sedeat enim super os tuum sapientia cum clavi iustitiae ac timoris Dei, & ipsa bonis eloquiis claudat labia tua. Nam cum verbum vanum, frater de ore tuo exierit, quamvis per ritum, tamen nostro perit auditui ; quia exiens per os redire non potest : sed ratio ejus fervatur usque ad præsentiam discoloris, & cùm non ædificet actum, aggratavat causam, & vulnerat animam ; & ne de eloquiis nostris in die iudicij dicatur : *Vana leculi sunt uniusquisque ad proximum suum.* Nam & Origenes sapiens dicit : *Melius est lapidem in vanum saltare, quam verbum.* Si vero frater audierit mentientem, moneat ad veritatem, dicens : quid mentiris, frater, cum scias scriptum : *Perdes esse qui loquuntur mendaciam ?* Et item cum scias, quia uniuersa sunt via Domini misericordia & veritas. Si vero audierit multum fratrem jurantem, moneat eum præfens Præpositus, dicens : *Retine frater linguam tuam : quid tantum juras ?* cum præcipiat scriptura : *non jurare omnia ;* ne perjurare nascatur causa perjurii, is sic sermo tuus ; est, est, non, non ; crede, crede : & mox credimus tibi quod dixeris. Si vero viderit fratrem irascitum fratrem, moneat eum præfens Præpositus dicens : *quid agis frater ? in mansuetudine & taciturnitate, & charitate opera tua perfice ;* quia scriptum est :

*Psalm. 38. Deline ab ira, & derelinque furem.* Et item : *Qui fratrem suum odit, homicida est.* Et item : *Qui dixerit fratri suo rache, renserit judicium.* Et, *quia homo iracundus, iustitia Dei non operatur.* Et non licet unicuique nisi ante Solis occasum cum inimico redire in gratiam ; dicente Domino per Apostolum : *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Si autem viderit fratrem satis promptum in ritum, moneat eum præfens Præpositus, dicens : *quid agis frater ? cum gravitate fac quod facis ?* quia conversionis tempus non est laxitatem ad ridendum ; sed penitentie tempus est ad lugenda peccata, sicut scriptum est : *Procidamus ante Dominum, ploramus ante Deum qui fecit nos.* Et item : *Psalm. 125. Qui feminant in lacrymis, in gaudio metent.*

Et item scriptura dicit : *Beati qui temporaliter fletis, quia ipsi ridebitis in eternum, nam fletus in rito exaltat vocem suam.* Si viderit fratrem alium maledicentem, moneat eum præfens Præpositus dicens ; compelle os tuum. frater, à maledictione ; memorare Deum, qui dixit nobis per Apostolum : *Benedicite, & nolite maledicere.* Et si cur non potest fons ex uno foramine aquam profere simul amaram

& dulcem ; sic nunc nos cùm de lingua nostra benedicimus Deum, quomodo possumus per eandem lingua maledicere homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei plasmati sunt ? Item si viderit fratres fluxis corporibus, vel resoluto sensu aliqua levitate se extollere, moneat eos præsens Præpositus, dicens : cum gravitate fedete, ambulate, & stete fratres : quia oculi Domini respiciunt nos de celo omni hora, in quovis loco, bonos & malos, sicut dicit David : *Da. Psal. 13. misericordia de celo respicit super filios hominum ; ut videat, si sunt intelligentes & requirent Deum.* Timeamus ergo fratres, ne qua nos hora declinantes in malum, & inutiles factos aspiciat, & non sit qui faciat bonum, non sit usque ad unum. Et quis dicit Propheta : *Odisse obseruantes vanitas. Psalm. 39. tem supervacue.* Nam quidquid non est ex Deo, ex peccato est, & quod non ædificat, destruit. Qui Præpositi dum haec quotidie die noctuque omni hora sollicitate in communis fibi fratribus scrutantur, & ipsi proficiant, cum alios custodiuntur, se omni hora occupent de bonis ; quia beatum os reddit bona per eum dicta in alienum auditum intrancia. Ergo dum in fratribus diligenter custodit Præpositus, In assignato libi aliquo laboris opere ab Abbatore, remissius exigatur. Quia quod minus corporaliter in manibus, plus tollit in sensu spiritualiter ad correptionem pro causa Dei laborat ; & quod minus laborat manibus, plus mentibus operatur. Ideo etenim opus cuiuslibet laboris remiliens exigi Præpositus diximus, ne ursus eos confignanda carnalis opera in spiritualibus cultiodiis occupati Præpositi negligentiam operetur, & causa Dei prævalecentibus vitiis abolescas ; quando plus carnis sumptui curritur, quam causa ipsius laboratur. Sed fidem ipsi sumentes, Dominum Deum credamus ulti bus nostris omnia necessaria ministrare, quod minus nobis potuerint manus nostra perficere : confortante nos de his omnibus Icriptura sancti Evangelii dicentes : *Nolite cogitare quid manducetis, aut March. 6. quid bibatis, aut quid induamini : quia haec omnia genitus cogitant, quia Deum non cognoventur. Sed querite regnum Dei, & pax illam ejus, & haec omnia apponentur vobis.* Sicut enim Pater uester qui in celis est, quia haec omnia indiget. Considerate voluntas celis, que neque arant, neque feminantur : & Pater uester Celestis pascit ea : quanto magis vos ! Vestri fratrum sub sua cura Præpositi contineant : lectis eorum lectos Præpositi habeant propè, propter aliquam in eis vitiiorum culpam in nocte emendandum. Singulos præcipimus nobinos per lectum dormire. Et levans se frater

Psalms. 11.

Psalms. 5.

Psalms. 24.

March. 5.

Psalms. 38.

1. John. 3.

March. 5.

Jas. 1.

Ephes. 4.

Psalms. 94.

Psalms. 125.

Eccles. 12.

Rom. 12.

**Lac. 5.** frater si ledū suum benē non recuperuerit, pœna nomine in sequenti refectione merum non accipiar. Cūm dormiant, vestiti dormiant & cincti; id est, aut cingulis, aut testibus, aut corrugia. Bracile fratrem in nocte uti ideo prohibemus, ne dum se regirat per somnum oppressus, exiens per thecam mucro cultelli carni ejus figatur. In die verò cingantur bracilibus, docente de sancto Joanne scriptura: *Et circa lumbas erat cingulus zona prælucis.* Et ideo vestitos & cinctos dormire diximus fratres; ut cūm hora operis Dei advenierit, & oratoriī index sonaverit noctu, mox parati consurgant: dicente de hoc scriptura: *Et index mens in matutinis, si dicebam narrabo sic.* Nam ideo index nomen accepit ab eo, quod ideo suo psallendi horam indicet advenisse. Ideo de eo Prophetā dicit: *Si dicebam narrabo sic:* hoc est cūm indicet advenisse horam psallendi, sic narrabo laudes Domini. Inde ergo vestiti & cincti debent fratres dormire: quia non licet fratrem nuda membra sua contingere: nam exinde immunditia liuidinam in aomam ingeruntur. Cūm membrorum nuditas taclu contingitur, fæminarum illico cordi desideria titillantur: unde per somnum coquuntur membra sordidate. Et maximè ideo vestiti & cincti debent fratres dormire, ne querentes in obscuro res suas vel cingula, ab ingredientibus orariorum fulcitis vel paratis fratibus, cūm adhuc illi lectos suis per negligiam in obscuro subvertendo, & dissipando revolvant, aliquot orationes perdant, aut Psalmos. Lædis eorum lectos habeant Prepositi propè, propter aliquid, ut diximus viciorum culpam in eis emendandam; & ut reverentius præsente majore dormiant. Menz eorum præsentes sint, ut tacitè cum eis & moderatè manducent. Hoc de numero in quovis loco si sine præcepto tam Abbatis quam Prepositi, frater foras exierit, ab eis sollicitè requiratur.

## C A P U T X I L

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De excommunicatione culparum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**I**N his omnibus supradictis si quis frater contumax, aut superbus, aut murmurans, aut inobedientis Prepositis suis frequenter extiterit; & secundum divinam præceptionem femel, & secundo vel tertio, vel quovis vitio monitus & correptus non emendaverit, referatur hoc à Prepositis Abbati: & qui præstet secundum qualitatem vel meritum culpe perpenset, & tali eum excommunicatio-

ne condemnnet; ut sciat, qui Deum contemnit, quomodo dignus est judicari per contemptum majori exhibitum; dicente ipso Domino Doctocibus nostris: *Qui vos lac. 10. audi me audiri: & qui vos spernit, me spernit.* Quæ excommunicatio tale habeat meritum.

## C A P U T XIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debet frater excommunicatus tractari.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**Um suggestum fuerit à Præpositis Abbati meritum inobedientis, jam non dicendus frater, sed hereticus legis; jam non dicendus filius Dei, sed operarius demonis, qui dissipando sanctorum facta, velut quædam sebies est procreata in grege. Convocet eum Abbas præsentibus suis Præpositis, vel cætera Congregatione circumstante; & interrogat ab Abbe Præpositi ejus, quid peccaverit, vel quoties monitus de ipso vito non emendaverit; respondeat quid eum accusant. Quo auditio vito talcum Abbatis contra se audiat vocem: ô misera anima, quod es responsum datura Deo, quem per inobedientiam quotidie irritas, cum accesseris adurare eum? quare sub dominio Dei servis potius mammonæ? quid mentiris Christo alter Judas? Ille Judas iniquitatibus pretio justitiam vendidit. tu Christianum nomen laceras malefactis. Ille Judas per pacem falsam Domino scandalum generavit, tu sub nomine sancti servitii Deo magis rebellis existis. Ille Judas falsus tradidit magistrum discipulus, tu sub nomine sancto magis diabolum factis sequeris Christianus. Adstare eomin te habet in judicio nostra monitio, vel tuus spiritus, cui cum catore per propriam voluntatem repugnas, Deo ante tribunal tremendi iudicii dicens: Domine noluit intelligere, ut Psalm. 36; heu ageret; iniquitatem meditatus est, afflitus omni via tua bone. Malitiam autem non odivit, sed magis gloriatus est in ea: potens fuit in iniquitate. Cūm haec accusatus fuerit in iudicio, post nostram simul & ipsius tremendi iudicis audias vocem, dicentis tibi: Tu es qui odisti Psalm. 49. plenum, & projecisti sermones meas post te. Si videbas furem, simul currebas cum eo, & cum adulterio portabam tuum ponbas. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnavit dolum. Sedens adversus fratrem tuum detrahbas, & ponbas scandalum. Tora die iuxta Psalm. 51. statim cogitavisti lingua tua; fecisti ueracula acuta fascisti dolum, dilesisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui aperierat. Dilesisti omnia verba precipitacionis Psalm. 49.

in lingua dolosa. Hec fecisti, & tacni : eximasti iniuriam quia eram tibi similius : arguam te, & flammam illam contra faciem tuam, **Psalm. 51.** ut defractas te Dens in fiam : eveller te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium. Tunc etiam & omnes iusti de sua gloria in iudicio videbunt te, cum ab eis fuerit sequestratus ad finistram inter hiedos, & super te ridebunt ipsi, dicentes : *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutare fili, sed prevaluit in vanitate sua, & non fuit timor Dei ante oculos ejus :* quoniam dolosè egit in conspectu ejus, & dixit ut insipiens in corde suo : *non requirit Deus & avertit faciem suam ne videat usque in fiam.* Et ignoravit, quia inimici qui mentiuntur Domino, erit tempus eorum in peccatum aeternam. Quid ad haec dicturus es Deo ? quas adferre ei habes, miser, excusationes in peccatis? cum tua te primo impugnaverint mala, & gehenna expectaverit ut incendat. Post hanc increpantis vocem ante congregationem Abbatis statim exigi jubeatur ab oratorio & communis mensa, & extra-neus deputetur : & cum inimicus Dei designatur, non debet ex illa hora jam fratribus esse amicus. Ideoque ab hac excommunicationis hora, soli positio & sequestrato ei aliqua laboris opera propter otiositatem à Preposito suo consignetur ; in quo labore nullo fratrum conjungatur solatio, nullius eloquio consoletur, tacito omnium pertransierat asperita ; pententi benedictionem nullus respondeat, Deus : quidquid ei porrigitur à nullo figuraetur ; quidquid vero extra opus assignatum peculiariter vel ultra efficerit, dissipetur, vel dispersetur : sit ubique folius, & ei sola culpa foliatum. Quod si forte propter levitatem culpe non ei voluerit Abbas duplicare jejunia, si fratres sexta reficiunt, ille ad nonam horam de uno pulimento, & panis cibarii sibi fragmentum, & aqua à Preposito suo pro misericordia porrigitur. Si inculpabiles fratres hora nona reficiunt, illius supradicta refectio protrahatur in vespere ; ut sentiat, quid ei malorum culpa constulit, quid per negligentiam bonorum amisit. Si quis vero frater aut palam, aut absconsè, cum eo fuerit collocutus aut junctus, communem statim cum eo excommunicationis protrahat peccatum, & ab omnibus ipse reus sit ; atque in alio laboris ipse opere sequestretur à Preposito suo : & sit ipse tam ab illo reo, quam ab omnibus separatus & folius, & mox ab omnium & ipse alienus alloquio. Nam non ad veniam majoris & ipse pertingat, nisi penitentiae similius satisfactio ab eis aequaliter fuerit operata : illius propter quod extitit inobediens in vicio vel peccato istius, qui mercedem confon-

lationis tribult malorum artifici. Frater qui levet culpam haberit, & post primam, & secundam, & tertiam monitionem de unoquocunque vicio non emenda verit, à mensa excommunicetur, non ab oratorio. Quia excommunicatione tamdiu inoffensa permaneat, quamdiu à reo majori humilitatis satisfactio, humiliato ad genua capite, se de cetero promitterit emendare. Qui vero frater gravem culpam admiserit, ipse ab utroque excommunicetur : id est, ab oratorio, & à mensa : & non ipse ad indulgentiam majoris perveniat, nisi ante limen oratorii prostratus lacrymabilis voce intervallo cessantium à Psalmis horarum Deo & omnibus emendatione satisficerit reprimissa. Si tamen propter inanitatem ponderis culpe citius voluerit Abbas venire consentire quod dictante Domino, sequens pagina demonstarabit. Ille vero frater qui excommunicatus à mensa, non ab oratorio fuerit, tamliu Antiphonam aut elevationem non imponat, quamdiu de culpa illa emendatione promissa satisficerit, aut Abbatis praesentis, aut Prepositi sui ad genua incurvatus. Excommunicati vero fratres si ita superbi exiterint, ut in superbia cordis perseverantes, in tercia die hora nona satisfacere Abbati no[n]luerint, custodiit usque ad necem cedantur virgis : & si placuerit Abbat, de Monasterio expellantur, quia talis vita necessarios non habet corporales vel societas fratrum, quos in anima superba possidet mors. Nam merito ergo tales debent plagiis mortali expelli, qui esse cum Christo humilitatis Domino non merentur : sed sint à perpetuis promissis Dei cum auctore suo diabolo separati ; qui de celorum regnis propter superbiam suam projectus est. Ergo ad superiorum excommunicationum vel satisfactionis sensum, ut cepimus, prosequamur. Ergo hujus penitentie modum ac satisfactionem Deum & Abbatem credimus acceptare.

## C A P U T X I V.

## INTERROGATIO DISCIPULLI,

*Quomodo excommunicatus debet panitere.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**um hora officii in oratorio exercetur ; id est, cum expleto Psalmo ab omnibus orationi incumbitur, sic tunc excommunicationis reus prostratus ante limen oratorii haec cum lacrymis clamet : Peccavi, & peccatum meum ego agnoscō : erravi, emendare polliceor : jam non peccabo de cetero. Rogate pro me fratres congregations, à quibus quandam per meam negligentiam & diaboli suscitacionem

nem separari merui. Rogate pro me mei quondam Praepositi. Ignofce tu, Pastor bone, & pie Pastor Abbas. Relinque nonasinta novem propter unam. Veni, recollige, & porta humeris tuis me perditam omen; sicut Dominus noster indicio passionis sue tibi monstravit: quia non pro iustis, sed peccatoribus venit, & mortuus est. Et cum ipso per justitiam ejus resurgemus, qui fueramus per nostra peccata allisi, dicente ipso Domino:

Much. 17.  
March. 9.

*Nos veni nisi propter oves perdidas Israhel. Et, nos est opes sancti medicus; sed his qui male habent. Imitare pium magistrum Apostolorum, cujus vices per doctrinam agis in Monasterio: quia ipse post Prophetas & Apostolos posuit vos Pastores, & disciplinæ doctores. Quia & per beatum Petrum Apostolum demonstravit vobis, dicens; non sèpces, sed septuages septies peccatum frati dimitti. Subleva ergo aliium salutari tuo confilio: solve intercessione tua apud Dominum, quod in me negligientia obligavit. Quia peccavi agnolico; quod emendem, credo quia per tuam monitionem invenio. Post*

Much. 18.

*hanc vocem cessantibus à psalmis per omnes orationes à reo jacente effusam, cùm completum fuerit sanctum oratori opus, & illo reo adhuc jacente ante lumen extensi Abbatii omnium fratrum congregatio humilietur tì pro eo ad genua, simul & Praepositi ejus. Qod cum fuerit adimpletum, si tamen propter levitatem culpe cadens hora voluerit Abbas venire consentire, statim erigi cum à Praepositis suis pricipiat, & repropreta ei culpa sua, cùm ille responderit sì de cætero emendare, statim Abbas dicat omni congregatio: Venite fratres unanimiter cum lacrymis pro hac ove gregis vestri, quæ peccatum suum agnoscens promittit se de cætero emendare orantes in oratorio reconciliemus eum ante Deum, quem per inobedientiam irritavit. Et mox ingressus Abbas cum fratribus in oratorio, antequam orienteentes ei manus dextra laevaque foris, Praepositi ejus introducant eum in oratorium; dicentes ambo hunc versum:*

Psalms. 117.

*Confitemini Dominum quoniam bonus est. Et subiequatur cætera congregatio, respondens; gaudiam in faciem misericordia ejus. Ut eum Praepositi foris poninti per hunc versum confessionem ingerunt, intra de oratorio per os respondentium fratrum mox prius Deus misericordiam repromittat. Ergo cum eum oratorio introduixerint Praepositi ejus, prostrant eum pedibus altaris; statim omnes una cum Abbat se oracione pro eo prostrant. Tunc ille pro culpa prostratus cum lacrymis his vocibus precetur ad Dominum, dicens: Peccavi Domine,*

peccavi, & iniquitatem meam ego cognolco, rogo, peto à te, dimitte mihi Domine, dimitte mihi: ne simul trahas me cum peccatis meis, neque condennes me in inferioribus terræ; neque in æternum imputes mihi mala: quoniam tu es Deus penitentie, & in me ollende bonitatem tuam: secundum magnam misericordiam tuam: Quia tu dixisti Domine; *Nolo moriens peccatoris, Exod. 33: sed ut convertatur & vivat.* Quia malis nostris ad emendationem, vitam magis largiris quotidie; monstrante nobis scriptura, quæ de pietate tua ita dicit:

*Nenquid irascerat per singulas dies tì ait con. Psalm. 7. veritamini. Et Apostolus tuus Paulus dicit: An nefis quia patientia Dei ad pati. Rom. 1. stimam te adducit? Gladium ergo suum Da. Psalm. 7.*

*missus vibravit, arcum suum intendit, & parvus idem: & in ipso parvus uasa meritis. Quia uafa, Domine, timemus; ideo feruenter emendare promittimus. Et quia dicturus es in iudicio peccatori: Hoc feci. Psalm. 49. tibi, & tacui. Numquid semper racere?*

*Quia statutus iniquitatem nostram contra faciem nostram, ut recognoscentes eam in reatibus nostris, justè nos ipsi condemnamus. Tu enim Domine, mortificas & vivificas, tu dedicas ad inferos, & redas. Tu elevas aliros; tu in celo solvis competitos in terra; tu ad emendandum oculos cordis nostri illuminas tua gratia, vel adjutorio tuo iustorum diriges greffis, dicente scriptura: à Deo. Prov. 30: nesci greffis hominis dirigeras. Et nisi culti-*

*dieris, & aedificaveris domum, in vanum laborant qui aedificant, vel custodiunt eam. Quia velle adjacet nobis, perficere autem tuum est. Et nos uolam. Rom. 9. tis, neque carceris sed misericordis es Dei. Sed tamen das fiduciam sperandi de te, dicens: Petice, & accipies; querite, & loc. 11: inueniatis; pulsate, & aperietur uobis: quia qui petis, accipit; qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. Et quia dixisti: Con. Zach. 1: veritamini ad me, & ego convertar ad uos. Et, tunc clamaveritis dicam: Ecce adiutor. Esa. 53: Et item quasi pius & misericors in factura tua, vocas nos ad gratiam tuam, licet indignos servos tuos, dicens: Venite ad me, qui laboratis & ueraui opis & ego ueris refugam. Unde non despicias Domine servum tuum, suum agnoscentem peccatum: sicut de pietate tua promittit testiu nostre Propheta dicens: Cor con. Psalm. 98: tristis & humiliatus Deus non sperne. Quia potens es de lapibus suscitare filios Abraham: quia quod in nobis desperatione impossibile putat, tua gratia possibile indicat. Post hanc vocem cum lacrymis adimpletam statim eum manus sua Abbas erigit, dicens ei: vide frater jam de cætero, vide ne pecces, & secundum agas de hoc uito penitentiam exer-*

## R E G U L A

exercere : quæ cum secundo fuerit acta ; in hereticorum incident sectam. Statim bunc verum quondam reus imponat :

**Plato.** *Erravi scimus ovis que perierat, recolige servum tuum Domine* : respondentibus tecum cunctis. Post hunc verum vocatis ejus Præpositis reconfiguratur ab Abate eis in manu , dicente : Recipite ovem vestram, reintegrate numerum, restituite mensis :

**Luc.** *85. Mortuus enim frater, & resurrexit : perierat, & inventus est.* Eadem namque die , pro humilitatis reparata indicio , aquam manibus fratrum intrandibus ad communio nem ipse ministrit. Ec cùm dat , osculetur primo Abbatis , deinde singulorum fratrum manus : & petat singulos , cùm ministrat , ipsos pro se debere orare. Qui & ipse , mox ut ingressus oratorium fuerit , omnes clara voce readmoneat pro se debere orare : & sic exiens cum fratribus confuetam accedat ad mensam. Infantulos vero , usque quindecim annorum , non excommunicari , sed pricipimus vapulare pro culpis. Post quindecim vero annos , jam non vapulare ; sed excommunicari concedet : qui jam intelligunt quomodo penitentia & emendare debeant de matura etate , quod male committunt. Quia merito corde debet penitire , qui peccat ; & non pro eo corpus vapulare : quia animi imperio , corporu servitus magis nimis. Ergo cùm anima imperat , & corpus servit , agnoscitur amplior esse culpa imperantis , quam servientis. Ideo propter intellectum emendationis ; radix cordis de spiritis peccatorum excommunicatione debet purgari ; quia rami corporis , quibus ab invito à iustitione cordis peccatum impositum est injustè pro aliena culpa alter non debet pœnam sentire. Illi vero fratres post quindecim annos ætatis vapulent , qui fatig gravem aut furti fugacis aut criminalem aliquam culpam commiserint.

## C A P U T X V .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De prodendo cogitato male Præpositus vel Abbatii à minoribus fratribus.*

RESPONDET DOMINUS FER MAGISTRUM.

FRATRES tunc rami arboris mundi sunt , si lignum ejus à radice purgetur. Nec enim dignum est mundatus foris regis , cubiculum intus inquinari de foribus : sed decenter efficitur , si de intrinsecus foras ejecta forditio , jam tum demum & foras iustè mundetur. Non enim secura possunt esse fossata , ubi intus est hostis. Simil & porta clausura sua captiva est , ubi muri non repellunt , sed includunt continent initium. Nam & vulnus

ebullire novit repletum putredine ; & nisi exprimatur , & de eo fuerit fantes ejecta extrinsecus , & de ipsa suppuratione expressa purgetur , altius potest suam cavare malitiam. Hoc ergo & nos de anima nostra sentiamus : hoc est , prius debemus de corde projicere quod in corpore nolumus bajulare , dicentes nobis metiplis : Quid taces anima , & non erumpis in voce , & mentis tuae exponis ardorem ; & ejecto de intus ipso servore malitiae præstes fatigata refrigerium passionis ? Ergo cùm alicui fratri cogitatum malum in corde advenierit , & senserit se exinde fluctuari , statim suis hoc Præpositis fateatur ; & mox oratione facta nuntiens hoc ipsum Abbati. Nam ipsi Præpositi hoc ipsum ultra semper debent à iudeceptis suis exquirere : ne fortè ant simplicitate quorundam , aut certè ipsa verecundia malorum faciente , res pravas aut turpes fratrem pudeat confiteri. Sed cùm ultra auctor magis à maiore accepirent , jam fiducialiter sine verecundia indicent cogitata peccata : quod & ipsi Præpositi , si & ipsi hoc senserint , referant & de se Abbati. Nam & ipse major cùm in se hoc senserit , petat in oratorio à congregatione universa pro se debere orari. Ergo cùm de aliquo fratre nunciatum fuerit à Præpositis Abbati , convocet mox universam congregacionem , & dicat omnibus Abbas : Venite fratres , subveniamus per dilectionem invicem nobis apud Dominum , dicente Apostolo : *Fratres, eti præoccupatus fuerit Gal. 6, si in aliquo delitto, vas qui spiritalis estis, corrigitis ejusmodi in spiritu mansuetudinis; consolamini pusillanimes: confidereis tecipium, ne & tu teneris: Et, tu qui fas, vide ne 1. Cor. 10, cadas.* Ergo unanimi pro hoc fratre nostro orenus ad Dominum ; ut dignetur in eo signaculo crucis suæ , vel iustione potentiz suæ , diaboli tentationes compescere. Cùm ergo oratum pro eo ab omnibus diutissime fuerit , surgens Abbas cum omnibus , & complexis , mox exequentes singuli opus quod faciebant reprehendant ; & retento apud se illo lolo fratre qui malo cogitationis laborat , proferat codices , & adversus necessitatem vulneris ejus similiis divina medicina legatur. Nam & per dies , quibus ipse frater interrogatus ab Abate , fortè responderit , non transisse illis horis , quibus contingit legi , sive per hyemem , sive per æstatem , pertinentia codicum ad ipsam cogitationis necessitatem , legatur ipsi decada , de qua est ipse frater. Verbi gratia , si fuerit fornicationem , legatur illi ex diversis codicibus ubi castitatem diligit Deus : si mentionem fuderit frequenter , legatur illi in diversis ; ubi præcipit veritatem : si desiderium aliquod

aliquid siccum, legatur ipsi, ubi hoc temporale precipit Dominus contemni, & eterna queri regna colorum. Unde oportet Abbatem multum esse de lege instructum; ut aut testimonis omnia doceat, aut pertinencia ad locum legendam coegeret. Nomen ergo cum tali argumento fuerit refectus succo discipulus, non solum pristinas recipit vires, sed & novas adversus inimicum acquirit; & adversarius perdit, quæ se putaverat possidere. Unde alia die manu interrogatur ab Abate ipse discipulus, si cogitatio inimica cessavit, aut non. Quod si responderit, non cessasse, supponatur Jejunium ab omnibus. Quod item si alia die reinterrogatus responderit, non transflisse, reficiuntibus omnibus mensis subtrahatur vinum. Nam si tertia, quod abicit, jam dictione judicetur modicæ fidei, ne videamur tardè credere, Dei posse nobis auxilium subvenire. Præterea cùm sciamus eum nimis esse misericordem, vel plium, & ad præstandum pactum, quia

*Psalm. 76. non obstatu[m] misericordia Dens, nec connivit in era misericordias suas.* Ergo quod supradiximus, si tertio die reinterrogatus responderit, non transflisse, item oleum mensis subtrahatur cum vino, ut multorum labore, vel abstinentia cruciacione, nullus pereat, sed omnes evadant: ut in afflictionibus omnium divinitate misericordia remedium speretur, ut Apostolicum complecat præceptum dicens: *In vicem erat uerba portare, & sic adimpleris legem Christi.* Nam & frater mittendus in via hoc à Prepositis suis debet moneri, ut omnia hora in quovis loco sit sollicitus adversus diabolum, qui in via ducit de nobis, & solatio secum nos vult trahere in gehennam: cùm non patitur bene agendo in cuiuscumque hominem, unde ipse per superbiam causam jaclitus est. Ideoque debet servus Christi in quovis loco, etiam sine praesentia majoris, cautius confiteri; & diligenter se tam à malis factis, quam à pravis cogitationibus observare. Et hoc debet frater moneri, ut cùm cogitatio aliqua ei advenierit, mox fixis in terra cum cervice genibus, vel signo Crucis in fronte depicto, precebus debet ad Dominum convolare; ut dignetur suos milites à diabolo defendere. Quia vita, nisi reprimantur cùm parva fuot, cùm magna fiunt, non constringuntur: & cùm cogitata mala factis implicantur, de perfido peccato, perfecta mors acquiritur.

Gal. 6.

## C A P U T X V L

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De Cellario Monasterii, qualem debet effe.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATRES, omnis opera pretium habet:

quia digno mercenario mercedes debentur; & *loci tristitiae non allegabitur ei.* Deut. 19. Nam & labores fructuum suorum beatum *psalm. 147.* faciunt manducantem: quia Dominus homini creando omnia subiecit sub pedibus ejus, propter quem creavit cuncta. Ergo si injurias & inimicis Dei, id est, non credentibus pagani, & hereticis, vel diversis peccatoribus diversa virtualis creatura famularum subiecta, ut universus mundus diversis deservit; quanto magis credentibus in Deo, & bene servientibus ei, justè & dignè Dominus ad vitam diversam creaturam tradidit, quam creavit; & quasi pignus fuerit repromissionis in præsenti hoc tempore omnia vita necessaria ministrando, non derelinquet Dominus querentes se? Quia dixit *psalm. 33.* egnerant, & exsisterent: inquirentes uero Deum non deficient suæ bona. Et exsisterentes implerunt bonum Dominus, & dixit servientibus dimittit inanes: & tanquam oīhil habentes, & omnia possidentes. Ergo Cellarius Monasterii non aliund quām dispensator divinarum rerum; in tantum divinarum, ut Dominus in Evangelio promittat fidelibus servis suis, dicens: *Nolite cogitare Matth. 6.* quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini. Similiter & de crastino monet non debere quemquam esse sollicitum; sed hoc admonet dicens: *Querite regnum ibidem;* & *justitiam Dei,* & *huc omnia apponetur vobis.* Sed enim Pater uesper qui in Cœli est, quia haec omnia indiget. Ergo si Deo servientibus vita necessaria à Domino apponuntur, & scit Dominus noster Pater celestis, quæ indigemus, & preparat; vides ergo, quia virtualia nostra, cùm ab ipso nobis preparantur, Dominica dona sunt. Nam sicut carnalis Domini servus, alter tamen homo, de præbendo servitio suo solummodo est sollicitus, qui de preparandis à Domino suo annone, vestiaris, calceariis usib[us] est securus; quanto magis Dominus noster celestis necessaria vita nostræ justè nos non præcipit cogitare? Quia si homo homini serviens ad preparandum sibi creditur idoneus; quanto magis credentibus vel servientibus Deo, qui creavit ipsa omnia, & cuncta potens est adimplere, omnia poterunt famulari? *Quia junior sum,* & *psalm. 96.* sensi, & non vidi iustum derelictum, nec seruens eius egens pane: sed magis tota die misericordet & comnodat. Ergo cùm de solo servitio nostro in inquirendo regnum

& justitiam ejus fuerimus solliciti, Dominum credamus nobis omnia ministrare ; qui ultro se nobis necessaria omnia promittit apponere. Ergo omnia virtualia Monasterii , quae in præbenda operariis suis Dominus annona distribuit , si male & fraudulenter à Cellario distribuantur & percant, sciat se supradictus Cellarius in die judicij divini ante tribunal ratiocinii discuti : cum annonam fervorum fuorum Dominus per negligentiam viderit stricari : quia quod iustus Dominus dignis tradit, indignè ab eversoribus non patitur stricari. Qui Cellarius sine precepto Abbatis nihil tribuat, aut eroget , vel expendat, nec infirmo in praesentia ejus extra jussum aliquid porrigit. Cellarius elemosynam faciat cum iussu Abbatis , in praefectia ejus ; in absencia vero ejus licet ei potenti pauperi elemosynam exhibere, propter præceptum Domini , quod dicit : *Omní potenti te tribue.* Et item : *Da, ne cui non dederis ipse fit Christus.* Quotidie Cellarius cum septimanariis coram Abate in oratorio cum Congregatione communicet. Intrantibus in hebdomada septimanariis vasa coquinti ipse confignet : completa hebdomada ab exequitis munda ipsa recipiat , alii intrantibus confignanda. Quia vasa Monasterii si sub aliquo per negligentiam fracta fuerint, non prius qui fregit accedat ad mensam, nisi pœnitens Abbatum satisficerit , per humiliatem ad genua incurvatus. Ejectis vero de cellario omnibus necessariis, cum Congregatione ad mensam Cellarius sedeat tacitus , & manducet. Qui Cellarius si se levaverit aliquid apportare, usque dum redeat, omnes de mensa in qua sedebat ad manducandum expectent eum. Opus aliquod laboris faciendum his horis Cellarius suscipiat, quando aliqua cura & diligentia vel dispensatio cellarii minimè exercetur : ut otiosus in illis horis non sit. In oratorio absens per occupationem, dicente Abbe pro eo fratribus, ut habeatur in mente, simul & ipse Cellarius, si propè oratorium cellarium fuerit, sua voce petat, se debere in orationibus memorari: & tamen lente sic occupatus in facto opere Dei sibi dicat, & ipse sequendo vocem vel versum oratori. Et merito intus in oratorio debet ab omnibus imemorari, qui pro omnium sollicitudine occupatur : & quomodo ab uno communis pro omnibus utilitas procuratur, sic omnium cum uno partitor oratio. Vita verooris & corporis ejus custodiendar: ab ipso Abbe custodiendar: quia Cellarius sub nullius decadæ numero sub Præposito continetur : ne forte, quomodo caro amat quae sua sunt, propter aliquem appetitum , vel subministrationem gulæ ,

causa Dei prætermittatur , & pro cibo vel potu non exacta excogitatio carnaliter provendatur. Utensilia omnia Monasterii ipse recipiat ad numerum, & diversis confignet. De omnibus vero quæ sunt in Monasterio extra Abbatem, nullus sibi aliquid velut suum , sive quod attulit, sive quod invenit , sive quod laboravit, vel acquisivit, nullus aliquid pecuniale vindictet, aut defendat : quia Regule sententia hæc est : *Res Monasterii & omnium ejus, & nullus ejus.* Cellarius vero ipse frater ordinetur, qui probatus fuerit ab Abate fidelis & abstinentes esse: quem nunquam vincit aliquando aliqua desideriorum gula; vel qui non multum amat manducare , aut bibere : ne magis detur locus diabolo , sicut dicit scriptura : *Noite dare occasionem querentibus eam,* & videatur gastrimargie gula voracibus vel gluttonibus fratribus provideri magis, quam refranari.

## C A P U T X V I I.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De ferramentis vel rebus Monasterii.*  
RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FERRAMENTA Monasterii in uno continentur cubiculo, & uni fratri, cuius diligentiam Abbas agnoverit, eorum conservandorum curam committat: qui quotidie fratribus ad facienda opera confignet ad numerum, & à disjungentibus similiter munda ipsa recipiat, & reponat, breve de omnibus tenente Abbe. Qui vero frater non mundum ferramentum à terra de agro revocaverit, accusatus ad mensam à custode ferramentorum posse nomine in refectione in portionem panis sui unam quadram minus accipiat, usque ad satisfactionem, vel emendationem promissam. Quia exinde æruginat ferramentum, cum mundum non tuerit postum. Simil etiam & ipse frater confignatas habeat cotes, & spongias calceorum, facittergia, mappas , vel fabanas ; simul etiam & arcum cum rebus Abbatis, vel arcas diversarum decadum, cum rebus fratribus, cum clausuris Praepositorum simul etiam & arcum cum cortinis & velis , vel ornatu Monasterii; simul etiam arcum cum diversis codicibus, membranis , & cartis Monasterii: simul namque & arcum cum his rebus fratribus, quibus noviter ingressi Monasterium; quæ propter, quod absit, repeditationem facili jubentur servari: simul & univera expensa artificum , quæ ad diem de diversis artibus laborantes confignauerint facta. Ipse frater perfecta recipiat, & reponat imperfecta, alia die ipse laborantibus singula reconfignet. Simul & univer-

universarum artium ferramenta ipse à diversis artibus serò recipiat, & manè consignet. Nam & arcā cum rebus fratrum noviter in Monasterio per donationem collatis, simul vel claustra Abbatis in cubiculo conservet: rationes omnes in nummo Monasterii expensarum ipse Abbatis suggerit erogationis exsolvar; unde ipsum fratrem sive oportet divina constringi; ut timore vel testimonio Dei fideliter possit commissa implere.

## C A P U T X V I I I .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De septimanariis coquinis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**S**UPERIUS diximus decadam fratrum sub sua cura duos Praepositos contineat: qui decem fratres in coquine servitio vicibus combinati sepe tenos expleant dies. Et cùm vicibus istis unius decade fuerit adimpletum servitium confignatis omnibus à Cellario utensilibus libi alia in exercitatione decade succedat: qua expleta succeda singillatim per singulæ septimanas. Singuli tamen ambo Praepositi coquunt cum solatio fratris, cujus voluntat, sibi. Et ideo, quamvis cum solatio cuiuslibet fratris, singulas septimanas singulos diximus Praepositos coquintare; ut cùm non ambo in coquine simul servitio occupantur, unus soris cum decade suis remaneat fratribus, qui in eis culpas, vel vitia diversa custodiatis: & si alii fratres sequestrantur in alio laboris opere, tales sequestrantur, qui Dei plus possint praesentiam timere, praecipitato in coquina Praeposito, cum negligentiore remanente vacivo Praeposito: ut & vicibus honorem implante emendandi, & vicibus humilitatem exerceant serviendi. Ergo sic omnes explicando decade reciperent: nam unaquaque decade tali ordinatione sepe tenos expletat dies. Bini fratres à Praepositis suis in coquine servitio per hebdomadam deputentur; quibus à Cellario omnia coquine vasa intrantibus confignentur. Et ideo bini fratres, ut invicem se suis solatis juvent. Cujus ordinatio in hebdomada talis debet esse introitus.

## C A P U T X I X .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeant introire fratres in hebdomadam coquina?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**I**NTRΟITUR fratres in hebdomadam, post primam in oratoriū dictam adducantur à Praepositis suis ante Abbatem, & Cod. Regul. Tom. I.

fiat de eis majoris suggestio, dicens: Jube Domine Abba vocari universam Congregationem, & orari pro his fratribus, qui ingrediuntur in hebdomadam coquine; ut mereantur commendati orationibus vestris diaboli impedimenta non timere, & Congregationi Dei omnia sine culpa perficere. Post hæc verba proflernant se illi duo fratres orationi ante Abbatem; quod & retro omnis Congregatione una cum Abbatore facere debet: & postquam levaverint se omnes, illi duo dicant hunc versum: *Cogisti nos Domine Psalm. 16. ut papilam osculi; sub umbra alarum tuarum protege nos.* Postquam vero oratum pro eis ab omnibus fuerit, furgentes supradicti duo fratres osculentur genua Abbatis, & pacem suis tradant Praepositis, vel omni Congregationi. Quibus post datum pacem Praepositi sui dicant: Ita fratres in nomine Domini IESU Christi; intrate in hebdomadam, & petitam benedictione omnia facite, dicentes per exercenda omnia: *Benedicere*: ut cùm benedictum fuerit, quandocunque feceritis, maledictus diabolus impediendi ibi non habeat potestatem. Mox ab eodem die quotidie, si ad sextam habent fratres reficere, dicta tercia exeunt cum Congregatione de oratorio hebdomadarii cum Cellario, oculos habeant ad Abbatem, inquirentes eum quid jubeat Congregationi ad refectionem parari: ut mox inchoantibus coquinas à tercia paratis omnibus dicta sexta eant ad mensas. Si vero non hora erit refectionis preparatio, dicta sexta exiens Abbatem interrogetur ab hebdomadariorib[us] & Cellario, & statim post sextam inchoant coquinas; ut dicta nonna omnes eant ad mensam. Quod si forte non occurrerint hebdomadariorib[us], excommunicationis paenam suscipiant; quia lafstatam Congregationem utriusque operibus, id est, jejunii & laboris, sua pigritia cruciarunt. Excommunicationis verò hæc sit sententia: si sexta, septima; si nona, decima; hoc est, si ad sextam horam refectionem tricatam hebdomadarii offendenter, & non occurrerint, singulas quadras panis per sequentes septem refectiones perdant. Si nonnam tricaverint, item singulas quadras per sequentes decem refectiones eis subtrahantur. Quæ sententia excommunicationis tamdiu in damno annonæ excommunicatis permaneat, quamdiu fastigatio in sequenti die promissa visa fuerit emendasse. Nam si grandis fuerit Congregatione, vel aliqui extranei multi supervenerint, adjunctis in solatio fratribus, à prima dicta interrogando de refectione Abbatem, incipiunt coquinas; ut hora constituta refectioni occurrant. In eadem namque hebdomada servitium ad

## REGULA

mensas omnes ipsi adimpleant; omnē diligētiā Monasterii ipsi exerceant. Ipsi omnes fratres in hebdomada ipsa discalecent, adjundis in solatio de decade sua fratribus; cum quibus & discalecent, & ipsa calcearia faciant; & factō manē sedentibus ad ordinem fratribus ipsi consignent: simul & in eadem hebdomada munditias Monasterii exerceant, refrigeria lavent, ligna confundant; aquam faciei tradant, ad communionem intrantibus fratribus aquam manibus ipsi ministrent: mappas & labana, & facitergia, vel res folidas fratum ipsi lavent illis horis, in quibus non coquent. Candelas Monasterii à Cellario factas quotidie ipsi incendant & tuteentur. Mox enim cūm in hebdomadam, ut diximus, prima die post primā dictam intraverint, primum opus servitū sui munditias oratori exhibeant, & matas oratori pavimenta retendant: quo in totis septem diebus hebdomada sue post Matutinos Dominicos hoc opus primum servitū sui oratorio exhibeant. Cūm adstant verò in septimana sua, coquinam intrantes ad se fratres mox petant eos pro se fecum orare.

## CAPUT XX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent baberi in oratorio absentes in mente.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**use foris pro omni Congregatione solliciti hebdomadarii in coquina servitio occupantur, vel Cellarius in cellario, vel cultos ferramentorum, vel rerum Monasterii in suo credito occupatus est, intus in oratorio Präpositi corum dicant omni Congregationi: in mente habete Dominum, & orate pro illis qui forsunt. Sed & si quidam defuerint oratorio, & pro causa Monasterii fuerint occupati, sive ambulaverint via, ab Abbe dicatur omni Congregationi, ut in mente absentes in orationibus memoremur; sicut in Actibus Apostolorum legitur: Pro absente orate: id est, cūm esset Petrus in carcere, oratio pro eo fiebat in omnibus Ecclesiis. Ergo si in mente non habbiti fuerint in oratorio occupati, mercedem magis à Deo totam illi foris fulcipient; & illi deinceps vacui egrediuntur. Quia ut illis intus vacaret orare, ab illis foris de apparandis necessariis vītæ reddebantur securi. Et merito absens intus in orationibus memorari, quia pro omnium sollicitudine occupatur: ut quomodo ab uno communis pro omnibus utilitas occupatur, sic omnium eum uno participetur oratio. Nam & hoc debet qui foris pro utilitate Monasterii occupa-

tur, custodire; ut quando intus illi in oratorio expletis Psalmis orationi incumbunt, ut clara voce sua petat oratorium, se debere in mente habere: dicto tamen à se opere Dei in eodem loco in quo occupatur. Infirmi verò ut per omnem orationem in mente habeantur, Abbas omnes admoneat. Nam & si frater extraneus de Monasterio ambulaverit, in sequenti opere Dei dicatur ab Abbe Congregationi ut habeatur in mente. Quia quando ambulavit, rogavit omnes ipse frater dicens: habetis Dominum, orate pro me, & in mente me habete per Angelum vestrum.

## CAPUT XXL

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent communicare hebdomadarii coquina vel Cellarius.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**N**AM cūm ad communionem in oratorio ante Abbatem stacur, omnibus in pace acceptis, cūm communicaverit Abbas, post ipsum adhuc nullus communicet, sed statim Präpositi fratum illorum septimaniorum petant se debere ire foris, ut hebdomadarios ad communionem oratorio reprecentent, complentes eorum vice foris. Qui Präpositi exentes unus coquina præsit, alius ministeria ponat. Quibus exentibus foris, mox hebdomadarii lotis manibus ingrelli orient modicum, & post orationem soli Abbat pacem dent. Ideo soli, ne dum omnibus dant, tardasse horam ad refectiōrem Congregationi faciant; & tarde egressi, cūm necessaria non præparant, exciente Congregatione Abbatem in ira cogant vitium declinare, cūm adhuc non fuerint ab eis præparata, quæ opus sunt. Ergo post modicum orationem erexit communient & confirmant, & item orantes modicum lenteis eis versu dicto Abbas compleat; ut exentes Präpositos suos oratorio reintromittant. Quibus exentibus dicat Abbas: Videte fratres, ne ante orationem communem mensis præbendar aliquid de cibo aut de potu fusione diaboli presumatis. Et si nos hie politi intus foris vos videmus, Deus tamen, qui omni loco præfens est, & omnia videt, & nihil est ei occultum, ipse vos conspicit: ne cūm videbit præfumtionem vestram, sensum vestrum tradat in reprobum, & ad pœnam vobis furta vestra in judicio consignentur. Qui ergo post hanc monitionem exentes una cum Cellario, unus redeat coquina, alius ministeria, quæ minus suus Präpositus adimplavit, perficiat: id est, præparent mensas, ordinant sancta, ministeria ponant,

tant, calices defrident; ut exiens cum Congregatione Abbas omnia inveniat preparata, simul & annonas panis omnium positas in canistro pendente supra mensam Abbatis; ut cum omnia exiens Abbas invenierit preparata, non sit locus ira, vel occasio caloris, vel clamoris; sed sit Monasterium taciturnitatis & pacis.

## C A P U T X X I.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Omnibus bebdomadariis egressis quo or-  
dine remanentes in oratorio per Abba-  
tem debent ceteri communicare.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

POST Abbatis communionem commun-  
icet & Praepositus, quem vice sua  
ficerit fecus Abbatem stare; quem sub-  
sequatur singillatim decade sua. Quibus  
expletis communicet alius Praepositus,  
quem item singillatim subsequatur &  
deca sua. Jam si Domino juvante major  
fuerit Congregatio, similiter faciant sub-  
sequentes: sic enim stare debent in or-  
atorio, quomodo jubentur & communi-  
care. Frater qui se inflaverit ad commu-  
nionem, & noluerit communicare, dimittat-  
tur, & abstineat: postquam vero voluerit,  
non permittatur communicare tamdiu,  
quandiu ille sicut inflatus sine  
causa, tamdiu sit Abbas aut Praepositus  
ei iratus in causa. Item qui se inflaverit,  
& ad mensam venire noluerit, dimittat-  
tur, & sequenti refectione non permit-  
tatur manducare; sed levetur à mensa  
cum federit: quia quando Abbas voluit,  
ipse noluit; & item cum ille voluerit,  
Abbas merito noluit. Secus Abbatem verò  
vicibus ad diem in oratorio stent Prae-  
positi, vel alii fratres; ut confusus fe-  
cundarii semper habeatur gradus, ut non  
aliquis fecurus vel elatus de ordine cere-  
ros in desperationem constituat, sed om-  
nes per bona factorum opera placentes  
ad honorem sperandum certatum contendant  
meritis pervenire, non nomine: cujus rei qualitatem dictante Domino sumus  
retrodicturi. Simul vero post Ab-  
batem cum jussu ipsius de alterutro choro  
à Praepositis imponantur semper Anti-  
phonæ; quibus expletis item iussione  
Abbatis de alienis choris fratres minores,  
qui iussi per nomen fuerint, singillatim  
impunant item modo de isto choro, post  
ipsum de alio.

## C A P U T X X I I.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Poſt egressionem Abbatis de oratorio quo-  
modo debeat bebdomadarii ſervire  
menſis, & ad manducandum  
effe communes.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

EGRESSA omni Congregatione cum suo  
Pastore de oratorio, poſt versus &  
orationem Abbas in suo menſis cathedra  
ſedeat; mox omnis Congregatione reſpon-  
deat: Deo gratias: & omnibus arthue  
ad suas menſas flantribus canifte ſupra  
mensam Abbatis pendens trochleari ſune  
defendat, ut à celo videatur operarii  
Dei annonam deſcendere. Statim ubi ca-  
nifte deſcenderit, lignans universum pa-  
net Abbas, frangens & tollens ſibi prius  
annonam ſuam à Domino benedicendam,  
elevet manum, & ponens ante ſe, flan-  
tribus ad mensam ſuam his, qui cum eo  
manducaturi ſunt, eroget eis. Statim  
ut acceperint, oſculentur Abbatis ma-  
num, & ſedent tacentes. Deinde vo-  
catis unius menſis Praepotitis, deis eius to-  
tius menſis ſue annonas: quibus dimiſſis,  
vocatis alius tradat & ipſis. Jam ſi Do-  
mino juvante multa fuerit Congregatio,  
ſic faciat omnibus menſis. Qui Praepotiti  
cum annonas tam ſuas quam ſuorum ſratu-  
rum accipiunt, pro honore majoris manus  
oſculentur Abbatis: item cum ipſi in  
ſuo menſis fratribus oſculentur: & poſt-  
quam quis acceperit, ſedeat tacitus. Poſt  
omnium vero ſeſſionem levet ſe hebdō-  
madiarii lectionis menſalis, & ipſe acci-  
piens annonam ſuam oſculetur manus  
dantis, & commendetur eam Cellario, &  
reſidet in ſella cum codice: donec in-  
grediantur hebdomadarii coquintę cum  
Cellario, & ipſi accipientes annonas ſuas  
à Praepotiti ſuis oſculentur manus eo-  
rum: ſimiliter & Cellarius, quia ſub nullius  
decade numero continetur, de manu  
Abbatis accipiat annonam ſuam; qui  
cum acceperit, oſculetur & ipſe manu  
dantis, & ponet menſe ſue. Mox pri-  
mo Abbat, deinde omnibus, ſimiliter ſibi  
& ultimi ſingulos meros porrigit. Sta-  
tim eunt hebdomadarii ministrant in  
primo menſis Abbatis. Deinde allata  
diverſarum mensarum ab inferioribus fer-  
cula offerant Abbat signanda. Sic  
etiam ſignetur omne quod apponitur,  
tam coctum, quam crudum in menſis.  
Qui ſignat cruce, ſic dicat ore: Benedic  
Domine quidquid ex hinc accepturi fu-  
mus. Ut forte quod non est opus, aut  
purgatur, aut cadet, aut illud quod vi-  
tui non proficit, ſine benedictione ja-  
cetur in terra, & pedibus conculceret:  
ne res benedicta videatur pati injuriam.

## R E G U L A

Quæ ergo fercula signata singulas ponantur per mensas : & cùm ministraverint , sedent una cum Cellario ad mensam Præpositi sui , & manduent cum Congregatione communiter . Quibus explenis surgant hebdomadarri ; unus levet fercula , alias concham cum aqua peius Abbatis ponat in mensam , ad lavandas fibi ab ipsis fratribus manus ; unde levata diversas singulatim ponatur per mensas : at cùm ibi ab omnibus lotz fuerint manus , reponatur in parte . Statim secundum numerum mensæ prioris in uno galletæ vase mensuratae potionem ab eis calida misceatur , & venigilata à calice potionem petita benedictione adsporet qui miserit , si æquali est temperie mixtum ; & sic in prima mensa omnibus erogetur . Quibus prærogatis accedentes ad secundam , & ipius numerus remisceatur , & petita item benedictione fæporatum propter æqualitatem & ipsis erogetur : Et cùm ventum fuerit ad mensam ubi sedent ipsis hebdomadarri & Cellarius , addant & suas potionem in numerum , & post omnes petita benedictione bibant & ipsi . Quod vas semper cùm misceatur , antequam adsporetur aut erogetur , offeratur Abbatii lignandum . Quod si Abbas absens fuerit , per singulas mensas illata fercula , & mixta cum potionibus vase vicibus in suis mensis signent Præpositi . Nam si cuiuscunque temperaturam fuerit in calice , aut certè adjuncta fuerit calida , cùm bibere voluerit , iterato dicat , Benedicite : ut & illud quod adjungitur à Domino petatur benedici . Expleto ministerio potionem , exeat foris hebdomadarri , pulmentum aliud allatur ; & cùm detulerint , sedent suis locis taciti , & manduent ; & post expleto pulmento surgant hebdomadarri , & levent . Et item secundum suum numerum unicuique mensæ signato item ab Abbatie vase , & cum benedictione fæporato , mixtum ministrent , & ipsis in ultimo similiter bibant : & postquam hoc fuerit adimpletum , mox cocta ab eis fercula surgens Cellarios accipiat , & crudum cellarii quocunque fuerit , inferat missum : & prolatis , & signatis , vel in mensis positis suis locis residante taciti , & manduent : quibus levatis mox hebdomadaril micas panis prius de mensa Abbatis , deinde diverfarum mensarum , cum reverentis mundent . Quæ mīcæ cùm per singulas mensas mundando levantur , una voce hebdomadarri dicant : Deo gratias . Quas quotidie in unum , ut diximus , vas collectas hebdomadaril Cellario configent reverenter servandas . De quibus

in exitum hebdomadæ suæ patelle coquantur , quomodo sequens titulus demonstrabit . Quibus ergo mundatis mīcæ mox consueta potionem mensura ab hebdomadarili , ut constitutum est , erogetur : similiter petita benedictione ultimi bident & ipsi . Ideò enim diximus , hebdomadariorum & Cellarium interest mensa communiter , ut nullus penitus semotè aut infirmitate abfonsè foris manduet : sed fit omnibus temperantie & sobrietatis mensura communis . Quis quidquid abfonsè manducatur , fraudulenter agitur ; & ut gula satisfaciatur , sine mensura peteat . Quibus ergo mensæ expeditis actibus cum levante se Abbatie omnes surrexerint , statim omnis Congregatio una cum hebdomadarili vel Cellario dicant : Deo gratias . Mox vero dicto omnes adfint ad agendas Deo gratias per orationem : & ne quis desit , requirant in numero Præpositi decades suas ; ut quomodo mensæ omnes fuerint communes , sic & orationi videantur præsentes . Omne enim cibum & potum cum versibus aperiat & claudat oratio . Qui verò fratres ad verbum primum mensæ dicendum non adfuerit , non sedeat ad mensam cum fratribus , sed semotè in scutella sine data benedictione manduet non signatum , & potio ei non signata tradatur semotè mixta : & usque dum se levet , nullus cum eo loquatur . Jam si spiritalis est , doleat ei sine Deo reficere . Qui verò ad verbum posteriorem mensa finita non adfuit , in sequenti refectione & ipse à mensa sequestratus non signata manducet & bibat . Quæ excommunicationes tamdiu in eis permaneant , quamdiu iuventudine humiliati ad genus capitis , emendatio majori fuerit reprobata . Ergo hebdomadaril cum servitium mensarum exercent , si forte ad ministrandum omnibus non occurrerint , insinuant hoc ipsum suis Præpositis ; à quibus mox ordinatus de eadem decade unus frater in eorum folatio adjungatur : quotiesque hebdomadaril in servitio mensarum negligenter mensis defervierint , alia die hora refectionis levet se Abbas , & cum uno de Præpositis , aut duobus , si grandis fuerit Congregatio , ipsis facient servitium ad omnes mensas ut & doceant eos quomodo faciant , quod non possunt implire ; & agnoscentes omnes fratres erubescant , in communi natura hominum , vel pari servitio Dei , æqualem non mereri divina sapientie gratiam cum utilibus fratribus invenire .

## C A P U T XXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De hebdomadario lectore ad mensas.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**I**N astatis vel hyemis utroque tempore cum ad sextam vel nonam horam recitatur, singuli Praepositi de singulis decadis vicibus hebdomadas singulas legendu ad mensas exerceant. Sed tunc de illa decade Praepositus non legat, de qua alter Praepositus in coquina servitio occupatur: ne dum unus legit, & alter coquit, via frorum fructum ad mensas non sit qui praeiens emendet. Qui Praepositi singulis vicibus in legendu ad mensas cum singulas expleverint hebdomadas, singulos fratres literatos per singulas vicibus septimanas ad legendum constituant; ut omnes possint vicibus de singulis decadis legere literati. Et postquam omnes fratres in legendu suas expleverint septimanas, singuli recipient ad invicem Praepositi, ut nunquam deit carnalis refectioni etica divina: sicut dicit scriptura: *Nos in solo pessu vivit homo, sed in omni verbo Dei;* ut duplicitate fratres reficiant, cum ore manducant, & auribus saginantur. Cuius ergo in hebdomada talis debet esse introitus. Dominico die, quo hebdomadarii coquinae ingrediuntur in septimanam, tunc & illo frater ad sexta hora refectionem post versum & orationem mensie, cum Abbas in sua cathedra federit, antequam canister cum confuetis panibus trochleari fune descendat, tunc infinuet se voce sua is qui lecturus est, dicens: *Jubete Domini mei, orate pro me, qui ingredior in hebdomadam lectio mensialis.* Mox surgens Abbas cum omni Congregatione fixis in terra genibus ore cum eo: & clam surrexerint, dicat novus hebdomadarius

hunc versum: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabis laudem tuam;* respondentibus secum cunctis. Post versum vero dictum completere Abbate, mox primo Abbatii, deinde omnibus pacem tradat; deinde in medio omnium mensarum sibi ordinet sellam, & post omnium sellionem ad mensas petita benedictione fedeat & ipse in sella cum codice. Et cum primum mensa Abbas cum omnibus accepert merum, & ipso similiiter suum merum propter sputum Sacramenti accipiat, & sic incipiat legere. Legat namque quotidie regulam hanc, posito a die signo hac usque legerit, ut sequenter quotidie tamen omnia perlegantur, ut per vices hebdomadum finiri possit, & recapitari legendu. Qui hebdomadarius cum septimanam suam in legendu expleverit, signum sequenti successori

ostendat, unde prosequatur quā cooperit septimanam: qui & ipse finiendo & recapitando, finita hebdomada sua signum successori demonstret. Legat namque disposite non urgendo, ut apertos occupatis ea auditores agnoscant, que eos factis oportet adimplere: & ut si qua sunt ambigua aut obscura, & apertius ea non intelligent fratres, aut interrogatus a fratribus, aut ultro aliquis Abbas expona. Nam si supervenerint forte mensae Monasterii laici, propter detractionem futuram in seculo, cum secreta Dei secularis agnoverit, si placuerit Abbatii, aliam lectionem ejususcunque codicis legat; ut secretum Monasterii, vel mensuras vite sancte constitutas in disciplinam ab irrisoribus non sciatur. Legat namque aliam lectionem, posito tamen in regula signo. Nam si talis laicus ad mensam Monasterii detineatur, de quo certus sit Abbas, quod non solum admirari possit confituta divina, sed etiam hujus religiositatis scit Abbas, quod in conversione possit esse perfidus, & ad mores possit trahi divinos, in hujus lector adventum ad mensam regula subsequatur. Nam illi debent Monasterii regulam audire, qui illam possunt merito observare. Ideo ad mensas hora refectionis debet regula legi, quia tunc omni congregatione ad manducandum in unum redacta, sine excusatione tunc lectio observantie vel emendationis ab omnibus audiencibus ritè poterit observari, ut omnia tegulz omnes audiant, & nullum praterter aliiquid: ut quod omnes audierint, eos factis oporteat adimplere. Ipsa vero fratri septimana sua cum in hoc opere occupatur, septimanarii de omnibus mensis, mensa sua illatis, scutellas levent, servante Celiario panis ejus mensuram, vel consuetum numerum potionum: & post omnium levacionem petita benedictione & ipse reficiat: Ideo enim diximus regulam Monasterii quotidie legi ad mensas, ut nullus frater excusat se ignorantia faciente non emendare. Non cum quotidie in ipsa regula mittitur, & notitia melius observatur, ne fortè dicat se frater nescire, quod possit per obedientiam adimplere. Nam tempore ipso refectionis, cum legitur regula, ut solliciti universorum fratrum excitentur auditus, de singulis mensis quos voluerit fratres, quid lectum est Abbas interrogat: ut cum unusquisque frater recitaverit quod audivit, agnoscatur plus lectioni illa hora intendisse, quam ventri. Ut cum surdus negligens non narraverit quod audivit, plus carnem judicetur animale, quam animam. Qui mox de negligentia ab Abbatie justè corripi debet; ut dum unusquisque frater interrogatus timet erubescere; mentem

mentem suam alibi non faciat aberrare ; sed in hoc intendat quid legitur. Qui hebdomadarius tamdiu ad mensam cum fratribus, quibus se levantibus posito in regula signo levans fe & ipse cum codice, versu & oratione ab omnibus adimplera, respondeat cum omnibus ; Deo gratias ; & statim residens ipse ad mensam suam ab hebdomadariis servata refectionem vel potionum mensuras, signatas aut ab Abate, aut à Præpositis, omnia & ipse percipiat.

## CAPUT XXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De potella uicarum ab hebdomadariis septimo die coquenda.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**M**ira panis, quæ quotidie de mensis mundando levatæ in uno vase servantur, ab hebdomadariis excutitibus septimanam septimo die hebdomadæ sua sabbato die mundentur ad seram, & patella exinde cocta, aut cum farre, aut cum ovis astricta, antequam ultimum seræ caldū bident, in mensa ponatur Abbatis. Deinde sedenti Abbatii, vel universæ congregatiōnē simul, dicant hebdomadarii : *Jubete Domini, & orate pro nobis, qui in ministerio humilitatis explevimus septimanam.* Statim omnes surgentes cum Abbate fixis in terra genibus orent pro ipsis cum ipsis communiter. Et cùm furerint, dicant hebdomadarii hanc verbum : *Videamus qui nra aderat, & consundantur ; quecum tu Domine adjutisti nos, & confortatus es nos.* Deinde complenti Abbati pacem tradant simul & Præpositis suis, vel omni Congregationi : & cùm refederit Abbas & fratres ad mensas, signans patellam ipsius Abbas, sumens de benedictione prius cum cochleario ipse, deinde his fratribus, qui cum eo ad mensam ipsius sedent, singulos cochleares in ore ministret : & cùm suos convivas exploraverit, vocatis ipsis hebdomadariis, & ipsis in ore porrigit. Deinde quot mensæ fuerint, tot scutellas Abbati hebdomadarius porrigit : ubi singulos cochleares per numeros fratrum de singulis mensis levent, quos singulis fratribus in ore ful Præpositi porrigit ; ut omnes de ipsa benedictione percipient. Quod cùm adimpletum fuerit, sic ultimum caldum accipientes surgant, dicentes : *Deo gratias.* Qui vero hebdomadarii patellam istam per negligentiam septimo die non exhibuerint, & in sequenti aliena hebdomada per singulos dies singulas quadras panis subductas ab Abate amittant, usque ad emendationem satisfactionis promissam.

## CAPUT XXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De mensura ciborum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**S**UFFICERE namque credimus ad refractionem quotidianam tam sextæ, quam nonnullis omnibus mensibus cocta duo pulmentaria, & tertium quocunque fuerit crudum cum pomis. Medius panis peans libram singulis fratribus in die sufficiat, secundum formam divisa dispensationis, cum medium panis celestis corvus Paulo servo Dei quotidie vescendum paraverit. Quando ergo ad sextam horam tempore sabbivo vel aliis temporibus reficiunt, tertia quadra ipsius Dominicani panis à Cellario per omnium annonas in cellario subtracto sera ante illud crudū pulmentarium inferendū mensis ponatur. Et Ideo in cellario diximus eas quadras de omnium annonis antecessus subtractas ; ne forte cùm Integra annona in mensis fuerint posite, & ne forte adveniens frater novitus, neficiens adhuc mensuram regulæ, putet sibi iterato ad eamnam reponi, ad prandium explicit totum, & liera cum pomis habeat nihil : aut frater multum edere amans quamvis mensuram noverit regulæ, cùm petenti gule vult satisfacere, ad horam totum eligat manducare, & ad seram putes se esse contentum. Quia omnes quadræ cùm fuerint in cellario reservatae, sera ejectæ & in mensa Abbatis positæ, & ab eo signatae, sicut confuetudo ostendit, prius ibi vel mensis sue tollat, & residua in canistro à Cellario levatæ per singulas mensas ponantur tollentibus, ut ipsis sole partes cum cruda quocunque pulmentario mixto cum pomis, vel si quid de pulmentariis prandii remanerit, fratrum cibæ sufficiat. Nam Dominico die, vel aliis festis diebus, sed & propter extraneas advenientes personas, quovis die quidquid addere Abbas in cibo voluerit, utpote majori conceditur, vel dulciorum aliqua ; secundum testimonium quod legitur in Vitis patrum : ubi pro diebus felis deliciatum petierunt à Domino cibum, & apparuit eis cum favo Angelus. Tantum est, ut consideret aequalitatem, & fugiat corruptibilem nimietatem. Minoribus vero duodecim annis minus à libra panis in die sufficiat.

C A P U T X X V I I .  
INTERROGATIO DISCIPULI.  
*De mensura potus.*

R E S P O N D E T D O M I N U S P E R M A G I S T R U M .

**M**Ox cùm sedcrint ad mensas fratres, antequam comedant, singulos metros accipiant. Quos metros accipientes, singuli porrigit Abbatì sibi signandos; & per alias mensas suis fratribus, suis signent Prepoliti vicibus. In quibus omnibus mensis in suis metros quisquis frater de suo pane ternas sibi, non amplius, buccellas intinguant; idèo non amplius, ne frater multum ibi panem expendens, cùm in pulmentariis non habuerit, vocatatis sua causa, in panis sui mensura aliorum fratrum aspectum in se provovet detrahentem. Post ergo primos metros astivo tempore ad refecctionem tam sexte quam nona, caldi omnibus quarterni sufficiant, extra illum merum. In eodem verò tempore, cùm ad sextam reficitur, tercias terna omnibus sufficiant potionis. Quibus completis tam in refecctione sexta, quam nona, vel coenam in medio mensarum clara voce Cellarius dicat: Qui sitit fiducialiter indicit. Post hanc vocem qui fuerit sitiens mox de mensa sua respondeat: Benedic; statim temperata in uno vase pusca calida, aut, si voluerint fratres, cum Jutta: quæ semper amplius propter sitiennes fieri debet in pulmentariis fortioribus, aut galleta, aut calices sitiens porrigantur. Nam & his astatis diebus cùm ad nonam horam reficitur, sera antequam compleant, binæ omnibus sufficiant potionis: ita tamen ut antequam bibant, orent; & postquam biberint, reorent. Item in his astatis diebus cùm ad sextam reficitur, post dictam nonam quotidie exiens Abbas de oratorio in sua sedeat cathedra, & circumstantibus ante eum in ordine omnibus, ejecto à Cellario vino, miscentur ab hebdomadariis in consueto vase per singulas mensarum decadas omnium singulas potionis, secundum numerum congregationis & suum. Statim surgens Abbas oret cum omnibus; & post orationem antequam fedear, oblatum sibi vas cum mixto signet eum. Mox secum omnes ad mensas suas jubeat, sicut confueverunt, sedere: & bibens prius ipse, deinde singillatim mixtum per mensas singulas omnibus faciat propinari. Quibus expletis surgant iterato, & orent; & post orationem redant universi ad opera quæ dimiserant facientes. Ergo quivis sitiens post nonam mox bibat: jam si introierit de decima, nemo bibat usque post vesperam. Si verò frater amplius sitiens in ipsa nona, antequam veniat, ut diximus, decima,

*Cod. Regul. Tom. I.*

& bibere si voluerit, aquam nox ab utero uno haustu, sed ad calicis, aut gallæ, aut cancelli bibat mensuram, quia quod extra mensuram est, hoc est nimium & injustum, & desiderii satisfactionem ad corrumplam videbitur adimplere. Nam secundum sententiam illam, que dicit: *Nec quid nimis*, potest & nimia aqua deebriare sensum in phantasis somniorum, & corpus necessitatibus occupare: id est, in venis flatus, in medullis frigus, in superciliis gravitas, in capite gyrus, in oculis somnus, in naribus sternutus affidus. In hyeme verò tempore in sexta & nona hora refecctione omnibus caldos ternos sufficiant; quia zelus non est qui provocet sitiim. Illis verò diebus in hyeme in quibus sexta reficiunt, sera penitus nihil coenent; nisi singulos caldos omnibus sufficiant: ita tamen ut antequam bibant orent; & postquam biberint, reorent. Post nonam verò illa potio quæ quotidie de cellario in astate proferebatur sitiens, in hyeme non detur: quia nec siti suppeditatur, nec longè relata à refecctione in vesperam. Illis verò diebus, in quibus in hyeme ad nonam reficitur, post dictam vesperam non amplius quam singulos caldos accipiant: ita tamen ut antequam bibant, orent; & postquam biberint, reorent. In illis verò diebus à Pascha usque ad Pentecosten, in quibus ad sextam reficitur, absque quinta feria & Dominica, aliis diebus nihil aliud ad seram nisi binos caldos propter dies accipiant: absque Pascha octavorum octavas, in quibus jugiter coenent. Nam idèo supradictis diebus, absque quinta feria & Dominica, usque in Pentecosten coenas subduximus, ut una refecatio in his diebus custodiatur: & quamvis non sua hora, confueti tamen jejuniū videatur caufa servari: &, quamvis non sua hora, cùm cena eorum mutantur in prandia. Quinta verò feria & Dominicæ hoc coenent ad seram, quod supra de cibis taxavimus: addito tamen uno pulmento quotidie in prandio; vel si Pascha restiterit merces, potio cuiuslibet. Calix verò, aut gallæ, per quem erit in diversis vicibus ministrandum, talis sit, qui tertius implet mixtam heminam. Sed ejus aequalitatem mensuræ, aut duo aut tres oportet calices aut galletas mensarum ministerio defervire; ut per multa pocula universis citius erogetur. Infanciæ verò intra duodecim annos agentes in hyeme binos caldos accipiant, à sera singulos: astatis verò tempore ternos ad refecctionem, & sero binas accipiant potionis, propter etatis qualitatem. Nam sicut superioris de cibis constituiimus, ita & de potionibus permitimus. Dominica, vel diebus festis,

K k

sestis, vel propter extraneas advenientes personas quidquid aptum duxerit addere Abbas, utpote majori conceditur: scilicet propter charitatem & latitudinem sanctorum dierum vel amicorum addat mercis cuius voluerit potionem: tantum est ut memor sit sobrietatis & fugiat vino lentie ebrietatem. Quia nisi sobrium fuerit corpus, ad opus Dei vigilare non potest, & anima cogitationes libidinis non carescit. Jam si aliquis discipulorum de constituta mensura potus aut panis fui, remanente fragmento recusare aliquantulum ad mensam voluerit, spiritum plus agnoscitur amare, quam carnem, & frumentum castitatis imponet luxuriam. Nam cum hoc ipsum recusat abstinentis frater, levanti Cellario dicat lente: Suscipe, & hoc quod negatum est carni, proficiat Deo. Mox semotè in uno vale à Cellario hoc ipsum mittatur Deo feliciter profuturum, & pro aliquo munere adjunctum elemosynæ Monasterii mendicanti pauperi à Cellario porrigitur in manum. Hec omnis mensura de intibus Monasterii, nam si quid transmissum deforis Congregationi suæ apparuerit Dominus, grataanter suscipiatur transmissum Domini donum; & si placet Abbatii mensa addatur, quippe quod nisi apparetione Domini non venire intelligatur.

## C A P U T XXVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De diebus jejuniorum, vel bora refectoriorum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

OMNI tempore in septimana duobus diebus ad sextam reficere debent, hoc est, quinta feria, & Dominica: Ceteris aliis in septimana diebus ad nonam horam reficere oportet. Nam erubescamus nos, qui sumus spiritales, fugere hora nona jejuniū: cùm vetusta consuetudo antiquitus cognoscitur prandia ignorasse; sed semper Vesperam, hoc est, cenam suis refectoriis ordinavit: In tunc & anoonam, que erogabatur aut laborantibus aut nūlitibus, id est annona usque hodie dicitur, quia ad horam nonam diei erogabatur, quando & sumebatur; & id est annona usque hodie annona nomen remansit. Nam ipsius Domini sanctius testimoniū proferam, quem cœnasse cognovimus, non legimus pranduisse, cùm dicit sancti Evangelii scri-

Math. 26. prura: Vespere autem salto retrubuit Iesus cum duodecim Apóstolis, & canantibus illis dixit. Nam id est ad nonam horam universis diebus constituta sunt solvi jejuniā, ut sit aliquid prolixius, quod quadragesima diebus addatur: id est, usque ad

Vesperam; hoc est post lucernariam. A Sexagesima vero quarta, sexta, & sabbato post lucernariam semper reficiant: alii vero diebus usque ad Quadragesimam ad nonam reficiant: ut quod Dominice Quadragesima de quadraginta jejunis subtrahunt, quarta, sexta & sabbato à Sexagesima in jejunis usque ad Vesperam continuatis restituant; ut quadraginta in numero jejunia compleantur. Infirmis vero certa jejunia resolvantur; & quando fratres ad sextam reficiunt, infirmi tertia recreentur, absque illis qui graviter defessi sunt: quia illis nulla hora decennit, in quibus timetur mortis eventus. Ideoque quomodo necessitas vita, & pro certo probata quosdam per misericordiam, recreentur. Si vero sani fratres nona, infirmi sexta reficiant. Sed hoc debet diligenter curiositate probare quibusdam signis vel agnoscere Abbas; ne quis se fingat propter refectoris edicacitatem infirmum. Nam id est infirmis resoluti jejunia diximus propter fragilitatem corporis, per quam non possint adimplere quod cupiunt, dicente scriptura:

*Spiritus promptus, caro infirma.* Infantuli Math. 26.

verò quarta, sexta, & sabbato, in diebus tamen minoribus, hoc est, in hyemis tempore, jejunent: alii vero diebus ad sextam reficiant horam. In astatis vero diebus quarta, sexta, & sabbato infantuli sexta hora reficiant: alii vero diebus tertia recreentur. Quia in majoribus diebus minor est ætas in viribus, sicut est sustinendi sensu discreta. Sed infantes ad hanc relaxationem tales permittimus, qui intra duodecim annos degunt ætate: ampliori vero qui fuerint, ad formam teneantur majorum. Nam iusto judicio infantuli, & senio proiecti, & infirmi æquidi debent refectorium judicio relaxari. Nam & fratres in via dirigendi hoc preceptum Abbatis vel Prepositorum suorum accipiunt quarta, sexta, & sabbato in diebus majoribus; id est, à Pascha usque octavo Kalendas Octobris, quod est æquinoctium hyemale, ut non in via jejunent, propter ætum & sitim: deinde ab æquinoctio hyemali usque ad Pascha, quia breviores sunt dies ambulantium fratrum, in quarta, sexta, & sabbato, jejunia protractantur in Vesperam: ne occupati fratres nona hora per refectoriem in via accelerata brevitas diei fratris mansionem protendat; aut, ut est lucrum saceruli totum venale, cùm jam ad iterum finiti cum jejunio dici inclinata jam secunda refectio; cùm nihil sibi emendum mansionem promiserit, propter nullum distractiōnis ad quæsum, dejuniarum jam fratrem non vellet taberna suscipere, & propter susceptionem à nullis lucris fratribus denegatam, cogantur fratres

**Marc. 2.** fratres propter hospitalitatem iterato de sumptibus suis expendere, & per secundam refectionem, quæ non licet, jejunium violare. Aliis vero diebus extra quarta, sexta, & sabbato in diebus minoribus, sexta hora ad refectionem in via repausent, & sera coenent, propter viæ laborem. A Pascha vero usque ad Pentecosten, exceptis missis in longinqua via, in Monasterio vel ubivis sexta semper hora reficiant, & coenas suas mutent in prandii, dicente sancta Scriptura: *Nisi fuerit vobis jejunare, cum sparsus usus sit;* & non coenent nisi quinta feria & Dominica. Nam ideo omni tempore quinta feria non licet jejunare, quia ascensio Domini ipso die omni anno occurrit. Dominica vero die ideo non licet jejunare, quia resurrexio Domini impatur; quod in libris suis fieri prohibet sanctus Silvester. Nam ideo a Pascha usque ad Pentecosten non licet jejunare, quia sabbatum Pasche claudit tristitie jejunia, & aperit laetitia alleluia, & sabbatum Pentecosten claudit alleluia; & aperit jejunia. Sed Ecclesiis clauditur alleluia: nam Monasterio quasi in pecuniarum servitio Dei alleluia usque ad Epiphaniam per modos Psalmorum constitutum aperta a servis Dei pfalitur Domino.

### C A P U T X X I X.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De tempore dormitionis eorum, vel qualiter debet esse locus, vel quo ordinis dormiant.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**A**ESTIVO tempore dicta sexta, aut in jejunio, aut post refectionem, omnes repausent; ut noctibus ipsis brevibus sobrii a somno fratres divino operi & orationi leves consurgant. Nam in uno atrio, vel in triclinio lecta in ordine circuitu ordinant: in quo circuitu lectum Abbas in medio habeat, ut omnem taciturnitatem vel reverentiam in circuitu considerans, omnium oviuum suarum gregem intra unum ovile collectum, quasi diligens vel sollicitus Pastor attendat. In quo atrio pendeat cicendelus, qui quotidie a Cellario factus, ab hebdomadariis ad seram ante Completorios incendatur; ut videant diversi quomodo se collocent, & postquam se omnes percollocaverint, à supradictis tutetur, si forte indigentia olei in Monasterio fentur.

### C A P U T XXX.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Post Completorium neminem debere loqui.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**P**Ostquam sera omni perbiberint caldos, cum universi fuerint ab hebdomadariorum discalecati, dicat Abbas fratribus universis: Eja fratres reclaudant universa locis suis, cuncta reponantur in parte: lavate fratribus hebdomadariorum pedes. Qui hebdomadaril cum omnibus perlavarent pedes, aut cum extrancis supervenientibus lavant, uno ore dicant ambo hunc versum, secum omnibus respondentibus: *Tu mandasti Domine manda psalm. 18. ta tua custodiri nimis, utinam dirigantur viae ad custodiendas iustificationes tuas.* Ergo omnibus Abbas dicat: Eja fratres move te vos, ut expletis omnibus non sit occasio, unde loqui cogamur; jam enim hora est ut nos Domino commendemus, & finitis omnibus diei officiis intrantes noctem pariter os nostrum loquendi claudatur ad requiem, & oculi ad soporem. Ergo ubi hac omnia, cum adhuc loquendi & aliquid imperandi licentia tribuitur, omnia fuerint adimpta, factis completoriis in ultimo dicant hunc versum: *Pane Domine suffidam eri mei, & osium psalm. 140. circumstantie labii nusi: mox ingrediantur silentium, & suis se collocent lectis;* & tanto silentio redigantur, ut usque ad Nocturnos putetur nullus ibi esse de fratribus. Ideo enim post Completorios tacere debemus, ut merito in Nocturnis primo dicamus Domino: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabis laudem tuam.* psalm. 50. Hoc est, petamus Dominum debere aprire in Nocturnis labia nostra, quæ sua custodia in Completoriis clauerat. Vides ergo, quia quidquid aperitur, agnoscitur prius fulsis claufum. Sed ne forte cum silentium custoditur, aliqua necessitas utilitas ad loquendum fratrem perurgeat, & frater fratri vult loqui, si lumen cicendeli aut lucerne fuerit, de manu, vel nutu capitinis, vel nutu oculorum; aut certè si deest lumen, frater cum fratre ad necessarium vadat, & quod opus fuerit, tamen ad aurem lentè loquatur; ut alter tertius eum non audiat. Simil & si frater aliqua necessitate post formum ante Nocturnos compellatur loqui aliquid, prius versum confuetum Nocturni dicat libi lentè; id est, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabis laudem tuam:* & loquatur quod opus est. Nam manducandi aliquid, aut bibendi, vel aliquam rem operandi nullam fratrem post Completorios permissionem concedimus. Si qui vero de extraneis post Completorios perfectos Monasterium ad-

## REGULA

venerint, à domesticis fratribus tacito ministerio recreentur, & lente eis responsum reddatur, propter Regulæ constitutum: & locis eorum podibus completes postmodum sibi lentè, & ipsi peregrinorum lectis delegentur dormire. Mox clausis ab ostiariis regis in suis & ipsi jacentes stratis per horarum silentium & noctis appetant somnum. Si quis verò frater post Completorios aut manducare, aut aliquid bibere deprehensus fuerit, hanc excommunicationis prenam suscipiat: alia die accusatus, in jejuno continuato tertia die reficiat, qui presumpsit illicita. Quæ excommunicationis prena tamdiu in continuatione permaneat, quamdui per humilitatis satisfactiōnem de emendatione promissa ab eo ab Abbatore præsentē, aut à Prepositis venia fuerit postulata.

C A P U T XXXI.  
INTERROGATIO DISCIPULI.

*De hebdomadariis divini officiis in noctibus.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**A**D excitandum divinum officium in noctibus, ipsius decadæ Præpositi, quorum fratres septimanis in coquendo exercent, tamdiu sollicitudinē excitandi exerceant, quamdui decē fratres eorum combinati, aut propter multitudinē Congregationis conterrati, in coquinæ servitio, suas vicibus explicit septimanas. Nam ipsorum Præpositoriorum vices cùm venerint coquere, quia ipsi de coquinæ ministerio laeti defilis membris poterunt somno gravari, sollicitiores duo electi de decade sua ab eis fratres in septimanâ ipsorum sollicitudinem excitandi fulsipient. Similiter & cùm inchoant alterius decade fratres coquinæ servitium, simul & Præpositi eorum sub sua sollicitudine universum gregem fulsipient sua vigilans excitant: similiter & ipsi in hebdomada sua, cùm adstant in hebdomada sua coquinæ, à sollicitoribus suis fratribus adjuventur. Nam si qui septimanam excitationis exercent, in nocte & in die ipsi solliciti, horologium conspicere, & horam psallendi Abbati & fratribus, ne fortè per occupationem laboris obliviscantur, & eos constituta jam hora prætereat, ipsi universos rememorent, & psallendi horam jam nuntient advenisse. Ideo enim excitatione duobus modis committitur, ut & vicibus vigilant, & si unus fecundum carnis fragilitatem fuerit somno oppressus, alias fortè vigilans constituta hora excitet negligens collegæ officium. Magna enim merces apud Dominum est excitantium ad divinum opus, quos pro fama Regula vigiliosos nominavit.

C A P U T XXXII.  
INTERROGATIO DISCIPULI.  
*Quomodo ab eis fieri debent excitatio-*  
RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**Um hora constituta psallendi jam nocte occurrerit, surgat in his duobus qui inventus fuerit vigilantior, excitet lente negligentiorum collegam hebdomadarum suarum. Ex merito lente; quia adhuc non est petitum à Domino ab omnibus in oratorio, ut claufa in Completoriis labia ab eo aperiantur nocte. Hos ergo ideo duos constituimus, ut invicem se suis vigiliis præveniant. Ergo furgentes ambo vadant cum reverentia ad lectum Abbatis, & ibi oratione facta dicant sibi lentè hunc versum: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam;* & completes sibi lentè, mox pulsantes pedes Abbatis suscitent eum. Quo ex parte dicant simul, Deus: quo auditio Abbas surgat intrans in oratorio, & percutio indice ore tamdiu, quamdui universi fratres ingrediantur, qui forte necessaria causa corporis occupantur. Quod si quis fecerit fatis diu Abbatem protrahere orationem, quod non licet, cùm tardè fuerit oratio præsentatus, Præpositos eorum culpa recipiat. Ideo enim diximus in prima oratione Abbatis universos expectari, & mox debere occurrere, ut omnes post inchoationem Abbatis una voce scilicet petant à Domino aperiri labia sua debere in Nocturnis, sicut omnibus communiter petentibus à Domino fuerant clausa in Completoriis. Nam ingredientes oratorium tertio dicant: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Ideo enim diximus tertio dici ab omnibus, ut ne quis frater modicè tardius ingressus ab hac postulatinne versus fraudetur. Post quem versum, postquam ab omnibus dictum, invitet & fulsicit pastor oves suas per Relponsorium ad laudes Domini, dicens: *Venite exultemus Domino, jubemus Deo salutari nostro;* ad cuius vocis dulcedinem vel divinum favum omnis quæ non accurrit apes, sciat se evacuatam fructu mellis in spiritu, solam ceram corporis somno conhcere, futuro gehennæ incendio concremandam.

C A P U T XXXIII.  
INTERROGATIO DISCIPULI.  
*De officiis divinis in noctibus.*  
RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**I**N officio nocturno uno tempore psallitur ante pullorum cantum in hyeme nocturni, dicente Propheta; *Media nocte Psalm. 118. surge-*

*surgebam ad confundendum tibi.* Et de *estate*  
 Psalm. 16. item dicit: *De nocte vigilat spiritus noster  
 ad te Deus;* hoc est, de parte aliqua noctis, post pullorum jam cantus, lignum fiat surgendi. Sed hoc à vigilantibus in hyeme cavendum est, ne nocturnos pullus aut antece. lat, aut deprehendat; quia largent noctes in tempore hyemis. Nam pullorum cantus declinantis est terminus noctis, qui mox diem parit: sicut in circulo solis declinante jam diem à sexta hora ostenditur, & per noctem tantum festinare descendere solem, quantum eucurrit, ut medium in circulo ascenderet diem. Sed hoc in hyeme agendum est, ut nocturnos jam expletos pullorum cantus sequatur; quia noctes sunt grandes: ut digesti à somno fratres vigilant & digesto sensu opus Dei, quod dicunt, agnoscant. Et ideo intervallum ponitur, ut prolixa nocte somni gravitas finitatur. Nam in veri vel *estatis* tempore, hoc est, à Pascha usque octavo Kalendas Octobris, quod est *aequinoctium hyemale*, propter rationem brevium noctium, à pullorum canto nocturni à fratribus inchoentur; & expleto Psalmorum numero mox eis matutinos subjungant, & secundum suorum Psalmorum numerum finiant. Et ideo in brevibus iplis noctibus post pullorum cantum nocturnos constitutimus inchoari, & cum matutinis conjungi; ut non se recollocantes post nocturnos ingravescant fratres, & suavi matutino somno oppressi non solum perdant matutinos, sed etiam primam tardè jam dicere confundantur. Nam & ideo post pullos nocturnos eum matutinis diximus jungi, ut digesti jam à prolixo somno fratres utrumque opus sobrie expleant, & jam redditio matutinorum divino debito, lecuri fratres usque primam jam qui volunt repausent: ut in his horis somni omnem gravedinem deponentes, bene digesti post primam jam leves laborare incipient; monstrante nobis de sancto Heleno scriptura, cùm dicit: *Confuruit enim fons maritum reparare.* Ergo ne ante pullorum cantum cùm in brevibus noctibus coacti fuerint fratres surgeat, adhuc crudi ab inchoato somno, cùm in ipso impetu venarum sanguis & humor per venas bullescit, & in harmonia gravedinis succussati somni discoquunt membra escam quam sumperant, in ipso adhuc incoeti cibi incendio, non fulcitat, sed potius occisi, cùm coacti fuerint fratres surgere, gravi adhuc capite, & indigello ructu, effugient Spiritus sancti charismata. Et cùm amaricatur carni eorum, que quamvis militet Deo, tamen in hac vita interim querit que sua sunt; & si non omnibus, aliquantus tamen amarum videbitur esse pro Deo, quod

dulce est: ut non ex integro animo amet Deum frater in Psalmis, quando per somnum cupit satisciri carni. Nam sicut Luna in circulo minorata deputati nocti minus luminis compleat officium, cùm tardè surgit orientis exortu, tardè cursu suo in diem ingreditur occasura; sic & brevitatis noctium temperata cum die, propter fragilitatem carnis humanae, cogit divina in Psalmis abbreviari, & jungi cum nocte diei officia. Ergo Psalmi nocturni tempore hyemis, hoc est, ab *aequinoctio hyemali usque ad aequinoctium vernalē*: id est, ab viii. Kalendas Octobris, usque ad viii. Kalendas Aprilis, sed melius usque ubi fuerit Pascha; quia noctes majores sunt, dici debent Antiphonæ xiiii. currente semper Psalterio, & Responsoria tria: ut fiant xv. impositions, secundum numerum Prophetarum, extra lectiones, versum, & rogas Dei; ut tam illæ sexdecim impositions in nocturnis, quām octo matutinorum impositions similiter xxiv. viciibus, secundum xxiv. seniorum imitationem genus nostra in nocte Deo flecantur cum laudibus. Nam in noctibus majoribus ideo plus psallit debet, ut sicut nobis Deus ad repausationem prolixum spatiū juncit in nocte, & nos ei peragendas gratias jungamus in laudem. Tempore vero *estatis*, hoc est, à Pascha usque viii. Kalendas Octobris oīo dicantur Antiphonæ, currente, ut supra diximus, semper Psalterio, & tria Responsoria, extra lectiones & versum, & rogas Dei: ut tam ista duodecim impositions nocturnæ: quām simul conjunctæ octo matutinorum impositions viginti vices cogat parvæ noctis ratio Deo genua incurvare; qui somnus cùm brevis est, dulcis videtur esse carni, cùm corpus hominis prolixo satigatum labore diei, minori requie brevi quiete in nocte. Ergo *estatis* tempore, sicut supra designavimus, quia minores sunt noctes, novem dicantur Antiphonæ, & tria responsoria; ut fiant duodecim impositions secundum nomina xii. Apostolorum. Qui nocturni, ut supra diximus, in ipso *estatis* tempore à pullorum cantu inchoati & finiti, mox eis matutini subjungantur, propter brevitatem noctium. Sed hoc semper tam in hyeme quām in *estate*, tam in die quām nocte, seu in vigiliis cùm psallitur caveatur, ne Psalmi aliquando combinentur, quod non licet; sed singulos debere definiri cum gloria; ut nec orationes inter ipsos agende perdantur, ne glorias eorum laudi Dei videantur subducere, cum compendiosa negligientia cogimur in Psalmos inferre; quia omni Psalmo cui initium Propheta imposuit, constituit & finem. Quod si aliqua

aliqua necessitas omnes psallentes perurgeat, non conbinent, sed conternt; tamen cum gloriis suis subsequantur: & ut citius compleant, & Psalmorum numerus non minoretur. Ergo ideo aut singulos, aut ternos diximus dicere dici, quia sicut unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate agnoscitur, ita aut singulos, aut pro necessitate ternos credamus, tamen cum gloriis suis, dici debere. Nam combinari ex toto non licet; quia non plus neque minus ab unitate & Trinitate quod fuerit, Christianum detet: & tunc perfectam fidem habemus, si Trinitatem perfectam æquilater in unitate, & unitatem in Trinitate sentimus. Nam si aliqua gravior necessitas quavis hora psallentes perurgeat, dicendorum omnium Psalmorum singula capita, cum una gloria compleant; & sic exeat oratio: ut quavis necessitate tamen opus Dei non videatur prætermitti.

#### C A P U T XXXIV. INTERROGATIO DISCIPULI.

*De officiis divinis in die.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**I**N exercendo maximè divino officio præ omnibus sanctæ debet militie ordinis confitui; vel quibus vicibus trames rectæ observationis occurrat, ut vetustatis mos est, & patrum instituta fanxerunt; id est, Matutinus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespера, & Completorium; ut compleatur Prophætica ordinatio dicens Domino: *Septis in die tandem dixi isti.* Sed Prima sic debet dici, quomodo duodecima, quæ dicitur Vespera. Nam Prima sic dici debet pungentibus jam radis solis, & Vespera adhuc radis declinantibus ejus. Quia quomodo inchoatur dies in inicio in opere Dei, in tali debet expleri & fine, ut compleatur

**Psal. 113.** scriptura dicens: *A sois ora uque ad occasum:* non enim dixit, post occasum, *Laudate nomen Domini.* Quia exitus mortali

**Psal. 64.** & Vespéra delectabitur Dominus. In quibus temporibus ab Angelis nostris diurnis in renuntiatis iustorum beneficis delectabitur Dominus, sicut sanctus Paulus in revelatione sua dicit: *Fili hominum benedicte Dominum incessabiliter, magis autem cum occiderit Sol:* Nam initium & finem diei Sol nolis justè ostendit; qui abscessu suo noctis tenebras introducit. In æstivo verò tempore adhuc altius stante sole lucernaria inchoentur propter breves noctes: ut prolixo æstivo labore lassis fratrum & jejunio membris, in augmento brevium noctium de lucantis adhuc diei spatio sessa repausationis somnus addatur.

#### C A P U T XXXV. INTERROGATIO DISCIPULI.

*De modo Psalmorum vel numero in die.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**P**SALMI namque matutini dici debent omni tempore sex, responsorium unum, verbum, lectionem Apostoli & Evangelii, quæ semper Abbas dicit & rogas Dei. Psalmi namque per horas supradictas dici, id est, Primam, Tertiā, Sextam, Nonam, terni dici debent, currente semper Psalterio, singula responsoria, lectionem Apostoli, lectionem Evangelii, quam semper Abbas dicit, aut si absens fuerit, Prepositi vicibus dicent; post ipsam rogas Dei.

#### C A P U T XXXVI. INTERROGATIO DISCIPULI.

*De Psalmis lucernariis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**P**SALMI lucernariæ in hyeme dici debent sex, currente semper Psalterio, responsorium unum, verbum, Lectionem Apostoli, & Evangelii; quæ semper Abbas dicit, post hoc & rogas Dei; ut tam iste cum responsorio & Evangelio nove in impositiones psallentur, fine versu & Lectione, quam illæ quaternæ horarum ipsius diei impositiones, id est, per ipsas horas; hoc est, Primam, Tertiā, Sextam, Nonam, ternari Antiphonarii, & responsoriis singulis, quæ omnes veniunt te decim, absque versu & lectiones explendo, toties plallere viginti quatuor vicibus genua nostra secundum viginti quatuor seniorum imitatione; qui incessabiliter adorantes Deum in celis, mittunt coronas suas, proni facientes, die noctu, que laudantes Dominum dant gloriam Deo. Similiter & tempore æstatis quinque debent fieri in lucernaria, cum responsorio & Evangelio, impositiones, extra verbum & lectiones: ut istæ quinque & fedecim impositiones dici, similiter ut supra diximus: viginti quatuor impositiones debere quotidie fieri, secundum viginti quatuor seniorum in cœlo numerum, vicies quater & nos in terra à die omni tempore genua nostra cum laudibus Deo flectamus. In quo tempore æstatis temperius est lucernaria inchoanda propter breves ipsius temporis noctes.

**C A P U T XXXVII.**  
**INTERROGATIO DISCIPULLI.**

*De Psalmis completoriis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PSALMI completorii tres dici debent , responsorium , lectionem Apostoli , lectionem Evangeliorum , post quam semper praesens Abbas dicat rogus Dei , & versum clusorem.

**C A P U T XXXVIII.**  
**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*De Psalmis refectionum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PSALMUS refectionis unus dici debet , & versus ; similiter levata mensa alias versus cum gloria. Sed hoc opus refectionum peculiariter gratiarum actio est in numero septem laudum canonicorum diel.

**C A P U T XXXIX.**  
**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter psalli debet in matutinis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

MATUTINI Psalmi cum Antiphonis semper psalluntur : id est , quatuor dici debent sine Alleluja ; post hos quatuor duo cum Alleluja , responsorium , versum , lectiones , & Evangelia , que Abbas dicat sine Alleluja ; in Dominica vero cum Alleluja , usque in Epiphaniam : ut fiant extra versum & lectiones octo impositiones cum Evangelio. Sed matutino , extra quinquagimo Psalmo , & Laudes de Canticis haec. Dominica vero , vel alias Festis diebus , vel si aliquis fuerit natalis Sanctorum , benedictiones dici oportet : a quibus dictis per dominicas genua non flecantur usque ad nocturnos , & omnes Antiphone vel responsoria in ipso die a benedictionibus dictis cum Alleluja dicantur , usque ad secundae seriae futuros nocturnos.

**C A P U T XL.**  
**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter psalli debet per horas dei.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PRIMA , Tertia , Sexta , Nona , cum psallitur , sed tertius semper Psalmus absque ab Epiphania , cuin Alleluja semper imponatur currente semper Psalterio , cum Responsoria , Lectionem Apostoli , lectiones Evangeliorum , quam semper Abbas dicat : si absens fuerit Abbas , Praepositi vicibus ; & versum , & rogus Dei.

**C A P U T XII.**  
**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter debet in lucernariis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PSALMI lucernariorum cum Antiphonis psalli debent ; in quibus duo ultimi cum Alleluja ; currente semper Psalterio ; singula Responsoria , Versus , Lectio Apostoli , & Evangelii , quod semper Abbas dicat sine Alleluja : in Dominica vero cum Alleluja. Nam omnes Antiphona ipso die benedictionibus dictis , cum Alleluja psalluntur , & genua non flecantur , usque ad secundae seriae futuros nocturnos.

**C A P U T XLII.**

**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter psalli debet in Completoriis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PSANI Completorii omni tempore cum Antiphonis psalluntur : quia tota septem vices iuste die , in quibus laudes Deo dicit nos debere cum Propheta dicere , aequali modulatione canuntur , propter septiformem Spiritum , qui non est in aliqua parte dicretus.

**C A P U T XLIII.**

**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter psalli debet in refectione.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PSALMI refectionam tam posita quam levata mensa non sunt de septem Canonice vice horarum , sed peculiariter Deo de benedicenda aut commendanda esca per gratiarum actionem praebetur : sine Antiphona directanei dicantur ; sed in Dominica vel in diebus Febris cum Antiphona vel Alleluja .

**C A P U T XLIV.**

**INTERROGATIO DISCIPULI.**

*Qualiter psalli debet in nocte.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

OPIRET in nocturnis ab Abbatie dicti versum apertoris , deinde Responsorium orationis : deinde in hymne duodecim Antiphonas , sine Alleluja ; deinde Responsorium sine Alleluja , currente dumtaxat semper Psalterio ; deinde aliud Responsorium jam cum Alleluja , ut fiant sedecim impositiones ; lectionem Apostoli , lectionem Evangelii quam semper Abbas dicat. Si Abbas absens fuerit , Praepositi vicibus versum , & rogus Dei. In noctate

estate verò à Pascha usque æquinoctium hyemale, quod est octavo Kalendas Octobris, post versum apertoris, & Responsorium Abbatis, dici debent Antiphona sex, sine Alleluja; deinde Responsoriū item sine Alleluja: deinde tres Antiphona cum Alleluja, currente semper Psalterio, ut superius diximus: deinde aliud Responsoriū jam cum Alleluja, ut fiant duodecim impositions; lectionem Apostoli, lectionem Evangeliorum, quam semper Abbas dicat: quod si absens fuerit, Prepositi vicibus; deinde versum & rogam Dei. Lectionem verò, cui iustum fuerit, ut ex animo recite, non ex codice legat, nisi in vigiliis sollemmodo. Hoc est quod constitutus, ut frequenter aliqua meditetur, & memoria teneant scripturas fratres; ut quando in quovis loco, quod ex deesse textum lectionis, vel paginæ, si opus fuerit, memoria recitetur. In noctibus vero majoribus accenso cendolo, vel lucemaria in atrio lectorum, si voluerit Abbas legat; aut qui sua sponte delectatus fuerit frater, habeat permissionis licentiam aut legendi, aut aliquid meditandi, aut aliquam Monasterii utilitatem operandi. Nam & qui voluerint sibi repaufare, habeant & ipsi licentiam dormire: quia completa & redditio oratorio debito suo, residue horæ nocte repaufationi debentur. Nam & si aliquis quasi spiritualis vult de suo somno surgere, ut audias legentem, aut ipse legat, aut aliquid operetur, peculiariiter cognoscitur per bonum liberum arbitriam spiritum potius amare quam carnem. Ideoque debent fratres in uno atrio lecta ante Abbatem habere, ut quis quod elegit agnoscatur, vel qualis militie sua futurus sit frater.

## C A P U T X L V.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Quomodo debet p̄fali in diebus festi?**RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.*

**A**PASCHA usque ad Pentecosten omnes Antiphona & Responsoria die nocturnae cum alleluia pfalluntur, & genua non flecantur. In natale vero Domini usque Epiphaniam, omnes Antiphona vel Responsoria die nocturnae cum alleluia pfalluntur, & genua ipsiis diebus non flecantur, neque jejunetur, nec abstinatur; sed octo illos dies, qui precedunt natalem Domini, in jejunis quadragesima vel abstinencia; vel illas orationes, quæ purè solent in quadragesima fieri similiter a fratribus celebrentur: ut ad instar quadragesima trifitiæ, ut placabiles servi supra quotidianum debitum amplius exercentes servitum, natalem Domini no-

fri in stipendiis vel donis lætitiae modi adveniente letemur. Epiphania verò nomine ipsius Vigilia, & ipso die solo omnes Antiphona & Responsoria cum alleluia pfalluntur: & ab ipso die alleluia claudatur, & mox oratorio dierum festorum subtrahatur, & genua ipso die Epiphaniorum orantis non flecantur. Nam id est ipso die solo cum vigiliis suis diximus, & non usque octavas alleluia pfalli, quia centesima Pascha ab eo die jejunantibus inchoatur, & abstinencibus imputatur. In omnibus vero diebus Dominicis, benedictionibus dictis, omnes Antiphona vel Responsoria cum alleluia dicantur, usque ad secundæ feriae futuros nocturnos: & genua non flecantur; quia Dominica Paschalis resurrectio impuratur. Nam in omni Dominico benedictionibus dictis, usque ad Missas Ecclesiæ adimplatas, temper in opus Dei dicant huic vertum: *Exaltabunt sancti in gloria; letabuntur in cubilibus suis;* hoc est, Psalm. 149. quod per omnium Sanctorum cubilia, id est, Ecclesiæ missarum exultatio celebratur. Si vero quovis die natalis Sanctorum fuerit, benedictionibus dictis, genua non flecantur usque ad primam dicendum. Si vero hujus sancti natalis fuerit, in cuius oratorio pfallitur, benedictionibus dictis usque ad processione missæ ibi agende, ipso die a Sacerdote, & genua non flecantur, & pro lætitia natalis proprii oratorii integer ipse dies usque ad futuros nocturnos, sicut in Dominica, cum Alleluia totum pfallatur.

## C A P U T X L V I.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De imponendis psalmis in oratorio quies tempore.**RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.*

POST Abbatem Prepositi vicibus cum jussu ipsius imponant Antiphonas, currente, ut diximus, semper Psalterio. Postquam explicaverint Prepositi singulis fratribus de singulis decadis, quibus Iustine Præpoliti, vicibus imponant. Lectio Apostoli Præpoliti semper vicibus dent. Evangelii lectiones, si prafens fuerit, Abbas semper dicat: si absens, Præpoliti vicibus. Nam & in matutinis & lucernariis, postquam Lectio Apostoli fuerit recitata, Evangelia semper Abbas prafens sequatur; si absens fuerit, Præpoliti vicibus: ut eo ordine quo Missa à Clericis celebrantur; id est, quo minor Clericus Apostolum perlegit, sequebitur major Diaconus Evangelia sancta lecturus. Sic ergo & in Monasteriis ratio Domini per ordinem meriti subsequenter servatur: in nocturnis, & matutinis, & lucernariis, in Responsoriis Psalmi

Psalmi pereclipentur; in Prima verò, Tertia, Sexta, vel Nona, in responsoriis bina capita dicuntur: & dicant jam Gloria, ut eius exentes fratres de oratione faciendi laboris represententur operibus.

### C A P U T X L V I I . INTERROGATIO DISCIPULI. *De disciplina psallendi.*

R E S P O N D E T D O M I N U S P E R M A G I S T R U M .

T A N T A debet esse reverentia gravitas, vel disciplina psallendi, uramabilis à Domino, quam à nobis dicitur, audiatur; sicut ait scriptura: *Exultate Matutini* Psalm. 64. *& Vespera delicias.* Et item: *Bene psalme et in jubilatione; quia regnum est regnum Domini.* Et item: *Exultate et cum strenueret.* Et item: *Psalite Domini sapienter.* Ergo si sapienter & cum timore subet plalli, oportet psallentem immobili corpore, inclinato capite stare, & laudes Domino moderatè canere: quippe ministerium suum ante divinitatem implet, docente

Psalm. 137. hoc Propheta cùm dicit: *In conspectu Angelorum psalam tibi.*

Nam considerare debet qui psallit semper, ne alibi sensus ejus demigrat, & cum altius cogitationem sensus noster migraverit, de nobis

Psalm. 137. dicit Deus: *Populus iste labitur me binarii, cor autem eorum lange est à me.* Et item de nobis dicit: *Ore fui bendicatur, & corde fui maledicatur.* Et ne, cùm in sola lingua Deum laudamus, io sola regia oris ooostrum Deum admittamus; & intus in dominum cordis introductum diabolum collocemus; fortior enim ab intus ducente judicatur, qui intus ingreditur, quam qui foris expectat. Ergo ad can-

Psalm. 137. tum & tale officium corporaliter cotum lingua conveniat, cum timore Domino quotidianum debitum redhibere, &

Psalm. 137. oocer libi in corde qui psallit, ad singula omnia testimonia que dicit: quia singuli verius si noventur, proficiunt animæ ad salutem, & in eis totum inventur quod queritur; quia omnia ad ædificationem loquitur Psalmus, dicente Propheta:

Psalm. 137. *Psalam & interrogam in via immortali, quando venies ad me.* Quod sonat in vocè, ipsum sit & in mente psallentis. Psallamus ergo voce & mente coenamenter,

1. Cor. 14. dicente Apostolo: *Psalam spiritum, psalam & uoces; non solum vocibus, sed & corde decet ad Deum clamare.* Cavendum tamque est cùm psallitur, ne frequens tuulis, aut anhelitus profixus abundet, aut salivarum exsiccatus assiduus, aut narium spurcitiae detracte à psallente inante jaçentur; sed debere fratrem post se projicere, quia Angeli ante psallentes docentur stare, cùm dicit Propheta: *In*

*Cod. Regul. Tom. I.*

*conspectu Angelorum psalam tibi.* Ergo cùm *psalm. 137.* hec omnia impedimenta psallentibus à diabolo fuerint ministrata, mox sibi qui plalli ligot os crucis sigillo.

### C A P U T X L V I I I . INTERROGATIO DISCIPULI.

*De reverentia orationis.*

R E S P O N D E T D O M I N U S P E R M A G I S T R U M .

S I hominibus carnalibus nisi cum humilitate non fit precatio, cùm beneficia eos aliqua temporalia postulamus; quanto magis convenit, ut pro peccatis nostris vel facinoribus omni qua possumus Christum prece rogerimus? Nulla ergo debet esse in oratione duplicitas: non unus io ore, alter in corde inveniatur: non multiloquio protrahiri orationem debere, sicut ait sanctum Evangelium hypocritas eos fieri tales. Non frequens tuulis, oon exsiccatus assiduus, non anhelitus abundet; quia haec omnia orationibus & Psalmis ad impedimenta à diabolo ministrantur. Nam illud, quod diximus superius, & in orationibus caveatur; ut qui orat, si voluerit expuere, aut narium spurcitias factare, non inante, sed post se retro projiciat, propter Angelos inante stantes, demonstrante Prophetam, ac dicente: *In conspectu Angelorum psalm. 137; psalam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum.* Ergo vides, quod ante Angelos ostendimus & orare & psallere. Nam hic diximus brevem fieri orationem, ne quis per occasionem prolixè orationis obdormiat; aut forte diu jacentes diaboli usi ante oculos diversè ingerat, vel in corde aliud subministraret. Ergo oportet orare cum timore simpliciter; ut qui orat, presentis Christi videatur pedes tenere. Et cum tanto debemus orare timore, ut cognoscamus, quia cum Deo loquimur. Orare ergo debemus cum omni mente, sicut Apostolus ait: *Orabo final & mente & spiritu.*

1. Cor. 14.

### C A P U T X L I X . INTERROGATIO DISCIPULI.

*De vigiliis Monasterii.*

R E S P O N D E T D O M I N U S P E R M A G I S T R U M .

O MNI Sabbato debent in Monasterio exerceri vigiliae, à fera usque dum secundo fuerit gallus auditus, & iam fiant Matutini. Sed propter quod vigilie dicuntur, à somno se fratres abstineant; & psallant, & legentes audiant lectioes. Jam post Matutinos, lectis suis repausent.

## REGULA

## CAPUT L.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De aetate operum quotidianorum, per diversas horas diverso tempore.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Dicit illi cessant in die divina officia, intervalla ipsa cessantium à Psalmis horarum non otiosa volumus pertransiri; estimantes ne otium modici minus lucrum fecuris generaret. Quia homo otiosus mortem operatur, & in desideriis est semper. Nam cùm frater aliquid operatur, dum oculum in laboris opere nigit, inde sensum occupat de quo facit, & cogitare illi aliqua non vacat; & desideriorum non mergitur fluctibus: quia stupore cogitationis ejus tunc oculus non acribit, quando manus cum seniū occipata aliiquid perficit, propterea dicente Apostolo: *si cùm offimus apud vos, hoc praecepimus vobis, ut si quis nos vult separari, nos manducet.* Ergo debent esse & post officia Dei & opera corporalia, hoc est, manuum: & dum fuerit unde indigenti detrahatur, super bona acta carriuntur, & benē facta: ideoque oportet inter horarum alterna spatiā diversa a clauis exercitia convenire. Id est, tempore hyemis ab aquinoctio hyemali, quod est octavo Kalendas Octobris, usque in Pascha, quia frigus est, & manē fratres, non possunt aliiquid operari, à prima usque in tertiam lèquelitate à se per loca diversa decadat, ne in uno redacta omnis Congregatio suis sibi invicem vocibus oblitarent, id est, lectionibus vacet unus de decem per loca, & residui de suo numero audiant, in his tribus horis infantili in decada sua in tabulis suis ab uno literato litteras meditentur. Nam in alphabeto maiores usque vel ad quinquagenariam attamen litteras meditari hortantur. Simil ergo in his horis, & Psalmos meditari à neclientibus, ordinatione Prepositorum suorum, admonemus. In unaquaque decada ergo in his tribus horis invicem & legant, & audiunt vicibus literas, & Psalmos ignorantibus ostendant. Cùm ergo in spirituali opere has tres horas peregerint, reposatis tabulis & codicibus divinis ad tertiam laudibus surgant; agentes in oratorio Domino gratias, qui item meruerint & alias tres horas diei sine peccato transfixe. Mox ut exierint à tercia, universi Prepositi oculos habeant ad Abbatem, inquirentes cum, quid jubeat suas operari decadas: & cùm unicuique decada diversum laboris assignaverit opus, mox obedientes, vel à suis Prepositis ordinati, assignatum laboris opus cum taciturnitate semper exerceant; ita ergo ut

antequam inchoent labotare, oreant, & postquam explicaverint, reorent: laborent semper presentibus suis Prepositis, & cùm impleverint cum gravitate & hastis horas in taneo laboris opere, divinis ad sextam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui item meruerint & alias tres horas diei occupati tanto laboris opere sine peccato transfixe. Ideo enim fratres dicimus taciturnitatem semper debere servare, ut cum omni ab eloquio os custoditur, peccata lingue non admittantur. Taciturnitas autem haec à fratribus laborantibus custodiatur a fabulis sine lege, vel secularibus robustis, vel verbis otiosis, que ad rem non pertinent. Nam Psalmos meditari, vel scripturas recensere, vel de Deo aliiquid loqui, dumtaxat in absenta Abbatis, humiliant tamen & lente, quamvis in illa hora fratres licentiam habent. Mox ergo ut à sexta exierint, revertentes ad loca sua suum perficiant opus; & in quo opere semper majore fructum laborantium exhibente cuiusvis codicis letitio quotidie ab uno literato legatur. Ideo etiam ordinavimus quotidiū laborantibus legi, ut cum à malis tacemus, de bonis audiimus, & loquimur, nonquam peccernus. Ipse namque frater legat, quem Abbas per aliquam impossibilitatem necessitatem posse laborare agnoverit. Quod si ipse major numerus fructum, cui legitur, propè sit Monasterio, operantes incus Monasterium aliud tale de artibus fratres, cum quo opere possint ad legentes migrare, mox se jungant, & audiunt auribus, tamen manus operantes. Quod si fixa sit operis officina, aut tale sit opus, cum quo non possint fratres ad legentes migrare, alia die & ipsis legatur. Ergo cùm & has tres horas in laboris opere transferint, divinis ad nonnam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui item meruerint & alias tres horas diei sine peccato transfixe. Post nonam vero quantum spatium in lucernarium relitterit, quisque quod occurrerit operetur, ordinante Abbatem, vel inservientibus Prepositis suis. Qui Prepositi ideò fratribus omni hora immutent, ut frater ex toto otiosus non sit. Nam cùm in aliiquid faciendo fuerit occupatus, non vacat ei alia cogitare, nū hoc in quod intentis manus operatur. In altatis vero tempore, id est, à Pascha usque aquinoctium hyemale, quod est octavo Kalendas Octobris, quia magis manē refrigerat, à prima usque in tertiam magis operentur; ut recenti & suavi, vel gravi brevium noctium somno careant. Item post dictam tertiam usque in sextam laborent; semper autem cum taciturnitate secularium vel otiosarum rerum,

terum, vel scurrilitatis, que ad ædificationem non pertinent: Psalmorum vero recensionem, vel meditationem & interrogationem Preceptorum divinorum, vel pro ædificatione aliquid de Deo loqui, quamvis in illa hora discipulis licentiam relaxamus, in absentiam dumtaxat Abbatis: in praesentia vero ejus labor, humilis, taciturnitas, & reverentia prebeatur. In absentia vero Abbatis ideo de bonis & sanctis tebus eos loqui permittimus, ut nunquam deficit memorie eorum servanda pro servicio Dei oris eorum custodia, & expeditius de bono quam de malo eorum eloquia occupentur. Nam ipsum laboris opus terrenum, aut cuiusvis artis cum inchoant, oratione precedente incipiunt; easdem semper oratione & finiant. Ideo enim precedente oratione incipiunt, ut petant Deum, ut pio ejus auxilio adjutati, & ejus defensione omni hora muniti in his horis, quibus laborant, ne aliquod in eis peccatum subripiat, de quo possint Domino displicere. Et ideo postquam à labore disjunxent, orient, agentes gratias Deo, quod fuerint Dei auxilio adjutati. Ergo postquam has tres horas laboraverint, divinis ad tertiam laudibus currant, agentes in oratione Domino gratias, qui meruerint in labore manuum occupati sine peccatorum offensa transisse. Mox ergo ut à tercia exierint, unusquisque revertatur ad suum laboris opus: & cum per sequentes horas laboraverint divinis ad sextam laudibus currant, agentes in oratione Domino gratias, qui alias tres horas diei occupati ite in laboris opere sine peccato meruerunt transisse. Statim post diem sextam, aut post prandium, quā in jejuniō, omnes modicē in suis lecīs meditentur: ut meridianas horas, vel ferventē æstum in sopore pertranscant; & in fatigatis fratribus corporibus, id est, jejunio & labore, ipsius temporis brevitas noctium auxilio meridiani somni compenseretur; & sobrius jam furgat frater in nocte, cum coepit æstate dormire in die. Ergo post sextam cum suis se collocaverint lecti, post modicam requiem universi fratres à Prepositis suis, vel ipsi simul Prepositi ab ipsis septimanae vigilgallo excitati, quanto spacio diei bona resilienter, item cum taciturnitate vaniloquii artibus suis revertantur & labori; & in toto ipso æstatim tempore, tam etiam cum sexta hora, vel nona reficitur. Tamen post nonam quantum spatium diei resilienter usque temperius inchoat lucernarium, tunc ordinatione Prepositorum suorum sequestrat à se per loca diversa decadat, alii legant, alii audiant, alii literas dicant & doceant; alii Psalmos quos ha-

bent superpositos meditentur. Nam cùm eos maturaverint, & memoria perfectè tenerint, adducti à Prepositis suis ipsum Psalmum aut Canticum, seu quamvis lectionem memoriter Abbatii refluent: & cùm perreddiderit, mox petet pro se debere orari. Et cùm pto eo à circumstantibus oratum fuerit, compleenti Abbatii genua osculetur, qui reddidit. Cui mox aut ab ipso Abbat, aut Prepositis jubetur superponi; & postquam superpositum fuetit quodvis, antequam secum meditetur, item à circumstantibus petat pro se orari, & sic inchoet meditari. Lucernaria vero omni<sup>psalm. 182</sup> tempore, maximè vero in æstate, temperius inchoetur, pendente adhuc sole, sicut dicit Propheta, usque ad occasum: non tamen dixit, post occasum. Ergo inde maximè in æstate temperius lucernarium diximus inchoari, propter breves ipsius temporis noctes. Ad laborem vero opetis tertiæ, vel milliones viarum, hi fratres deputentur, qui artes nesciunt, aut discere nolunt, aut non possunt. Artifices vero deputato die, & experimentata artis sua pensi, artibus quotidi se deant; qui tamen cùm aliqua necessitas laboris tertiæ aut viarum pro Monasteriū utilitate perutserit, tunc relictis artibus, aut fratribus adjutoriis, aut viatum necessitatibus occupentur. Fratribus delicatis & infirmis talis labor injungatur, ut nutritantur ad servitium Dei, non occiduntur: duticordes vero & simplices fratribus, vel qui literas dicere nolunt, & non possunt, ipsi gurdis operibus intricentur; tamen cum temperamento justitia: ne soli jugiter diversis opprimantur labocibus. Infantuli, & jam senio decrepitii, & infirmi æquali debent cogi judicio.

## INCIPIT REGULA QUADRAGESIMALIS.

### C A P U T L I.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De orationibus Quadragesima in die.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

INTER Matutinos & primam pura fieri debet oratio ab omnibus; item inter primam & tertiam: similiter fieri inter tertiam & sextam: similiter inter Sextam & Nonam: similiter inter Nonam & Vespertam: similiter inter Vesperam & Completorios: similiter fieri in totis Quadragesimæ diebus oportet.

## REGULA

## CAPUT LII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De orationibus Quadragesima in nocte, sive Psalmis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**O**PORTET post primum decubitum omnes surgere, & ante lectos suos orare, completere Abbatem, & repausare omnes, item post Nocturnos repausare. Item cum cantaverit galus omnes surgere, & orare ante lectos suos, completere Abbatem, & repausare omnes. Unde oportet vigilallos, in noctibus vel diebus Quadragesima multum vigilantes in nocte & in die esse sollicitos, ut horas advenientes orationum fratres admoneant. Ideo debent in uno atrio omnes dormire, ut ab omnibus orationes istae ante lectos communiter impleantur, ut omnes audiant Abbatem completem. Item debent surgere, & facere Matutinos: quia adhuc Matutini separati à Nocturnis ante Pascha dicuntur. Item inter Matutinos & Primam similiter pura fiat oratio.

## CAPUT LIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De continentia ciborum & potus in Quadragesima.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**U**NUM coctum omnibus pulmentum sufficiat; & in secundis quocumque fuerit crudum cum pomici: panis hordeacei quadræ duæ. Ab ipso die quadragesima usque in tricesimum propter laborem binas ad diem fratres, non amplius, accipiant potionem; id est, unum merum, & unum caldum. A trigesima vero usque in viciesimam singulos meros accipiunt: à viciesima vero usque ad Pascha vinum omnibus subtrahatur: absque infirmis, & infantibus intra duodecim annos, & senio jam defessis. Sed hoc de infirmis consideret Abbas, ne aliquis mentiatur, & fingat infirmum. Firmis vero, vel suo voto abstinentibus, mixta calibus cum cyming, vel apii semine calida aqua militeatur. Oleum non in cabbis, sed in serculis propter abstinentes mittatur. Qui abstinentes in ipsis tamen mensis decadum fuarum, quot in mensa qua in suo numero fuerint, ordinatione majoris juxta jubeantur federe: ut abstinentes de una mensa in una comedant scutella. Ideo enim diximus inter alios fratres communiter abstinentes federe: ut erubescant voraces in communi natura non posse pariter gula desideria refranare, & in eligendis bonis divinam cum abstinentibus non posse gratiam promovere.

ri. Nam ipso die quadragesima cum communicant, primo jejuniu, antequam communicent, detur licentia ab Abbatore in oratorio talis. Dicat Abbas omnibus fratribus: Fratres qui vult pro anima sua spiritualiter laborare, & aliquid abstinerre, ad bonum hoc opus liberam ei voluntatem concedimus: qui vero noluerit, Regularis de hoc titulo constituta accipiet, & quadragesima contentus erit mensura. Jam qui de fratribus voluerint aliquid abstinerre, ibi in oratorio vadant, & humilient se ad genua Abbatis, agentes gratias de boni actus voluntate concepta: & post impensam humilitatem, simul & ore suo Abbatii indident, quis quid voluerit abstinerre. Nam ideo in oratorio abstinentes diximus designari, ut ad mensas cum hoc ipsum continent, ad escam in quadragesima corpori perdendam a tepidis, vel gulosis fratribus non jam hoc ipsum repræsumere, vel secum comedere suadeantur: cum non vult quis videre a se aliud melioran. Sed fint ergo illi tales testimonio oratorii de omnibus apud Deum electi, etiam abstinentes designati. Merito enim de resurrectione Domini tales debent in Pascha latari cum Christo, qui corpus suum per abstinentiam cum eo crucifixerunt in quadragesima, dicente de tristitia scriptura: *Qui venirent in le-Psal. 129. eymis, in gaudio metent.* Et, *in paucis cap. 3. veris, in malis bene disponentes.* Nam quadragesima praefensis hujus partis facultati obtinet typum, Pascha vero future vice aeternam latitudinem bonis indicat: tantum, ut quod in quadragesima diebus abstinetur, manducari licet toto anno. Sic qui in praesenti vita faculti hujus aliquid desideris suis vel carni subduxerit, in illo secundo abundanter licet animas de melioribus divinis deliciis in perpetuo saginari. Quia in hoc parvo tempore pro Domino voluit contristari, cum eo meretur in futuro latari. Jejunium vero quadragesima protrahunt in Vesperum; id est, post lucernaria reficiatur omnibus ipsis quadragesima diebus: quia quinta feria jejunatur, absque Dominica: in quas Dominicas sera penitus nihil comenit, ut una sit in ipsis diebus a die refectio. Jejunium vero in quadragesima propter supervenientes non frangatur a domesticis fratribus. Qui vero voluerint fratres jejunium superponere, in ipso superposito die in labore cum fratribus non spectentur, solummodo laborantibus fratribus legant; ut otiosi non sint, & pro pane de verbo Dei reficiantur. Ideo enim in spiritu legendi laborent, ut sicut scriptum est, *qui non laboret, non manducet:* ita & dignum est, ut qui non manducat non laboreat, nisi in illa refecione.

etione. In qua fine pane reficitur; hoc est, in eloquio Dei, dicente scriptura: *Non in pane solo vici hunc, sed in sanguine verbo Dei.* In ipsis vero quadraginta diebus in Monasterio fratribus ab hebdomadariis pedes non laventur, solummodo discalcecentur; supervenientibus quibusvis extraneis laventur, propter illius mulieris testimonium, quae lavit, & de alabastro unxit pedes Salvatori oecantem. In cena vero Domini mittant manus pro benedictione ad lavandos pedes Abbati, & postea omnibus Prepositis cum folatio fratrum. Inchoando tamen Abbas lavet simul: & officiariis ipse major laver pedes; ut cum & ipsis humilem se in hoc obsequio præbet, & dignè omnibus in honorem exaltatior judicetur. Deinde Prepositi omnibus fratribus in decada sua lavent pedes, & tergant. Sexta vero feria lucefciente, quæ est ante sabbatum sanctum, nocturnos solummodo faciant: quia adhuc nocturni ante pullorum cantum dii di quinta adhuc feria sunt: etiam Matutinos, vel cæteras horas, vel confituta officia Dei, usque ad Missas Sabbati; ubi tam prolixum Psalmorum silentium in ore psalmantium nova resurrectionis Alleluia aperiat. Ergo cum ad Nocturnos quintæ ferie dicitos ulterius usque ad Missas Sabbati non psallent; orationes tamen illas quadragesima puras compleant, & ipso sexta ferie die lente fibi loquantur de tristitia Dominicæ Passionis; nec se supervenientes saluent. Nam extra infirmos & infantes, & senio pervincitos, quicumque de sanis reficer voluerit, sine accepta benedictione, & non signata refectio reficiat; ut à gula sua vel à semetipis communicati erubescant, cum aliis superponentibus pro Dei speranda mercere, unum diem non posse jejunium voluntari pertransire; cum aliis ab invito interdum per triduana transire jejunia indigentia imponat, necessitas. Et cum qua fronte futura octava Pascha in Dominicæ Resurrectionis victoria desideret epulari, qui in tristitia causam ipsius passionis una die noluerit suam cum Christo crucifigere carnem? Sacraenta vero altaris in patena maiore vice finiantur: ut cum sexta feria Judæi ad passionem Christum quæsierint, sit ipso die mentibus nostris reclusus, ut Sabato nobis per resurrectionem in novo Sacramento appareat. Jam qui sexta feria refecti sunt, sine communione reficiant; ut agnoscatur jam quis sexta feria iustè refici sine Christo. Lotio vero rectum, vel apparatus Paschalis ipso die procuretur: in qua sexta feria altaris velamen, vel universus oratorii subtrahatur ornatus; simul & lucernæ & cicendeli totum intra Monasterium

negetur aspectus: ut in nobis tristitia habeatur ipso die, cum mundo verum Domini lumen per passionem abscedit: & in sequenti lumen lucefciente Sabbatho per totum mundum pro Iætitia reponatur, quando per resurrectionem Christi Iætitia ad nos lumen revertitur. Nam omni tempore sic ornatum & mundum esse deber Monasterium, ut per omnia intritorum loca munda ornata velis videatur ubique quasi una Ecclesia; ut ubique ad se invicem occurrentes debeat, libeat, & delectentur orare.

*Explicit Regula Quadragefinalis.*

#### C A P U T L I V.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Cum hora divini officii adveniret mox debere fratres ad oratorium festinare.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum advenisse divinam horam percussus in oratorio index monstraverit, mox laborantes opus proieciant; artifices ferramenta dimittant; scriptores literam non integrant, omnis fratrum manus deferat quod agebat; festina statim mox cum gravitate pes ad oratorium, sensus ad Deum: ut mox ad primam orationem occurrant, & tanquam apes ad mel, intrantium in oratorium fratrum examen ebulliar: ut qui tacitus erat sancti oratorii locus, statim Psalmorum clamoribus implatur, & silentium loci sancti ad relicta migret officinas & opera. Cum vero index in oratorio semper percussus fuerit, mox omnes audientes, antequam currant, faciant fibi crux in fronte, respondentes: Deo gratias.

#### C A P U T L V.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De quo passibus frater reliquo labore ad oratorium debet occurtere?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum sonuerit index ab Abbe percuti, laborans frater, aut solus, aut multi mox reliquo ferramento estimatio ne oculorum suorum citius perpendat, si debeat ad oratorium festinare, an non; & hoc eligat, ut de quinquaginta passibus longè à Monasterii limine, cum gravitate debeat ad oratorium festinare. Quod si supra hunc numerum fuerit loci longinquitas, jam non vadant, sed ibi reliquo de manibus ferramento, suas flexentes cervices, que aguntur in oratorio genua, opus Dei fibi lente dicant & ipsi: aut si urgent fructum quævis opera facienda,

facienda, Psalmos sibi tamen cum gloriosis suis conterunt; quia gloria illa quæ inter eos dicuntur pro orationibus constat. Nam ipse gloria flexo semper capite à psallente dicuntur: Psalmi vero directanei dicuntur, propterea, ut supra diximus, urgentia laboris opera; quibus expletis verbum & orationem complepsis sibi ipse mox quod faciebat reprehendat. Ideo enim si plus à quinquaginta passibus longitudine fuerit loci à laborante fratre, jam non diximus ad oratorium ambulare, ne currentes de longè fratres, festinatim nimia concita certatim inter se curio, non cum graviter, sed cum lascivia currant; & latissi longo itinere cùm tardi ingredi oratorium fuerint, palpitanter post viam stomacho, vocem Psalmi non valeant adimplere: & cùm de longè quamvis lassus advenierit, opus Dei à presentibus fratribus jam inveniat explicatum, & tunc in desperatione vel damno suo spiritalis frater veretur, & graviter contristatus, qui non meruerit opus Dei, nec in oratorio: & damnum confutare horre et longinquitas faciat. Intra Monasterium vero qui urgentibus communis utilitatis necessitatibus occupantur, clara voce cum à Psalmo cessatur, & orationi incumbitur, petant ad oratorium se debere habere in mente, & tam in eodem loco in quo occupantur, lèntè sibi opus Dei, sequendo orationis vocē, adimpleant simul, & explicatis per vices Psalmis in eodem loco, in quo stant aut sedent, in orationibus genua leuant.

## C A P U T L V I .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Quomodo debent fratres in itinere opus Dei compleant.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

CUM fratres spirituales sine laico ambulant juncti ad se & cantantes, modicè de via fiebant genua, & post orationem redeant in viam: mox ab omni verbo alieno à Deo tacentes, propter reverentiam operis Dei, & sic ambulando petita prius benedictione impositum prorumpant in Psalmum quem cùm expleverint, stent modicum; & inclinato capite modicè orent: qua ratione expleta, mox inchoent viam ambulare cum Psalmo; quo expleto iterato stantes orent: qua item expleta oratione Psalmum similiter ambulando inchoent: quo expleto, iterato curvati in humilitate orent. Ergo cùm omnem ipsius horæ confuetudinem expleverint, modicum sedentes in partem flexis genibus orent: & complentes vicibus sibi, tunc demum revertantur ad viam: & sic se communibus fabulis, si voluerint, miscent. Tamen illis horis,

quibus opus Dei ambulando perficiunt, caveant se divino occupati in opere aliud inter se verbum immisceant. Si vero mixti cum laicis ambulant, sequestrantes se ab eis in parte stirpium, aut si mundus fuerit locus, & latebrum non prebuerit eis, retro se aliquantulum faciant, & flexis genibus trium Psalmorum capita dicentes, mox una gloria explicit; deinde dicentes verbum, & post verbum modicum orationem facientes, completes exurgant, & sequantur viæ collegas. Ideo enim plus ad singula capita trium Psalmorum cum una gloria à fratribus non diximus dici, ne perambulante solatio laico, cui de causa Dei cura non fuit, derelicto forte fratribus spiritualibus trivio, nescientes forte fratres viam, in multifariam separantem semitam per errorem, & postea amara tristitia occupentur; & poniteat forte eos in lucris animæ remorasse. Sed hoc, ut sic compleant, excuses de Monasterio fratres ab Abbe: te aut à Prepositis suis debent moneri. In nubilo vero die, cùm radios suos sol mundo absconderit, five in Monasterio, five in via, five in agro per perspiratione horarum transacta fratres辰t, & quavis hora sit, coniuetum tamen compleatur officium: & five ante, five retro à certa hora dictum sit, confuctum horæ opus tamen non pretereat, sed agatur: quia obscuritas nubium cito absente sole, hoc religio excusat, quod culpa agentes non invenit.

## C A P U T L V I I .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Quo ordine in via fratres aliquid Regula constitutas servabant.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATER qui pro actibus Monasterii manè milles fuerit, & qui propter occupationem viæ à prima usque in tertiam in hyeme, five à Nona usque in Vesperam in sestate, legerit; si sub eodem die Monasterium reversurus fuerit quavis hora redierit, prandeat; aliquantulum tamen legat aut meditetur, ut regulam ipso die videatur implere. Si vero in viam longiorem dirigatur, codiculum modicum cum aliquibus lectionibus de Monasterio secum portet; ut quavis hora in via repauferit, aliquantulum tamen legat: ita tamen si fuerit Psalterius. Si vero non fuerit, tabulas à maiore superpositas Psalmis secum portet; ut ad refectionem prandii aut ad mansionem cùm applicaverit, aliquantulum, quantum occurrerit, tamen meditetur; ut quotidie regulæ reddat quod suum est. Ita & frater qui adhuc litteras discit tabulas

*tabulas superpositas à majore de Monasterio secum porret; ut si cum literato vadit, ipse cum se ad refectionem, vel mansionem applicuerit, cum eo tamen, aut solus aliquantulum, quantum occurserit, meditetur, ut supra diximus; aut ad prandium, aut ad mansionem aliquantulum tamen meditetur: ut videatur quotidie confuetum regulam adimplere.* Item frater, qui pro actibus Monasterii aut noluerit ire, aut certe ambulans murmuraverit, vel cum aliqua tarditate exire voluerit, si placuerit Abbat, jam nonmittatur: & statim excommunicationis poenam fuscipiat, & scias se adeptum superbiam preceptioni repugnare divine; idèo divina quia dicit Dominus doctribus nostris: *Qui vos spernit, me spernit.* Applicantes vero in via ad mansionem fratres, tali loco lectum sibi eligant facere, qui sit fermor & mandus; ubi dignè supra stratum leniter in nocte Deum memoremur. Nam & hoc praeceptum Abbatis vel Präpositorum excentes in viam fratres accipiunt, ut quoscumque fratres spiritalis positos visitent; & cum eorum introierint cellas aut oratoria, orantes dicant hunc versum: *Intraivimus in tabernacula ejus, adoravimus in loco ubi stetit pedes eius.* Excentes exinde orantes similiter dicant hunc versum semper: *Vias tuas Domine nosce fac mihi, & iheras tuas edoce me.* *Dirige me in veritate tua.* Aut forte alium versum pro isto, si voluerint dicere: *Perfice gressus meas in seminariis tuis, ut non moruantur vestigia mea.* Ergo cùm cooperint à Monasteriis & cellulis spiritualium nostri fratres exire, prius oratione valefacient: & item peculiariter pro egressu, quos in Monasteriis suis vel cellulis detrelinant, se debere in sequenti Dei opere memorari, & sic ambulent. Cùm vero Ecclesiæ nostri fratres introierint, post orationem humilitatis Deo incurvate erecti dicant hunc versum: *Exaltabat sancti in gloria letabatur in cubilibus suis;* lente dientes & modice incurvati in orationem completes sibi, sic exeat foras.

& futurum. Matutinos vero omni tempore in via post nocturnos explicitos, mox subsequentes conjongant: ne cùm lux eos occupaverit, Matutina in squallidis, in importunitate vel sparsatis casei vel tuberne locis, antecedentes, aut post deridentes nostrum propositum laicos, sine reverentia videatur compleri. Ergo cùm jam fecuti fratres de factis Matutinis manè fuerint, de sola via profecti facient cogitare, vel de compositione sarcinis animalium, vel de confrictione osoris bisiciarum suarum residantur felicitati.

## C A P U T LIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quia hora debeant fratres in via reficere.*  
RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

A MULANTES longo itinere fratres Quarta, Sexta, Sabbato in hyeme; hoc est, ab aquinoctio autunmalis, quod est octavo Kalendas Octobris usque in Pascha, in via ambulantes fratres ad Vesperam reficiant. Nulla ratione haec frangant jejunia. Ideò enim ad Vesperam diximus, quia si Nona volunt in via reficere, occupati in refectione brevibus horis prolongata, mansio eis parvo clauso die subducitur. Sed qui tamen haec in hyeme non frangant jejunia, si caricati in doris suis gravibus oneribus non vadunt, nam tuoc Abbas in via ambulantes fratres faciat reficere; considerata perspicacione aut temporis, aut nocelitatis, five in hyeme, five in estate, si gravis geliditia camporum, aut serventes aestus viarum, aut montes excelsos subire, aut grave sarcinarum pondus testimaverit, vel imbecillitates quorundam impossibilitatis fratrum consideraverit; tunc refectos aliquid faciat de Monasterio properare. In hyemis gravi algore calefactos, in ferventi estate temperatos in viam debet fratres dirigere. Infantuli vero intra duodecim annos, non solum nullo tempore in via jejunare, sed etiam nullo die jejuniis de Monasterio egredientur; dumtaxat si in proximo non mittuntur, unde ante tertiam in estate, aut ante sextam in hyeme expellentur, in quibus horis constitutum est eis debere reficere.

## C A P U T LX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De qualitatibus sumptuum fratrum in viam accipendorum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

C ONSIDERANS Abbas fratrum debitum quotidianæ mensuræ, necnon & longeviditatem itineris, vel moras agendi uetus,

*Sexta.*

*Epiph. xii.*

*Fest. xii.*

*Psalm. xvi.*

*Phil. x. 10.*

actus, simul & personas substantiae Monasterii quantitatem in nusquam, aut in his quae cruda possunt portari, sufficientibus consuevit mensura sumptibus aliquantulum pro labore itineris magis, propter adjuncti forte in via collegie vel loci charitatem, quantum Abbas voluntat, panis aut vini, seu & aliudrum regum vel numerorum jungat mensura.

## CAPUT LX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Misericordia fratris de Monasterio.* Et in eadem die expediatur, si studente aliquo foras communicare debet; an ad oratorium revertens servare jejunium coram Abate configrandum concursum?

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**E**Xiens frater de Monasterio interrogat Abbatem, dicens: Quid jubes, domine pater, si pro charitate ab eo ad quem mittor, aut ab alio aliquo, retentus fuerit ad mensam & cum juramento fonsum mithi fuerit ad manducandum, quid? frangendum erit, aut non, jejunium? Respondeat Abbas, dicens: Si spiritualis frater pro adventus tui Iustitia fecum tamen ad comedendum & per charitatem petat, prima quidem ejus petitione, si quarta, aut sexta Feria, aut Sabbatum fuerit, nega; secundis vero iteratis ejus petitioni pro charitate jam consenti. Aliis vero diebus, extra illas tres ferias, prime petitioni spirituali ad manducandum effectu concessere. Si vero secularis erit apud te reficiendi petitio, Quarta, Sexta Feria, & Sabato non permittimus te jejunium frangere: quantisvis petitionibus nega, usque tamen ad horamentum. Nam forte cum per aliquam diuinam aut sancta fuerit adjutatus, jaes consenti in his tribus ferias: ut & agnoscaris Dominum amare, cum per eum confiratus consentis. Et quod secundis petitioni spirituali fratre pro charitate volendo concedis, justè laico divino te nomine conjuranti, licet nolendo, consentis. Si vero in his tribus Feris sine iuramento divini nominis apud te erit perfido fragredi jejuniū, communicare apud laicos non permittimus fratres, sed ad suam communicationem expectet oratorium revertentes. Si vero prolificate itineris feris erit frater reversurus, si tamen ab aliquo, ut diximus, laico in his tribus Feris sine iuramento iudecatur jejuniū frangere, non tamen ci se promittat reficere. Si vero ad hunc secularem frater mittatur, in omnibus jam conversum similarem religiosis aribus, qui sola adduc videatur tonsura dissimilis, hujus iussioni tribus Feris pro jam

conversi forma vel charitate post primam, ut diximus, petitionem refectionis concedatur effodus. Aliis vero Feris, si apud studentes de refectione à transmissio fratre atque tarda fuerit agenda mora, ut Nona, aut Vespero traxtri manducare permititur; ne extra horas refectionum constitutas consuetos modus sancti propriei excedatur. Jam si nulla est mora, & via à fratre repedari habet die necesse est, quaque hora festinans bos fratribus fuerit perfidum, mox consentiat; ne non sumptus Monasterii habent frater, & confectam refectionis horam longius occurrere vie, & tardè traxtri per lassitudinem revertenti impreparata diversorum refectionis mensa Monasterii jam explicita levetur, & utrinque decipiant adveniens. Et item ideo à festinante fratre extra horam constitutam refectioni consensus concorditer; ut non potensis pro charitate hospitis animas contristetur.

## CAPUT XLII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si debet extra horam constitutam in via frater aut manducare aut bibere.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**D**E sumptibus suis extra horam constitutam non presumat, qui sumptus ipsi à privilegio vel mensura reguli excurrunt; ideo constitutis horis per normam mensuram debentur. Si vero de alienis sumptibus ab alio extraneo socio dantur pro labore itineris, in charitate fratres consentiant ita tamen, ut ante confessum hoc traducti respondant, se habere praeceptum reguli vel Abbatis, de facili Monasterii sumptibus extra horam eis debitum non posse contingere; hos ideo à sanctis vel spiritualibus fratribus, ignorantibus alii hanc disciplina mensuram, illis vicecollegis diximus innotescere, ut cum de suis spolis in congrua refectionis hora nihil communiqueret posset, astimentur cupiditate magis hoc, non disciplina observare. Quod si item his fratrum dictis taliter studentes responderint, ad solam gratiam illorum, vel communionem eorum in reficendo per charitatem appetere, quam via societas injonxit, & intactis eos sumptibus de suo velle pro charitate expendere; tunc denum eis assentians, perseverante tamen servandorum sua hora suorumque sumptuum disciplina. Jam enim cum constituta via adveniret hora, prius nisi frati freres justè cum hora justizie magis suas horas efficiantur, & raro de eis sumptibus jam ponentes, quod illi pro sola charitate injuncte presumperant, illi nunc

nunc

nunc & pro vicaria charitate, & pro iustitie modo duplicitate administrarent: ut quos iu illos ignorantes modum iustitiae illis tamem charitas perfusaratur, per illos illis notitiam suam ingrat disciplina. Quod si ante horam refectionis adveniat, quam fratres ad casam perveniant destinatam, mox in quo loco in via constituta occupaverit hora, recifiant fratres: ne forte cum ad locum pervenerint destinatum, non cogantur a colono reficere, & missus frater horam refectionis videatur perdidisse, cum ad refectionem a domino no rei coactus non fuerit, & postea extra horam cogatur fame compellente reficere, & sumptus constitutus horae extra tempus violare. Ante nonam in via fratris quodvis bibere licet propter fistum.

## C A P U T L X I I I .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quales sunt fratres qui insalutatis abscedunt fratribus.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATRES spiritales in via quando à se abscedunt, si vale sibi non faciant, vel orationem communem offerant Domino, vel pacem sibi tradant; sciant se excommunicatos à charitate discedere, usque dum se revidesent, & charitatem inter se vinculum necant, sicut in Vitio legitur patrum; abscedens unus frater de partibus orientis, veniens in partes occidentis, rememoratus quod uni fratri vale non fecerat, premilis charitatis repeatavit itera, ut quod minus complevit, in fratre perficeret. Unde debent ad hanc charitatem fratrum fratres esse solliciti.

## C A P U T L X I V .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Quoties debet frater relinquens Monasterium & iterum ab errore revertens recipi?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATER si exierit frequenter de Monasterio, usque in tertium reversus resuscitatur, amplius non jam: quia talis apud Dominum ejus agnoscitur divini servitii fides, qualis apud homines pedum instabilitas constituit. Et ut quid lo Monasterio jam opus sit, quem Deus non possidet? Ideoque post tertiam correptionem iulie Monasterio sit ut ethnicus & publicanus.

## C A P U T L X V .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent fratres externi à domesticis salutari?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATRES cùm Monasterio extranei supervenerint, & ejusdem fratres Monasterii in communem locum advenerint, ubi illi extranei aut sedent, aut stant, aut jacent, aut deambulant; primo ad ingressum suum mox voce sua, Benedicite, salutent; deinde petant pro se orari, postquam orationem compleverit extraneus, mox vadat frater domesticus incurvato per humilitatem capite salutantis ejus ad genua, & prius hoc erigatur ei ad pacem; ut Apostolica complectatur sententia dicens: *Honore invicem pra- Rom. 12. venientes.* Ad ingressum vero fratrum extraneorum post orationem, antequam compleat, hunc versum dicat Abbas cum domesticis fratribus: *Suscepimus te salu- fala, 47. Deus misericordias tuas in media templi tui,*

## C A P U T L X V I .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De egressu fratrum de Monasterio in viam.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

EXUNTES in viam fratres petant pro se orari; dicentes versum: *Vias tuas p̄lm. 24. Domine nota fac nobis, & semper tuas dilece me;* aut voluntent allum: *Perfice gressus meos p̄lm. 16. in seminis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Semper enim versum quando excent, sive quando ingrediuntur, cum gloria explicit. Similiter & revertentes petant pro se orari, dicentes hunc versum: *Intrarimus in tabernaculum ejus, adorav̄i p̄lm. 131. nos in loco atq; flentur pedes ejus;* Cum gloria: vel quotiescumque limen forum ultimorum Monasterii egressus ingressusque fuerit frater, sine versu tamen, petat pro se orari semper.

## C A P U T L X V I I .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De regressu fratrum de via revertentium in oratorium.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRATRES quovis horae tempore de via reversi ad Monasterium fuerint, & fratres pfallentes iu oratorio invenerint, orantes mox pfallant cum ipsis; & post Psalmum explectum à pfallentibus pariter voce sua universi petant pro se orare debere: ut videantur de ingresso lamine forensi exterioris regie Monasterii in petenda oratione regulam adimplere.

M m

E

Et post Missas operis sancti in oratorio primo Abbatem, deinde Praepositos suos, vel omnes post regressum via ad pacem accipient.

## C A P U T L X V I I I .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Excuntes de oratorio mox debere de omnibus tacere.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**E**XCUENTES de oratorio fratres mox taceant, nec etiam Psalmos meditando excant; ne quod in tempore suo cum reverentia dictum est, extra tempus fortis per extollentiam decantetur. Ergo excuntes de oratorio taceant statim: quia Psalmorum explicatum est tempus, & tacturnitatis inceptum est, sicut dicit scriptura: *Omnis rei tempus.*

## C A P U T L X I X .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De fratribus agrotis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**F**RATRES agrotos qui se dixerint esse, & ad opus Dei se non levaverint, & continuo jacuerint, ad culpam non vocentur: sed in refctionem colummodo succum, vel ova, aut calidam aquam accipient; quod vix possint veri tadioli accipere: ut, si se hingunt, vel fame compellant levari. Si vero post diei dictum surrexerint, excommunicentur; & ad mensam carnalem non accedant, quia ad spiritalem oratorii non affuerant, quia laborem fugerunt, & opus Dei contempserunt. Nam in his talibus agnoscitur diabolus per excusationem tadii, somnique pigritudinem ministrare; ideoque talem mercedem recipient. Quis vero frater sine febris membrorumque dolore lastratur, si paenam supradictae laetitiae excommunicationis sustinere non vult, intret tamen in oratorium confusa cum fratribus hora, & si stare non potest, jacens in matto velut in oratione plalat: cui à vicino fratre stante insidietur tamen, ne dormiat. Si vero postea ex toto nihil laboraverit, unam quadram panis minus in amona accipiat sibi, & potionis duas subductas; & hoc tantum, quia vel ad opus Dei surrexit: quia nec iustum est, ut otiosus frater contra laborantem fratrem, cui digni laboris merces debetur, æqualiter judicetur: & quia brevi trahenti non allegabunt ei. Sic & qui non laborat, si propter iustitiam, jam si ex toto non manducat, vel pro tadii qualitate tantum manducet, quantum laborans aut sanus: quia impo-

tens, qui ad laborem proclamat se non posse, item ad manducandum judicetur non posse: quia utrumque non posse iustitia convenit, & veram necessitatem ostendit. Si vero ad laborandum non possumus; & ad manducandum iustè debere non posse. Per pigritiam enim otiosi gluttonis talis agnoscitur ægritudo, ut cùm ad laborandum suo ore proclamat, se non posse; & ad manducandum tacet ipsum non posse; si sua vult non dicere, aliena mox incipiā lingua audire, se ad manducandum non velle nolle non posse: quia iustitia hoc ostendit, ut sicut in uno homine anima, venter, membra æqualiter convenient; sic & una necessitas in his tribus communiter debet sentiri, ut quod in sanitate tres istæ res supradictæ communiter possint, in necessitate vero agnoscatur simul non posse. Nam quare uni rei non posse permittat necessitas, & alia posse permittat; cùm in uno hominis corpore anima, venter, & membra separatum ipsam necessitatem sentire & sufficere non possint: quia adhuc anima in nobis omnes sentit dolores; qua abscedente, quod passum fuerit mortuum corpus neficit sentire. O iustitiae nefas! caput torquetur doloribus proper laborem, & venter non torquetur propter dilectionem cibi; quasi in alieno corpore ipse venter sit positus.

## C A P U T L X X .

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De charitate fratrum circa agrotos.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**F**RATRES qui se voluerint ostendere, quām pleni sint charitate, cum certamine agrotos fratres visitent, conforlement & serviant; ut charitate fraterna in necessitate proberetur, & Domini iam vocem factis adimplent, dicentis: *In- March. 25. firmus sibi, & iustus me.*

## C A P U T L X X I .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si debeant fratres spiritales ad se invicem occurrentes prius orare aut sibi pacem dare, aut salutare.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**UM vero introlerint fratres Monasterium, aut in via fratribus spiritalibus occurserint, postquam se per benedictionem salutaverint, prius orient, & sic sibi pacem dent; sicuti Pauli & Antonii eremitarum occursum legimus: qui cùm se mox vidissent, & ibi invicem occurserint, postquam se propriis salutavere nominibus, mox oratione facta

completentes, postmodum se mutuis misericordiis amplexibus charitatis, sibi pacem reddentes. Inde ergo prius orare, quām pacem sibi debent tradere occurrentes: quia si non prius oratum fuerit, unde scit frater, ne in figura humana tentationis diabolice occurruerat ad manifestum corporis visu diabolica subito phantasia evanescat; & noltr nos decipiamus aspectu, si humanis oculis creditimus, quod divinis orationibus non probamus? & ideo prius orare, quām pacem sibi debent tradere occurrentes; & quia dignum est, ut pro communī presentationis adventu primo per orationem gratiae Domino referantur; qui dignatus est aternis desideratis aspergimis uerosque innotescere sibi aut re-presentari: deinde post Domini comple-tam orationem merito jam homini pacis gratiam reddi debere.

## C A P U T LXXXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De refectione propter charitatem fratrum supervenientium.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum fratres Monasterio extranei supervenerint, si quarta, sexta Fera, & Sabbatum fuerit, voce praesenti Abbatii, aut Cellarū, si absens fuerit Abbas, rogetur ad refectionem remorari ad Nonam. Si autem usque ad tertiam admonitionem, non usque ad nonam conseruent remorari, sed pro certo ambulare se uerint, propter charitatem adventus eorum, fratre jejuni; omnes fratres Monasterii cum eis ad sextam communicent. Si autem ante sextam se uerint ambulare, quavis hora fuerit festinationis inventa, jam sine domellicis fratribus ipsi soli relicant, & jejuni de Monasterio non permittant abcedere propter viam: quia in panis fractione cognita est charitas Christi: sicut & in Actibus Apostolorum legitur, fratre Eucharistia & sumpta à le Apostolos dictissime Andream & Joannem.

## C A P U T LXXXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De fratribus qui ad opus Dei tardè occurunt.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

FRAETER qui nocturnis, Matutinis, & lucernariis primis orationem aut Psalmū perdidit, ejectum eum ab oratorio cum terrore in capite foris cum apud semetipsum de emendatione Abbas moneat. Si secundam orationem vel Psalmū perdi-

*Cod. Regul. Tom. I.*

derie, ibi in oratorio praesente Congregatione, post Psalmū explexum corripiatur acerbè. Si verò post tertiam orationem vel Psalmū intraverit, mox una cum Praepositis suis foris de oratorio excommunicatus jaetetur: & non prius ad veniam revertatur, nisi humiliatis satisfactio ab eo sequaliter ante limen oratorii fuerit operata: sed hoc, ut superiori titulo diximus, de intra quinquaginta passus longitudinem. In prima verò, tertia, sexta, & nona, qui post signum indicis percussi ad primam orationem, & primum Psalmū non accurrerit, in oratorio, praesentibus omnibus acerbè corripiatur: post secundam verò orationem, vel secundum Psalmū qui occurrit, jam sic excommunicatus cum suis exeat Praepositis foras. Ad mensa verò Antiphonam, vel versum priorē qui non adfuerint, femeō, & non signatum, & sine data & accepta benedictione mandudent & bibant, sine alicuius hominis eloquio, usque dum se levent. Et metito sine alicuius eloquio hominis debet reficere, qui ante refectionem cum Deo non est locutus. Qui posteriori mensa non adfuerit Deo post refectionem gratias redhibere, in sequenti refectione talem penam in lequelato suscipiat, qualē ille qui ante refectionem non est locutus cum Deo. Hę verò correptiones vel excommunicationes duntaxat his constitute sunt, qui sunt voluntatis negligētia tardi, & nullis necessitatibus occupantur: qui etiamē propria voce ad oratorium debere se ut absentes proclamēt in orationibus memorari, prætermittantur à fratribus, & sciant se excommunicatos; quos non utilitas Monasterii, sed negligētia occupavit. Nam pro utilitate Monasterii occupati dignè absentes à praesentibus in oratorio memorantur: sic tamen occupati in eodem loco dicentes sibi opus Dei & ipsi. Nam frater qui corruptus in oratorio fuerit, & si non oratorio iubetur exire, tamen Psalmū & Responsorium, aut lectionem, aut versum tamdiu non imponat, usque dum in ipso oratorio pro culpa satisficerit, ad genua incurvatus, & in voce humili petierit pro se orare. Frater qui pro utilitate Monasterii occupatur, absens in oratorio habeatur in mente: qui per negligētiam aut tarditatem occupantur, tacitè prætermittantur: quia potius peccatum acquirent nolentes Deum in orationibus memorare.

## REGULA

## CAPUT LXXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Refranari debere liberum fratris arbitrium.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**F**RATER qui votum fecerit, supra modum constituta aut jejunare, aut superponere, aut abstineere; & fine iussu Abbatis voluerit aliqua agere, sive voluntatis arbitrio magis non permittatur: quia etiam per bonum ei subripit diabolus, ut propriam cogat fratrem facere voluntatem: cum in Monasterio non licet fratri suam facere voluntatem, quod vult.

## CAPUT LXXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De confessorio Dominicano.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**A**NONA hora sabbati post refractionem in aestate jam legant; in hyeme à nona in sabbato, sicut constitutum est superiorius, non operentur: sed etiam & sequenti die Dominicana ab omni opere laboris cessant: & etiam à meditatione quotidianaz confuetudinis per tres horas in die in utrisque temporibus hyemis vel aëstatis. Sed post missas Ecclesie pro voluntate sua quis quid voluerit, aut delectatus fuerit, ex suo arbitrio legat: vel omnem licentiam repausationis habeant; ut latenter sibi ad requiem diem Dominicum constitutum.

## CAPUT LXXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent transmissa Eulogia à Sacerdotio Monasterii suscipi?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**UM eulogize à Pontifice summo, vel à Sacerdotibus sequentibus Monasterio advenient, mox Abbas osculans transmissum eulogie munus, & levans se cum omnibus qui ipsi adstant orient, dicentes hunc verbum: *Suscipimus Deus misericordiam tuam in media templi tui: cum gloria: & completa sedeat.*

## CAPUT LXXVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De benedictione vel signo Sacerdotum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**S**ACERDOTES verò cum Monasterio ad refractionem tenti fuerint, ipsi omnem cibum & pocula mixta signent; vel primo sibi in mensa sua meros & benedictionem petentibus ipsi suo responso tradant.

Ipsi verò Sacerdotes cum benedictionem in manducando aut bibendo aliis petant, non licet eis à majoribus responderi: quia ipsi, qui sacrati sunt, quod dant à non sanctis accipere possunt. Clerici verò, si servorum Dei interfuerint mensis, & ipsius locus traditus signandi; sic & post orationem ipsius locus detur complendi.

## CAPUT LXXVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Non debere aliquem advenientem, aut fratrem aut latcum, plus biduo otiosum in Monasterio posci.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**UM aliquis frater in Monasterium vel hospes advenierit, in hospitiis honore vel via laetitudinis si voluerit otiosus esse, biduo mense fratrum hora sua communis adfideat; tertio verò die post primam dictam, exente Abbate de oratorio, teneant hospitem intus in oratorio hebdomadarii & Cellarii, diligentes ei: Juva fratribus operari, quidquid Abbas precepit, aut in agro, aut in arte: si non juvat, abscede; quia Regula hospitalitatem vestram complevit in biduo. Et si labore assenserit, mox ei delegetur opus cum fratribus: quod si noluerit adimplere, abscedat, & lectus ejus defermatur continuo, usque dum alter peregrinus adveniat: cui noviter resternatur, cum aliquis forte spiritalis advenierit. Ergo si noluerit laborare, dicatur ei ab hebdomadariis & Cellario, ut abscedat; ne laborantes in Monasterio fratres cogantur justè & istius pigri hospitalitatem odire; & conversi in murmurationem, vel detractionem, tales odire incipient peregrinos, qui per inertiam miseriae nosquam fixi stando laborantium debitos panes, sub pretextu religiosa visitando Monasteria, devorant otiosi; qui nec manifestos se cives Monasterii ingerunt persistendo, nec aperte se debiles indicant mendicando. Nam, ut supra diximus, talibus enim plus biduana eleemosyna damnum est dantis; quod in manifesta debilitate mendicanti pauperi ad mercedem lucrum est mendicantis. Ergo hi tales post biduum cum laborare noluerint, justè agnoscant, quia ut susciperentur, & pro labore longi itineris biduo otiosi pauperentur, Apostoli praeceptum fuit, dicentes: *Hospitalitatem sedantes.* Et item ut Rom. 15, ad opus laboris cum fratribus impellantur; ipsius item est praeceptum, dicens: *Ipsi enim scitis quemadmodum operari imitari.* Thes. 3, nos: quoniam non quieti sumus inter vos, nec gratis panem vestram manducavimus inter nos sub aliquo: sed in labore, & fatigacione no[n] nobis.

nolle & die operantes , ne quoniam vestrum gravaremus . Non quoniam non habuerimus potestatorem , sed ut nesciatis formam vobis daremus ad iniurandum nos . Nam cum essemus apud vos , hoc præcipuebamus vobis , quia si quis nos vult operari , nec manducet . Audierimus enim quasdam in vobis ambulare inquietes , nihil operantes , sed curiosè agentes : his autem qui bujor modi sunt interdicimus , & regamus in Dominum Jesu Christo , ut cum stetimus operantes sumus panem manducemus . Nam qui spirituales hospites sunt , si forte ipso die quo advenient pro laico labore itineris non possunt laborare , tamen alio die quod videbant fratres facere , ipsis libi ultro injungunt : ne non solum otiosi , sed & miseri a laborantibus judiceatur .

## C A P U T LXXXI.

## INTERROGATIO DISCIPULI .

*De cella peregrinorum .*

RESPONDIT DOMINUS PER MAGISTRUM .

**C**ELLA peregrinorum sumotè Monasterio constitutatur cum lectis stratis , ubi supervenientes fratres , maximè ignoti , dormiant , & bifacias suas ponant . In quae res Monasterii , aut ferramenta , aut utensilia non sicut posita ; ne forte cum putantur hospites spirituales subito in damno fures inventiantur . Nam & propter cautelam custodiendi duo fratres , de quorum decada aliis coquinam exercent , tandem ex ipsa decada deputati vicibus à suis Praepositis fratres peregrinos ex improviso custodiunt : quoniam omnes de eadem decada suis vicibus explicit septimanas : & cum de alia decada inchoaverint coquere , & in diebus septimanarum suarum , si supervenerint peregrini ; tandem & de eadem decada deputati à suis Praepositis fratres supervenientes ex improviso custodiunt , quoniam & ipsis alia decada succedat . Ergo sic omnes decadie explicando & recapitulando omnes peregrinos advenientes semper custodiunt . Ergo ipsis duis fratribus , quorum ad custodiendam fuerint vices , cum peregrini advenient , in eadem cella simul libi faciant lectos : ut , si forte unus de hospitiis ad oratorium nocte voluerit ire , & alias forte noluerit propter laetitudinem se levare , aut forte voluerint vicibus foras exire , utriusque habeant singulos ex improviso custodes : ut & ille , qui aut ad oratorium aut egreditur foras , per incertos Monasterii exitus nocte , & ingressus per occasionem custodius à domitico fratre ducatur , & cum manente alter remaneat custos : ut & charitatem solitari videantur hospitiis adimplere , & res Monasterii ab incertis ex improviso custodiunt . Nam & in die ipsi libi follicitudi-

nem faciant , eos intra Monasterium de nibil facto oculo custodiire . Nam idèò duobus haec cura comenititur , ut & in nocte vicibus sint circa peregrinos folliciti , & in die , si forte ex eis unus fuerit occupatus , alter peregrinum à longè custodiens respiciat . Cella ipsa habeat clausuram tam ab intus , qualem à foris : ut nocte tam ab eis , inclusi secum hospitiis , ab intus missis claustris clavis tollatur ; quamvis , ubi norunt , abscondant ; ut cum foras forte voluerit hospes exire , ipse libi custodes excitat , cùm clavem requirit : quo præsente incipiat ad ignocum refrigerium foras exire . Ipsi enim fratres bifacias eorum & virgas suciptant in cella eadem servaturi , clave foreni fideliter conserandas . Jam si forte tales inventi fuerint hospites , qui diu persistendo fideliter & animo laborando judicaverint se Monasterio perfirmare , suggerant eoram custodes Abbatii , & letitia eis Regula , videant quot dies jam habent in Monasterio , & residui dies de induciliis eis ad tractandum secum cedantur . Et cum expleti fuerint constitutaria indiciarum dies , & tunc demum si placent eis probate vitæ vel Regule disciplina , sicut de firmandis Monasterio fratibus posteriori titulo confititum est , se Monasterio usque ad mortem perseverando contradant . Quod si non se voluerint firmare , sed sic laborando quotidie cum fratribus Monasterio voluerint remorari , si contenti sunt pannos suos vel indumenta in alieno opere stricari , sola tamen communis mensa vel vitæ mensura eis de Monasterio præbeatur , de ceteris necessariis præparatio denegerit . Quia firmi debent omnis præparari ; talibus vero de firmitate dubiis sola Monasterii mensa sufficiat : & hoc tantum , quia vel labore cum fratribus volunt remorando , à fratribus illis custodici duntaxat die noctuque .

## C A P U T LXXXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI .

*Polluti per somnum fratres si debeant communicare , aut non ?*

RESPONDIT DOMINUS PER MAGISTRUM .

**F**RATRES qui se immundos per somnum agnoverint , secretè ante sores orationis , antequam ad illam psallendi horam intrent , qua solent communicare , Abbatii ad genua incurvati confiteantur hoc ipsum : & tunc Abbas interrogans eos , quid potuerint turpiter cogitare bestientia in die , ut eis consensus libidinis venisset in nocte . Et si frater magis spiritualis est , non erubescat confiteri malum illud , sicut superiori titulo diximus , si capit animata

animam suam salvare de morte , quod Abbas possit monitionibus emendare . Tamen biduo se à communionis acceptio- ne suspendant , ut jam tertia die mundi communient . Tales enim fratres qui frequenter extiterint , sciant se non occasione , sed voluntate sua sibi excommunicationem accersire ; & à Corpore Domini ipsi se faciunt alienos , qui cogitationibus suis ipsi sibi adefant libidinem , cùm carnem suam faciunt per turpia defilia- daria folidare . Quia sicut tinea vestimentum , & vermes lignum corrumpunt & devorant , sic & cogitatio turpis ma- culat , & animam sinceram non facit . Ergo hi tales in spiritu esse creduntur apud Deum , quales per reatum inventi sunt apud hominem . Nam dicit sacra Scriptura : *Prrurisse enim cogitationes se- parant à Deo.*

Sep. 1.

#### C A P U T LXXXI.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De vestimentis & calcamentis fratrum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**H**ABERE debent fratres in hyeme para- turam grossam quotidianam flami- neam , & tunicam aliam nocturnam , quam post nocturnos pudulent ; quia in die diversis occupantur laboribus . Ha- beant enim in hyeme & pallium stami- neum , bracca lanae , & fasciolas , aut pe- dules . In aestate vero habeant paraturam linolimam , non satis grossam propter laborem & sudorem ; & habeant pallios linolimos , subtilem non satis propter ar- fustus sudoris , & bracua linea : fasciolas linea verò uti Dei homines prohibemus ; ut aliquid distet à Clerico Monachus . Et habeant singula paraturas linolimam sub- tilliores , quas in diebus feliis solū in processionibus utantur : & in aestate ha- beant singula manniola linea propter sudores , & singula facitergia per decada- dum . Quas omnes res per singulas de- cadas singula atque continens ; tenen- bus ex eis clavem Præpositis suis : que arce vestiario ponantur ; ubi & ferramenta Monasterii , & omnes res posite sunt ; de cuius celte custode jam supra taxavimus . Ideo enim diximus in una arca unius decade sub clave Præpositorum omnes mutandas confidere , ut cùm unusquisque frater in potestate arcum non habuerit , non habeat ubi peculiare ali- quid abscondat ; quem ordinem omnes decade obseruent . Si quis verò frater in specie sua sibi visus fuerit scenari , vel fatis gavisci , mox à Præpositis suis ei tollatur , & alio detur , & alterius illi . Hoc ideo , ut non extollatur propria in fratre voluntas : quia quidquid ejus anima-

petit , ei magis dari non debet ; quia con- desideria carnis spiritus sentit ; ideo spir- ritalis homo Dei est , non carnalis . Heb- domadariis coquinam intrancibus faci- finit tunica , & cucullæ legelitræ ; que tales res maximè intra Monasterium sine verecundia omnem folidam injuriam que vel simul inquinamenta eccaborum , cucum , vel hyemarum , nec non & sa- ci calorem , vel coquine fordes diversas sustineant . Quae ergo res explata heb- domada ultimo die fero lotte hebdomadariis aliis intrantibus consignentur . De calceamentis verò oportet fratres caligas habere ferratas , triclinas ; non ad lusum , sed ad usum ; quas debent tempora hy- mis uti : æstatis verò tempore unctas reponi . Et caligas omnes oportet habe- re clavatas , tam in Monasterio , quam in via : ut & diu repolite caligæ conser- ventur , & pes fratris in caliga refrigera- tur . Ad nocturnos verò in aestate ligneos culpis utantur pelliceos ; ne inquinatis pedibus ad suum revertentes stratum , lectorum sagos coinqüinent . In hyeme verò ad nocturnos pedulibus utantur pel- licis , propter frigus pedum . In lectionis habeant in hyeme singulas mattas , & sagos tomentatos singulos , & lanas : in aestate verò pro lanis rachinis propter æ- flitus utantur , & ante ipsum lectos singulas pelles , ubi tergant à folidibus pedes , & sic in suos lectos ascendant .

#### C A P U T LXXXII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si debet in Monasterio frater aliquid peculiare habere.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**O**MNIS homo in vita seculi hujus tri- bus rebus excitatur , laborat , & studet ; peregrinus in via , miles in puga- na , imperator in palatio , agricola in agro , mercenarius in negotio , omnes excitantur & laborant , ut habeant dum vivunt , unde vestiantur , calcientur , & vivant . Sed quibus Dominus servitil sui contulit dominum , & ostendit eis non satis de præfensi seculo cogitare , quia hæc omnia pertransiunt , & omnia ista que videmus & utimur , paucorum in nobis dierum sunt usus , & momentanea cum vita nostrâ tempore transeunt : & per corporis mortem exata in nobis seculi luce , clavis vita oculis , omnia que habemus seculo relinquuntur . Sed illa semper aeterna ; que cùm venerint , ul- terius transire non norunt : sed in bonis vita aeterna justi ; aut in penitentia gehennæ peccatoribus perseverant . De quibus ergo desideriis bonorum , vel timore ma- lorum , quasi jam ibi videamur accersiti ; mentem

mentem nostram in hac vita de supernis semper cogitationibus occupemus. Unde præcipit Dominus servis, de necessariis vitiis hujus non debere quemquam esse sollicitum; etiam fides in se admonet, de craftino non cogitare, sed regnum & justitiam ejus solummodo desiderare, di-

**Math.** 10. cens in sancto Evangelio; *Nolite cogitare quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini: Sed quarete regnum & justitiam Domini.* Et *hac omnia apponuntur vobis.* Ergo cum haec omnia necessaria nobis à Domino preparantur, & de omnibus administrandis cum Deo solus est Abbas sollicitus, quare discipulus sibi peculiarter aliiquid audeat facere, aut habere, aut vindicare? Nam idèò peculiare aliiquid habere dene-

**2. Tim. 2.** gatur, quia *nemo serviens Deo implicatus se regnii secularibus, ut si placet, cui se prebeat;* ut cum omnibus rebus suis alieno cùm se imperio subdiderit, ut non sit res ubi propria ejus voluntas extollatur, quae voluntati Dei est inimica. Nam de peculiari Ananias & Saphira fidem ab Apostolis non meruerunt percipere, quia omnia sua cùm ante pedes Apostolorum adsignarent, de peculariis fraudulenter subtraictis, iudicio subitè mortis damnati sunt: quia fraus Deo fieri non potest; cùm nihil est occultum, quod ab eo non revelabatur. Ergo cùm victimum & vestitum corpori, calceamenta pedibus unicuique fratri Abbas præcogitaverit, ut quid alicui sit aliiquid peculiare opus habere, aut rem aliquam, aut aurum: aut nummos, vel quodvis necessarium; cùm omnia emenda vel habenda Deus ei per Abbatem Monasterii apparat? Si quod ergo peculiare, inventum in aliquo fuerit, grandi cum Abbas & diurna excommunicatione condemnet: ut exemplo illius vindictæ nullus hoc audeat imitari. Hoc enim ne sit in aliquo frequenter, omnes scrutentur à Præpositis suis; & si in aliqua re fuerit visus sibi frater multum gavisci, aut plaudere, tollatur ei, & alio detur, & alterius illi, quodvis fuerit; ut propria in eo non extollatur voluntas.

## C A P U T LXXXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent baberi in Monasterio Sacerdotes?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

PEREGRINORUM loco habeantur in Monasterio Sacerdotes, maximè quorum primatus & honor in Ecclesia continetur & militat. Qui si hoc elegerint, ut pro amore Dei, vel propter disciplinam, vel mensuram sancte vite Monasteriis habitent, in solo enim nomine patres Monas-

terii nancupentur: & nihil aliud eis in Monasteriis licet, nisi orationes colligere, complere, & signare. Aliud verò nihil aut præsumat, aut eis licet; vel aliiquid ordinatiois, aut dominatiois, aut dispensatiois vindicent; sed omnem formam licentia, vel ordinandæ dominatiois Monasterii Abbas, qui super gregem universum est ordinatus, cum Regula vindicit vel defendat. Nam solo honoris nomine idèò statuimus eos Patres Monasterii appellare, propter sacrationem Sacerdoti, aut ordinatio; & ne ipsi obtentu honoris de ratiociniis, vel dominatione Monasterii, utpote laicos, Abbates excludant. Nam ipsi Sacerdotes, si vivent, aut vestimentum, aut calcearium Monasterii uti magis quotidie eligunt, & operari communiter secundum præceptum Apostoli cum fratribus debeat; non imperativè fatis coacti ab Abbatे; sed cum reverentia admoniti. Nam si spiritales sunt, ipsi sibi imperent. Nam & propter cautelam, quod poterant ab aliis cogi; memores semper sancti Apostoli Pauli, formam ostendentis de se, & dicentis: *Nos gratia panem vestrum manducamus.* Et item ipse dicit: *Laboravimus manus vestris, ut gaue vestram precaremus.* Et item ipso dicit: *Qui nos laberas, nec nos manducet.* Ergo quod si diutissime otiosi labore manuum luarum querere victimam noluerint; cum reverentia per multorum religiosorum testimonia conventi ab Abbatे Ecclesiis revertantur. Si verò, quod absit, non pacificè, sed magis per scandulum exire voluerint, tenti & exuti rebus Monasterii dumtaxat, sine gravi injuria clausa regia excludantur. Quia magis ipsi amplius agere debent, quod alii predican generaliter à Deo esse præceptum, otiosis debere laborantium panes negari.

## C A P U T LXXXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qui debeant manducare cum Abbatē.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

AD mensam Abbatis sedent seniores, extranei supervenientes, vel vicibus fratres psalteri, quos voluerit Abbas, præter Præpositos; qui in decadis suis idèò ad suas mensas jubentur esse praesentes, ut causam Dei, id est, taciturnitatis, & gravitatis in suscepitis suis custodiant. Ideò enim ambos diximus in mensa decadis sue praesesse, ut decem fratres sibi commissos vicaria sollicitudine ab universis virtutis custodian.

## CAPUT LXXXV.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*Perfecte aliquia intra Monasterium artes qualiter & quanti debeant venundari.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

CUM unaquaque ars aliquid perfectum supervacuum usibus Monasterii, vel mittendarum eulogiarum abundaverit, interrogata qualitate preti quantum à secularibus distrahi potest, tantum infra numerorum minori semper distrahatur pretio; ut agnoscantur in hac parte spirituales à secularibus actibus distinguique separari: cum non negotii causa, quae inimica est animæ, lucrum supra justitiam querant; sed etiam ab ipsa justitia minus accipiendo preti humanitate consentiant: ut non propter cupiditatem & avaritiam artes operari credantur, sed ne ocio possit pascenda dignis sumptibus manus vacare, & horas operosi dici gratis transire. Premium vero acceptum Abbatii debet ab ipsis articibus fideleri consignari. Quæ diminutio preti ultimatio Abbatis articibus debet confitui; ut sciunt item quanta ementibus summa respondant, & accepti preti fraudem non possint facere de ipsa quantitate jam scienti Abbatii.

## CAPUT LXXXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De cœsi Monasterii.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

CASAS Monasterii oportet esse locatas, ut omnium agrorum labore, casis sollicitudinem, inquinorum clamores, vicinorum lites conductor secularis sustineat; qui nec sit de sola anima cogitare, sed praefit vita omnem sollicitudinem in hujus seculi amore expendit. Et de hac vita solummodo cogitantes, ita presentia diligunt, ut putent se in hac luce per tempora prolixi durare. Ita fit, ut presentia diligunt, nunquam futura desiderant, vel cognoscunt, ut dum in momentaneis usibus delectantur, nec permanentem vitam cupiunt; cum amanda impedimenta seculi faciunt eos quotidiane miliros de hac vita sine rebus suis invitatos exire, nihil secum nisi peccata portantes. At vero spirituales conversi idem non implicant se negotiis secularibus, ut ei placent, cui se probaverunt: ut non de rebus, quae in morte seculo remanent, sed de anima cogitantes, quae sola cum actu rationibus post mortem pertransit, magis hoc eligunt cogitare quod expedit; ut heredes, qui migrantibus nobis de hac vita seculo remanent,

& animam nostram post mortem sequi non possunt, dignè non debemus de eis nostros cogitatus occupare, dum vivimus: sed semper superna desiderantes, & omnem spem in futuro ponentes, delectabilem vitam adhuc sperare, qui jam frui videamur. Ergo Monasterii casas idem oportet esse locatas, ut in rebus secularibus seculi operarius occupetur: nobis vero, quibus à Sacerdote clamat: *Surgim corda, & nos ei responsione promittimus, habemus ad Dominum:* internis ergo cogitationibus non migremur, & sicut item clamat nobis Dominus in Evangelio dicens: *Nisi quis reliquerit omnia que possidet, non potest meus esse discipulus.* LUC. 14. Sed quia sine substantia alimento vita corporis nostri servari non potest, & maxime propter Congregationem forse multa, & advenientium peregrinorum usibus necessaria preparanda, & petenti eleemosynam non esse stricti volumus, possessiones seculi idem non videmur relinquere, sed substantiam Monasterii operaris Dei proficien tem jure reservare videmur. Quapropter si nostra sollicitudine vel cura colantur, dum proficiunt corpori, anime impedimento constabunt: melius est ergo, eas sub alieno impedimento possidere, & annuas pensiones securos suscipere, nihil nos nisi de sola anima cogitantes. Nam si volumus cutram earum per spirituales fratres excolare, cum gravem eis laborem injungimus, confuetudinem jejunandi amittunt. Nec ita jejunis viribus tractandum est, si plus debeat homo ventri laborare, quam anima vel Deo. Unde ad laborem in Monasterio arta sola cum horto sufficiat.

## CAPUT LXXXVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent frater, sive jam conversi, sive adhuc locutus, introire vel erendre se, vel suscipi in Monasterium?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

INGREDIENTI in Monasterium novo fratri, sive jam converso, sive adhuc laico, & hoc petenti, debere se in Monasterium suscipi, respondet ei hoc primo Abbas, non forte cum posse constituta Regula conservare. Cum vero illi dixerit, posse ad omnia se obediare; tunc haec Monasterii Regula ei legatur. Quia Regula in lectione expleta, & omnia Abbatis verbis predicta cum responderit novus frater ad omnia facta se esse paratum; tunc Abbas subsequatur, & dicat: Quid de rebus tuis, quas proprio arbitrio uteris? Non enim ubi expedit, te hic pro causa Dei posito res tuas alibi rema-

March. 16. remanere ; sed sicut dicit scriptura : *Ubi est thesaurus tuus, ibi erit & caro tuum.* Nam ideo non expedit , ne forte ticiillatione diaboli à rebus tuis foris positis per desiderium eorum de Monasterio provoceris , & reliquo servitio sanctæ scholæ proprio redeas militatibus arbitrio ; & sicut canis delectatur , redess ad vomitum tuum , & salivas à te projectas in terram denuo cum sordibus rorreas. Sed qui perseverantiam diligit , & occasionem migrantis cupit nefcire : ideoque constituimus fabrum consilium , ut audias vocem Domini tibi dicentis : *Vade, vende omnia, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Quam ergo si sequi vis vocem , vade , vende qua habes , & omne pretium hoc ante me deser ; ut te præfente à me pauperibus eroget : ut nullum facculo pignus tuum remanest , ad illud iterum revertendi. Ideò enim cùm nondum adhuc firmatam ingressiōnem tuam in Monasterio habes , tibi de rebus tuis libera adhuc voluntas conceditur : quia post firmatam ingressiōnem discipulo sive in Monasterio , sive foris pecuniale aliquid habere à regula denegatur : ut non sit ubi propria ejus voluntas extollatur. Quod enim si totum distractare tibi grave viderur , & sunt tales res , que una tecum possint Monasterio deferire , ne tamen pro pignore revertendi facculo dimittantur , omissa fideliter tecum in Monasterium defer , nihil subcelando Deo , cuius te cum omnibus rebus tuis subdīs servicio : qui ubique omnia respicit & nihil est ei occultum , qui revelat absconsa. Memor esto frādis Ananīe & Saphirr , qui de rebus suis Deo oblatis exinde subcelare volentes , mortem perpetuam irruerunt pro fide. Mox ut hac audierit novus frater , qui priori divina sententia omnibus distractis , & per manus Abbatis erogatis , si hoc pro certo habuerit votum omnia distractare , & Monasterio non aliquid reservare , non cogatur , nisi ex sua voluntate voluerit. Ergo cum omnibus per manus Abbatis erogatis sic se firmare Monasterio voluerit , charta ab eo perseverantia non petatur , quia pignus fidei apud Deum omnium rerum suarum per erogatam elemosynam fuit. Nam per omnem rerum suarum erogationem expensam cognoscitur apud Deum , posse fideliter permanere , qui rebus suis pro eo cupit non parcere. Solummodo hanc det fidem , sibi penitus foris nihil remansisse celatum. Hanc ideo voluntatem Abbas ingredientibus tribuit , ut non ab introcūntibus judicetur potius res hominum desiderare , quam animas. Qui verò frater hoc elegere cum rebus suis se Monasterio tradere , & distractandi voluntatem non habuerit ;

*Cod. Regul. Tom. I.*

ne aliquando mutatus à diabolo vel armatus , propter res suas exigendas aliquas molestias Monasterio generans exire desideret , cavens manu sua prius de stabilitate , simul rerum suarum breve adjuncto , una cum anima sua Deo & oratorio Monasterii per donationem offerat ; totum subscriptentibus religiosis testibus , Episcopo , Presbytero , & Diacone , vel ipius territorii Clero : & in ipsa cautione , taxans hoc , quod si aliquando Monasterio discedere voluerit , sine rebus suis de Monasterio , vel sine indulgentia peccatorum à Deo discedat. Jam de ipsi rebus Abbas in potestate suis mutatis quidquid necessariæ utilitatib[us] Monasterii supervacuum abundare viderit , pro anima fratris ipsius , propter præceptum supradictum sequendi Dominum ; per elemosynam distracta illa re supervacua , pretium ejus pauperibus tribuat : ut quod ille imperitus frater non meruit facere , pro illo iste quasi doctus magister valeat adimplere. Qui verò frater ex toto indicaverit se nihil habere , prius exquiratur à vicinis illius regionis , ubi maneat : & si inventum fuerit , quod certè sit ex toto ejus paupertas , tunc dato perseverantie fidejussore sub cautione penae interpolata , si tamen jam nosus fuerit , sic debet in Monasterio suscipi , ne forte aliquibus rebus suis ad tempus foris commendatis , mentita in Monasterio paupertate , non solum nihil Deo per elemosynam , vel Monasterio per donationem conferat ; sed etiam à spectantibus suis provocatus , & cùm quid inventari causz , exeat. Nam cùm dederit cautos fidejussores cum pena , jam tunc demum ei pro actibus Monasterii sine suspicione fecurè res Monasterii aut pretia emendorum , vel vestiarum alimoniam contradantur. Si verò talis Monasterio advenenter frater , quem ipsa patria ignoraverit , vel omnibus habuerit vultum ignotum , & se ad Monasterii societatem firmare voluerit , sola Sacramenti fides ab eo exposciatur ; ut si aliquando de Monasterio exire voluerit , cum notitia Abbatis vel omnium exeat. Et cùm jam exire voluerit , prius juret se de tebus Monasterii nulla furti commissione , aut foris antecessus commendasse , aut absconde secum portasse , nisi forte ei pro misericordia voluerit aliquid donare Abbas : ut si perjuraverit , ferat in anima , quod in corpore non potuit adimplere. Res tamen quibus induxit fuerat Monasterii vel calceamenta reconsignet Abbat ; ut remansent in perseverantia fratris proficiant , quæ migrantibus auferuerant : & res Monasterii justè ille habeat , qui in Monasterio habicat ; & justè illi retollatur , qui injulie animos suos

fuos à perseverantia Monasterii separat : nec enim illi dare placeant, cui ipsarum rerum displicuit disciplina. Si vero ita juraverit, & non se firmet, sed ad tempus remoretur, hoc solum testetur ; ut sine notitia vel vale Abbatis, vel cum furto non exeat. Etiam ex improviso custodiatur, & in potestate nihil habeat, & ad laborem cum fratribus communiter impellatur ; ut laborando vivat. Si tamen nudus fuerit, & induere eum Abbas voluerit, ad tempus utatur ; & sciat, se quod habet omne reconsignatum, cùm exire voluerit. Nam si fortè cum ingressus nullum Monasterio juramentum tradiderit, & velut ignotus nullam cætanam fidei Abbati de securitate intulere rit ; sive quod conculit Deo per elemosynam, sive quod nihil Monasterio de rebus suis obfidiis pignore per donationem legaverit, sive quod nullum fidejussorum ignotus invenient ; sive si nulla Sacramenti fide teneatur : cùm fortè incertus de firmitate fratris missus fuerit cum vehiculis animalium, & emendarum pretio rerum, mox ducatu diaboli inventis per occasionem sumptibus vel vehiculis, in alienas terras Monasterii incipiat magis ordinatus migrare, securus de se perceptionem quotidie expectandus, & prolongando aut tardè, aut nunquam lequendus.

## CAPUT LXXXVII

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De inducitis fratrum suscipiendorum, in quibus de stabilitate firmanda secum tractare debeant.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum de omnibus supradictis conventus novus frater regulæ per Abbatem de stabilitate firmanda, aut per rerum suarum elemosynam, aut per donationem Monasterii, aut per chartam fidejussoris penalem ; aut si ignotus, per juramentum fidem caverit : duorum tunc mensium spatium in judicis ad tractandum secum accipiat. Laborando tamen cum fratribus contentus annone communi mensura, vel regulæ disciplina & excommunicacionum ; ut & mores Monasterii proberet, & à Monasterio ipse proberet ; & secum tractet, si debeat se ad Deum firmare, aut ad diabolum expeditius remeare. In quibus duobus mensibus sub cura illorum fratrum, qui peregrinos custodiunt, & ipsi similiter ex improviso custodiantur, & in cella peregrinorum dormiantur ; ut ingressus illorum, vel exitus in Monasterio custodum presentia videntur ; & omni hora ; si alicubi à conventu fratrum fecerint, sollicitè à custodibus requi-

runtur : ne forte anticipent ambulare sine vale cum furto. Quod si explicitis duabus mensibus, non placibili disciplina & iisdem Monasterio placuerit ambulare, cum notitia Abbatis vel omnium post datum fidem nullius furti commissi, vel reconfignatis rebus Monasterii que ad tempus fortè acceperat, mox post datum universi pacem ; & acceptam virgam in manu, & annonam viaticam post factam orationem, vel dictum versum, vel redditam eis pacem, si tamen vult, ut hospes abcedat ; & reficiat vicem suam diabolus, quem nolens hospitem suscepserat Christus.

## CAPUT LXXXIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent frater novus in Monasterio suum firmare introitum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum explete duorum mensium ad tractandum inducatur fuerint, & placibili disciplina ab eo magis stabilitas eligatur, & perseverantiam, reprobria lecta regule firmitate, ei placeat adimplere, reinterrogatus ab Abbatore novus frater, quid secum in concessio induciturum spatio definit, cum responsu ejus implendam in omnibus promittat obedientiam ; respondeat Abbas, Deo gratias. Alia die post Primam dictam missas explicitas excunci lumen oratorii cum Congregatione Abbatii flectat ad genua ejus novus frater suam cervicem, rogans eum vel omnem Congregationem ejus, debere modicum in oratorio temporari, & orare pro se. A quibus mox diuissimè pro eo oreut ; & completis omnibus Abbas volens egredi, humiliter apprehenso ejus velamento, novi retinetur manus discipuli, qui hoc rogando infinitus : Est quod fuggeram primo Deo, & oratorio isti sancto, vel tibi & Congregationi. Cum responderit Abbas ; quid illud est, intimato. Subsequatur petitor dicens : Volo Deo servire per disciplinam regule mihi lecta in Monasterio tuo. Cum responderit Abbas dicens : & hoc placet tibi ? subsequatur futurus discipulus : hoc primo Deo, sic & mihi. Tunc dicat, Abbas : vide frater, mihi nihil promittis, sed Deo, & huic oratorio vel altari sancto. Si ad omnia obaudieris divinis præcepis vel meis monitis, in die judicii tu coronam accipies bonorum ætuum, & ego de peccatis meis indulgentie aliquid promerebor ; qui ut diabolum cum seculo vinceres, incitavi. Si autem nolueris mihi in aliquo obedire ecce ego Dominum contestor, quin & hac Congregatio testimonium mihi sit

est in die judicij praebitura; quia, ut supra dixi, cum non mihi, vel Congregationi in aliquo obaudieris, in judicio Dei ego absolutus, tu pro tua anima, vel contemptione rationem restitues. Post haec verba, si cum cibis suis introierit, tunc ille brevis, vel donatio rerum suarum Deo vel Monasterio facta, ipsius donatoris manu super altare ponatur, dicente ipso fratre: Ecce Domine, cum anima mea, & paupertate mea, quidquid mihi donasti, tibi reconfigno & offero: & ibi volo ut sint res meæ, ubi fuerit eis meum, & anima, sub potestate ratiōnē Monasterii & Abbatis, quem mihi Domine in vice tua timendum præponis; cum eis dicis: Qui vos audiebat, me audiebat; & qui vos spernit, me spernit. Unde quia per eum nobis tu omnia necessaria cogitas, ideo nihil nos oportet peculiare habere: quia tu nobis de omnibus es idoneus, & in omnibus sufficiens solus: ut jam nobis vivere & spes Christi sit, & mori luctum. Post hac dicat ipse nō-

Loc. 10.

*Psal. 15.* *Suscipe me Domine secundum verbum tuum, & tuum & ne confundas me ab expectatione mea.* Post hoc Responsorium dicit Abbas hunc versum: *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.*

Post quem versum dictum, mox data ei ab omnibus pace, compleat Abbas, & tollens brevem desuper altare, mox ab eo novus discipulus sub Preposito ordinetur, & in manu eorum confignatus cum aliis fratribus exeat disciplina. Eadem namque die, pro humiliatis in die, aquam manibus fratrum ad communionem intrantibus Ipse ministret, & cum dat, osculetur omnium manus, & petat singulos pro se debere orare. Breves vero donationum factos à fratribus tempore mortis sive Abbas in quod usibus Monasterii expensis restituerit, testamento suo inferat, etiam nomina eorum quorum novisunt collata: ut nullus post mortem ejus fotti de Monasterio exiens, repetendi rerum suarum fiduciam habeat, & stabilitatem Monasterii, & fidem frangat defuncti, vel dicat sine donatione aliquid suum in Monasterio contineri.

#### C A P U T X C . INTERROGATIO DISCIPULI.

*Ingresso in Monasterium cuidam laico nos debere intra annum mutari res, nec caput ejus secundum propositum teneri.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

**C**um aliquis novellus de seculo ad servitium Dei in Monasterium confugebit, & indicaverit se velle converti; non

*Cod. Regul. Tom. I.*

ei credatur tam facile. Nam facte ab Abbe solo verbo, non facto, habitatio ei Monasterii denegetur: ad probationem gravia proponantur, ad obedientiam ejus inveniendam predicentur contraria, & voluntati ejus amara; quotidiana ei jejunia promittantur. Nam & hoc ex lectione regulæ, & dicto Abbatis agnoscat, quia in Monasterio nulli licet dicere: Hoc volo, & hoc nolo: hoc amo, & hoc odio; ut non propria eligatur voluntas: & sciat quia qui in Monasterio conversus fuerit, quidquid ex voluntate sua voluerit, hoc magis non permittitur. Quare? *Quia sunt viae, que videntur homini Propterea 14.* *recte, quarum finis usque ad profundum infernum demergit.* Et quod noluerit, hoc cogitur; ut voluntas in eo propria amputetur, que inimica est Deo. Qui ergo cupit perfectè converti, quidquid amaverit & desiderio habuerit, ei denegetur; & quidquid oderit, ei apponatur, dicente Domino: *Qui vult mens eis discipulus, March. 26.* *abneget semetipsum sibi, & sequatur me,* hoc est, non suam, sed Dei faciat voluntatem. Omnia enim debet pro Domino sustinere, qui in eis cupit militare schola. Aut quid enim dignè possimus pro Domino sustinere? dicente Apostolo: *Nos sunt condigne passiones hujus saeculi ad superuentram gloriarum.* Ut si ignem persecutor servo Christi inferat, ut temporali calore tincto non seminatur dolore; non tamen talis est, qualis ille ignis inextinguibilis: aut sic incendit, quomodo æterna poena gehennæ peccatri animæ immortaliter referatur. Si ungule, vel equulei, vel verborum penas ingerat, in ipsa parvi doloris tolerantia æternæ letitiae coronatus succedit. Si cancer nos pro Deo tenebrosum recludat, edificata ex margaritis, & auro vel gemmis ornata æterna nos Hierusalem expectat. Si obscuritas claustræ nos pro Deo obsecet, in momento nos poterit obscurare; sed post illac illa nos lux in æterna vita suscipiet, quia non solis candore vel lumen, non stellarum eccl., sed Ipsius Dei perpetua maiestate lucebit. Si terra ita, quam in hac vita calcamus, moriendo pro Deo meruerimus abscedere; mox super illam terram ambulare perpetuo deputam, quæ sepius argento lucidior. Si vero quæ putantur hujus seculi esse delicie, quæ inquinant potius interanea nostra quam reficiunt, pro Deo ea contempserimus; ad illa statim flamina in æternum currentia perpetuo deputamur, quæ sunt mellis, & lactis, vini & olei abundantia plena; simul & illarum fructus arborum varios & diversos, duodecies in annum nascentes, non cultura hominis, sed abundantia Deitatis, qui non fame delectant ad vescendum, vel

*N a 2*

*efusio*

Rom. 8.

efurie appetuntur ad manducandum ; sed postquam oculi Sanctorum ipso visa fuerint faginati, infuper hoc unicuique sapit in ore, quod fuerit delectatus. Ergo dignè ad parvum tempus jejunis & abstinentia pro Domino cruciamur, ut eis quæ preparavit bonis in perpetuum satiemur : obscuramur pro Deo à persecutore in carcere, ut in illa perpetua luce fulgeamus, tanquam scintillæ in arundinero discurrentes : mortem momentaneam pro Deo idè libenter appetimus, ut in æternum à gehennæ morte perpetua liberemur. Postremo, & sine persecuzione in ipsa Christianitatis pace in schola Monasterii idè probationibus, vel amaricationibus voluntatum sub Abbatis imperio militamus ; ut post peregrinationem vite siccili bujus, cum Dominus noster iudicio nos accerierit suo, digna ei nostra opera confignemus, offentes ei patientiam nostram, per quam dura omnia & diversa nobis ab Abate imperata, quæ pro nomine ejus gratauerit portavimus, vel amaricationes voluntatum nostrarum diversas, quas pro nomine Dei, vel salute anime libenter magis sustinuimus, dicentes Domino : *Preper te morte agi unius tota die ; afflami famam, ut ovis accipiant.* Et cum hæc omnia venerint super nos oblixi non sumus te ; & per observationem obedientiæ iniqüæ non egimus in testamento tuo : & à perseverantia honorum actuum vel desiderio spesi future non recessimus retro cor nostrum. Quia non declinaverunt seminæ nostræ à viis tuis, in quibus viis Probaui nos Deus : igne nos exsuscias, facit igne examinatur argenteum. Induxisti nos probationis in laqueum ; posuisti amaricationum tribulationes in dorso humilitatis nostræ : ut nostram non permetteremus, sed tuam cogeremus facere voluntatem. Unde impotens homines super capra nuptiæ : quia ostendisti nos sub Abate doctore, vel Preposito discipline debere esse probandos. Ergo hi tales subsequentes Domino dicant in illo iam transiit : *Transiimus per ignem & aquam ; & induitæ nos in refrigerium, hoc est, transiimus per amaricationes voluntatum nostrarum, & servitum sanctæ obedientiæ ; ecce pervenimus ad tua refrigerium pietatis.* Et item dicimus ei :

**Psalm. 43.** *Dilectissimi suus pro diabolo, quibus nos humiliasti, annis in quibus vidiimus male : ut nihil habeat in nobis gehennæ ignis fibi quod vindicet ; quando nihil tuum in nobis incendendum ibi diabolus egit. Ergo omnia debet pro Domino sustinere, qui ejus cupit militare scholæ : tanquam sursum lima, & malleis, & igne fornacis probetur ad diadema Dei, & coronam dominicam profuturus. Quia cum*

propriam non fecerit voluntatem aliquis, cogitur facere, cui quotidie in oratione dicimus : *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.* Terra enim est corpus nostrum, cui dixit Dominus : *Terra es, & in Gen. 3. terram ibis.* Quia omnis propria voluntas carnalis est, & à corpore descendit ; idè nos cogit illecebra, & injusta committere, quæ ad tempus parvum vite hujus carni per desideria est dulcis, amarior felle futura in posterum, & in æternum. Ideoque enim cogitur lingua nostra justè quotidie clamare ad Dominum : fiat voluntas tua in terra corporis nostri. Quia voluntas cum fuerit nobis in schola Monasterii à majoribus tradita, & per obedientiam à nobis fuerit adimplita quotidie, justè nobis credamus in futuro Dominum parcere : & confidamus infusus per gratia ejus posse nos coronari ; quia semper ejus fecimus voluntatem, non nostram : & nunquam nos, vel desideria carnis prætulimus amori ejus ; & propter eum etiam parati sumus perdere animas in præsenti hoc tempore, ut mereamur eas in futuro invenire cum ipso. Ergo accedens ad timorem Dei aliquis in Monasterio cupiens converti, & voles esse discipulus, hoc ei pro domino futurus magister proponat, ut supra diximus : quia quidquid aliquando desiderio voluntatis sue appetierat, si latibuli posse negari ; & quidquid noluerit, audiat si latibuli posse imporsi. Antecellus ei peculiaria denegentur : regula ei tota legatur, & factis implenda promittatur. Domum parentum de exteriori sciat libi esse extraneam, inaccesibile limen ejus ulterius habere jam credit : *Quia nisi quis reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut dominum, non posset esse Christi discipulus.* Circa junctionem majoris à Monasterio foras se non exire sciat. Cum post hæc omnia ab Abate predicto promiserit se ad omnia obaudire, & ejus, vel regule motionibus ad omnia factis paratum, tunc suscipiatur in Monasterium. Nec tamen ei tam facile facti propositi habitus imponatur : ne forte ad horam promittens, fallat impotenter, & sub nomine ovis lupus ingrediatur. Quia cum secularis erat, diabolus eum non tentabat, cuius aperte semper voluntatem perfecit, cum ejus operarius fuisset : sed ex quo se à diaboli suauitatem vel malitia seculari ad timorem Dei in servitum Christi tradiderit, certissime ab ea die diabolum fibi inimicum sciat affectum, quem cum scilicet suo propter timorem Domini dereliquit. Ergo tam facilè ingredienti non debet credi, nisi ut videatur, si quod promittit verbis, factis adimpleret, diligente scriptura : *Nolite omni spiritu crederi, Ioh. 4. 1. sed prius probare.* Et iterum : *Quoniam Mact. 7. 1. maliti*

**Psalm. 57.**

**Psalm. 67.**

Ibidem

Ibidem.

**Psalm. 89.**

multo ad nos venientia in vestibus vestimentis, iuris  
autem ipsi responserit. Vide ergo quia causam  
Dei cautè nos jubet agere scriptura, ut  
non mitatur sanctum canibus, nec mar-  
garite pretiosis ante porcos : sed monens  
eum quotidie Abbas dicit : Fili, interim  
iste res, quibus uteris in Monasterio,  
nihil tibi prajudicant apud nos : sed prius  
in divinis interanea cordis tui de facul-  
laribus factis cum mundaveris, jam tunc  
de numen mutabis & vestes : ut meritò  
jam ab omnibus hoc videaris in corpore,  
quod à Deo possederis in mente : & justò  
post pectoris exstremam militiam tondebis &  
caput : & cùm hæc omnia que in regula  
Monasterii continentur, in tuis adhuc  
vestibus perfectè impleveris, & nostrum  
cum fuscoperis habitum, sanctior per-  
manebis. Cùm ergo ex illa die omnia  
cum ceteris fratribus inculpabiliter in Mo-  
nasterio per integrum annum impleverit,  
tunc denum sine aliqua dubitatione ton-  
deatur, vel ei sancti propositi vestes  
mutentur. Tondeatur enim sic ;  
stet ipse frater medio oratorio cur-  
vatis genibus, tondente eum Abbatem,  
psallentibus in circuitu cunctis. In quo  
probationis anno Psalmum, Antiphonam,  
aut Responsorium, vel verbum non impo-  
nat, quamdui sancti propositi habitum  
accipere mereatur : nec cum Abbatे au-  
sus sit manducare. Vestes vero secula-  
res, quas dumtaxat exitus fuerit, cum  
diligentia repolire conserventur, tam  
de laicis quām de firmato converio ; ne  
forte, quod non in conversio contingat,  
cūm ad suos denuo vomitus redire voluerit, & seculi elegit iterato repedare  
itinera, & nullis scripcurarum vel moni-  
tionum poterit vinculis retineri, reddat  
Christo quod suum est ; id est, exitus  
sanctis vestibus, vel habitu sacro, suis qui-  
bus venerat vestitus vestibus restimilans se-  
culo, ad suaformem diabolum revertatur,  
& non Christi prædatos habitus polluantur  
in seculo à fugaci. Recipiat tamen, quan-  
dam misericordiam seculum : qui retulit quod  
suum est, indigno quod dederat Christus ;  
cūm inveire in eo Dominus non  
potuit, quod quereret. Quidquid enim  
in Monasterio aliquando acquisivit, vel  
laboravit, aut conculcit, abscedenti ei  
penitus non redditur : quia omni re i-  
gressa ad Deum in Monasterio perseve-  
ranti opus est : ideò exitus licetis de-  
negatur : solum ab invito ea res, quæ  
liberum habet arbitrium, non detinetur t  
id est, anima & corpus quæ in voluntati-  
bus & desideriis suis, ut à diabolo cap-  
tivetur, libero se dicunt esse constitutam  
arbitrio, & putat sibi licere quod ma-  
lum est ; Res apostatarum vel collata  
ideò à patribus non jubentur de Mo-  
nasterio reddi, quia licet erogatz vel con-

sumperz in usus factorum removeri &  
restituvi non possunt ; tamen plurima idèò  
certissimè denegantur, ut vel occasione  
rerum suarum ad Dei disciplinam in Mo-  
nasterio permanentes retineantur disci-  
puli : ideò res Deo oblata revocari sie-  
culo ab homine non debet. Nam & ita  
hujus regulæ tripartita haec est : Labor  
in Monasterio fratres pacit, perseveran-  
tia calcat & vestit ; discipulus restituit  
debitas Monasterio res, & si cupit,  
abcedat.

## C A P U T X C I .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo fuscipi debet nobilis filius in  
Monasterio.*

RESPONDET DÓMINUS PER MAGISTRUM.

Cum alicujus nobilis filius propter Dei  
servitum in Monasterium voluerit  
convolare, non prius fuscipiatur, nisi  
ut superioris diximus, omnem à se obe-  
dientiam promiserit adimplendam. Dein-  
de convenienter ejus parentes, ut & eo-  
rum quale sit votum agnoscatur de eo.  
Quod si contrari extiterit, interim us-  
que ad vim pro eo Domino inferendam ad  
claustra Monasterii vindicetur : quem po-  
tent est Dominus defendere propter le ;  
quia fortior est duxera ejus ad prote-  
gendum, quæm diaboli iniqüitas ad iz-  
dendum. Quod si magis fuerint conser-  
tientes ejus voto parentes, convocatis  
eis ab Abbatे in Monasterium, votum fi-  
lii convertentis exquiratur ab eis ; ut ab  
ipso potius videatur devoveri, vel offe-  
ri, qui cum genuerunt. Cùm ergo ma-  
gis responderint parentes, grataanter se  
velle adimplere que cupit tunc dicat eis  
Abbas : Equidem omnibus nobis unus  
ad omnia sufficit Deus : sed quia acce-  
dientibus ad divinum servitum, vel in-  
trantibus in Monasterium seculi prius  
amputetur spes, & excarricato de se fu-  
rum ouere facultatum nullis ulterius se-  
culi laqueis irretitus, securus pergaet &  
solus ad Dominum : *Quia nemo serviens & Tim. 4:  
Deo implicat se neglegit secularium, ut si  
placat ei se probescit.* Quia homo onu-  
stus auro sequi Christum non potest ;  
dum non potest duobus dominis servire.  
Ipse vero bene servit Deo, qui voluerit  
eum in celis cum eo thesaurum possidere,  
quem non tinea comedat, nec fures effi-  
diunt & furantur, dicente Domino in  
Evangelio : *Nisi qui renunciaverit omniis Lue. 14:  
que posset, non potest sequi me, & meus  
sunt discipulus.* Quia, ut diximus, homo  
onustus auro sequi Christum non potest t  
in tantum ut admonescat Dominus in Evan-  
gelio quemdam sua sequentem vespugia,  
dicens ei : *Si via perfectus es, vade, & Mark. 10:  
vene.*

*vende omnia quæ habes, & veni sequere me.*  
Unde contritatus ille propter multas di-  
vitias metuit hanc Dominicam vocis au-  
dire sententiam : *Facilius potest adhuc per  
foramen acri transire, quam intrare posse di-  
vitiam in regnum celorum.*

*M. 10. 10.* Quos & sua sen-  
tientia damnat Apostolus dicens : *Nam  
qui volunt divites fieri, incident in tene-  
ctionem & lagussem, & desideria multa : qua-  
merunt dominos in interiorum & perditionem.*

*Radix omnium malorum est avaricia, quam  
quidam appetentes à fide exciderunt, & infi-  
ruerunt se doloribus multis. Videntis ergo,  
quia nec Deum sequi potest, qui in se-  
culo quo possidet bona sua, non vult  
relinquere ; nec amare poterit Deum,  
qui divitias voluerit non odire. Quia  
non tantum tanta vel talia, qualia pro  
Deo contemnuntur, novit Dominus re-  
tribuere his, qui pauperes se faciunt  
propter eum ; insuper ad fruendum in  
eternum ipsam vitam, eis tribuit sem-  
piternam. Non ideo Deus querit rebus  
vestris vos exui, ut aliquid exinde ipse  
juvetur, aut vestra paupertate gaudet,  
vestraque indigentia gratulatur ; sed ut  
euntibus vobis ad eum, vel ejus divitias  
sempiternas desiderantes, momentanea  
seculi impedimenta, cum sibi vestros  
occupant cogitatus, de anima vestra nun-  
quam vos faciant cogitare, vel de morte  
possitis esse solliciti ; & dies vestros in  
extremis vita terminos per negligentiam  
definitos, relictis omnibus seculo, de  
quibus cogitabatis, ultima mortis ratio  
in iudicio vobis cum solis peccatis occur-  
rat, nihil aliud nisi penas perpetuas  
habituri : & tunc vos in eternum inci-  
piat penitentia, cum ipsius penitentia  
non poteris merito invenire remedium.*

*Unde nobis meritò clamat scriptura :  
Jes. 12. Currite, dum licentie ad prouidendum vestis  
Innen habetis, ne ad discutiendam negligen-  
tiam tenetis vestris mortis occurram.*

*Quid ergo, si aliquis ita accedat ad Dominum,  
ut à divitiarum suarum avaritia non re-  
cedat ? Hos tales superius dixit Apostolus, non posse in hoc quod Deo cupien-  
tibus permanere ; & tota facilitate eos à  
fide posse discedere, quibus de seculo  
remanet quod ametur. Ita enim nos  
considerantes, ô parentes, justa vobis  
secundum Deum pro vestro filio luade-  
mus : ut filii vestrum dignè Deo cu-  
pitatis offerre, à seculo eum prius exuite.  
Quod si aliquid apud vos eis seculo re-  
manerit conservandum, habebit aliquando  
tiellationem diabolici desiderii ; sicut  
canis delectatur ad suum redire vomi-  
tum : & posita manu super aratum re-  
spiciens retro, cùm non sit aptus regno  
celorum, relicto quandoque Monasterio  
securus de portione sua ei servata, à  
vobis cupiens in secularem domum ve-*

*stram reverti, fratribus suis volens esse  
cohaeres, in suarum redire incipiat spon-  
sus & dominus facultatum, & pristinis re-  
stitutus delictis & pompis, non aliud  
desideraturus quam nuptias. Ergo, si-  
cūt superius diximus, si dignè eum vul-  
tis Deo offerre, de auferendo prius im-  
pedimento ejus, quam de anima cogi-  
tate. Itaque audite vocem illius Domini  
ni, quam filius vester dicit se sequi, i-  
pisi dicentes : *Vende omnia quæ habes, & M. 19.  
da pauperibus, & veni sequere me : & habe-  
bis thesauros in celo : Sed quia portio ejus  
adhuc in vestra est potestate, & consensu  
vestro vel permissione magis videtur  
Deo offerre, quam nobis ; vos tangit  
de ea secundum Dominicam vocem,  
quam si vultis audire, pro filio vestro  
apud vos nihil remaneat in seculo, nisi  
Deus. Quod si forte propter innani-  
tatem divitiarum, vel amorem nutritae  
domi familie gravis vobis, & minus dul-  
cis haec divina preceptio convenit, au-  
dite Regule nostrae à Patribus salubre  
statutum consilium. De portione ejus  
tres fiant partes æqualiter, una distribu-  
ta Abbatis manibus pauperibus vel indi-  
gentibus erogetur : aliam vobis, vel fra-  
tribus suis pergens ille ad comitatum  
sanctorum exagilario munus titulo dere-  
linquit : tertiam verò partem viatici sui  
utilitate deferat secum Monasterii sancto-  
rum usibus profuturam. Quia quomodo  
filius vester omnibus in Monasterio fra-  
tribus ad solium vita portionem suam  
conferat, dicente Apostolo de erogatio-  
ne maximè ad domesticos fidei ; ita &  
universi Monasterii fratres suis singuli  
vicibus, prout quis habet, ad hanc ingre-  
dientes Monasterium deferunt formam  
filio vestro coniuncte cum omnibus  
profuturam. Quod si utrumque vobis graves  
sint voces, ut nec Deum audiatis pauperi-  
bus erogando, & filii animam redimen-  
do ; nec nostrum consilium partibus di-  
videndo, & auferendo ab eo secularem  
substantiam, vel nudum & solum filium  
Deo largite ; ita ut jurejurando per sa-  
crosanctam Evangeliam promittatis ei, ul-  
terius eum de vestra patrimonii substanciali  
nihil habere : ut firmiter jam perse-  
verans in Domino, sciat se de seculo  
nihil sperare, cùm se à vobis, & ab eo  
viderit alienum, solummodo superna de-  
sideret. Quia hoc expedit anima illius,  
ut aut ordinatus à vobis vadat ad Domi-  
num, aut pro eo exaheredatus à vobis  
feliciter magis perget ad Deum ; clamans  
Deo, quem sequitur nudus : *Tu Domine Psalm. 15.  
reflexus mihi brevissimam meam.* Tantum  
est ut nihil habeat de seculo, quod vivis  
vobis aut mortuis de vestris facultatibus  
jam speret. Quia cui semel crucifixus  
est mundus, denuo ab eo redelectari non  
debet.**

*March. 19.* debet. Nam si ex toto nihil de eo ordinare volueritis, caufam ejus puto vobis divino reservari iudicio. Eum vero certissime scatis, plura a Domino recipere, quam contemptis; cum Dominum sibi fecit, quem natus fecutus est, debitorem. Recipier enim in ecclesie filius vester sine dubio multa, promittente ei Domino in Evangelio, dicens: *Qui reliquerit aurum, aut argentum, aut possessiones, aut dominum proprie me, censum accepit in regno Dei, infra & vitam eternam.* Hec audiens filius vester paratus est, si vultis reliquere vobis totum, ut apud Dominum centuplum valeat invenire: quia de omnibus Dominus noster est nobis idoneus. Nam quid illi sufficit, cui ipse Dominus non sufficit?

## C A P U T X C I I .

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De bono vel gradu post Abbatem carteris denegando.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

*C*AVERE debet Abbas, ne quem sibi aliquando secundarium adjudicet, vel in tertium aliquem constituat locum. Quare? ut cum nullum elatum de honore reddiderit, & sancte agenti successoris sue honorem promiserit, certatim omnes in bonis actibus, vel in humilitate faciat propensare; sicut de potiore gradu contententibus Apostolis Dominus indicavit, cum in medio eorum infans deduxisset, & dixit: *Qui uult esse inter vos fortis, sit talis: & qui uult esse inter vos maior, sit vester minister, & iterum dixit Dominus discipulis suis: Quicumque prius fecerit precepta mea, & sic doceret, bi maximus vocabitur in regno celorum.* Unde ergo sequens hanc humilioris formam, hoc semper omnibus fratribus dicere debet Abbas: Fratres & filii mei, quicumque de vobis hoc elaboraverit, ut divinis preceptis in omnibus obediens, vel per omnia Regule obtinerans, vel meis actibus familiis inventiatur; quicumque ad hoc concendenterit, ut doctrinam meam compleat factis; quicumque mores suos, non in sua propria voluntate & arbitrio, sed Dei obedientia per me tradiderit corrigendos; id est, non in superbia, sed in humilitate; non in multiloquio, sed in taciturnitate; non in odio, sed in gratia; non in dolo, sed in charitate; non in ira, sed in pace; non in ebrietate, sed in sobrietate; non in satietate, sed in parsitate; non in scandalo, sed in continentia; non in murmuratione, sed in obedientia; non in tarditate, sed in agilitate; non in contentione, sed in afflitione; non in levitate, sed in gravitate; non in vaniloquio, sed in paucis fa-

plientiis verbis; non in rivo multo aut excuso, sed in patientiis lacrymis; non in luxuria, sed in castitate. Hec ergo omnia quicunque de vobis perfecte implaverit, non solum meo, sed Dei iudicio tempore mortis meae scholae Dei ordinabitur magister, artem Dominicam, quam ipse jam perfecte adimpleret, Christi discipulis monstraturus. Nam quomodo ad honorem maiorem quis poterit justè concendere, si honoris ipsius merita in divinis preceptis non valuerit adimplere? Vel quomodo monitiones maiores didicerit, qui non factis efficerit divinis, quomodo praeerit scholae? Quomodo aliena poterit via emendare, qui sua neficit acta corrigeret? Vel quomodo sub disciplina poterit alios regere, qui culpas disciplinae in se non potuerit emendare? Ideoque nisi qui prius fuerit in omnibus perfectus discipulus, dignus non poterit esse magister. Cum hoc ergo Abbas siue Congregationi predixerit, & nullum certum reddiderit de honore, semper eorum confundat gradus, viciusque ad mensam fecus se sedere faciat, viciusque in oratorio jubeat fecus se universos flare, universos vicius post se Psalmos imponere; ut nullus de secundo honore jam redditur elatus, sive de ultime gradu aliquis se faciat desperatum. Ergo cum nullus de multis secundo in gradu erigitur; & per incertum spei unusquisque ad percipiendum honorem, si be sancte tractaverit, de se hoc suscipiat judicare, & per bona acta sua eligi se posse quandoque in Abbatis honorem confidat; ut dum pro incerto nullus designatur, sed bene & sancte agentibus honor promiscitur, ita sit, ut dum omnes cupiant gradum obtinere honoris, supradicta Dei precepta in se festinent implere; & si non propter timorem futuri iudicii, tamen vel propter praesentis vite honorem contendendo certatum possint omnes perficere, ut cum grandis fuerit Congregatio, ut per nullos gradus honoris diversi descenderint, nullis sibi antecedentibus non possit de se ultimas desperare; nec item secundus, omnibus post se positis possit elatus gaudere, & jam securus de solo honore caufam Dei in se negligat adimplere; jamque magis sperare praesentia quam futura: quia generanter tale est genus humanum, ut plus amet que videt, quam que non videntur sperat. Ergo sicut supra diximus, cum incertos posuerit diverorum gradus, & omnes fatigantes viderit in hunc aliquando veille se pervenire honorem, certatim festinent adimplere, ut per bona acta placeant ordinari; ut unusquisque ostendens opera sua sancta Abati & Deo, in hoc honore de se posse consentire

Dewam

## REGULA

Deum & Abbatem dignè de se suspicere : cùm invicem sibi & zelo boni honoris & desiderio propensiores extiterint, tunc coguntur in se Deo & Abbatii omnia sancta & bona ostendere, cùm perfectorum merita coepirnt sperare ; & modo jam in se factis ostendere, quod exterius postea verbis cupiunt edocere. Nam & iudeò reales omnes habere constituimus gradus, & nullum in secundo honore constituendum, ne forte, sicut dicit scriptura, *erant novissimi primi, & primi novissimi* : hujus forte fratris in Monasterio ante obitum Abbatis debeatur ingressus, quia jam aut aliqua Regula approbatus, aut certe, ut de multis in Vitis legitur Patrum, propter humilitatis desiderium Monasteria vel Congregations suas absconsè deferentes, subjugare se alieno malum imperio. Et quia non privat bonis Deus ambulantes in innocentia vel humilitate ; & non potest abscondi civitas super monte posita, nec lucerna accensa, non sub modio, sed super candelabrum posita illucescit, quid si forte de negligentioribus suis fratribus aliquem se vivo Abbas in secundum gradum jam designet, & cùm hujus supradicti tanti virtutis scholam novi Monasterii per humilitatem celatam magnus vir intraverit, & ejus quotidie ultro perfecta claruerint opera, & cum despectione agitur Monasterii novellus discipulus, agnoscat factis Christi miles antiquus. Nonne cùm hunc tam subito Abbas agnoverit, negligenter jam ordinatum secundarium, proprio sep̄ poenitentia facto, & suo iudicio efficiatur reprobus, cogitat dissipare quod fecerat : cùm non est dignum ut melior sub deteriore consistat ; & hic verbis imperet, qui imperata factis non possit adimplere. Ergo suspensus honoris gradus habeatur in omnibus, & ostensis benefacitis quandoque promissis hoc Abbas fratribus suis lapīdē verbis spondeat, dicens : dabit Dominus honorem huic qui sanctis eum provocaverit factis, nec fraudabit eum desiderio suo, à quo nec Deus ipse fraudarū est à lucro suo : & providet Deus discipulis per ipsum alius quod opus est, cùm prius de ipso Magistro ipse nihil coepit indigere. Ergo dum in hanc summam honoris omnes fratres Abbas viderit anhelare, & certam opera sancta in bonis preceptorum Dei desideriis diversos se ostendere, consideret semper animo, & oculo scrutetur, qui diversis in agone observantie superior vel perfectus extiterit ; & jam tempore mortis suæ vocatis omnibus ante se fratribus, dicat eis : Benè vos quidem omnes in observatione sancta egistis ; benè acta vestra Dei semper præbuitis aspectibus : &

vocato subito nomine illius, vel apprehensa manu ejus, quem meliorem in omni perfectione semper absconsè catetis judicavit, dicat omni Congregationi : Audite me filii, Trinitas sancta novit, cuius iudicio hic eligitur, quia vobis omnibus in omni observatione mandatorum Dei, id est, in taciturnitate, in obedientia, in fide, in pace, in gratia, in patientia, in bonitate, in simplicitate, in vigilancia, in sobrietate, in continentia, in castitate semper melior exstiterit iste.

## CAPUT XCII.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De ordinatione novi Abbatis electi de omnibus à priore.*

RESPONDET DÓMINUS PER MAGISTRUM.

Ideoque iudicio Dei, & testimonio meis vobis pastor eligitur, & vobis Abbas à Domino, cui semper de bonis actibus placet, ordinatur, gregem Domini futuro iudicio reconfiguratorus suscipiat. Videte, fratres ne quis hanc ordinacionem animo malo suscipiat, & Christum contemnet, cujus vicem in Monasterio vobis iste acturus est. Post hæc acta statim oratione ab omnibus facta, accersitur statim Praeful Ecclesie ipsius territorii, ut testimonio ejus Clericatus offici, mutato Episcopi manu nomine ejus in Abbatis honorem, in diptico post nomen prioris ejus jam missa Altaris in oratorio à Clerico recitetur, ipso oblationem fratrum offerente. Si tamen Abbas adhuc defunctus non fuerit, & adhuc delectus à vivis non fuerit, tunc post nomen majoris. Nam postquam defuncti nomen inter quiescentes migraverit, novi nomen in capite seribatur. Mox ergo celebrantes in oratorio Missas, cùm explicaverint praefente, ut diximus, Pontifice, vel cuncto ordine Clericatus offici, data ei à Priore pace, vel subsequente Congregatione, tradat ei in manus Regulam hanc, simul & petitas claves à Cellario de enticis Monasterii, & brevi terum univerlarum, ferramentorumque, & codicum vel univerlorum mobilium ; & collata singulorum testamento omnia ante Pontificem assignentur. Nam dicat, cui dat Regulam hanc praefente Pontifice, vel univerlo officio ejus, vel sua Congregatione ; Accipe frater legem Dei, hanc Regulam, in qua observantibus eternam provideas vitam ; negligentibus sempiternum propinas iudicium. Hic anima vincit, aut perit ; hic vita aut amittitur aut tenetur ; hic pendet ilarum quas conspicis animarum à te Dei exactio. De hoc breve

breve gregis istius in judicio Domini post me tu facturus es rationem. Memento frater, memento, quia plus cui creditur, plus ab eo exigitur : & esto iam sollicitus, & noli esse securus de lupi voraciibus faucibus diabolicas infidias gregi tuo futuras ; sed & vulneribus animarum, vel ruinis culparum, quibus artibus vel monitionibus ad salutem animas valeas restaurare. Esto jam quantum potes vigilans & sollicitus ; quia usque hodie fuisti securus. Hæc cum compleverit, Regulam istam tenenti in manu iterato dicat : Abbas, ingredere oratorium Domini ; & ita in loco meo cum Congregatione jam tua. Alliget summus Sacerdos orationibus suis in gestis celorum, quod suscepisti in terris, & post hac dicta tradat ei pallium suum : quo accepto osculetur qui acceperit manus dantis ; & cum acceperit mox ingressus cum Sacerdote novus Abbas cum Congregatione jam sua in oratorium, & stans in loco prioris, postquam Sacerdos pro eo orationem effuderit, statim vadat novus Abbas ad altare, & ponat super illud Regulam : & dum eam ponit, quam accepit, dicat retro omnis Congregatio una cum ipso hunc verbum : *Conferma hoc Deus quod operatus es in nobis* ; cum gloria, & cantilena. Quia cùm perdidixerit, mox clara voce proflernens se in orationem pavimento, expetat profane orarium Sacerdotem ; quod & retro Congregatio similiter pavimento adhæreat. Et surgentes post completam orationem osculetur genua Sacerdotis, & erigatur ei ad pacem. Deinde omni officio ejus pacem contradat, deinde Praepositus, vel omni Congregatione : & sic exeat diligenter, tradens claves manu sua Cellario. Mox vadens & orationem cum omnibus complens sine Sacerdoti, jam ipse petita benedictione, in cathedra fedeat predecessoris : & venientes primo Praepositi, deinde omnes ejus genua osculentur. Mox surgens vadat ad jacentem Priorem, & osculetur genua ejus ; & porrigitur ad pacem ei. Post acceptam pacem quondam Prior dicat omnibus : Fratres, & pro me orate, ut rationes animarum vestiarum transactas una cum mea possim in die judicii ante Dominum discularem integras exponere, & fideliter consignare : & quonodo vos constabilis Dominus in terris, & meos bene exitus suscipere dignetur in celis. Unde si post hoc fortè melioratus ipse Abbas, defunctus non fuerit, omnem licentiam, vel potestatem, ordinacionemque, vel honorem pristinum disciplinæ ipse recipiat. Et meritò : cui Deus ad hoc ipsum redditit vitam : nihilunque sibi noviter ordinatus ex illa hora

*Cod. Regul. Tom. I.*

usque ad diem veræ mortis ejus de honore constituto vindicet. Et cum ei certus advenerit dies mortis, qui jam sub praefectia Sacerdotis pridem extitit ordinatus, sine dubio ipse succedat : ita tamen, si casus superbiæ vel elationis ejus non deposuerit merita. Ergo cum nihil illo vivo sibi usurpaverit de honore, sed hoc tota mentis intentione affumat, & diligent observatione custodiat, ut non jam de honore designato reddatur elatus, sed in melius magis acta sua de praecceptis Dei in Regula constitutis quotidie de se, coram Deo & fratribus, vel omnibus hominibus, præbeat : & plus se ex tunc in verbis & factis in ipso habita humiliet, quam antea pro ipsius humilitatis gratia fuerat incurvatus ; ut cum omnes vestimenta humiliorem & viliorum omnibus magis posse designationem honoris effectum, quam ante, ut quasi perfectus meritò in se Domini impleat sententiam dicentis : *Qui vult esse esse fortior*, Matt. 10. sit *vester ultimus*, & qui se humiliaverit, meritò exalteatur : tamen propter honorum, quem Sacerdos orationibus constituerat, & manu sua post Abbatis prioris, cum confirmaretur, in diptico Monasterii nomen scriperat, & suo honorabilis eum prior & verus Abbas judicio elegerat ; & quod ante non licet per Regulam, pro oratione Sacerdotali, & ipsius Abbatis electione, & magis propter additam & augmentatam in eo humiliatem, secundarius jam judicetur. Quod nomen non suo judicio præsumpsit, sed perfecte observantiz in eo merita elegerunt : nam Regula idèò vetat constitui secundarios propter electionem & superbiæ. Nam illum per actum bona observantiz, vel nimiam humilitatem & Deus elegit, & Abbas concessit, & Sacerdos ordinavit ; sed constitui adhuc vita prioris redditâ non permisit. Unde ex illa die quasi jam spiritalis Cæsar designatus secus Abbatem fedeat ; alium chorum pallientum contra Abbatem teneat in oratorio, post ipsum calicem ad mensam accipiet, & post ipsum in orationibus habeatur ; & ubicumque Abbas ambulaverit, ipse locum pro se sufficiendi, vel vitia fratrum emendandi, vel excommunicandi licentiam habeat attributam. Quod si excommunicatus frater satisfacere ei consuetum noluerit, reservata culpa ejus Abbat, ipse vero usque ad adventum in reatu excommunicationis permaneat. Omnia ita ex delegatione ambulantis exercent, & in omnibus absents agat vices Abbat. Sed hoc ipsum non suo judicio sibi deferens, sed iusti prioris & veri Abbatis : cum ei per praecceptum permititur, tunc licentiam habeat aliquid ordinare, aut in hoc honore credit se posse

O o

cons-

confidere. Nam omni hora omnibus judicans se esse aequalem, & magis, si sit esse perfectus, & dignè vult ad quod depurari est pervenire, humiliando se ut vel fratribus suis, magis se omnibus inferiorem adjudicet, & viliorum, se universis ultimo cordis credit affectu. Quia tales novit Dominus exaltare, diligente scriptura: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Nam hoc cavere semper ipse frater debet, ne aliquando de proviso honore cordis elationem affumat, & in aliquam prorumpens superbiam, in aliqua parte aut humilitatis aut precepti divini corruens, Regulam sicut prius observabat, minus aliquid modo adimplat, jam designato honore securus. Et mox sciat pro certo, quia cum Abbas frequenter in alias culpas, quem elegerat, non in maius proficienter, sed per negligientiam magis dererioratum eum apercerit, & monitus ab Abbatore non errandaverit se; & nomen ejus delect, quamvis Sacerdos rogatus ab Abbatore, de diptico; & ipse in iuum rediens numerum judicetur negligenter eorum qualis; & excommunicacione confiteat suhjaceat, qui culpas non vitat: quia per negligentiam perdidit, quod intervenerat; & recipiat quod admiratur. Et postquam fuit inferiori redditus merito, à latere jam dejungatur Abbatore: & ex illa jam die ab Abbate aliis frater de omnibus jan. oculo & animo quaratur, superior negligenti, qui & ipse electus absconsè quotidie tempore mortis fuerit, manu sua Abbas eum aperiens indicet, justè & merito omnibus praeponendum ordinatione primatus. Et reprobi isti, qui per negligentiam de summo honoris culmine cadunt, audiunt Apostolum libi dicentem: *Bone irrebat, quis vas impedit?* Satanas qui elatos deponit. Et antequam dilectus reprobus fiat, & in negligentiam convertatur, audiat quid eum quotidie conveniat scriptura, dicens: *Tu quid habes, ne alter accipias eorum tam.* Et qui audierit, & non obseruaverit, sibi imputet cum cederit: quia à Domino superbi ac negligentes & indigni ideò deponuntur, ut dignè observantes preceptum Dei, aut humiles exaltentur. Quia apud iustum judicem Dominum non est personarum acceptio: nec vult aliquid praestare indignis; cum solos justos, bonos, & sanctos novit diligere, & ipsi solis de praesentis vita honore, & de perpetua coronæ retributione sit debitor.

Matth. 23

Gal. 9.

Apoc. 3.

## CAPUT XCIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si subito Abbas moriatur, quo ordine de incertis fratribus Abbas alius constituantur, cum se vivo nullum designaverit meliorem, & dum subita cum mors perurserit.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

REPENTINUM humanitatis casum considerantes, & adventum, ut assolet, subita mortis, hoc de incertis inveniendum ad ordinationem convenienter taxavimus; ut de incertis certa possit ratio inventiri. Cum ergo superior diximus, diversorum Monasteriorum confulos debere esse gradus, & nullum certum redibere de honore secundum; cum ergo non judicaverit Abbas vivens post se ordinandum, quem ex alteris probaverit meliorem, qui si subito migret ad Dominum, respondemus quid, ne cum unusquisque de suo iudicio successionem prelumens, universis in seditione exagiter, & studiosum paribus pugnam scandali domum pacis faciat in contencionem converti, id est hoc decernimus, ut iudicio Pontificis ipsius territorii & Cleri querar Abbas Sanctissimus, qui accepit hanc Regulam supr. hanc Congregationem ad viam prioris deficti, supra omnes fratres triginta habet diebus, & ipse consideret secundum hujus Regule constituta, quis superior de omnibus observantia poterit inveniri. Qui ergo Abbas tricesimo die coram illo Sacerdote vel Clero, per sacrosancta iurata Evangelia, dicat se à nullo promissionibus vel adulatioibus esse redemptum; sed in causam Dei quam invenerit integrè pandere. Mox vero stante ante eum omni Congregatione subito apprehendat ejus manum, quem invent in omnibus meliorem, in omni observantia mandatorum Dei, vel Regule constituta; & tunc demum in eo, ab illo Pontifice vel Clero ipsius territorii secundum hujus Regule constituta, ut superior diximus, primatus ordinatio celebretur.

## CAPUT XCV.

## INTERROGATIO DISCIPULLI.

*De officiis Monasterii.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Duos fratibus ætate decrepitis cella intra regias Monasterii propè constituantur; qui deputati ibi & claudant Monasterium omni hora post exunes, & apertior ingredientibus, & advenientes nuntiant Abbatem. Nam & hoc observare debent ipsi duo senes quotidie, ut horis quibus oportet in Monasterio legi, ieratis regis

regiis Congregationi se jungant, ut legentes audiant; & cum ad opus divinum oratori index sonaverit, feratis item regius ad opus Dei oratorio praesentetur. Ad opus laboris hoc querantur quod possunt pro etatis possibilitate implere, id est, aut si artes sciunt; aut certe si neisciunt, in quo possunt quotidie septimarios adjuvent: tamen labori alio non querantur, si propter opus aperiendi & claudendi omni hora occupantur. Annoram canum à Cellario ipsi accipiant, & eis cum aqua, vel coquina remanente jucicello ministrent. Animalium intra Monasterium curas, adjuncto in septimana illorum hebdomadariorum solario, ipsi adimplent, & regiae mundicias ipsi exerceant: vel intra eam ciendelū suspensum & factū incendant quotidie; ut noctu foris eujusvis, advenientis cognoscatur ingressus. Qui senes, ut superius diximus, pro honore etatis cum Abbe manducent, secundum formam perfecte humilitatis, ut sancta Eugenia demonstrat, quæ dixit, nec ipsis se superiorum velle offendere. Nam talibus dicit scriptura perfectis:

*Quanto magnus es, tanto humili te: & apud Eccl. 5.  
Desm & homines invenerit gloriam. Omnia  
verò necessaria intus intra regias esse  
oportet; id est, furnum, macine, re-  
frigerium, hortos, vel omnia necessaria;  
ut non sit frequens occasio, propter quam  
frater multoties foras egredi, sacerulari-  
bus mixti forte à religiolorum oculis vi-  
si, ad damnationem potius nostram ab  
eis pro Angelis adoremur; & Bendicite  
nobis non meritis indignè dicatur, cùm  
forte sancti putemur esse, quod non su-  
mus: aut magis per irrationem quorun-  
dam infidicium vilescat in publico vel  
plateis sanctus habitus ambulando. Cùm  
ergo hæc omnia intus fuerint constituta,  
clausa sit semper Monasterii regia: ut  
intus clausi cum Domino fratres veluti à  
seculo sint jam causa Dei in celibib[us] separati. Quæ regia Monasterii à foris  
circellum habeat ferreum in timella, quo  
ab adveniente concuso, cujuslibet su-  
pervenientis intus indicetur adventus.*

*Explicit Regula Magistri.*

# GRIMLAICI PRESBYTERI REGULA SOLITARIORUM.

## Observatio critica in Regulam sequentem.

Per SOLITARIOS hic nominatos non intelligit auctor Eremitas, vel Anchoretas, sed inclusos & sponte incarceratedos Monachos, qui ex diuturna monasterii probatione, ut loquitur S. Benedictus, ad singularem non eremi, sed angustæ cellæ pugnare descendunt. De quibus Inclusis ita scribit Petrus Venerabilis lib. 1. epist. 20. Obserata quidem est janus, vel forte lapidibus obturata; sed per angustum fenestellæ aditum recipit, quidquid per ostii latitudinem admisit. Adeoque pro talibus sponte incarceratedis Monachis scripta est hac Regula, qui non in competitribus cellis aut in pagis, sed in subterraneis monasterii locis includebantur, perpetuus quasi carcere sponte & tubenti animo eligentes. Quod admirabile vita genii non cuiuslibet ampletti permisum est; quicunque enim talem inclusionem defiderat, non solum Abbatis & Conventuum licentiam obtinere debuit, sed post diuturnam probationem etiam Episcopi facultas & potestas requirebatur, cuius autoritate & sigillo officia cellula occudebatur, ut omnis fallacia suspiciones removenterentur. Celbris erat hujus inclusioneis ceremonia; prout hac Regula prescribit, atque Inclusus vestibus ad finem usque vita gestis induitus angustæ cellulæ ex omni parte muris septæ obcludebatur, ut nec egredi, nec saculare ingredi valerent: fenestra quoque talis intus & foris obfigurabatur, ut ipse nec videre aliquem, nec ab aliis videri potuerit. De talibus sponte incarceratedis Monachis scripsit doctum syntagma Matthaeus Raderus S. J. Sacerdos, & in sua Bavaria sancta exhibet quandam brevem sed mancam Regulam pro illis sancti duodecimo scriptam, quam prout huic Operi inservere haud opera pretium esse duximus: Nam hac præsens Regula pro omni genere Reclusorum fassissima est, in LXIX. capitula partita, plerunque ex Regula S. Benedicti defumpta, qua sola tempore auctoris apud

## REGULA SOLITARIORUM

Cenobitas floruit, ex quibus bi Incisi defumabantur. Quod autem auctorem Regula attinet, vix aliquid certum determinari potest; cùs duo GRIMLAICI blō nominentur: unus qui scriptis Regulam, alter cui & hoc dedita est, & quidem uterque Sacerdos. Resert guidem Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum DCCCC. tempore Formosi Papa floruisse quendam Presbyterum, nomine GRIMLAICUM, Papa familiarem & Episcopatu dignissimum, qui an hanc Regulam scripsit? an verò illa eidem nuncupata fuerit? non determinavit vir dignissimus. Utinque sit: Author Monachum se, & vitam solitariam egisse, satis indicat; & cùm Aquisgranensem Regulam aliquando adducat, sic eum longe post annum DCCCXVI. floruisse certum est, & fuisse in urbe Metensi vel in vicina aliqua Abbatia solitariam vitam excoluī; cùm S. Arnulphum Episcopam Metensem jam dudum defunctum præ reliquis priuatis summopere laetet. Nolo hic afferre, quid p̄fissus auctor eō confidit hanc Regulam condiderit, ut aliquis Monachorum Ordo secundum illam viventium exoriretur; nunquam enim aliquam horum Inclusorum Congregationem alcibi floruisse legimus, quamvis reperimus plures sponte Incarceratos, sed in diversis cenobitis viventes. Sic Marianus Scotus in suo Chronico resert duos tales Inclosus, nimirum S. ANNUNCHIADUM Fulda inclusum, & admirandum illum S. PATERNUM, qui ob amorem talis vita solitaria permisit se vivum comburi, dum tuta civitas Paderburna igne consumpta est. Et quoniam beatus ille Chronographus, tum Fulda tum Moguntia, hanc Spontaneam incarcerationem per plures annos amplexus fit, atque in pluribus monasteriis antiquis cellas talium Inclusorum adhuc superfiunt; tanet à p̄eib⁹ loculis nullus hoc vita genus ambivit. Verum de reclusis Feminis Sandimonialibus plura mox dicentur, cùm Regulas sacris Virginibus prescriptas observabimur.

---

IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIT.  
PROLOGUS REGULÆ SOLITARIORUM.

Dilectissimo Patri in Christo atque æquivoce meo GRIMLAICO venerabilis Sacerdoti perennem in Salvatore salutem.

**S**EPE NUMERO dum in auribus vestris omne, quod mihi de meipso displiceret, exposui, fugiens filii mīhi, ut Regulam Solitariorum, videlicet Cenobitarum, describerem, mihiq; ipsi jugum servitutis imponerem. Ego autem hoc diu multaque reūs sum agere, ne fortè vires meas excederem, imò ne jačantiz iaspum incurrerem; verebras pariter ne ab aliquibus quasi nova condens præsumptuosus putarer, ac ne mihi illud antiquum obijceretur proverbiū: Quid necesse est in mari mittere pilces, aut in flumine aquas? Sed cùm post multis dies remansisti cœperim, quod numquam moris fuerit sanctis Patribus invicem provocare, invicem lvidere, sed unumquemque in ordinanda domo Del pro viribus suis obtulisse; malui imperio iussionis vestre obtenerare, quām voluntatem meam facete. Unde & ego mox injuncti me operis labori supposui, atque hinc inde orthodoxorum Patrum sententias exemplaque diversa decerpī, & ex his hanc Regulam componere satagi. Eorundem quippe nomina, quorum sententias ad hoc opus assumpsi, ob prolixitatem capitulorum vitandam, par-

tim intus in serie, partim defotis in lpsis marginibus impressi. Et ne aliquis compilatorem vocaret, hoc potissimum fieri curavi. Scio namque, Domino pronunciante, quia quā è semel ipso loquitor, *Jesu 7. 18.* gloriam propria querit. Mea quoque dicta licet sint exigua, tamen inter Sanctorum flores eloquiorum solito nomine meo imprimere curavi. Quia de causa humiliter obsecro, ut si cui hec scribili videtur, prefata Sanctorum vocabula, sicuti nunc sunt adnotata, adnotare non ometat. Nostracismos denique & barbarismos, & necnon & ipsos prepositionum casus in hoc opusculo servare contempi: quia indignum de abrenunciatione sciculi, & de activa vita & contemplativa pauca collegi capita. Deinde quomodo solitaria conversatio confolare debeat, & de

vita

Hanc nimirum Regulam de Sanctorum floribus, quasi de magis fluminibus pelagiisque gurgitibus excerptam, in modicos rivulos, hoc est, in sexaginta novem capita dividere curavi. Et prius omnium de abrenunciatione sciculi, & de activa vita & contemplativa pauca collegi capita. Deinde quomodo solitaria conversatio confolare debeat, & de

vita ac moribus Solitiorum aliqua adnexu capitulo. Inter haec quidem de preceptis Redemptoris nostri tria tantum capitulo inserui, quatenus Solitarii in legge Domini die ac nocte meditantes, & ipsa Christi manda sedulo ante oculos mentis simul & corporis revolventes, semper devotiones atque ferventiores existant. Pollea quoque ad activam vitam veniens, quid vel quantum de cibis & potibus, quidve de vestimentis aut lectoribus habere vel uti debeant, determinavi. Addidi etiam modum & tempus jejuniorum atque abstinentiarum. Subfunxi quoque locis congruis pauca de virtutibus & vitiis: & ut cautos faciem Solitarios, quibus modis miracula operari soleant intimare curavi. Ad ultimum autem de perseverantia boni operis unum tantum capitulum posui.

In his ergo omnibus ubicunque aliquibus clausulis enucleandis necessitas extitit, morem fluminis imitari studui. Fluvius quippe dum per alveum defluit, si valles concavas ex latoe contingit, in eas protinus sui impetus cursum divertit; cumque illas sufficienter implaverit, repente se in alveum refundit. Ita nimurum ubicumque inter sacra Sanctorum eloqua aliquam obscuritatem congrua adificationis reperi, quasi ad vicinam vallem explanationis undam reverti: & dum ipsam obscuritatem vallem sufficienter expositam perspexi, rufus ad sermonis propositi alveum recucurri. Sed non hoc meo sensu vel studio, sed Sanctorum Patrum oraculis annuentibus peregi.

Hoc sane, Pater venerande, tam vos, qui ad istud opusculum peragendum me excitatis, quam omnes qui haec fotete lecturi sunt, contestor & obsecro; ut quidquid in rebus istis que utcamque digestis sunt, reprehensionis invenerint, vicio meæ rusticitatis adseribant, mihi que dignanter indulgeant: Ea autem que secundum fidem Catholicam dicta probaverint, Deo deputent; qui dat omnibus affluenter, & non impropperat. Ego quippe dum studul preceptum jubentis implere, etiam majora viribus meis presumpti suscipere; sed tamen ipsa obedientia valde mihi erat necessaria? Hac quidem nactus occasione Regulam, quam non habebam, modo habeo. Ceterum de accusatione dictioris elucubrata non fatago: quia quod à Magistris negligendo non didici, id exhibere loquendo nequivi.

Id ipsum autem quod scripsi, non ingenio meo fregus, sed orationibus vestris auxiliantibus peregi. Solent namque medici, ex multorum speciebus pigmentorum in salutem poscentis quoddam ge-

nus medicamenti componere, nec seipso presumunt sateri creatorum herbarum, vel aliarum specierum; sed ministros esse in colligendo & conficiendo afferunt. Ita & ego, non auctor hujus operis, sed minister in colligendo extiti. Ex quarum tamen compositione specierum salus efficitur agrotantium. Sic etiam, sic forsitan mea devotionis labor vestre charirati, Domino opitulante, aliquid proficere valebit. Non enim, ut reor, tam sollicitus mihi hanc Regulam scribere injungereis, nisi eam diligenter, & nisi ad propositum vita solitarie quandoque venire volueretis. Sicut enim me piz devotionis affectu exhortati estis, ut eam scriberem, ita nunc vos humiliter deposco, ut eandem siueius diligenter legere studeatis; quatenus animus vester quodammodo exterioribus molestiis fatigatus, ad scipium redeat, & quo maximè festinare debeat, intelligat. Quid ergo in hac vita laboriosius, quam terrenis desideriis astuare? Aut quid securius, quam de hujus seculi vanitate nil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis & sollicititudinibus conturbantur. Qui autem ab eo redundant, & solitariam vitam experti, futura pacis quietem, quam illic expectant, hic jam quodammodo habere inchoato.

Quapropter queso tam vos, quam omnes Deum diligentes, ut nemo hanc Regulam spernat, neque ab hac instructione pavore perterritus refugiat: quia via salutis non aliter nisi angusto inicio est incipienda. Unde Dominus ait: *Con-Matt. 7.  
tendite intrare per angustum portam. Et ite ad regnum: Astra & angusta via est, qua datur ad vitam: lata & sparsa, qua ducit ad mortem.* Nihil ergo in hae constitutione asperum, vel onerolum, nihil grave spectro me scripsisse: sed si quid paululum restrictius, dictante sequitur ratione in ea instituti, hoc propter emendationem vitorum, & conservationem virtutum feci. Quisquis igitur hanc Regulam bono animo & plena devotione voluerit observare, in praesenti adhuc seculo positus, ad virtutum culmina, Deo favente, poterit scandere; & post hujus vita terminum, cum sanctis & electis Dei in celesti regno gaudere, & cum ipso Domino & Angelis ejus in perpetuum feliciter poterit vivere; & non solum vivere, sed etiam conregnare. Cunctipotens Deus animum vestrum ad hanc institutionis observantiam festinanter adducat, & per eandem observantiam ad regna caelestia perducat, Amen.

#### *Explicit Prologus.*

## INCIPIT TEXTUS REGULÆ

CAP. I. *De generibus Solitariorum.*

**P**RIMUM igitur indagare oportet, cur Monachus, vel cur Solitarius vocatur, & sic demum, auxiliante divina clementia, ad cetera exponenda rite transcamus. Monachus enim Graeca etymologia vocatur, eo quod sit singularis. Monas enim Græcæ, Latinè singularitas dicitur. Ergo Solitarius interpretatur vocabulum Monachi. Idcirco enim sive dicatur Monachus sive Solitarius, unum atque idem est. Sed jam videamus quoniam sunt genera Solitiorum. Duo sunt namque genera Solitiorum; unum Anachoretarum, id est, eremitarum; alterum vero Cenobitarum, hoc est, Monasteriale. Hec autem amborum genera non conversione fervore novitio debent institui, sed diuturna Monasterii exercitatione prius debent probari, quarenus probati ad perfectionis culmen, Domino miserante, condescende-re valeant. Praterem quoque sapienter dubitatum est a multis, a quo potissimum Monachorum eremus coepit sit habitori. Quidam enim altius reperentes, a beato Helia & Joanne sumptum dicunt exordium: alii autem afferantur beatum Antonium hujus propofiti esse caput. Maccarius vero discipulus beati Antonii affir-mat Paulum quendam Thebæum in novo testamento rei istius fuisse principem; quod & verum est. Scindamus vero, quod a tempore beati Antonii coepiunt Cenobitarum solitarii, hoc est, retrorsi. Sed quis primus fuisse retrusus, difficile ceperit; non enim solummodo in Cenobiis, sed etiam in ipsis eremis antea habitabant retrusi. Priscis denique temporibus hi, qui prius in Monasteriis erant retrusi, qui jam didicerant per multa experientia contra diabolum pugnare, ipsi quoque bene instructi, atque sicut aurum in fornace probati, fraterna ex acie ad singularem pugnam eremis, securi jam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, Deo auxiliante, dimicaturi pergebant. Horum exemplum beatus Arnulphus Episcopus tenuit, qui secundum Domini præceptum omnia que habuit, vendidit, pauperibusque distribuir. Et non solum temporalia reliquit omnia, sed etiam Episcopatum, quem post amissionem bonorum temporalium, Domino largiente, suscepit, ipsum dimisit; & poitea cellulam retrosonis expetiit; ibique multis diebus sole ad exercitandum

in divinis cultibus Domino mancipavit. Deinde vero post multorum curricula annorum assumpsit alas sicut columba, hoc est, virtutes spirituales, & ad eum convolavat; ibique Dominum nostrum JESUM CHRISTUM expectavit, ut illum salvum faceret a pusillanimitate spiritus & tempestate. Qui veniens non solum salvavit eum, sed ad zethera transvexit feliciter coronandum. Idcirco enim exemplum tanti viri hujus hic inferere studui, ut ab eo discant solitarii, omnia caduca despiciere, & caelitia totis viribus appetere.

CAP. II. *De præceptis altioribus Monachorum, vel Solitiorum.*

**A**LTIORA enim sunt præcepta que dantur Monachis vel sieculo huic renuntiantibus, quam illa que dantur fidelibus in seculo communem viram agentibus. Monachis & Solitariis dicitur: Si vis perfectus es, vade & vnde omnia que habes, & da pauperibus; & veni, sequere me. Et rursum: Omnis qui reliquerit dominum, aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possedit; Haec & hujusmodi præcepta specialiter soli congruent Monachis Solitariisque. Et quanto singularia, tanto potiora & eminentiora. Hec vero que sequuntur quasi minora minoribus generaliter dicta sunt omnibus. Qui non accipit, inquit Dominus, crux suam, & 38. Ibid. 5. inuenit post me, noui est me dignus. Et Ibid. 7. 12. iterum: Omnia que vultis ut faciant vestis homines, eadem & vos facite illis. Dico autem vobis: Nolite resister male. Item ipse: Diligite inimicos vestros; benefacie ipsis qui ideo odereunt, &c. Monachis enim sive Solitariis dicitur, ut sua omnia derelinquant; secularibus vero, ut sua omnia bene gerant. Illi præcepta generalia bene vivendo transcendunt: isti præceptis generalibus adstringuntur. Ad perfectionem enim non sufficit cuiquam sua derelinquere, nisi etiam semetipsum abneget. Sed quid est semetipsum abnegare, nisi voluntatibus propriis renuntiare? ut qui superbus erat, sit humilis; qui iracundus, fludeat esse mansuetus; qui luxuriosus, sit castus; qui ante ebriosus, sit sobrius; qui invidus & malevolus, sit benignus & benevolus. Nam si ita quisque renuntiat omnibus que possidet, ut & suis non renuntiet moribus, non est pro certo Christi discipulus. Qui enim suis

*fuis rebus renuntiat, sua abnegat; qui vero pravis moribus renuntiat, semetipsum abnegat.* Unde & Dominus: *Qui vult, inquit, post me venire, abnegat semetipsum, & sequatur me.*

CAP. III. *De quatuor ordinibus hominum qui erunt in die judicii.*

SCIENDUM quoque est, quia quatuor ordines hominum erunt in die judicii, duo bonorum, & duo malorum. Primus ordo salvabitur, & non judicabitur: id est, qui sua omnia pro Christo derelinquent, ipsi quidem cum Deo Iudices venturi sunt ad judicium. Unde est illud

*Ista ita: Dominus ad judicium veniet cum semibus populi sui. Ipsi alios judicabunt, & non judicabuntur ab aliis. Secundus ordo judicabitur, & salvabitur: id est, boni Christiani, qui res hujus mundi possident, & eas pauperibus quotidie erogant, qui nudos vestrunt, infirmos vitant, & alia his familiis implent, quae Christus facere docet. Hi tales judicabuntur, & salvabuntur; quibus dicturus*

*est in judicio Dominus. Eservi, & dedicas mibi manducare: fisi, & dedicas mibi bibere. Et post pauca: Venite benedicti Patri mei, precipite regnum, quod vobis patrum est ab origine mundi. Tertius ordo judicabitur simul & condemnabitur: id est, mali Christiani, qui fidem habere videntur, sed operationem non habent. Ipsi ad finitiram partem deputabuntur in judicio, & illis dicturus est idem ipse*

*Dominus: Eservi, & non dedicas mibi manducare; fisi, & non dedicas mibi bibere.*

*Et post pauca: Ite maledicti in ignem eternum, qui preparatus es diabolus & Angelus ejus. Ipsi enim judicabuntur, & non salvabuntur. Quartus vero ordo erit infidelium, qui non judicabuntur, sed con-*

*demnabuntur. De his ait Psalmista: Non*

*furgem impii in iudeo, neque peccatores in concilio iustorum.*

*Refugent enim impii, non ut judicentur, sed ut condemnentur; scilicet ut qui sine lege peccaverunt, sine lege perirent. Primus vero ordo, qui sua dereliquerunt, & Christum fecuti fuerunt, judicabunt alios duos sequentes, id est, bonos Christianos ut recipient bona; & malos contra, ut recipiant mala.*

Cum summa igitur devotione rogetis Deum, ut corda nostra misericorditer tangendo omnia visibilia nos despiceret, quatenus ad primum ordinem pertinere possemus. Vindicemus itaque in nobis bene vivendo gratiam tanti honoris: si enim vitam nostram perfecte custodierimus, Iudices cum Deo & Apostolis ejus in die judicii erimus. Firmissime enim hoc credere debemus, quia

fidelissimus est ille, qui hoc nobis promittit. Veritas est ipse, fallere non potest. Solitarii, qui sua omnia pro Christi amore derelinquent, cum Petro Apostolo dicere poterunt: *Dominus, ecce nos Matth. 19: reliquias omnia, & secuti sumus te: quid ei ergo erit nos?* Hoc pro certo sciens convenit, quod Petro tunc respondit, omnibus Solitariis in Petro respondit. Fortis est aliquis qui dicat: imitari hujus mundi contemptores volo, sed quod relinquam non habeo. Ad hoc verò respondendum est: Multum dimittit ille, qui voluntatem habendi dimittit. Attendere etiam debemus; quod non dixit. *Ves qui reliquias omnia sollemmodo, ibidem 23: sed addidit, & secuti est me: quia multi relinquunt sua, & Christum non sequuntur; sicut Crates Philosophus, & alii multi: sequitur enim Christum, qui illum imitatur.*

Pensemus igitur quid Petrus dimisit, qui sic confidenter loquitur. Retia tantum dimisit & navim, tamen loquitur confidenter: *Reliquias omnia.* Ac sic dicet; fecimus Domine quod jussisti, scire volumus quale pro hoc præmium datum est nobis. Jesus autem non solum illis, sed & ceteris respondit, dicens: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis vobis me, in regeneratione, cum sedebitis filii hominis in sede maiestatis meae, sedebetis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Magna iustitia & inenarrabilis gloria nobis est promissa.* Hoc sententia ad omnes pertinet, qui sua omnia pro Dei amore derelinquent.

Transcendamus autem visibilia omnia, despiciamus transitoria cuncta, ut mereamur perfaci cum beatis Apostolis æternæ beatitudinis gloriæ; & ut hoc citius fiat, Domini clementiam quotidie humiliter exoremus, dicens: *Cunctipotens Deus qui nos per sanguinem Filii tui redemisti, & ex aqua & Spiritu sancto voluntarie regenerasti, fac nos de hac miserrima peregrinatione ad diu defideratam citius patriam transire, in qua cum beatissimis Angelis & cunctis hominibus seculo renuncianteibus, per infinita secula regnemus.*

CAP. IV. *Quae sint vera divitiae.*

Q UAE sint vera divitiae beatus Gregorius patenter insinuat, dicens: *Sola, inquit, divitiae verae sunt, quæ nos virtutibus divites faciunt. Quæ vero nobis appetenda sunt divitiae, vel quæ fugienda, beatus Prosper fatus evidenter ostendit, dicens: Illæ nobis ambiende sunt divitiae, quæ nos ornare possint pariter & munire; quæ nos etiam contra impetus hostiles armant, à mundo differ-*

determinant, Deo commandant, ditant animis nostros atque nobilitant. Nobiscum sim, intra nos sint. Divitiae nostrae credendae sunt, pudicitia, quæ nos pudicos faciat; & justitia, quæ iustos; pietas, quæ piis; humilitas, quæ humiles; mansuetudo, quæ mansuetos; innocentia, quæ innocentes; puritas; quæ pueros; prudentia, quæ prudentes; temperantia, quæ temperantes; & supra omnia charitas, quæ nos facit Deo & hominibus charos, vitiorum impotentes, seculi contemptores, ac bonorum omnium statores. Hæc sunt non omnium, sed Sanctorum sola virtutes; non divitiae superborum, sed humilium pauperum facultates, patrimonia cordium, divitiae incorruptibiles morum; quibus non abundant, nisi qui illis carnalibus ex corde renuntiant. Quæ quamvis ipsa sunt bona, utpote à bono Deo creata; tamen quia sunt bonis malisque communia, student ea spirituales viri contemnere, quo possint ad illa incomparabiliter meliora, quæ sunt bonorum omnium propria pervenire. Quoniam non est tale bonum quod habent & malis; quale illud, quod non habent nisi boni. Corporale bonum, quando habent iniqui, iporum est præmium; quando habent iusti, non est eorum præmium, sed temporale solatium. Item, boni temporalis amissio fit exercitium iusti, & iniulti supplicium; quia & iustus desiderio cælestium captus omnia tēp. ralia sive habeat, sive amittat, omnino non lètit; & iniquus, qui cum delectatione habuit, sine dolore non perdit. Proprius hoc igitur eis, qui militare Deo, fugientes sunt ex toto corde divitiae, quas qui habere volunt, sine labore non querunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine gravi dolore non perdunt. Apostolus autem Christi militibus

<sup>z. Cor. 3.1.</sup> dicit: Volo vos sine follicitatione esse. Et <sup>z. Tim. 6.</sup> idem: Radix emulorum malorum est avaritia, quam quidam appetentes à puto erraverunt, & infererunt se doloribus mortis. Ac sic census ille terrenus eis, à quibus viciosè diligitor, non est voluptatum materia, sed dolorum. Hæc de veris & fallacibus divitiae dicta sufficiant. Quomodo autem quis ad perfectionis culmen consenserit poslit, audiamus.

#### CAP. V. De perfectione iustitie.

**S**I quis ergo vult esse perfectus, & tollere crucem suam, & sequi Dominum Salvatorem, & imitari Petrum dicentem: Domine ecce nos reliquimus omnia, & secundum sumus te; faciat hoc, quod praeteperit Dominus adolescenti, & sufficere ei potest ad perfectionem; id est: Vade &

vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & March. 19: uni, sequere me. In potestate nostra est, utrum velimus esse perfecti, an non. Non nobis jugum necessitatis imponit, sed potestati nostræ liberum arbitrium concedit, dicens: Vis esse perfectus, & in primo stare vestigio dignitatis? Vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & uni, sequere me. Quicunque ergo perfectus esse voluerit, debet vendere omnia quæ habet, & non ex parte, sicut Ananias fecit & Saphyra, sed totum vendere; & cum viderit, nihil fraudare, sed dare omne illud pretium pauperibus; & sic sibi thesauros in regnum cœlorum preparare. Neque enim hoc ad perfectionem solummodo sufficit, nisi post contemptas divitias sequatur Salvatorem: id est, relidis malis faciat bona. Facilius, inquit B. Hieronymus, fæcculus contemnitur, quam voluntas & voluptas. Multi divitias relinquunt, Dominum non sequuntur. Sequitur enim Dominum, qui imitator ejus est, & per vestigia illius graditur. Qui enim duxit se in t. Tim. 2: Christo manere, debet quomodo illi auctoritate, & opere ambulare. Bonum est ergo Dei seruo, corporaliter remotum esse à mundo; sed multo melius, voluntate. Litterumque verò optimum & perfectum. Ille ergo perfectus est, qui huic sæculo & corpore & corde disserens est. Magna apud Deum resulget gratia, qui huic seculo contemptibilis fuerit. Servis autem Dei cuncta hujus mundi contraria esse debent, ut dum ista adversi sentiunt, ad cælestis desiderium ardenter excitentur. Quid enim in hac vita laboriosus, quam terrenis desideriis astutus? Aut quid feciurus, quam de hujus seculi vanitate nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis & sollicitudinibus conturbantur. Qui autem ab eo recedunt, propter internæ quietis tranquillitatem, futura pacis requiem quam illuc expectant, hic quodammodo habere inchoant.

CAP. VI. Quod qui facculo renuntiant, non debent habere barbitates, nec possessiones.

**H**I ergo qui seculum perfectè derelinquent, nihil debent possidere praeter Dominum. Unde in libro Prosperti ita legitur: Quemcumque ergo possidenti delectat ambitio, Deum - quem collit, qui omnia possidet, expedita mente possideat; & in eo habebit, quæcumque sanctè desiderat. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur à Deo, sit ipsis primus Dei possessio, & efficitur ei Deus possessio & portio. Deinde quid ultra querit, cui omnia suis conditor

dixit sic? Aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? Hunc possidebat, & ab illo possidebatur ille, qui dicebat in spiritu:

*Psal. 111. Pess. mea, Dominus, dixi custodire legem tuam.* Et iterum: *Dominus pars hereditatis meae & canticis mei.* Qui enim possidet

*Thren. 3. Dominum, & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest.*

*Thren. 4. Quod si quidpiam aliud habuerit propter Dominum, pars ejus Dominus non erit: verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum ipsis partibus Dominus pars ejus fieri non dignatur. Si ergo, inquit Hieronymus, pars Domini sum, & funiculus hereditatis ejus, non accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi Levita & Sacerdos vivo de declinis, & altari deserviens altaris oblatione sufflentor: unde habens viatum & vestimentum, his contentus ero, & nudam erucrum nudus sequar.*

*Iudec. 44. Ad Ezechiem quoque dicitur: Sacerdotes mei, qui nulli in templo meo ministrant, non habent professiones: ergo Dominus professio eorum: nec hereditatem, ego Dominus hereditas eorum.*

*Nom. 13. Et ipse Dominus alibi dicit filii Levi: Non dabitis partem inter fratres suos, ego Dominus pessis eorum.*

*Hac satius evidenter ostendit, quod hi, qui terrene hereditatis portio- nem contemplerint, tales se exhibere debent, ut possident Dominum, & ipsi possideantur a Domino. Quia de re etiam in Collationibus Patrum tale datur exemplum. Quidam frater renuntians seculo, & dans quæ habebat pauperibus, retinens autem pauca ad opus suum, venit ad Abbatem Antonium. Quem cum agnovisset senex, dixit ei: Si vis Monachus fieri, vade in illum vicum, & eme carnes, & imponere corpori tuo nudo, & sic veni huc. Et cum ille sic fecisset, aves lacerabant carnes & corpus ejus. Cum autem pervenisset ad senem, interrogavit, si fecisset quæ dixerat ei. Ille autem ostendit corpus suum laceratum. Tunc dixit sanctus Antonius: Qui renuntiant seculo, & volunt habere divitias, ecce ita impugnantur, & à democribus discerpuntur. Hoc igitur de non habenda possessione dictum sufficiat. Aliud autem de non habenda hereditatem dicamus. Venit quidam homo nomine Magistratus, ad beatum Arsenium, deferens ei testamentum cuiusdam parentis ejus, qui reliquerat ei hereditatem magnam valde. Et accipiens senior testamentum voluit scindere illud. Magistratus autem cecidit ad pedes ejus, dicens: Deprecor te propter Deum, ne scindas illud. Et dixit ei Abbas Arsenius: Ego prius mortuus sum, quam ille. Ipse autem modo mortuus est, quomodo nunc me fecit heredem? & remisit testamentum, nihil*

*Cod. Regul. Tom. I.*

exinde accipiens. Unde datur intelligi, quod hi, qui seculum relinquunt, nihil debent habere preter viatum, vel possidere extra vestimentum. Præcipue vero Solitarius, qui imitator Apollolorum esse cupit, his rantum debet esse contentus. Et quia non potest quis servire Deo simul & mundo, propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, ut exclusa mundi cupiditate, divina in eis charitas posset augeri vel perfici.

*Cap. VII. Quod post abrenuntiationem seculi non debet quisque divitias colligere.*

SOLITARIUS ergo funditus seculo renuntiantes, ita huic mundo mori debent, ut soli Deo vivere delectentur. Quantoque ab hujus seculi cupiditate se subtrahunt, tanto interna mentis acie praesentiam Dei & sanctorum ejus perspicacius contemplantur. Sed sunt multi, qui cupiunt covolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamentis mundi. Provocat eos quidem amor Christi, sed revocat cupiditas seculi, sicut legitur in Collationibus Patrum secifice quemdam Solitarius, qui in horto suo fedulè laborat, & omnem laborem suum in elemosynam expendebat, & tantum sibi retinebar, quantum ad viatum ipsius sufficeret. Postea vero Satanus immisit ei in corde dicens: Collige tibi aliquam pecuniam, ne cum feneris, aut ægrotare ceperis, aliquid indiges. Et collegit, & implevit lagenas unam nummis. Conrigit autem eum infirmari, & putrefieri pedem ejus. Et expendit hoc, quod collectum habuerat in medicos, & nihil ei prodest potuit. Postea vero venit quidam de expertis medicis, & dixit ei: Ni si incidentis pedem tuum, totum corpus tuum putrefiet. Et constituerunt, ut in caltrinum incidenter ei pedem. Illa autem nocte rediens in semetipsum, & penitentiam agens de his quæ gessit, ingenuit & flevit dicens: Memor esto Domine operum meorum priorum, quæ faciebam, cum laborarem in horto meo, ex quo pauperibus ministrambam. Et cum fleret, astigit ei Angelus Domini, & dixit ei: Ubi sunt nummi quos collegisti, & ubi est spes de qua tractasti? At ille respondens ait: Peccavi Domine, & ignorence mihi, ulterius hoc non faciam. Tunc Angelus tetigit pedem ejus, & statim sanatus est, & surgens manè abiit operari in agro. Venit ergo medicus cum ferramentis, ut secaret pedem ejus, & ait: Ubine est ille ægrotus? Et dixerunt ei: Exit manè operari in agro, tunc admiratus medicus, perrexit, & vidit eum terram fodientem, & glorib-

P p

cavit

cavit Deum, qui ei reddiderat fonsitatem. His tatis evidenter offenditur, quantum malum sit post abrenuntiationem seculi pecunias colligere, & avaræ retinere.

*Loc. 5. 4.* Unde scriptum est : *Nemo mittens manum suam in aratum, & respiciens retro, aperte regno Dni.* Novi autem ego ipse quemdam fratrem, quem utinam non nossemus tuus etiam nomen si aliquid prodesset, dicere possent : qui sub-obtento religionis relinquere se seculum finxit, & ad solitariam vitam, non corde, sed corpore tantum pervenit. Quia autem non solum ante habitas possessiones & divitias funditus non distribuit, sed etiam si qua forte ei à fiducibus fuerant oblata, avaræ retinabar. Postea vero immisit ei diabolus in eorū, ut ad perferendas divitias, quas male servaverat, foas de cella retrorsum exiret. Quod ita & fecit, qui quādū in praesenti seculo vixit, non solum sibi metiū, sed etiam nobis omnibus in opprobrium sicut ; & non solum tune ejus exemplum nocuit, sed adhuc his, qui cum noverunt, obsecravit, & futuris scientibus nocebit. Quia sunt nonnulli, qui despēctis carnis desideriis, cuncta relinquere pertractant, sed cū tecidiisse illum post operis initium conspiciunt, hoc ipsum facere quod deliberaverant, pertinebunt. Nam & illi in hoc etiam arguendi sunt, ut si malos pertinebunt imitari in malum, cur pigrī sunt bonos imitari in bonum ? Unde scriptum est : *De bonis summarum exemplis.* Ob hanc ergo causam aliorum scribuntur ruinae & perditationes, ut nos de nostra vita sumus sollicitiores. Hactenus autem de seculi abrenuntiatione, & de non colligendis divitiis faris abundeque, ut opinor, dictum est. Modo enim de contemplativa vita, Deo auxiliante, & beato Prospero suffragante, aliqua dividenda sunt capitula.

*CAP. VIII. Quid sit propriæ activa, quidve contemplativa vita.*

**Q**UIA igitur per activam vitam ad contemplativam venitur, idcirco prius dicendū reor, quid sit propriæ activa vita ; & sic demum ad contemplativam transcendū est. Activa scilicet vita est conversatio religiosa, quæ docet quomodo Præpositi sub se regant viventes, ac diligant ; & non minus de eorum, quam de sua salute solliciti, quod eis expedire sciunt, paterna cura provideant : & quanto subiecti Præposito suo, tanquam capiti membra deseruant, ac præcepta ejus velut imperium Dei humero amore custodiunt. Ipsa namque actualis vita panem esurienti tribuit, verbo sapientie nescientem docet, errantem corrigit, super-

bientem ad humilitatis viam revocat, infirmantis curam gerit ; quæ singulis quibusque expeditiū dispensat, & commissis tibi qualiter subsistere valeant, sollicitè provideret. Quæ & cum corpore & in praesenti sunt, & cum corpore decidunt, & tamen merces hujs vitæ permaneat in aeternum. Contemplativa quoque vita est, dilectionem Dei & proximi tota mente retinere ; transitoria cuncta despiciere ; visibiliū postponere, tantummodo que celestia sunt desiderare. Nam contemplativa vita à contemplando, hoc est videndo, homen accepit ; in qua creatorem suum creature intellectus ab omni peccato purgata visura est. Sed & si eam diligenter considerare velimus, & jam in hoc fragili tabernaculo, ubi quotidie ingemiscimus, contemplativa vita quodammodo participes fieri possumus. Quia, secundum quorundam opiniones, nihil aliud est contemplativa vita, quam rerum latentium futurarumque notitia ; five vacatio ab omnibus occupationibus mundi ; five divinarum studiorum literarum. Quando autem infirmum visitamus, mortuum sepelimus, errantem corrigit, tunc in activa sumus. Quando vero in conspectu Dei lacrymas fundimus, & qualis beatitudo, qualis lux, qualis gloria sit sanctis in celo, cogitare volamus, tunc in contemplativa sumus. Sed activa vita cum corpore incipit, & hic cum ipso finitur : contemplativa vero vita hic inchoatur, & in futuro seculo perficitur. Ex his enim signatur una, id est activa per Martham ; & altera, id est contemplativa, per Mariam : sed necessaria est omnino Martha Marie.

*CAP. IX. Qualis debet esse in activa vita, qui ad contemplativam condescendere conatur.*

**A**D fastigium ergo vitæ contemplativæ quisquis conatur condescendere, semetipsum debet prius per multa experimenta in activa vita probare : si injurias poterit ferre, si opprobria, si derisiones, si contumelias, si detractiones, si flagella poterit sustinere. Si hæc & alia hujusmodi, five à diabolo, five ab aliquo illata patienter poterit sustinere ; hic meritò ad contemplativam quandoque poterit convolare. In ista enim prius per exercitium boni operis cuncta exhaustienda sunt vitia, ut in illa jam pura mensis acie ad contemplandum Deum quisque pertranseat. Et licet conversus statim ad contemplationem condescendere cupiat, tamen ratione cogitur, ut prius in activa vita operatione versetur : quia qui prius in activa vita proficit, postea ad contemplationem bene concondit. Meritò enim in

in ista fustollitur, qui in illa utilis inventur. Quicunque ergo tempore adhuc gloriam aut carnale concupiscentiam affectant, à contemplatione quietis prohibeantur, ut potius in operatione actualis vita purgantur. Scendum vero est, quia viri sancti à sefero contemplationis egrediuntur ad publicum actionis; & rursus ab actionis manifesto ad secretum contemplationis intime revertuntur. In activa vita intentio perseveranter incedit; in contemplativa autem sese per intervalla quiske refutit, quia diuturnitate contemplandi lassatur. Sicut enim aquile moris est semper oculum in radium solis infigere, nec deflectere, nisi efcz solius obtenuit; ita & sancti à contemplatione ad actualem vitam interdum reflectuntur, considerantes illa summa sic esse utilia, ut tamen humilia sint paululum nostraz indigentia necessaria. Nam & visio animalium in Ezechielis Propheta, quæ ibant nec revertabantur, pertinet ad vitæ activæ perseverantiam. Et iterum ea animalia quæ ibant & revertabantur, pertinent ad contemplativa vitæ mensuram; in qua dum quisque intenderit, sua reverberatus infirmitate reflectitur, atque iterum renovata intentione, ad ea unde descenderat, rursus erigitur. Idcirco enim hæc præmisimus, ut hi qui in contemplativa vita volunt perfectè vivere, per intervalla temporum unde vivant propriis manibus non negligant laborare. Caveant tamen, ut non de ullo in honesto negotio vicitum querant, propter hoc scriptum est: *Nemo militans Deo impicas se familiaribus negotiis, ut ei placet, cui si probaret.*

Cap. x.

2. Tim. 2. 4.

#### *Cap. x. Quantum inter contemplativam & activam vitam interfit.*

JAM nunc quid inter contemplativam & activam vitam interfit, breviter disseremus: quod ut evidenter eluceat, ipsas sibi invicem vitas, contemplativam felicet & activam, prolatis eaurum virtutibus conferamus. Ad activam namque vitam pertinet inter humana proficer, & rebellis corporis motus rationis imperio temperare. Ad contemplativam vero pertinet supra humana desiderio perfectionis ascendere, & inde sinenter in augendis virtutibus incubare. Habet enim activa vita profectum; contemplativa fastigium. Hæc facit hominem sanctum, illa perfectum. Hujus vitæ est nulli prorsus injurias irrogare, illius irrogatas & quanamiter sustinere. Imo, ut proprius dicam, executor activæ studet in sc peccanti dimittere; contemplativa factator officias, quibus pulsatur, ne omnino concutiantur, ignorare magis paratus est, quam donare. Ille iram patientiæ virtute compescit,

*Cod. Regul. Tom. I.*

immoderatis cupiditatibus parcimonie fratum imponit; tangitur desideris carnalibus, nec contentit; mundi curiositate pulsatur, nec rapitur: quatinus diabolica impulsione, nec vincitur: & Deo suo devota mente subjectus, non aterritur diversis temptationibus, sed probatur. Ille vero omnes affectiones, quibus vita mortalium variatur, sanctis virtutibus vincit, cupiditatem ac perturbationum omnium liber beata quiete perfruit; & illecebris ac voluptatibus factus expedita mente superior, ineffabili gaudio divinis contemplationis afficitur. Ille sufficiendo peregrinum, vestiendo nudum, gubernando subiectum, redimento captivum, tuendo violenter oppressum, jugiter se ab omnibus iniuriantibus suis emaculat, & vitam suam bonorum operum fructibus ditat. Ille facultatibus suis in usus pauperum distributis simul se expoliavit mundo, & admovit totis viribus celo: res mundi mundo projicit, & seipsum Christo devota mente restituit, à quo sibi donari immortales divitias orat; ut pauper protegi se quotidie postulat; ut infirmus immortalitatis induimento vestiri cupit; ut nudus defendi se ab impugnatione invisibilium hostium supplicat, ut fragilitate carnis oppressus; & celestem sibi patriam donari desiderat, ut peregrinus. Activa enim vita haliet follicitum cursum; contemplativa vero gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Hæc igitur facit pulsare bonorum operum velut quibusdam manibus januam: illa vocat consummatos in patriam. In hac contemnitur mundus; in illa videbitur Deus. Et ut multa præteream, quæ commemorare non valeo, in activa qui immundis spiritibus extiterint fortiores, in illa contemplativa, quæ summè beata est, remunerante Domino fiunt sanctis Angelis æquales, atque in æternum cum illo regnabunt in superna illa civitate felices.

#### *Cap. xi. Quod præsentium contemptores etiam hic contemplativa vita delebat.*

IGITUR vita contemplativa felicitatem præmerendæ ille suspirat, qui præsentibus omnibus pro futurorum contemplatione renuntiat, atque domesticis occupationibus, quæ nonnunquam perfectè vivere cupientium processus impedunt. Ipsos etiam suæ carnis affectus in illam sublimitatem divine contemplationis elevat exuperat, & infra se universa despiciens, quæ plerumque animas de præterita sanctitate securas deliciunt in terrena, ipsi jam caelestibus appro-

P p 2 piuant;

pinquit; tanto vicinior factus divinis, quantum supra humana omnia studio perfectionis ascendit. Certus namque, quod si contemplativam vitam hic incerti honoribus, divisiis anxiis, & caducis delectationibus plena voluntate praterulerit, veros honores, securasque divitias, & delectationes aeternas inveniet, cum ad perfectionem contemplative virtutis in illa beata vita, ubi futura est, Deo remunerante, pervenierit.

Et revera quid erit honoratus eo, quem divina clementia gloria Angelica dignitatis beaverit? quid ditius eo, quem regni caelum inefabiliter affluens beatudo ditaverit? Aut quid etiam hic delectabilius contemplatione divina, que sibi veraciter inhiant incorruptibilem suavitatem futurae remuneracionis infundit? Quoniam quidem contemplativa vita hic quoque amatores suos futurorum bonorum consideratione defecat, ac sibi tota mens intentione vacantes, quantum in hac vita fieri potest, dono sapientiae spiritualis illuminat, & ad illam divinam visionem plenitudinem, cuius spem studitis intenti celestibus gerunt, incontra quodam ipsius consequente perfectionis inflamat, ut quod nunc in anigmate cernunt, nec perfecte discernunt, tunc in illa revelatione conspiciant.

CAP. XII. *Qua & quanta fit in hac carne contemplativa vita perfectio.*

**D**ENIQUE contemplativa vita sectator, ad conditorem suum corde illuminandus accedat; ipse contemplando, ac insatiabiliter perfruendo vigilanter inseriat: ipsum jugiter concupiscat, prae amore eius omnia quibus inde potest averteri refugiat. Omnes cogitationes suas, ac spem totam in illius delectatione suspendat. Literarum divinarum sacris meditationibus vacet, in eis se divinitus oblectet. Ibi se totum velut in speculo quadam resurgentem consideret: & in se quod pravum deprehenderit, corrigat; quod rectum, teneat; quod deforme, componat; quod pulchrum, excolat; quod sanum, seruat; quod infirmum, assida lectione corroboret; Domini sui precepta infatigabiliter legat, inexplicabiliter diligit, efficaciter impletat; & quid sibi excedunt, quidve sectandum sit, ex eis sufficienter intructus agnoscat. Mysteriis earundem divinarum scripturarum perscrutandis inficit. Christum sibi promissum legat, representarum videat; prophetatan perditionem populi contumacis intelligat, impleri lugeat; de salute gentium gaudeat: & praeteritis, que predicta & impleta tenet, & futuri promissionibus credat. A strepitu negotio-

rum secularium remotissimus, ea ferventer excogitet, quibus animum suum in desiderium futurae remuneracionis inflammet. Studiis spiritualibus, quibus in dies singulos melior ac eruditior fiat, invigilet. Amet otium sanctum, in quo exercet anima sua negotium. Mortuum sibi deparet mundum, ac se mundi blandimentis & illecebris exhibeat crucifixum. Delectationi spectaculorum praesentium incomparabiliter anteponat ful Creatoris intuitum; semper proficiente successu in fastigium divinæ contemplationis attollat. Nunquam, ne ad momentum quidem, à promotionibus futuris considerandis averitus ad terrena respiciat. Eò aciem mentis indefinenter attendet, quo pervenire desiderat. Beatitudinem vitæ futuræ ante oculos animi sui proponat ac diligit. Nec metuat aliquid temporale, nec cupiat: ne aut metus amittendre rei temporalis, aut cupiditas acquirendæ intentionem mentis emolliat. Non eum blanda corrumpant, nec adversa conuictant: non inficit opinio secunda, non sinistra dejicit: non falsa vituperatio, sine laudatio augeat ejus gaudia, vel imminuat. Non gaudeat omnino de temporalibus, nec lugeat. Inter latæ ac tristia unam faciem animi constantis obtineat. Nec pectoris stabilem firmitatem quidquid promittit mundus, aut minatur, excusat; sed idem semper ac sibi simili perseverans, mundi bujus damae simul & lucra non fentiat.

Et cum haec atque his similia contemplativa vita affectus impleverit, non se hic jam ex omni parte perfectum, sed perficiendum in illa vita beata, qua futura est, immobiliter credit, atque ad eam se, ubi Dei substantiam revelata facie videre possit, extendat. Nam sicut hic comparatione iustæ viventium dicitur quisque perfectus: iustus namque precepta facit, perfectus zetum precepta transcendent; ita idem collatus illis absolute perfectis, qui in illa vita beata futuri sunt, non est, ut ita dicam, perfectus perfectus; cui etiæ dignissima est omnis iniquitas, non est adhuc sanata, sed sanatus ejus infirmitas. Et ideo si non peccat, ut sit vere perfectus, peccare tamen potest, quia non est consumpta omni infirmitate sanatus. Ac per hoc ubi ab omni peccato mundatus peccare non poterit, ibi perfectè sanus & summe perfectus erit. Hic autem quantalibet excellencia sanctitatis eminet, quantalibet eminentia perfectionis excellat, potest quidem pro modulo hujus vitæ fieri perfectus, sed non est sic de sua perfectione securus, ut non debeat esse de casu sollicitus. Et utique ubi est sollicitudo, non

non absoluta beatitudo , quæ nequaquam perfecta credenda est , si secura non fuerit ; nec secura erit , nisi omnem sollicitudinem securitas æterna consumperit . Quapropter ibi omnium sanctorum beatitudo perfecta erit , ubi natura humana sui gloriam Conditoris visura est , atque ei sine ullo defecto beatitudinis adhæreibit .

**CAP. XIII.** *Quod Deum perfectè sancti videre non possint , nisi cum ad beatitudinem futura vita per venerint .*

**Q**UOCIRCA sic hortandi sunt ad contemplativam vitam , quicunque plenè voluerint , & Deo auxiliante potuerint , ut meminerint ipsius ibi contemplationis divinæ perfectionem in illa vita beata , quæ futura est , reservari : ut ibi Deum sicuti est perfectè videant , ubi & ipsi vita æterna ac regni celestis consecutio ne sint perfeci . Ceterum si hic perfectè potuerint Dei substantiam humana fragilitas contemplari , nunquam sanctus Jan. 1. 18. Evangelista dixisset : *Deum nemo viri umquam .* Non dixit , *nemo videbat .* Denique ut evidenter ostenderet visionem Dei non negatam sanctis hominibus , sed dilatam , quod in praesenti tempore negavit , in Math. 5. 2. futuro promisit , dicens : *Beati mundo cor de , quoniam ipsi Deum videbunt .* Nec hic dixit , quoniam ipsi Deum vident . Igitur si Deus , qui in hac vita sine alicuius elementi assumptione nec potuit videri , nec potest , in futura vita videndus est ; ibi profectio contemplationis divinæ est splendida perfectio , ubi erit bonorum omnium plenitudo . Quapropter non sic contemplativæ vite sublimitatem in futuro , ubi perfectio perficienda est , nuntiavi , ut in praesenti iam negarem posse ab hominibus mundi contemptoribus apprehendiri , si modo se ad eam tota devotione convertant : si desiderio ejus accensi præfentia blandimenta fastidiant , & longè fortiores effecti , quam ut eos terrenæ occupationes illaqueant , divinis rebus ac futuris promissionibus inhærent . Iti tales etiam in hac vita contemplativæ vite possunt fieri participes . Itaque quoniam de contemplativa vita in superioribus capitibus multa jam dicta sunt , sufficiunt ista quæ diximus , ut & reliqua consideremus quæ de vita Solitiorum dicenda sunt .

**CAP. XIV.** *Quod pro perfectione vita contemplativa à sanctis Patribus solitaria vita primitus fuit inchoata .*

**A**NTIQUE patres nostri supernam partiam desiderantes , & contemplativa

vita perfectè frui cupientes , non solum mores hominum secularium , sed & confortia fugiebant , atque in saltibus speluncosque latitabant ; scientes , quia quanto fe separabane à voluptatibus mundi , tanto frequentabant ab Angelis ; & quanto remotiores à seculo , tanto propinquiores fiebant Deo . Corporaliter autem separari desiderabant à secularibus , ne forte in eorum aliquando volverentur actibus . Nos vero eorum exempla , in quantum possibile est , sequi cupientes , si in contemplativa vita cupimus aliquid proficere , à confortio seculi nitamus cito separari . Quia licet in medio carnalium sapientia Deus vitam protegat electorum , tamen satis rarum est , ut quisque inter seculi voluntates positus , à virtutis maneat illibatus . In quibus denique eti si non citato implicetur , aliquando tam abstrahitur . Neque enim dia securus esse poterit , qui periculo proximus fuerit . Unde in Collationibus Patrum ita loquitur : *Bonum est enim fugere seculum .* Quando autem est homo juxta seculum , assimilabitur viro stanti super lacum profundissimum , ut qua hora visum fuerit inimico ejus , facile cum impingat deorsum . Si autem à seculo remotus fuerit , assimilabitur viro longè posito à pureo , ut vel si nascatur eum inimicus proiecere deorsum , dum cum violenter trahit , Deus ei auxilium dirigit . Item ibi : *Homo fugiens homines similis est uva maturæ ; qui autem cum hominibus convertatur , sicut uva acerba erit .* Et rursum : *Impenetrabilis enim manet à sagittis inimicorum , qui arnat quietem : qui autem miscetur multitudini , crebra suscipit vulnera .* Hoc quippe metuebat beatus Arsenius , cùm adhuc esset in palatio ; & ideo oravit Dominum dicens : *Domine dirige me ad salutem .* Et confessim venit ei vox dicens : *Arseni fuge homines , & salvus eris .* Postea vero accessit ad Monasticam vitam , & rursum oravit ad Dominum eundem sermonem dicens : *Domine dirige me ad salutem .* Et iterum audivit vocem dicentem ibi : *Arseni fuge , tace , quiesce ; haec enim radices sunt non peccandi .* Præterea quoque narravit quidam Patrum , quia tres fratres studioli facti sunt Monachi : & unus quidem ex eis elegit litigantes in pace revocare , juxta illud quod scriptum est : *Beati pacifici , &c .* Secundus vero visitare infirmos , secundum illud : *Infirmis fui , &c .* Tertius autem abiit quiescere in solitudine . Primus ergo labores propter lites hominum , non potuit in pacificando proficere ; & ideo vixit venit ad eum qui serviebat infirmis , & invenit etiam ipsum animo deficientem , & non prævalentem mandatus perficeret .

Et concordantes hi duo abierunt videre illum, qui in eremo discesserat, & narraverunt ei tribulationes suas, & rogarerunt ut diceret eis, quid ipse proficeret. Et reticens paululum misit squam in scyphum, & dixit eis: Attendite in aquam. Et erat turbulenta. Et post modicum rufus dixit eis: Attendite modo quomodo limpida facta est aqua. Et cum intenderent in aquam, viderunt tanquam in speculo vultus suos. Et tunc dixit eis: Sic est, qui in medio hominum consistit; præ turba enim non videt peccata sua: cum autem quiete sit, & maximè in solitudine, tunc delicta sua conspicit. Hic evidenter ostenditur, quantum emolumen pugnat vita solitaria. Est enim stadium quoddam ad emendationem mortuum formandam. Qui enim in solitudine, hoc est, in retrusione fedet, à tribus bellis eripitur; id est, auditus, locutionis, & vius; & contra unum tantummodo habebit pugnam, id est, cogitationem cordis. Scendum vero est, quia multo melius est alicui, ut cum multis sit, & solitariam agat vitam; quam sit in eremo & proposito mentis desideret esse cum multis. Nam & homines seculares, si in isto seculo aliqua commiserunt criminis, etiam nolentes mittantur in carcere. Ita ergo & nos propter peccata nostra rediganus nosmetipos in carcere retrusionis, ut per voluntariam mentis nostræ vindictam, futuras à nobis poenas excludere mereamur. Quia igitur, ut ait Apostolus; Cor. 11. Si nonmetipos diudicemas in hoc seculo, non 31. utique à Domino judicabimur in futuro.

#### CAP. XV. De disciplina suscipiendorum fratrum ad retrusionem.

**D**OMINUS noster JESUS CHRISTUS omnes ad suum vocat servitium, omnesque ad se venientes pie misericorditerque recipit. Idcirco enim omnes vocat & recipit, quia ipse novit, qui sunt ejus, & non est opus ei, ut quis testimonium perhibeat de homine: ipse enim fecit, quid est in homine. Nos vero qui notitiam bonorum malorumve hominum minimè habemus, nifi eos probaverimus, debemus tenere consilium Apostoli dictis: *Probate spiritus si ex Deo sunt. Sic quoque novitatem venientem quemque ad Dei servitium, oportet per multa prius experimenta probare, & postea recipere, ne forte quis simulata mente, ac fallaci animo, ad hanc solitariam vitam prefumat accedere. Ergo oportet de præterita ejus vita & conversatione inquirere, si est moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si sapiens, si humilis, si obediens, si affabilis, si in lege Domini in-*

*structus, si in ipsa instructione cautus. Cum ergo his singulis aliquis experientias fuerit probatus, si perseveraverit pulsans; & illatas libi injurias, & difficultatem ingressus, post quatuor aut quinque dies vius fuerit patienter portare, & perfistere affectu petitionis fuit, annuatuerit ei five ab Episcopo, five ab Abbe suo ingressus. Sine licentia autem & consentiu Episcopi, aut Abbatis proprii, atque omnium fratum ejusdem Monasterii, in quo idem frater educatus fuerit, nihil omnino de hac re fiat. Prohibendum est etiam, ut in nullo alio loco hoc religionis propositum à quoquam afflumatur, nisi in Cenobiorum Congregationibus tantum. In villis autem sive in campis tribus Ecclesiis, sive in aliis quibuslibet locis nullatenus presumatur afflumere, nisi forte quis more antiquorum Patrum ad extremum velit fecederet. Postquam autem Episcopus aut Prelatus Monasterii licentiam ei retrudiendi concesserit, unum annum habitet inter fratres, ita ut extra claustra, nisi tantum in Ecclesiam, non exeat; quatenus in ipso ejus probetur voluntas vel stabilitas. Si autem in eodem Monasterio, aut in circumvicinis Monasteriis Solitarius est, probatus aliquis ei deputetur ad probandum. Si vero Solitarius ibidem minimè reperitur, deputetur ei senior talis, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eum omnino curiosè intendat, & follicitis sit, si revera Deum querit, si sollicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad orationem, ad lectioem, & cætera hujusmodi. Prædicentur ei omnia dura & alpæ, per quæ itur ad Deum. Et si promiserit stabilitatis fuit perseverantiam, legatur ei haec Regula, & dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis, si potes servare, ingredere; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, legatur ei haec Regula sedulè, ut sciat ad quod ingreditur, & probetur in omni patientia. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodiare, tunc blandè leniterque suscipiat ad destinatum propositum, sciens se lege regula constitutum, quod ei ex illa die non licet egredi ex ipsa retrusione; nec collum excutere de sub jugo regule, quam sub tam morosa deliberatione licuit ei excusare, aut suscipere. Suscipiens autem in oratorio coram Episcopo & omni Clerico promitterat verbis tantum de stabilitate sua, & conversione morum suorum, coram Deo & sanctis ejus; ut si aliquando (quod absit) aliter fecerit, à Deo condemnandum sciat, quem irridet. Tunc frater ipse protervatur ad pedes Episcopi & omnium fratrum ibidem adstantium, ut orent pro eo. Ipsi omnes illico orient*

pro

pro eo , quantum eis visum fuerit. Signa autem ad ejus ingressum , si Episcopus aut Abbas iussit , sicut , ut omnes illud signum audientes , pro eo orent. Res verò si quas habet , sicut in superioribus capitalis continetur , aut eroget prius pauperibus , aut facta solemniter donatione conferat Monasterio ; nihil sibi servans ex omnibus. Cum talibus autem vestimentis intret , cum qualibet manere debet : & sic deinceps in solitaria vita permaneat. Post ingressiōnem autem praecepit Episcopus oītium retrouis Cellulae aosphragismo suo sigillare , ne fortassis aliqua in aliquo remaneat opinio.

**CAP. XVI. Qualis debet esse Cellula retrouis.**

**C**ELLULA igitur retrouis debet esse exigua , & firmissimis undique munitionibus circumsepta , quatenus nec Solitario foris evagandi facultas maneat , nec cuiquam ad eum , quod non decet , introcandi aditus parcat. Ut autem omnis obstruatur necessitas occasio , habeat interius preparatas habitationes suis usibus necessarias , hoc est , oratorium ab Episcopo consecratum ; si tamen ipse Solitarius est Sacerdos. Idipsum quoque oratorium ita sit domus Ecclesie contiguum , quatenus idem Solitarius per fenestram ejusdem oratorii possit ad missas per manus Sacerdotum oblationes offerre , ac cantantes & legentes fratres congruēt audire , atque simul cum eis possit pallere ; & etiam ad venientes quosque ibidem valeat responsa dare. Sint etiam ante ipsam fenestram deictus & deforis vela appensū , ne facile à foris videri vel videre queat , ne forte per oculorum portā mortuus extrahatur ; unde scriptum est:

Jn. 9. 21. *Cave , ne intras mors in animam tuam per fenestras tuas.* Et Apostolus praecepit , speculis & pompis praecaveri.

Habent autem infra septa retrouis hortulum exiguum , si fieri potest , in quo per tempus exire & aliquo olera plantare vel colligere , atque ab aere tangi possit ; quia multum ei proderit tactus aeris. Sit etiam extra septa retrouis & alia cellula , in qua discipuli illius habitent , quae ita sit cellulara ipsius contigua , ut apertissime possint discipuli illius congruo tempore per fenestram ei ministrare ea , quae ei fuerint necessaria. Si autem duo in unum Solitarii fuerint , sicut multis in locis noscitur esse , si inter eos silentium ingens , quies magna , charitasque perfecta. Sunt autem singuli in singulis cellularis separati ; sed animo , & hode , ac charitate inseparabiliter conjuncti. Cellulara quoque illorum nulla intercapdine inter se dividantur , sed ita sint ad invicem

connexæ quatenus ad unam fenestram venientes , alterumrum se valeant ad Dei servitium excitare , sacris orationibus simul vacare , divinas scripturas simul recitare , & ad corporalem etiam refectiōnem simul tempore congruo possint convenire. Sint etiam eorundem cellulæ , ita ut præfatum est , Ecclesie valde contiguae. Feminis namque non solum in cellulis Solitariorum , eorumque discipulorum prandendum , aut requiescendum non est , quin potius nec in eas intrandi ulla eis tribuatur facultas : quia hoc à sanctis Patribus valde legitur inhibitum. Si quando autem eis de confessione aut de consilio animarum sermoniū cōficiātis incubuerit , in Ecclesiam veniant , & ante fenestram oratori coram omnibus simul loquantur , & quod deliberandum est , prudenter utiliterque deliberent atque disponant. Decet enim Solitarios , ut sicut in ceteris rebus , ita etiam in mulierum confabulationibus bonum exemplum omniibus præbeant ; ut scilicet hujusmodi confabulatio nullam possit à quoquam sinistræ opinionis afferte suspicione. Non solum autem à colloquione mulierum , verum etiam ab ipso visu & tactu illis est observandum. De locutione autem carum sanctus Basilius dixit : Ne accommodes aures tuas ad percipiendā verba mulierum , ne concipiās ex eis nequitiam in anima tua. Hinc beatus Hieronymus ait : Prima quidem tentacione sunt servorum Dei , fēminarum frequentes accessus. Nam flammigerō igne percuit fēminā conscientiam eorum , & exrit cor eorum. De tactu verò idem Basilius ait : Mulieris carnem ne velis tangere , ne per tactum ejus inflammetur cor tuum : sicut enim flūpula proximans igni comburitur , ita & qui tangit mulieris carnem , non evadet sine damno animæ suæ ; & licet corpore castus evadat , mente tamen & corde Iesus abscedat. Neque oculari debent à Solitariis omnino , quia oculum una est ex quatuor speciebus amoris carnalis. Diligēde sunt autem mulieres non carnaliter , sed spiritualiter. De visu autem illarum quid dicam ? cùm Dominus manifestat dicens : *Qui viderit mulierem ad concepi-  
fēndū tam , jam macharis est eam in corde  
sui.* Unde etiam idem Basilius ait : Ne improbo oculo intuearis speciem mulieris , ne per oculorum tuorum fenestras intret mors in anima tua. Frequens deinde visus fēminarum devitandus est , & maximè his ; qui inter seculares extiterunt , vel conjugati fuerunt. Compares quoque & commates minimè faciant ; quamvis licet , non expedit tam.

**CAP.**

CAP. XVII. *Quod nunquam minus quidam duo vel tres sint simul Solitarii.*

PRINCIPUS vero hoc Solitarius fatagendum est, ut, si fieri potest, nunquam minus quam duo vel tres similes sint Solitarii, in linguis tamen cellulis retrorsi; ita videlicet, ut per fenestram ad invicem loqui possint, & ad opus Dei alterutrum se valent excitare. In multis denique causis societatem duorum Solitiorum his, qui ejusdem voluntatis ac proprieatis sunt, uicem video esse: in plurimis vero solitariam vitam ducere absque ullius societate, discriri esse concipio. Primum quidem periculum inninet Solitario, quod certe gravissimum est, in hoc quod ipse sibi placet, & videtur sibi ad summam perfectionem jam venire, & patet te esse quod non est. Hoc enim illi accidere solet, qui non habet, cum quo opus suum proberet. De talibus enim ait Apostolus: Si quis patet se aliquod esse, cum nubat sit, ipse se seducit. Postea vero neque si aliqua virtus in eo abundat, neque si aliquid deficit, agnoscit. Neque etiam hoc quod utile est, neque quod deficit, cum solus sit, ab alio aliquo queri potest. Denique, sed nec culpas quidem suas, aut vita facile agnoscit, cum qui arguit vel reprehendat, nemo sit. Hujusmodi Solitario facile illud potest accidere, quod non habet sublevantem.

Quomodo ergo Solitarius sepius ad pravam desideria non exercabit, neminem habens qui videatur eius voluntatibus obviare? Aut quomodo humilitatem, aut patientiam, five charitatem suam probabit, neminem habens, cui hac exhibeat? Neque enim sufficere potest unus, quamvis summus, ad sufficienda omnia sancti Spiritus dona; quia, ut ait Apostolus, *Alii datus sermo sapientie, alii sermo scientie, & certera hujusmodi.* Quapropter si secundum dispensationem Spiritus sancti uni datur, quod alteri negatur, necesse est, ut sint duo, vel tres, aut eo amplius, & de charismatibus quae singuli accepterunt, utrique consolentur pariter & rediscerentur. Sed & adversus infidias inimici, quae intrinsecus & extrinsecus inferuntur, multum prodest societas plurimorum. Facilius enim excitantur a someo, & incitantur ab omni opere, bono. In oratione autem non parvum emolumenntum nascitur a duobus fratribus, maximè cum Dominus dicat: *Si duo ex vobis conseruent super terram, de omni re quaecunque patieritis, sit illis à Parce mea, qui est in celo.* Et iterum idem ipse: *Qui duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Praeterea quoque

plures orationes duo peragere possunt, quam unus. Habet autem & alia quamplura bona communis Solitariorum vita, quae non est possibile nunc dinumerare omnia. Sed ita duos Solitarios in unum esse dicimus, ut unus, si fuerit probatus, ad hanc vitam perfervendam non prohibeat.

CAP. XVIII. *Si oportet suscipere ad solitariam vitam suburbanos presbyteros, vel juvenes etates.*

CUM Dei clemencia omnes vocet per illam pliissimam vocationem, qua dicit: *Venire ad me omnes qui laboratis & omeratis opes, & ego refueris vos: non est abs-18. que discrimine quicquam ad servitium Dei venientem abiliter.* Veruntamen neque absque subtilissima probatione indulgendum est cuiquam intrare in sanctam conversationem: sed sicut Dominus juvenem illum, qui venit ad eum, de priori vita sua interrogavit; & cum audisset, quia recte transacta esset, quod ei debeat, precepit adimplere, dicens: *Si vos perfecti essetis, vade, vende emma que habebitis, & da pauperibus;* & ita demum iustificatus cum se sequi. Ita ergo & nos oportet prius probare spiritus, si ex Deo sunt, & in adventenis quoque cum charitate ad Dei servitium suscipere.

Si quis autem ex ordine Sacerdotum extrancorum se suscipi rogarerit, ita ut ad solitariam vitam quandoque venire desideret, non ei quidem citius assentatur. Tamen si omnino in hac supplicatione persisterit, recipiatur; scilicet que omnen Regule disciplinam servaturum. Sed ne forte quis simulata mente ad hoc propositum venire pertenter, primitus duriter probandus est. Quod ita demum facile dignoscitur, si omnem laborem corporis, qui ei injungitur, requiriatur ferat, & ad austriorem vitam libenter inclinetur: vel si etiam delictum aliqui suum cum interrogatos fuerit, nequaquam pronuntiare confunditur, & medelam delicti, quae ei adhibita fuerit, gaudenter assumat: & si ad omnem humilitatem absque verecundia inclinatur, ac vilioribus & abjectioribus artificis, si ita ratio poposcerit, tradi se non erubuerit. Cum autem his atque aliis exercitiis probatus fuerit, si stabilis & prompto animo persisterit, tunc eum suscipi decet. Sit autem, sicut supra dictum est, duos annos inter fratres in Congregatione, & postea, si ejus voluntas firma manserit, ad solitariam vitam suscipiatur.

Similiter quoque & si Monachus aliquis peregrinus vel clericus de longinquis Provinciis supervenerit, & pro eadem causa

*Gal. 6. 3*

*Rcd. 4. 10. scriptum est: Ve soli, quis cum occideris, non habet sublevantem.*

*1 Cor. 12. 3. Alii datus sermo sapientie, alii sermo scientie, & certara hujusmodi.*

*Math. 18. 19. maxime cum Dominus dicat: Si duo ex vobis conseruent super terram, de omni re quaecunque patieritis, sit illis à Parce mea, qui est in celo.*

*Ibid. 10. Et iterum idem ipse: Qui duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

*Praeterea quoque*

causa se suscipi rogarerit, pro hospite suscipiatur, & probetur ita ut prius dicatum est. Et si contentus fuerit confusitudine loci quam invenerit, & stabilitatem suam firmare voluerit, non renuntiatur ejus voluntas. Quod si superfluum aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, quia his temporibus maximè dignoscere poterit: non solum non debet recipi, verum etiam dicatur ei honestè, ut recedat, ne etiam ejus miliaria alli viventient. Si vero talis non fuerit, qui mereatur prolixi, nullatenus prolixiciatur, sed suadeatur ut stet, quatenus ejus exemplo alii erudiantur. Cavendum est autem, ne aliquando de alio noto Monasterio Monachus ad habitandum suscipiatur, sine consensu Abbatis ejus, aut literis commendariis. De juvenum aetate nulla ambiguitas est, an recipi debeant, cum Dominus de eis dicat:

*Sicut parvulus venire ad me: talium est enim regnum celorum.* Non enim alicui obestetas puerilis, si fuerit mente perfectus. Nec senilis cuiquam proderit etatas, si fuerit sensu parvulus. Perfectus enim dicitur, non qui etate, sed qui sensu perfectus est. Unde in libro Sapientie dicitur: *Cani sunt autem sensus boni, & astar sensibus vita immortalata.* Nam & David cum puer esset, & perfectum sensum haberet, à Domino in Regem electus est, & Prophetæ spiritus ei creditus est. Saul verò cum senilis esset etate, pro sua nequitia de culmine regali expulsus est, & maligno spiritui traditus est. Senilissimi etiam erant Sacerdotes illi, qui Susannam violare conati sunt; & Daniel adhuc puerulus erat, qui eos ore suo condonavit. Et Dominus noster Jesus Christus ingressus Hierosolymam à parvulis collaudatur, & à senioribus postea crucifigitur. Nam & arbor, multorum licet annorum sit, nisi fructuosa fuerit, abscondeatur, si tamen novella fuerit, fertili & fructuosa, magis colitur, ut ubetiori proferat fructum. Omne autem tempus à prima etate opportunum esse dicimus ad suscipiendum aliquem in eruditione & timore Dei. Ex eo tamen firma erit professio virginitatis, ex quo jam quisque adulstus fuerit, ex quo solent seculares nuptiis aptè deputari. Adhiberi autem eis oportet summatam diligentiam, quo possint ad omne virtutis exercitum probabiliter institui. Sint autem in ipsa pulsatione, quo suprà usque ad præfinitum tempus duorum annorum, & si viriliter ac serventer perficerint, recipiantur eodem modo, quo supra. Præterea quoque si aliquis ex Catholicis venit ad nos dicens; volo apud vos manere aliquod spatium temporis, ut proficiam ex vobis: illum etiam suscipi

*Cod. Regul. Tom. I.*

oportet, Domino pronuntiante, qui ait: *Omnem ad me venientem non eliciam foras.* *Ios. 6. 17.* Interdum enim potest fieri, ut per tempus proficiat, & delectetur ei permanere in sanctitate vita. Oportet autem nos in conversatione nostra & religione, de qua fortassis homines aliter opinantur, cautè & sollicitè agere, & preceptum illius implere, qui dixit: *Sic lucrat lux Matth. 7. 16.* *vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificant Patrem vestrum qui in celis est.* Ita denique fiat, ut si ille bonus & verax est, de nobis proficiat; & si explorator & fallax est, erubescat.

#### CAP. XIX. *Qualem vel quidam sanctorum oportet esse Solitarium.*

TALEM ergo oportet esse Solitarium, qualem Apostolus jubet fore Episcopum, ubi ait. *Oportet Episcopum sine crimine esse.* Similiter autem & Solitarium oportet esse sine crimen; non protervum, non iracundum, & vinolentum, non multum edacem, non percutiorem, non bilinguem, non neophyti, non turpis lucri appetitorem. Primum itaque quod dicimus sine crimen esse Solitarium, non ita intelligentum est, ut si ante conversionem aliquid crimen haberatur, ad solitarium vitam non recipiatur, cum ipso proposito pro ante admisso scelere penitentiam agere possit; sed sic dictum est, ut ex eo tempore quo in solitaria vita manere coepit, nulla peccati conscientia mordeatur: qui enim vitia non habet, sine crimen est. Omne enim crimen peccatum est, sed omne peccatum crimen non est. Et ideo sine Solitaris, sive quilibet aliis sine crimen esse potest, sine peccato nunquam esse potest. Sequitur: Non protervum, id est, non superbum eum esse oportet, ne elatus incidat in laqueum diaboli. Non iracundus: iracundus enim est, qui semper irascitur, & ad levem responsionis auram, quasi à vento filium commovetur. Neque vero qui aliquando irascitur, iracundus est, sed ille dicitur iracundus, qui crebro hac passione superatur. Non vinolentum, & non multum edacem eum esse dicimus; quia ubi ebrietas & nimia edacitas fuerit, ibi libido dominatur & furor. Solet enim ille, qui hic duobus vitiis fuerit occupatus, contra gravitatis decorum in rivo vocem exaltare, & labiis dissolutis turpiter cachiare. Non percutiorem, id est non facilè manum porrigit ad cædendum. Sed non ita dictum est, ut si discipulum habuerit, & facultas permiserit, non plè verbaretur, cum Salomon dicat: *Latens Pro. 23.* puerorum virgis assidue tundenda sunt, ne indurescant. Sed ideo dictum est, ut

*Q. q*

*is,*

is, qui mansuetus & patiens esse debet, ne in os alterius vel caput verberandum infans erumpat. Non bilinguem eum esse oportet, ne conturbet habentes pacem. Non neophytum, ne incidat in laqueum diaboli, dum nesciat praecavere tentamenta inimici. Ignorat enim momentaneus Solitarius humilitatem & mansuetudinem. Ignorat etiam divitias sculli contempnere; ignorat semetipsum despicer. Non jejunavit, non flevit, non mores suos sièpè reprehendit, non assida meditatione correxit. De cathedra enim transfertur ad cathedram, de superbia ad superbiam. Non turpis lucri appetitorem, ne de servito Dei lucra terrena querat. Turpis lucri appetitio est, plus de præsentibus quâm de futuris cogitare: Solitarius enim habens vîctum & vellitum, his tantum contentus esse

*1. Cor. 9. debet. Unde ait Apostolus: Qui alii serviant, de aliis vorave.*

*2. Cor. 10. 13. Vivant, inquit, & non divites hanc. Oportet ut non sit turbulentus & anxius, non sit nimius & obstinatus: non sit zelotypus & nimis suspiciosus, quia huicmodi Solitarius nunquam requiescit. Non sit etiam murmurosus; quoniam scriptum est, quod murmurantes à serpentinis perirent.*

*Non sit detractor, propter hoc quod scriptum est: Qui detrahit fratrem suum, eradicalitur.*

*1. Joas. 3. Non odium habeat in corde, quia scriptum est: Qui edit fratrem suum, homicida est.*

*15. Non sit vanilocus, quia scriptum est: Omnes vestrum ostiosum quod legatis faciens homines, reddent doce rationem in die iudicii.*

*Non sit piger, propter hoc quod scriptum est: Sere male & piger, &c.*

*Non sit somolentus, nec alii quibuslibet virtutis subtrahens, quatenus fiducialiter audeat dicere cum*

*Propheta: Ego immaculatus eram Deo, & observavo me ab iniurietis mea.*

*Hucusque qualis non debet esse Dei servus ostendimus, nunc qualis esse debet dicamus.*

*Dei autem servum oportet esse pudicum, id est, à libidine continentem, & ut ita dixerim, in tantum eum inter cunctos oportet esse eminentem, ut non solum ab opere immundo se abstineat, verum etiam & à cogitationis errore mens ejus sit libera. Oportet etiam eum esse jumplum, sanctum, continentem, abstinentem, hospitalem, honorum operum amatorem, modestum, sobrium, patientem, benignum, humilem, charitativum, obedientem; & non solum à pravis actibus se abstineat, verum etiam ab oculi, & verbi, & cogitationis instinctu se contineat, & sic hat, ut dum nullum in se vitium regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro suis populorumque facinoribus valeat. Talis insuper sit idem Solitarius, ut qui religioni detrahant,*

vita ejus detrahere non audeant. Si enim talis fuerit, & ita supradicta sententia fuerit, tunc Del minister utilis erit, & propositum suum, opitulante divina clementia, perficte consummabit.

CAP. XX. *Quomodo Solitarii debeant esse docti, & qualiter alios doceant, ac semetipos discretè provideant.*

SOLITARIUS itaque debet esse doctor, non qui doceri indigeat, etiam debet esse sapiens & doctus in lege divina, ut sciatur unde profert nova & vetera. Multis modis etiam necessarium est Solitarii, ut instructi sint in divinis eloquii. Primum propter astutas & fraudes diaboli per quas seipsum solet in cordibus insipientium frèpè demergere. Deinde, ut advenientium quorundam corda arentia proximorum, fluentis rivis doctrinæ valent irrigare. Nam & si quos habet discipulos, affatim possit instruere eos. In his denique, & in aliis quibuslibet rebus, scientia scripturarum validè Solitario necessaria est; quia si ei tantum sit sancta vita, sibi soli prodeesse potest quod sanctè vivit. Porro & si doctrina fuerit eruditus, potest ceteros quoque imbuere, & hereticos, sive Judeos, seu alios quilibet adversarios repercutere vel refutare; qui nisi refutati fuerint atque convicti, facilè possunt simplicium corda pervertere. Hujus autem sermo debet esse purus, simplex, & apertus, plenus gravitate & honestate; plenus suavitate, gratiaque, & lenitatem. Ipsi namque speciale officium est, tractare de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentie, de disciplina iustitia; scripturas divinas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, ut videat prænoscat quid, cui, quando, vel quomodo proferat; quia non omnibus una eademque semper exhortatio est adhibenda, sed unumquæque diversa exhortatione admonet, juxta professionis morumque qualitatem. Nam quosdam increpatio dura, quosdā vero increpatio corrigit blanda. Sicut enim periti medici juxta vulnerum varietates diversa adhibent medicina, ita & Solitarius singulis quibus congruum exhortationis adhibere debet remedium; & quid cuique oporteat pro seate, pro sexu, ac professione annuntiet. Non omnibus quæ sunt clausa aperienda sunt: multi sunt enim, qui capere non possunt. Rudibus præcipue hominibus, atque carnalibus, plana seu communia prædicanda sunt, non summa, atque ardua. Unde & Apostolus ait: *Non pertinet vobis legi quasi spiritus, sed quasi carnalis: tanquam parturitis in Christo lac vobis parum dedi, non osciam, Carna-*

*1. Cor. 3. libus, sed quasi carnalis: tanquam parturitis in Christo lac vobis parum dedi, non osciam.*

Carnalibus quippe animis, ut diximus, nec alta nimis de cœlestibus, nec terrena convenit dicere, sed mediocriter & discrecere. Corvus enim dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantum tandem attendit donec paterno colore nigrescant, & sic illos frequenti cibo reficit. Ita & strenuus Solitarius, nisi eos, quos monet, viderit ad suam similitudinem penitentia confessione nigrificare, & nitore fœculari deposito, lamentationis habitum peccati recordatione induere, oon expedite eis aperire intelligentia spiritualis profundiora mysteria: ne dum audita non capiant, prius incipiant contemnere, quām venerari cœlestia præcepta. Propter quod & Do-

XII. 7. 6. minus inter cetera ait: *Nolite mittere margaritas ante porcos, ne forte concutens eas pedibus suis.*

Hactenus autem diximus quām doctus, & el quām discretus in doctrina debet esse Solitarius. Nunc autem ad sententiam beati Gregorii venientes, videamus quām discreta circumpectione in docendo nosmetipso oportet providere. Nos, inquit, quām infirmi homines sumus, cūm de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quid sumus, ut ex propria infirmitate peſlemus, quo docendi ordine fratribus consulamus. Consideremus igitur quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigitur, aut aliquando tales fuimus; & si jam divina gratia operante tales non sumus, oportet ut tanto eos temperantius corde humili corrigitur, quanto nosmetipso verius in his flagitiis aliquando fuisse agnoscimus. Si nos quoque tales occidimus, nec fuimus, quales adhuc illi sunt, quos emendare per poenitentiam cupimus, videamus ne forte cor nostrum de ipsa innocentia superbiat, & in pejus quām hi, quorum mala corrigitur, ruat. Nam & alia eorum bona opera nobis ante oculos revocemus, quae si omnino nullā sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus; quia sicut nos nullī meritī hoc ipsum bonum quod habemus, accepimus, ita illos quoque potest gratia superna virtutis infundere, ut excitati, posterius etiam ipsi possint bona, quae nos ante accepimus, prevenire. His ergo primum cogitationibus humiliari cor debet, & tunc demum delinquentium iniquitates increpare.

Sciendum verò est, quia aliter convenit prædicare Episcopis & Presbyteris, atque aliter Solitariis. Illis utique tanquam sibi commissis plebis oportet arguendo, increpando, & obsecrando prædicare: Iltis verò non tanquam coiffis,

*Cod. Regul. Tom. I.*

sed pro sola charitate convenienter advenientes quosque spiritualium verborum dapi bus reficeret, & ad Dei servitium ut convertantur humiliter & secrete fuggeret: non tamen eos oportet quasi pro gratia hominum acquirenda exhortationis rigorem retinere. Præterea quoque debemus & nos quotidie etiam tacendo prædicare: tunc etenim tacendo prædicabimus, cūm aliis hominibus formam bene vivendi præbebimus, & lucis exempla monstrabimus.

CAP. XXI. *Ut Solitarii lucis exempla omnibus dent: & ut laudabiliter vivant, sed laudari non appetant.*

VITA ergo & cooveratio Solitariorum normam & exemplum ab Apostolo sumere debet, qui dixit; *Omnibus omnia 1. Cor. 9. factus sum, ut omnes lucifacarem.* In tan<sup>12</sup> tum enim idem Apostolus se imitabilem cunctis prebebat, ut cum fiducia clamaret, dicens: *Imitatores mei eritis, sicut & Ioh. 11. 11. regis Christi.* O quām felix, & quām secura conversario Pauli, qui prætermittens Prophetas & Apostolos, ceterosque sanctos, juber se imitari Christianos. Quapropter & Solitarii licet infirmiores quam Paulus, tamen debent se imitabiles præbere omnibus. Nam sicut pretiosum atque præcipuum est in medio multorum bene agere, & plutimos ad profectum & exempli boni operis incitare; ita periculosest ac perniciosest est, negligenter agendo multorum fidem frangere, multorumque animas depravare. Hoc autem Ideo dico, quia, quod pejus est, facilius inveniuntur qui ea quæ sunt deteriora, quām qui mellora scēntur. Quamobrem sicut ille valde admirandus atque laudandus est, cuius cursus bonus multorum est profectus, ita ille merito lugendus est, cuius vita multorum ruina est. Plerique igitur Solitarii pravè viventes forma ceteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi autem quoscunque exemplo malæ conversationis sue perdunt, simul cum eis procul dubio in aternum peribunt; si tamen in malo perseveraverint. Multo enim deteriores sunt hi qui five exemplis, five doctrinis, vitam moresque bonorum corruptunt, quām illi qui substantias aliorum prædictaque diripiunt. Hi enim quæ extra nos, sed tamen quæ nostra sunt, auferunt: corruptores vero morum propriè nos ipsos decipiunt; quoniam divitiae hominum mores eorum sunt.

Quapropter nos qui solitariam vitam expetimus, semper ea quæ ad seificationem pertinent, agere studeamus. Via deus autem, ne via nostra aliorum

*Q. q. 3*

*vittus*

virtutibus noceant, ne aliorum fervorem tepera debilitet, ne aliorum patientiam nostra ira commaculet, iracundia violet, ne aliorum humilitatem superbia nostra depravet, ne aliorum sanitatem infirmitas nostra corrumpat, ne aliorum pulchritudinem fidelitas nostra contaminet, ne aliorum ardentes extinguamis lampades; ne, quod absit, simulcum fatuis virginibus à regno Dei excludamur. Sed tales nos econtra exhibeamus, ut nostra humilitas aliorum confundat superbiam, nostra patientia proximorum extinguat iracundiam, nostra obedientia pigritiam aliorum tacitè increpet, nostra fervor aliorum temorem exciter. Tales insuper nos exhibeamus, ut eundem in exemplo luminis simus.

*Matt. 5. 16.* de Dominis præcipit dicens: *Sic lucet lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestram qui in celis est.* Hinc Paulus Apostolus ait:

*Tit. 2. 7.* *In omnibus ergo reipsum præbe exemplum bonorum operum, in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate, &c.* Hinc etiam Gregorius doctor egregius in expositione Ezechielis dicit: *Quisquis igitur in occulto bene vivit, sed alieno proiectu minime proficit, carbo est.*

Qui verò in imitatione sanctitatis positus lumen ex se rectitudinibus multis demonstrat, lampas est; quia & sibi ardet, & aliis luet. Item ipse: *Qui enim, inquit, vitam suam ab aliis sciri refugunt, sibimetipsis accensi sunt, sed aliis in exemplum luminis non sunt.* Hi autem qui exempla virtutum prærogant, & lumen per vitam boni operis, & verbum prædicationis aliis demonstrant, jure lampades appellantur. Hinc etenim beatus Hieronymus ait: *Innocens & absque sermoni conversatio quantum exemplo prædest, tantum silentio nocet.* Hinc enim fatis evidenter ostenditur, quod & conveftatione & verbo omnibus esse debemus in exemplum.

Sed valde cavendum est Solitariis, ut laudabiliter vivant, sed laudari non appetant, ne pro ipso laude in elationem aut vanam gloriam incident, ne in ipso quidem peccatorio virtus vane glorie ruant: oportet ut semper illud Apostoli exemplum in corde teneant: *Quoniam gloriarur, in*

*Cor. 2. 11.* *Domino gloriarur. Et iterum: Si gloriaris aperte, non expedit quidem.* Idcirco enim hoc dico, quia fatis rarum est, ut laudabiliter viventem laus humana non capiat, & vana gloria non subripiat. Ille igitur modis omnibus se dedit ad exemplum petrabi, qui eundem carnis passionibus moriens, iam spiritualiter vivit, & vanam gloriam contemnit.

*Cap. XXII. De bis qui in regimine prodæsse possunt, & propter quietam vitam præesse refugunt.*

Sunt nonnulli, qui magnis muneribus sapientia & scientia ditati, dum solius contemplationis studio inardescunt; parere utilitatì proximorum in prædicatione refugunt, secretum quietis diligunt, seculum speculationis appetunt. Qui nimur si vocati culmen regimini suscipere renunt, ipsa sibi plerumque dona admunt, quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis accepserunt. Cumque sua & non aliorum lucra cogitant, ex tantis procul dubio rei sunt, quantis venientes ad publicum præfesse potuerunt. Quia enim mente is, qui proximis profuturus entesceret, secretum præponit suum, quando ipse summi Patris unigenitus, ut multis prædest, de simu Patris egressus est ad publicum nostrum? Denique ipsa veritas discipulis in Evangelio dicit: *Nos potestis avitam aferre.* *Matt. 5. 14.* *di supra manum posita.* Et iterum: *Nemo* *Loc. 11. 32.* *accordis interior & ponit eam sub media, sed* *super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Hinc Petrus ait: *Si monachus Ioh. 21. amas me & Qui cum te amare protinus* *respondisset, audivit: Si diligis me, pacie* *eves meas.* Si ergo testimoniū dilectionis est cura passionis, quisquis virtutibus pollens gregem Dei renuit pascere, pastorem sumum convincitur non amare. Si curam proximi sicut nostri gerimus, quasi utrumque pedem per calceamenta munimus. Qui verò suam cogitans, utilitatem proximorum negligit, quasi unius pedis calceamentum cum decoro amittit. Sunt etiam nonnulli, qui ex sola humilitate aliis præesse refugunt, ne his, quos superiores sibi estimant, præferantur: quorum profectio humilitas, si ceteris quoque virtutibus cingitur: tunc ante oculos Dei vera est, cum ad respicendum hoc quod utiliter subire præcipitur, pertinax non est. Neque enim verè est humilius, qui supernum arbitrii ut debet præesse intelligit & tamē contemnit. Cum enim sibi regiminis culmen imperatur, si jam dominis prævenitus est, quibus aliis præesse & præfuisse possit, & ex corde debet fugere, & invitus obedire. Huc usque beatus Gregorius. Nam de eadem re ait sanctus Idorus: *Vir, inquit, Ecclesiasticus & crucifigi mundo per mortificationem propria carnis debet, & dispensationem Ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate provenerit, noleas quidem, sed humiliis gubernandam suscipiat.* Multis intercipit Satanás fraudibus eos, qui vita sensu & utilitate præstantes præesse & præfuisse aliis nolunt; & dum

eis regimen animarum imponitur, re-nunt, consultius arbitrantes otiosam vi-tam degere, quam lucris animarum in-fistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per spe-ciem boni; ut dum illos à pastorali offi-cio retrahit, nequaquam proficiant, qui eorum verbis atque exemplis instrui-potent.

**CAP. XXIII.** *De vita & moribus Solita-  
riorum, & qualiter eis in solitaria  
vita conversandum sit.*

**B**EATUS igitur Paulus Apostolus de no-stra vita ac conversatione, ut ita dicam, folicitus, more paterno nos admone-<sup>1. Cor. 1.  
24.</sup> net dicens: *Videte vocacionem vestram, &c.* Quapropter & nos videamus vocationem nostram; quia aut aliquid, aut nihil prodest, quod solitariam vitam, expeti-mus, si tales in ea sumus, quales in cir-cuio esse potuimus. Venire quidem ad solitariam vitam summa perfectio est, sed non perfectè in solitudine vivere, summa dannatio est. Quid enim prodest, si locus quietus tantum corporaliter tenes-tur, & inquietudo in corde verisetur? Quid, iuquam, prodest si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus viti-<sup>2. Cor. 14.  
go.</sup> rum sit tumultus, & conluctatio pa-sionum, si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Non idè ad solitariam vitam venimus, ut rebus omnibus abundantes omni quiete frueremur. Non utique ad quietem nec ad securi-tatem, sed ad pugnam huc venimus, ad agonem procelsum, ad exercenda cum vitiis bella properavimus. Virtus enim nostra, hosties nostri sunt. Caveamus autem, ne unquam cum eis habeamus feedus. Necessaria enim nobis est perva-gil cura indefessaque custodia: quia ho-<sup>1. Cor. 1.  
25.</sup> sitis iste sine pace est: Vinci potest, & recipi in amicitia non potest. Et idè prælium illud, quod fuscipimus, fatis arduum, fatis durum, fatis pericolosum est: quia intra hominem geritur, & nisi cum ipso homine non finitur. Ideò ergo ad hanc tranquillam, secretam, & spiritualem vitam venimus, ut quotidiu contra passiones nostras infatigabili congres-sione decerteremus, ut cordis nequitas circumcidamus, vel lingue gladium re-tundamus. Turtim namque excelsam extruere volumus, præparemus nobis sumptus ad structuram, ut coeptum edificium ad perfectionem deducamus; ne quando prætereuntibus veniamus in de-risum, & gratulentur de nobis inimici nostri, & dicant: Isti cœperunt edifi-care, & non potuerunt consummare.

*Avertat autem Dominus hoc imprope-  
rium à nobis. Hac enī turris non ex-*

lapidibus construitur, sed ex virtutibus anime; nec suri & argenti sumptibus indiget, sed conversatione fideli: nam terrenæ opes plurimum ad edificandum impedient. Difficile namque est duobus dominis servire, nec potest quisquam serviens mammonæ spiritualia arma por-tare, sed jugum suave Christi repellit & prolixit à se; & quidquid grave & onerosum est anime suæ, suave ei videtur ac leve. Istiusmodi Solitarius à propriis armis vulneratur, & cùm diligit pericu-lum, incidit in mortem. Nos autem si cupimus militare Deo, illi foli serviamus, & terrenas opes postponamus. Peculiariter autem ad professionem nostram per-tinet, nihil honoris in hac vita requirere, sed honores fugere, & ad æternæ remu-nerationis promissa animum preparare, subjectione atque abjectione gaudere, voluntariam paupertatem amplecti, & non solum facultates, sed etiam ipsas cupiditates de cordibus nostris eradicare; quia nihil prodest non habere dñitas, cui voluntas suppetit habendi eas. Non enim tantum habere debemus, quantum cu-piditas concupiscit, sed quantum neces-sitas poscit. Habendi enim amor, nisi ad integrum relectetur, ardenter est in parvis, & plus torquetur in minimis. Est autem & alia causa valde dura, & nimis dolenda, hoc est omni intentione stu-dium laboris impendere, & fructum non recipere post laborem. Quid enim prodest jejunare, & vigilare, & mores non corrigerre? Sic est, quomodo si aliquis extra vineam, aut circa vineam extirpet & excolat, & vineam ipsam defertam ac incultam relinquat, ita ut spinas & tribulos germinet. Aut quid prodest af-flictio corporalis, si lingue nequitias & obtrectationibus polluamur, cum Apo-stolus dicat: *Si quis poterit se religiosum esse, Ioc. 1. 16.  
non refranans lingum suam, sed seducens  
fam, bñas uana est religio?* Nonne oīne opus nostrum velut fumus atque umbra evanescit; & velut savilla stupre in nihil redigitur? Quapropter frustra nobis de corporis cruce, & pectoris afflictione blandimur, si exterior homo noster, hoc est, corpus nostrum, sanctis laboribus exerceatur, & interior à passionibus, hoc est, à detractione, ab ira, ab indignatione, ab hypocrysii, & ceteris hujusmodi viciis non curatur: Hujusmodi quippe Solitarius talis videtur mihi esse, quomodo si à foris statuam auream faciat aliquis, qui intro lutea sit: vel quomodo si domus magnifica arte extructa, à foris pulcherrimis depicta videatur colo-ribus, ab intus serpentibus & scorpionibus plena sit. De talibus enim Christus in Evangelio dicit: *Ne uobis hypocrites, Matth. 5. 22.  
qui similes ejus sepulchris dealbatis, que à foris 47.*

## REGULA SOLITARIORUM

*bemnibus parent species ; intras verò pleni  
eis hypocriti & iniquitati. Ipse quoque Do-  
minus velut plus medicus hac de causa  
nobis infirmi paulo superius dat consil-  
lium , dicens : *Munda prius quod intras est  
calix & paropidio , ut siue & id quod deforis  
est , mundum . Hoc est , munda prius cor-  
toum ab omni hypocriti & iniquitate , &  
ab omni ira & detractione , & tunc erit  
opus tuum lucidum totum , & non ha-  
bens aliquam partem tenebrarum.**

prodeat si mihi vincas spem omnem in flore  
ostendat , & vel ferarum incurio , vel  
valitas grandinis , spem omnem in con-  
summatione subducat ? Ideoque omnis  
prosperitas , omnis labor felicitatis in fine  
concebitur . Ne ergo nimia securitate sol-  
vamus ; adducatur illa Dominii sententia  
in medium , de qua dicitur : *Utinam ca- Apoc. 3.15  
didas es , aut frigidus ! nunc autem quia  
melius es , incipiam te evomere ex ore meo.  
Ac si tunc : melius tibi fuerat in facu-  
lo remansisse frigidum , quam in solitaria  
vita esse tepidum . Nunc autem quia de  
seculo recelisti , & fervore spiritualem  
pre negligentia apprehendere noluisti ,*

*tepidus effectus es , vix iterum ex ore  
Domini respiciendus evomeris . Et Ideo  
necessus est nobis diligenter attendere illa-  
lum divinae scripturae sententiam dicen-  
tis : *Omni custodia serua carnum . Opor. Prov. 4.6.**

*tit itaque ut invicem opera nostra quo-  
tidie consideremus , & perspicaciter at-  
tendamus ; quis nostrum in opere Dei  
sit promptior , quis in oratione ser-  
ventior , in lectione sollicitior , in cunctitate*

*purior , in lachrymarum ubertate profu-  
tor , in corpore honestior , in corde fin-  
cior ; quis in ira sit mitior , in man-  
fuerundine modestior , in risu ratior , in*

*compunctione serventior , in gravitate  
fundatior , in charitate iucundior ; & sic  
nosmet ipsos quotidie ipsi nobiscum de-  
conversatione nostra rationem habemus*

*ad invicem , dicentes : Videamus si hunc  
diem sine peccato , sine invidia , sine mur-  
muratione , sine ira , ac detractione*

*transegitimus . Videamus si hodie aliiquid ,  
quod ad profectum nostrum & ad adi-  
cationem aliorum pertinet , operari so-  
mus . Videamus si plus hodie risui , si*

*plus cibo , ac potui , si plus otio ac somno  
non quamdebet , indulsumus . Si minus*

*legimus , si minus oravimus quam debui-  
mus : ac sic de omnibus negligentias no-  
stris compungamur in cubilibus , hoc est ,*

*in cordibus nostris ; & si aliquod bonum  
in nobis , Domino largiente , conspicui-  
mus , illi , à quo est omne bonum , gra-  
tias referamus . Si verò , quod abit ,*

*aliquid vitium in nobis deprehenderimus ,  
illud nobismet ipsi reputemus ; & ad po-  
nitentiam denuo recurramus . Hæc au-  
tem quæ supra breviter prælibavimus ,*

*generaliter ad omnes pertinent Solitarios ;  
& non solum ad eos , verum etiam ad*

*omnes Dei servos , & Catholicos Chris-  
tianos . Præterea quoque si duo fuerint  
similis , ita ut præsumam est , Solitarii ,*

*oportet ut non otio torpeant , non de-  
tractionibus & obscenis confabulationi-  
bus incubant , sed aut Psalmorum mo-  
dulationibus , aut divinis lectionibus , aut*

*certe manuum operationibus insistant ,  
horas canonicas cum omni devotione  
culso .*

CAP. XXIV. Item de eadem re qua  
supra.

CERTI enim sumus secundum Domini  
nostræ sententiam superioris dictam ,  
quod nū nostras quotidianæ cævamus &  
circumdicamus passiones , deteriores nos  
multum effici , quām fuimus , dum in  
seculo viveremus ; ita ut fiant extrema  
nostra pejora prioribus . Quapropter non  
solū nobis à capitalibus criminibus ca-  
vemus , sed etiam ipsas parvas negligen-  
tias quotidie quasi vencum diabolū re-  
spuamus . Sicut enim per minutissimas  
rimulas in sentinam navis gutta concur-  
runt , sic & minuta peccata quotidie in  
animis nostris confluent . Et sicut navis  
poteratque de fluctibus pelagi evasit , si  
in portu exsentina non fuerit , de mi-  
nutissimis guttis impletur & mergitur :  
ita & Solitarius , devictis & luperatis  
mundi bojus criminibus , quasi periculo-  
sus fluctibus , cùm ad portum solitudinis  
venierit , si repentina & minuta peccata  
de animæ sua sentina exhaustire negle-  
xit , in ipso quietis portu naufragii di-  
scrimen incurrit .

Sed dicit aliquis : Quomodo potest  
anima exsentrari ? Utique orando , vi-  
gilando , jejunando , abstinenti , ipsa  
peccata contendo , veram charitatem ,  
verum humilitatem , veram patientiam  
exhibendo . Quamquam enim Solitarius  
sit justus & sanctus , nunquam necesse  
est , ut in hac vita sit securus ; quia , ut  
ait scripture : *Nescit bene utram amorem an  
odio dignus sit , sed omnia in futuro referuan-  
tar incerta .* Multi enim adhuc laquei tensi  
sunt ante pedes anime nostræ . Sicut  
enī quæ transiens super flumen , per  
angustias arctissimi pontis , etiamē majori-  
rem partem inofenso pede jam periculi  
evaluisse se credit , cùm in ultimo pontis  
spatio venierit , & si paululum titubaverit ,  
casum quem in medio pontis timebat , incurvare poterit . Sic nos etiamē  
magna pars vite istius prosperè videatur  
jam fuisse transacta , non idē fiduciam  
præsumamus , cùm adhuc periculi pars  
extrema minetur . Nemo ergo securum  
se esse judicet , antequam ad finem felici  
consummatione perveniat . Quid ergo

custodiant, & in his divinum officium impleant, moxque ut datum fuerit signum, ad oratoria propria convenient. Quotidie quoque ad collationem simul veniant, ubi de Dei servitio, & de communis profectu tractent, & pro admisfis sibi invicem veniam postulent. Si autem unus solummodo fuerit Solitarius, ipse etiam quotidie collationem secum habeat. Sedeat quidem, quotidie in tribunalis mentis sua, & statuat se ante faciem suam, atque ita in corde suo constituto judicio admittit accusatrix ejus cogitatione, teltis conscientia, carnifex timor: deinde sanguis anime conscientis per lachrymas profundat; postremo in conscientia sua se indignum & peccatores fore judicet. Hac quidem de uno.

Si zutem, ut praeditum est, duo fuerint, honorem sibi invicem humiliiter deferant. Junior natu eum qui aetate senior est obsequio sanctitatis veneretur: senior vero aetate juniorum dictis & exemplis ad bene vivendum informet. Nobilis genere nequaquam ignobilis se praeferat. Sciat autem quia non est personarum acceptio apud Deum. Neque enim is, qui scientie doctrinis, & ceterorum bonorum operum prærogativis pollet, se alteri præferat, sed potius de muneribus sibi divinitus collatis Deo gratias agat, semper illud Apostoli perpendicularis, quo dicitur: *Qui seflare parat, videret ne cadat.* Et illud Hieronymi: *Timendum est, inquit, & cavendum, ne veterem gloriam, & solidam firmitatem unius horae procella subvertat. Charitatis autem officio se alterutrum humiliiter preveniant. Ad illorum autem infirmitates procurandas invicem condescendant, & eorum neflicitates invicem provident: & quotidie, si locus ita fuerit congruus, ita pariter reficiantur utrisque & spiritualibus & carnalibus dapibus. Una prosperitas sit utriusque sumiliter & adversitas, si forte contigerit. Unius voluntas alterius voluntati succumbat. Utrorumque illorum voluntates Domini voluntati, immo servituti subjiciantur: & non quod singuli singulatim cupiant, sed quod utriusque disponunt, agant; illam Dominicaem semper reminiscentes sententiam: Non veni, inquit, voluntatem meam facere, sed eam qui misit me Patri.*

*2. Cor. 10.  
11. 12. 13.*

*Jos. 6.  
58.*

*Cum ergo omnium sanctarum scripturarum pagine instrumentis bonorum operum sint resertae, & per earundem sanctarum scripturarum campos, inveniri possint arma, quibus virtus comprimirantur,*

& virtutes nutrientur; necesse est tamen huic regulæ sententiam cujusdam Patris inferere de instrumentis honorum operum; in qua sub magna brevitate quid Solitaris agendum, quidve vitandum sit, continetur. Oportet enim eos 1. In primis Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute. 2. Deinde proximum tanquam seipsum. 3. Deinde non occidere: hoc est, non detrahere; quia, ut ait Apostolus: *Qui detrahit fratri suo, i. I. Jean. 3. homicida est.* 4. Deinde non adulterare. 5. Non furtum facere. 6. Non concupiscere. 7. Non falsum testimonium dicere. 8. Honorare omnes homines. 9. Et quod sibi quis fieri non vult, alii ne faciat. 10. Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum. 11. Corpus castigare. 12. Delicias non amplecti. 13. Jejunium amare. 14. Pauperes recreare. 15. Nudum vestire. 16. Infirmum visitare. 17. Mortuum sepelire.

Quarendum est itaque quomodo posfit Solitarius infirmum, vel in carcere positum visitare, aut mortuum sepelire, qui non habet quidem facultatem de cellula foras exire. Infirmum enim, vel in carcere positum, ille procul dubio visitat, qui in lecto, vel in tenebris vitiorum videt aliquem jacere, & morbo sue iniurias laborare; cumque suo exemplo operationibus atque antidoto salubriss exhortationis roboret, quem in bona actione titubare ac debilitari cernebat. Mortuum quoque ille sepelit, qui pro eo devote sedulèque preces ad Dominum fundit: non solum autem mortuum sepelit, sed etiam eum, ut ita dicam, à morte suscitat, quando videt aliquem funibus peccatorum suorum obstrictum, & in tenebris sua iniurias quodammodo sepultum, cumque ad consellionem ac penitentie lamenta per sacra admonitionis studium provocat, atque ut ad viam salutis redeat, salubriter instigat. Quocirca sciendum est nobis, quia major merces est, peccatores suscitare de vita, quam mortuum de sepulchro. Sequitur 18. In tribulatione subvenire. 19. Doleatorem consolari. 20. A feculi actibus se facere alienum. 21. Nihil amori Christi proponere. 22. Irām non perficere. 23. Iracundiz tempus non referbare. 24. Dolum in corde non tenere. 25. Pacem fallam non dare. 26. Charitatem non derelinquere. 27. Non jurare, ne forte perjuraret. 28. Veritatem corde & ore proferre. 29. Malum pro malo non reddere. 30. Injuriam non facere, sed & factam patienter sufferere. 31. Inimicos diligere. 32. Maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere. 33. Persecutionem pro iustitia sustinere.

#### CAP. XXV. *De instrumentis bonorum operum.*

*Cum ergo omnium sanctarum scripturarum pagine instrumentis bonorum operum sint resertae, & per earundem sanctarum scripturarum campos, inveniri possint arma, quibus virtus comprimirantur,*

## REGULA SOLITARIORUM

sustinet. 34. Non esse superbam. 35. Non vinolentum. 36. Non edacem. 37. Non somnolentum. 38. Non pigerum. 39. Non murmurosum. 40. Non detractorem. 41. Spem suam Deo committere. 42. Bouum aliquod in se cum videbit, Deo applicet, non sibi. 43. Malum vero semper à se factum sciat, & sibi reputet. 44. Diem judicii timere. 45. Gehennam expavescere. 46. Vitam eternam omni concupiscentia spirituali desiderare. 47. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. 48. Actus virtutis sua omni hora custodiare. 49. In omni loco Deum se respicere pro certo sciens. 50. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere. 51. Et seniori spirituali patefacere. 52. Os suum à malo vel pravo eloquio custodiare. 53. Multum loqui non amare. 54. Verba vana, aut risu apta non loqui. 55. Risum multum & excusum non amare. 56. Lectiones sanctas liberenter audire. 57. Orationi frequenter incumbere. 58. Mala sua præterita cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo coopteri; & de ipsis malis in reliquo emendare. 59. Desideria carnis non perficere: voluntatem propriam ostendere. 60. Præceptis seniorum in omnibus obediens, etiam si ipsi aliter, quod abit, agant; memores illius Dominici præcepti:

*Matth. 23. Quia diuini facies; quia autem faciunt facies vestite.*

61. Non velle dici sanctum antequam sit; sed prius esse, quod verius dicatur. 62. Præcepta Dei facili quotidie adimplere. 63. Castitatem amare. 64. Nullum odisse. 65. Zelum & invidiā non habere. 66. Contentionem non amare. 67. Elationem fugere. 68. Seniores venerari. 69. Juniores diligere. 70. In Christi amore pro iniunctis orare. 71. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire. 72. Et de Dei misericordia nunquam desperare.

Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis; quæ cùm fuerint à nobis die noctuque ineffabiliter adimpta, & in die judicii reconfignata, illa nobis merces à Domino recompensabitur, quam ipse promisit: *Quod oculis non vident, nec auris audiunt, nec in cor huminis ascendiunt que praeparavit Deus his qui diligunt eum.* Officio vero ubi hæc diligenter operemur, claustra, vel cellule sunt Solitariorum, & stabilitas in retruicioe.

#### CAP. XXVI. De observatione mandatorum Dei.

**O**MNIBUS quidem Christianis expedit observare & obediens mandatis Domini nostri JESU CHRISTI, & maximè Solitaris. Sed sciendum nobis est, quod

ad coöservandam memociam Dei, & ad obediens præceptis ejus plurimum prodest etiam secretius & remotius habiare. Nam permixtum vivere cum his, qui negligentes agunt circa timorem Dei, & contemptum habent mandatorum ejus, plurimum nocet; sicut & Salomonis sermo testatur dicens: *Cum ho- Ecol. 37.12- mme irreligioso ne habitassem, ne forte dis- ficas feruas ejus, & facias laqueos anima tua.* Et iterum: *Ne amularis benigne injustum,* Prov. 3.31. *ne imiteris vias ejus.* Unde & Petrus Apostolus ait: *Iustus igitur & valde iustum.* Theb. 3. est separati eum, qui faciunt vnde, ab eo qui vnde. Hinc Paulus sub magna de- nuntiatione dicit: *Denuo nam autem vos, fratres, per adventum Domini vestri JESU CHRISTI, ut subtrahatis vos ab omni fratre inuidienti ambulante.* Hinc etiam Hieronymus ait: *Negotiatorum clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili glori- sum, quasi quandam pestem fuge: cor- rumpunt enim bonos mores confabula- tiones pessime.* Tu aurum contemnis, aliud diligit; tu calcas opes, ille sectat- tur; tibi cordi est manuetudo, silentium, secretum; illi loquacitas. Hic fati evidenter ostenditur, quod plurimum impedit societas & permixtio eorum, qui vitam dissimilem ducunt.

Igitur ut neque per oculos, neque per aures recipiamus malas delectationes ad peccandum, & ut orationi possimus vacare liberius, oportet omnino habitare secretius atque remotius: hoc enim modo & præcedentes confuetudines à nobis excidere poterimus, in quibus contra præcepta Dei agebamus. Non enim parvus labor est, ut se aliquis à priori non bona confuetudine reflectat ac revocet. Ille illud vulgare proverbium dicitur: *Mala confuetudo aut vix, aut nunquam tollitur.* Quapropter si volumus mandata Dei oblativare & custodiare, studeamus primo omnium nos ipsis abnegare, & crucem Christi tollere, & sic eum sequi. Ipse Dominus ad amorem sui & observationem mandatorum suorum nos provocat, dicens: *Tu diligis me, mandata mea seruare.* Et iterum dicit: *Qui ha- bet mea mandata, & seruas ea, illi est qui dilig- it me.* Tunc namque diligimus Deum, si ejus mandata servamus, & omnia visibilia pro amore ejus contemnimus. E con- trario tunc nequam eum diligimus, cùm ejus præcepta non custodimus. Unde Joannes Apostolus ait: *Qui dicit que- rere diligere Deum, & mandata ejus non custo- dit, mentitur.* Verè enim diligimus Deum, si ejus mandata obseruamus. In operatione autem mandatorum ejus cogno- scere possumus, utrum Deum diligimus, an non. Non enim ordinem man- dato-

Marth. 12.  
37.

datorum Christi hic inferere per omnia disposuimus, sed ex parte, & quantum ad propositum nostrum sufficit, & praesens ratio postulat. A parte enim totum intelligitur. Primum itaque ea commemorare oportet, quae nos ad amorem Dei & proximi provocent, id est: *Dileges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus verbis tuis i' hoc est maximum & primum mandatum.* Secundum autem simile est huc: *Dileges proximum tuum sicut teipsum.* In his duobus mandatis vero lex penderit & Propheta. Unde beatus Gregorius ait: *Præcepta Domini multa sunt, & unum. Multa per diversitatem operis; unum in radice dilectionis.* Si in his duobus præceptis tota lex penderit & Propheta; & si utilitas omnium mandatorum una est; & si omnia mandata unum esse videntur; tunc non est nobis necesse cuncta mandata Dei in hoc capitulo significata invenire. Sed videamus, quid fit quod nobis præcipitur: *Dileges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Quid enim est Deum ex toto corde diligere. nisi ut cor nostrum non sit inclinatum ad ullius dilectionem amplius, quam Dei? Verbi gratia, si aurum, si argentum, si variis possessionibus & honoribus temporales, si mancipia, & animalia, ceteraque hujusmodi toto affectu diligimus, Deum ex toto corde non amamus. Pro quanta enim parte in aliquo horum amor cordis nostri fuerit occupatus, pro tanta parte minus est ad Deum, & pro tanta parte minus diligimus Deum. Sicut enim casta mulier, quae virum suum amat, nullum alium amat; ita & homo, si Deum amat, mundum non amat: si autem mundum amaverit, jam Deum ex toto corde non diligit. Et ideo reflectamus cor nostrum, & mentem nostram, & omnes actus nostros ab amore visibilium rerum, & Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligamus. Tunc enim Deum diligimus, si omnes sensus nostri, qui pertinent ad mentem, Deo vacant: si intellectus noster Deo ministrat, si sapientia nostra circa Deum est, si omnis cogitatio nostra ea, qua Dei sunt, tractat. Tunc etiam verè Deum diligimus, si semper de ejus servitio cogitamus, & loquimur, & ejus mandata juxta vires adimplere satagimus. Deus enim non se verbis tantum vult diligi, sed corde pure, & operibus justis. Non postulat à nobis aurum neque argentum, neque aliud hujusmodi: sed si tuerint nobis ista, dispertiri gentibus præcipit. Nos ipsis querit, in nobis requiescere cupit. Hoc solummodo à nobis exigit, ut eum ex toto corde diligamus, & mandata ejus custodiamus, & tempora nostra impolluta ei servemus,

*God. Regul. Tom. I.*

quatenus ipse semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus. Quapropter accedamus ad eum, & copulemur in affectu ejus.

Sequitur, *Dilegit, inquit, proximum tuum sicut teipsum.* Qui diligat proximum, Rom. 13. inquit Apostolus, *legem impletus:* qui autem est contrario odit, homicida est. Qui proximum suum diligit sicut seipsum, non occidit illum, non mentitur illi quem diligit: non falsum testimonium de eo dicit; nec illius rem concupiscit; non insuper hoc, quod non vult, ut faciat ei aliquis, facit illi, quem sicut seipsum diligit. Sequitur: *In his duabus mandatis tota lex penderit & Propheta;* Jam enim supra diximus, ut omnium mandatorum una est utilitas, & omnia mandata nunc videntur esse mandatum; ita sibi invicem coherent, ut alterum sine altero esse non possit. Nec enim Deus verè sine proximo, nec proximus verè diligatur sine Deo. Nam, sicut supra diximus, impossibile est omnia mandata Dei in hoc capitulo inferre, sed breviter succinctè que ea commemoravimus, quae nos ad amorem Dei possunt excitare. Scendum tamen nobis est, quia non solum præcepta Evangelica, verum etiam Prophatica & Apostolica mandata diligentissime scrutari, & fidelissime observare, & obedire eis debemus. Ideoque studeamus Deum ex toto corde diligere, & mandata ejus scrutari, & semper ante oculos mentis habere, & ea non ex parte, sed per omnia diligere; quatenus illam beatitudinem consequi mereamur, quam ille hymnidicus Rex & Propheta commemorat dicens: *Basti qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirant eum.* Studeamus Psalm. 118. etiam, fratres mei, & proximos nostros, ut propria viscera diligere, ut simul cum eis ad gaudia sempiterna feliciter pervenire, & gaudere mereamur.

CAP. XXVII. *Lamentabilis descriptio de his, qui præcepta Christi non obseruant.*

DE præceptis ergo Domini nostri Jesu Christi unum adhuc capitulum excipere volui; sed cum reminisceret, quod istis temporibus penit jam nemo sit, qui ea observare valeat, vel fatigat, magis mihi desiderium extitit flendi, quam scribendi. Merito enim lugendum est praesentis vite tempus, in quo tot mala tantaque flagitia videmus quotidie cumulari; quae si velimus per singula considerare, nunquam poterimus à lacrymis temperare. Sic autem omnia confusa, sic cuncta sunt resoluta, ut jam nec virtus quidem vestigium usquam appareat. De spurciis enim & luxuris; atque de ceteris nequitis, nostris diebus mundum reple-

R. r

## REGULA SOLITARIORUM

repletum esse perspicimus: Et, quod est omnium malorum infelicius, iam nec ipsi emendamur, nec alii emendandi exemplum præbemus; sed sumus velut sepulchra dealbata, qua à foris apparent hominibus speciosi, intus vero piena sunt ossibus mortuorum, & omni spuria. Et contigit nobis hoc quod illis solet evenire, qui vel phrenes patiuntur, vel mente capti sunt; à quibus cùm multa turpia & periculosa vel dicantur, vel etiam gerantur, nec pudoris aliiquid, nec etiam prenuditatis capiunt, quinimo, & magnifici sibi ac sapientiores videntur esse fans ac sapientibus. Ita ergo & nos, cùm omnia, que sanitati contraria sunt, gerimus, nec hoc ipsum quidem, quod est sanitas, novimus. Si sotè enim in corpore parum aliiquid morbi nos pulsaverit, statim medicos adhibemus, & pecunias eis damus, & omni observantia, quod nobis competit, gerimus, nec prius cessamus, quām ea, que nobis molesta sunt, mitigentur. Anima vero cùm quotidie vulneretur, lanctet, uratur, precipitet, & modis omnibus pereat, nec parva quidem pro ipsa nos cura sollicitat. Ceterum est enim quod nos omnes pariter corrumpt & absunt incuria, dum nemo est, qui opportuna prebeat, & inopportuna prohibeat, & cùm omnes cura indigemus, nemo est, qui medicinam predicationis adhibeat, & penitentiam curationis imponat. Etenim si religiosus homo aliquis extrinsecus undecunque in his partibus adveniret, & praceptorum Christi ac nostra conversationis confusione videret, nescio si alias aliquos magis, quām nos, inimicos esse & contrarios praceptorum Christi iudicaret, & qualis qui studium quoddam habuerimus, in omnibus contraria agere, quām Christus nobis præcepit. Sed ne quis pater forte exaggerationis cauā à me hæc verba proferri, probamenta jam nunc adhibeo, non aliunde, quām de ipsi Christi mandatis: Christus enim noster in Evangelio ait: *Anidis quis dillum nisi antiquis? Non occides i qui autem occidit, reus erit iudicia. Ego autem dico vobis, quis emis qui irascitur fratru suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratru suo rache, reus erit concilio: qui autem dixerit fratre, reus erit gehenna ignis.* Hæc quidem Dominus IESUS. Nos autem tanquam increduli & infideles calcamus hanc legem, & quotidianie inumeris injuriis fratres nostros afficiimus, quasi inde aliiquid premii expectemus. Sed videamus nunc, quantum sit inter iustitiam Phariseorū & Christianorū discrimen. Illos occiso reos facit iudicio, nos autem ira similiter reos facit iudicio. Et si nos ira reos facit iudicio, quomodo audemus quotidie tam leviter

non solum contra juniores, verū etiam contra æquales ac maiores nostros irasci? Non solum autem de ita, verū etiam de omni verbo otioso, secundum ejusdem Domini nostri sententiam, redditur sumus Deo tationem. Racha enim dicitur inanis & fatua. Et cùm frater noster ita credit in Christum sicut & nos, quomodo illum audemus inanem, vel fatuum, vel absque mente vocare? Nam quod Dominus racha & fatua dicit, hoc ostendit, quia nec iœve quidem, nec minimum in fratre collatum convictum nobis relaxabitur, ut non pro omnibus judicemur; nisi iœlo faciſſerimus, & condignam penitentiam in hac vita agamus. Et ideo de istis leboribus mandatis sententiam dedit nobis Christus, ut & de cæteris omnibus que prævaricamur similiiter sentiamus. Præterea quoque in tantum humanus mensus timoti Dei preponitur, ut si fortiores, ac potentiores nostri aliquam injuriam aut contumeliam nobis faciant, ipsas etiam prompte & manuſet fulmineus; erga coæquales vero vel inferiores interdum nec lati conmovemur & irascimur. Quis ergo erit iñmnis aut alienus ab hac culpa? Si autem miles terrenus in conspectu regis terreni non auctor est iraci, neque aliiquid sui indignationis ante oculos ejus ostendere, quomodo audemus coram Rege æternō iraci, & indignationem nostram ante faciem ejus ostendere? Rex ergo terrenus deforit tantum videt hominum corpora, & ipsa solummodo habet in potestate: Rex vero cælestis cordis nostri conspicit arcana, & potestatem habet utrumque, & corpus & animam, perdere in gehennam. Propter quod nec erga famulos quidem negligendum est istud præceptum: Neque enim sine causa debemus contra ipsos irasci; quia & illi à Christo simili ut nos libertate sunt donati. Neque etiam si aliquem videmus mandatum Domini præterire, iraci contra eum debemus; sed potius miserationem & compassionem erga illum nos habere oportet; secundum eum qui dixit: *Qui infirmatur, & si Cor. 11: eg non infirmor?* Illud autem quod in se-29: quentibus habetur; quis non infidelium etiam fabulosum judicet, cùm æterna Dei voce sanctum sit? ait enim: *Si au-Matth.5.29: tem offeras manus tuas ad altare, & ibi recordarum fueris, quia frater tuus habet aliiquid adversum te, relinque ibi manus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & si tunc venient offeres manus tuum.* Nos autem è contra pugnas habentes ad invicem, & dolos in corde versantes, accedimus ad altare Dei. Et cum Deus & Dominus tantam curam reconciliationis nostræ habeat, ut patiatur munera sua relinqui, & ante altare imperfecta manete, atque

atque interrumpi mysteria sua , donec eamus , & iracundiam cum fratribus nostris solvamus , & nodos , & inimicitias. Nos vero nec hoc quidem erubescimus , sed dies multos manemus in inimiciis , & trahimus sicut funem longum iram & voluntatem malam ; ignorantes quod tantum longa erit nobis pena , quantum & discordia. Hoc etiam ad cumulum nostrae confusione est , ut si quid boni nobis dicatur de inimico , non credimus ; si quid autem mali , hoc solum credimus , & confirmamus. Et si forte irasci nobis accidat , precipit Dominus ut ante solis occasum iracundiam nostram uniamus. Unde dicit : *Sed non occidas super iracundiam vestram.* Nos autem ē contra ne hoc quidem contenti fumus , ut iracundiam nostram ultra solis terminum producamus : sed infidias invicem ponimus , & five verbis five rebus supplantare proximos nostros cupimus. Nam osculum pacis quo tempore munera sacra offeruntur , porrigitur invicem in ufo habemus ; sed vereor ne plures ex nobis hoc labilis tantummodo faciant , cum Christus pacem non ex ore , sed ex corde desideret. Unde per hoc Deus potius exacerbari , quam placari credendus est. Puritas enim & veritas in conspectu Dei placent ; respuit autem & odit omne quod simulatur & fingitur. Nam pro his singulæ lacrymæ nobis fundenda sunt , & confusio habenda est. Cetera vero præcepta quæ restant , in sequenti capitulo , ob compendiū causam , breviter & diligenter discutienda relinquimus.

CAP. XXVIII. Item de eadem lamentatione  
qua supra.

Math. 5.

JAM vero quæ de consentiendo adversario , vel de concupiscentia illicita , & de oculo dextro , & de manu dextra , & de relinquendis uxoriis præcipiantur , quæ nec scripta sunt nec auditæ , ita contemnuntur. In oculo enim dextro & manu dextra , parentes nostros atque propinquos intelligimus : quod si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento sunt , debemus truncare istiusmodi portiones ; ne dum volumus ceteros lucrifacere , ipsi in æternum pereamus. Nam de non jurando erubesco proferte in medium , non solum propter juramenta , sed etiam propter perjuria. Si enim verè jurate crimen est , & prævaricatio mandati , de perjurio quid dicamus ? Evangelica autem veritas juramentum non recipit ; cum omnis sermo fidelis pro jurejurando sit. Post hec autem Dominus ait : *Si quis te percussit in dextram maxilam , prebe illi & alteram ; & volenti tecum iudicio contendere , & tuum tuum auferre , relinque*

*Cod. Regul. Tom. I.*Math. 5.  
30.

*illæ & pallium. Et si quis angariaverit te molo le passus , vade cum illo aliae due. Petenti te , da ei. Et volenti mutari à te , ne evenerit. Ad hac enim quid dicimus ? Pro singulis autem his lachrymæ nobis tantummodo proferendæ sunt , & confusio habenda est : appetè enim contra haec omnia militamus. Pati autem aliquid ex his quæ scripta sunt ac ferre , neque in verbis , neque in rebus unquam volumus. Sed et si in aliquo faltem vel leviter pulssemur , continuo velut ferre bestie contra eos infurgimus. Sed licet nos in omnibus contraria agamus quæ præcipit nobis Christus , tamen eminentius ab eo docemur ; Qui diripuerit , inquit , quæ tua sunt , qui te lieferit , qui tibi nocuerit , non solum pro his quæ cibi abstulit , non indigneris ; sed & dilege , & tota charitate constringe , & etiam pro ipso ad Deum diligenter preces funde. Ac si dicatur : Cum ille qui ad diripienda quæ tua sunt iniquo spiritu fuerit accusens , si te prolixiorē invenerit in largiendo quam illæ venerat in diripiendo , quaenvis ille sit ferus & barbarus , erubescet tamen bonitatem tuam , mitigabitur à furore , resipiscet continuo & facti penitebit , ac suum quidem peccatum exhortescet , tui vero animi virtutem mirabitur & amat. Sed hoc ubi nunc invenio ? Cujus enim talem vitam mitabor ? Neminem autem nunc invenire quo , qui hanc injuriam patienter ferre velit. Christus enim nos orare pro persequentiis & calumniantibus jubet ; nos autem non solum contra inimicos , sed etiam contra amicos sapienter inimicitias & infidias ponimus. Christus maledicentibus benedicit jubet , nos ē contra non solum multiplicatas maledictiones restituimus , sed etiam si possimus pro verbis flagellis eos credimus. Nonne tibi videntur , ô homo , omnimodis contraria esse , ut dixi , præceptis Christi quæ gerimus ? Nonne magis pugnam habemus contra mandata ejus , quam obedientiam ? Et ideo merito lugemus , & inobedientiam nostram merito plangimus. Sed dicit aliquis : impossibilia nobis præcipit Christus. Quid agis , ô homo ? Numquid ignoras quid David in Saul fecit ? Quid Stephanus Martyr , qui pro lapidantibus exoravit ? Oblitusne es , quid ipse Christus docuit & fecit , dicens : *Pater ignosc illis , non enim scirent , quid fa-* Luc 23.34; *cirent ? Volentibus enim observare Christi præcepta , non sunt impossibilia , sed levia , inobedientibus verò & inobedientibus videntur esse dura & impossibilia :* cùm idem Dominus dicat : *Omnis meus levis . & iugum* Math. 11. *meum suave.* Jam vero quid dicam de 30. hoc quod scriptum est in oratione Domini : *Dimitte nobis debita nostra , sicut & Math 6.19.**

R r 2

noe

**Mas dimissimus debitoribus nostris t** Quisnam est ex omnibus nobis, qui cum fiducia haec Deo dicere audeat? Nam et si nihil faciamus inimicis & debitoribus nostris, habemus tamen intra nos insanabile vulnus irae retentum in corde. Et si tantummodo non laedas eum qui te laesit, avertis te tamen ab eo, nec liberet eum vides, manet sine dubio vulnus in pectori, & dolor augebitur in corde. Nunquid tu ita vis propter tibi fieri Deum; ut non quidem te laedat, avertat te tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam teneat, & videre te nolit? Igitur qualis vis esse erga te Deum, cum peccatorum venientia poscis, talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te; sed & sapientium quidam dixit: *Homo domini servus iram, & a Deo querit medelam.* Et si homo erga hominem non habet misericordiam, quis propitiabitur delictis ejus? Vellem filere jam & huc usque progressus finem terminibus meis impone. Erubesco enim & confundor ultra procedere. Sed quid iterum tacere proderit, cum ab ipsis mandatis Christi, quae impugnamus, silenter etiam arguamus? quomodo autem latebimus, cum qui novit corda nostra, judicatur est ea? Quid ergo dicam de illo mandato, quo jubemur non thesaurizare super terram? Ceteri vero quali est contrario audierint praeceptum, & quali dictum sit ad eos: Thesaurizare omni modo super terram; Ita reliquias celum adheserunt terre, & insaniant erga pecunias congregandas, totoque affectu odiunt Deum, diligunt autem mammonam. Quod autem dictum est: *Nolite cogitare de crastino*, nec audiire scio aliquem, nec omnino servare. Et propterea de hoc mandate dicere aliquid erubesco. Etenim eportebat nos quocunque pacto loquente Christo & pronuntiante non dubitare, sed credere. Nunc vero etiam cum & causis & rationes adhibeat mandatum suorum, atque exemplis ea validissimis muniat, nec sic quidem erubescimus. Propter hoc enim & avium quae non arant, neque seminant, & liliorum quae non nent, similitudines posuit, ut nemo dubitaret. Et tamen nos sicut gentes, aut forte etiam aliquid desperabilis gentibus de his cogitando consumimur. Sed de hoc, ut dixi, mandato plura dicere erubesco, ad sequentia tamen veniam, si forte alicubi solitum qualecumque mei pudoris inveniam. Quid ergo sequitur post haec? *Nolite judicare, ut non judicemini.* Ego enim solitum mei pudoris invenire credebam, augmenta nunc confusionis reperi. Si autem nullum nobis peccatum aliud fuisse admissum, pro hoc solo gheheo nos tradi satis abun-

deque sufficeret; quippe qui in alienis delictis severi & amarillimi judices residemus; nostras autem trabes in oculis propriis infixas non videmus: à quo viatio neque facili hominem, neque Monachum, neque etiam Solitarium ullum faciliter reperies liberum. Neque etiam de hoc exhortestimus, quod idem ipse ait: *Ite quia eum judicis judicaveris, iudicabitis ibidem.* Nam dic mihi, quid laboris habet, ut non judices alium? Nos autem qui cum possumus sine labore mandatum Dei servare, laboramus & nitimur, ut illud prevaricemur. Quia & revera ipse pronuntiavit de preceptis suis, quod nihil in eis onerosum sit, sicut paulo ante reuli, id docens: *Fugam mem suam esse nisi*, Matth. 5. 10. & *esset mem leui.* Nos namque econtra gravia efficimus, que ille levia constituit. Quamvis enim sint aliqua, in quibus paululum laboris adhibendum est, tamen quidquid ipse praecepit leve est, etiam si sit tribulatio. Et si tribulatio, quomodo leve est? Leve, inquam, est, quia imminens pondus futuri gloriae levem facit praesentis temporis tribulationem. Sequitur: *Nolite, inquit, dare sanctum Matth. 7. 6.* carnis, neque prouiciatis morganas vestras ante portas. Nos vero contra laudis amore, & jastantis virtutis corrupti, etiam huic praecepto contraria gerimus, atque hominibus neque intellectum purum habentibus, neque fidem sanam retinentibus, & infusper peccatorum maculis inexis, sine ulla discretione mysteriorum secretorum nudamus. Multum est enim, si velimus singula quaque mandata discutere, que omnimodis in contemplu habentur ab hominibus, ut illud: *Quodcumque volunt ut faciant vobis homines*, ibidem. *sicut & vos facite illi.* Nos namque est contrario omnia facimus hominibus, que ipsi nolumus pati. Et rursum, qui iussi sumus per angustam viam incedere, per latam temper incedimus. Hi autem qui videntur sustulisse crucem suam, & sequi Christum, de lata & spatiovia sollicitè requirunt. Sic enim facere solent illi, qui seculum reliquerunt disponunt. Cum autem de Monasteriis aut retrouione, vel etiam de locis habitantium percunctantur, ante omnia de requie trahant & de opportunitate. Prima tamen sollicitudo statim & prima verba ista sunt: *Estne ibi requies quo eundem est?* Inveniuntur ibi ea, quae necessaria sunt abundanter: Primus enim, ut dixi, sollicitudo reuirunt, si nihil horum deficit, quae lata & spatiovia via depolcit. Quid agis, ô homo? *Quid loqueris?* Arctam & angustam viam iussus es ambulare, ut quid de requie, ut quid de abundantia percunctaris? Verum ne me existimet aliquis haec dicendo alios incusare, jam nunc

nunc de meipso narrabo. Quondam cùm de seculi abrenuntiatione , & de solitaria habitatione cogitare ceperim , ego scio quām solliciter infra memetipsum percurtabar , unde viverem , & unde mihi in ipsa habitarione ea quæ necessaria sunt corpori prætherentur ? Sed & illud non segniter requirebam : unde haberem vestimenta , unde luminaria ; unde etiam ligna , & legumina , & cetera talia. Ira enim ego cum omni sollicitudine de requie corporis apud memetipsum tractabam. Heu , quām subtiliter ille arrifex mali diabolus nos decipit , & quanta exitate oculos nostre mentis obducit ! Ad regnum celorum cupimus ascendere , & interrogamus si aliqua nobis difficultas occurrat in itinere. Ad eos fastigium & divitias festinamus : ad ipsas , inquam , divitias , quas nec oculus vidit , nec auris audivit , neque in cor hominis ascenderunt ; & de requie corporis percutantur ?

Nam , sicut diximus supra , multum est , si velimus singula quæque mandara Christi in hoc loco discutere. Tamen oportet nos fieri & lugere pro his singulis quæ impugnamus , & in contemptu habemus , quatenus ab ipsis sceleribus , quæ per inobedientiam & contemptum eorundem mandatorum Christi incurrimus , uberrimis lacrymarum fletibus abluvi expiarique , Deo opitulante , metteamur.

#### CAP. XXIX. *De compunctione cordis.*

**C**OMPUNCTIONE etenim cordis est humilitas mentis , cum lacrymis , & recordatione peccatorum , & timore judicii. Nam ex humilitatis virtute compunctione cordis nascitur. De compunctione cordis confessio peccatorum propagatur. De confessione peccatorum penitentia generatur. De penitentia autem indigentia peccatorum percipitur. Quatuor enim sunt qualitates affectionum quibus mens justi tristis falubet compungitur ; hoc est , memoria præteriorum peccatorum , recordatio futurarum penarum , consideratio peregrinationis sua in hujus vite miseria , desiderium supernæ patris , quatenus ad eam quantocvys valeat pervenire. Quando ergo ita in corde sunt , credendum est tunc esse Deum per gratiam cordi humano præfensem. Præterea quoque oportet nos , qui compunctionem cordis perfectè desideramus , habere prius animo & mente ab omni perturbatione ac fluctuatione visibilium rerum secedere , atque ad illa consendere silentia , ubi quies summa , jugis tranquillitas , & pura est serenitas ; ibique oculum mentis nostræ tota intentione semper

debemus defixum habere. Oportet etiam nos diem mortis ante oculos mentis habere , & præterita peccata ad memoriam revocare ; & eorum qui in inferno gerunt memorari , & quomodo ibi sunt animæ , in quam amaro silentio , aut in quam pessimo gemitu , vel metu , fave cruciatu , aut in quadri expectatione & dolore ; & pro his infinitas debemus lacrymas fundere. Recogitamus autem diem resurrectionis , & illud terrible , & horrendum , atque tremendum judicium Christi ; & premium iustorum , & repositam peccatoribus penam , quam pauci sunt in confœctu Dei. Sed & supplicia omnia , & ignem inextinguibilem , & vermes immortales , & tartarum tenebrarum ad memoriam revocemus : & super haec omnia dentium stridorem , & tormenta perpetua pertimecamus. Adducamus etiam ad medium bona , & gaudiosi gaudia , quæ sunt iustis reposita cotram Deo & Angelis ejus in æterna gloria. Cogiremus aurem quām glorioſi sint illi Angelorum chori , quæ societas bearorum spirituum , & quæ sit majestas æterne visionis Dei. Utrorumque horum commemorationem jugiter in cordibus nostris habeamus super iudicia quidem peccatorum ingemiscamus , super bona vero justis reposita gaudeamus : siue fir , ut perfecta compunctione formidinis tradat animum compunctioni dilectionis.

#### CAP. XXX. *Quod duo sunt genera compunctionum.*

**D**UO igitur sunt compunctionum genera , hoc est , irriguum superius , & irriguum inferius. Irriguum quippe inferius quisque accipit , cùm inferni supplex flendo pertineat. Irriguum vero superius accipit , cùm sece in lacrymis celestis regni desiderio affligit. Scendum namque est , quia nulium habebit accessum ad compunctionem cordis , is qui in risu & jocis immoderatus fuerit. Non enim convenit ei , qui ad perfectionem nictur ascendere , in modum parvuli infensati jocari , nec disolutis labiis rufum profere , sed subridendo tantum mentis letitiam indicare. Amentia namque est cum strepitu ridere. Parvulus enim est ludere , perfecti autem viri lugere , focus vero & risus negligenter & tepidum efficiunt virum suatum erga Del servitium. O quantam perniciem præparant risus & jocus ! & è contrario quantum lucrum afferunt fletus ac luctus ! Quem enim delectat hic ridere , postmodum flebit amarissime : qui autem hic lugere voluerit , in posterum sine fine gaudet. Nam & Salvator noster beatos vocat lugentes ; & qui nunc letantur ,

fere eos dicit in novissimo. Unde Jacobus apostolus ait: *Adversi estote & lugite, risus vestris in lacrimis converteratur, & gaudium in mortuorum.* Hinc per Salomonem dicitur: *Risus dolere miscetur.* Hinc Gregorius ait: Nemo potest & hic gaudere cum facculo, & illic regnare cum Christo. Hinc etiam in collationibus Patrum legitur: Vidi, inquit, senex quemdam ridenter, & ait illi: Coram ccelo & terra rationem totius vite nostrae redditur sumus, & tu rides? Quapropter non nos oblectet puerilis jocus ac risus, sed lectiones sacræ & spiritualis melodias cantus. Quamvis enim dura sint corda nostra ad lacrymas producendas, mox tamen ut psalmorum dulcedo insonuerit, ad compunctionem cordis animum nostrum inflebit. Multi enim reperiuntur, qui cantus suavitate commoti sua crimina plangunt, atque ex ea parte magis delectantur ad lacrymas, ex qua placentis insonuerit dulcedo suavitatis. Sed illudendum nobis est, ut etiam post compunctionis tempora, in quantum Deo largiente possumus, ipsam vim lacrymarum in nosmetipso conservemus; ne nos post compunctionem cordis cogitatio fluxa dissolvat; ne mentem nostram vanitatis subripiat; ne lucrum compunctionis anima nostra per incuriam fluxe cogitationis perdat. Sic quippe quod poposcerat, obtinere anima meruit, quia se post lacrymas in eodem mentis vigore servavit. De qua nimis scriptum est:

*2. Reg. 2. 1. 18.*

*Vultus ejus non sunt amplius in dispergita materia.* Quia igitur non est obliterata que peccati, non est privata munere quod poposcerit. Nos autem quia post baptismum inquinavimus vitam, rebaptizemus in lacrymis conscientiam nostram. Qui ergo lacrymas indeclinanter fundit, & tamen peccare non definit, lamentum habet, sed mundationem non habet. Ubi autem lacryme abundant, ibi cogitationes fordidit non approximant. Compunctionis sanitas anime est, compunctionis illuminatio mentis est; compunctionis remissio peccatorum est; compunctionis Spiritum sanctum habitate facti in se.

#### CAP. XXXI. *De reverentia & inflantia orationis.*

**O**PORTET itaque nos certissime scire, & veraciter credere, quia assiduate orationum adipisci possimus remissionem omnium peccatorum; si tamen actus orationi, & labia cordi non discrepaverint. Melius enim est corde orare cum silentio sine fono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis; quia non verba depreciationis Deus intendit, sed cor orantis aspicit. Nam negligentes orationes nec ab ipso homine impetrare valent quod

volut. Si enim cum hominibus poteris, credibilibus volumus aliqua suggerere, non Reg. c. 20. praesumimus nisi cum humilitate & reverentia; quanto magis Domino Deo universorum cum cordis humilitate, & puritatis devotione, supplicandum est? Et non in multiloquio, sed in puritate cordis nos exaudiri sciamus: Et ideo brevis & pura debet esse oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinitate gracie protendatur. Cum enim in oratione adhibemus, gemere & flere debemus; remittentes quam gravia sunt sceleris, quæ commisimus, quamque dira inferni supplicia, quæ timemus. Longe quippe à Deo est animus, qui in oratione cogitationis sceleris fuerit occupatus. Et tunc veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. Sed valde perpauci sunt, qui tales orationes habeant: & licet in quibusdam sint, difficile tamen est, ut semper sint. Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum secularium nostris mentibus ingerit, quando nos orantes asperxerit. Sed nos econtra tam perveranter in oratione perfidere debemus, quoque importunas secularium rerum cogitationes ab inimico latenter insinuas superemus. Quoties enim quilibet aliquo tangitur vicio, toties se ad orationem subdat; quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Et qui luditur, non desistat orare pro se iudicibus: quia sicut nullum proficit in vulnera medicamentum, si adhuc ferrum in eo sit, ita nihil illius oratio proficit, cuius adhuc dolor est in mente, & odium manet in pectore.

Tantus ergo debet esse orantis affectus erga Deum, ut non desperet precis effectum. Inaniter autem oramus, si spei fiduciam non habemus: *Petat autem unius- jac. 1. 6.* quisque, ut ait apostolus, in fide nihili habitan. *Nisi qui dubitas, similis est filius maris,* quæ à vento moveatur, atque dispergitur. Dissidentia enim nascitur ex hoc, quod adhuc se quisque sentit circa pecandi affectionem versari. *Adultum enim, ibid. 5. 16.* inquit apostolus, *valer deprecatione pri- mi affidua.* In tantum utique valet, ut etiam per eam demonia vincantur, & aditus eorum per ipsam obstruantur, ut non quoconque volunt, vadant. Unde in Tripartita historiæ legitur ita. Temporibus Juliani apostolæ missus est demon ab ipso in Occidentem, ut iret velociter, & afferret ei inde aliquod responsum. Cum autem pervenisset demon ille in quodam loco, ubi quidam Monachus habitabat, stetit ibidem per decem dies immobilis, eo quod non poterat ultra progredi; quia Monachus ille non cessabat orare neque nocte neque die: & tegit-

regressus est sine effectu ad eum, qui miserat illum. Cui revertenti dixit Julianus : Quare tamdiu tardasti ? Respondens dæmon ait : Et moram feci, & sine actione reversus sum. Sustinui enim decem dies Publum Monachum, si forte cessalet ab oratione, & transire; & non cessavit, & prohibitus sum transire, & redi nihil agens. Tunc impensis Julianus indignatus dixit : Cum illuc ingressus fuero, faciam in eo vindictam. Et intra paucos dies Julianus Dei providentia interierit. Ex continuo unus ex Praefectis qui cum eo erant, abiit, & vendidit omnia, que habuit, & veniens ad senem illum factus est Monachus magnus, & sic permanxit cum eo, donec quievit in Domino. Ubi datur intelligi quia oratio servorum Dei continuo non solum homines salvat, sed etiam diaboli tela exsuperat. Per orationes antem purissimas omnia nobis utilia à Dominis tribuantur, & cuncta noxia procul dubio effugantur. Idcirco necesse est nobis & nre & corde sine intermissione orare.

CAP. XXXII. *Quomodo possit aliquis sine intermissione orare.*

DEI servum antem, & maximè Solitarium, nportet sine intermissione orare, legere & operari, ne forte mentem otio dedicante spiritus malignus invadat. Orationibus autem mundamur, lectionibus instruimur, operationibus verò corpus, ne forte superbiat, fatigamus. Sed querendum nobis est, quomodo quis possit sine intermissione orare. Quidam enim dicere volunt quod ille sine intermissione orat, qui canonicas horas observat. Nobis verò non expedit exteris horis ab ostantine vacare; sed secundum Apostolum sine intermissione debemus orare. Sic autem Domino misericerte poterimus illud præceptum implere, id est, si jugiter lingua orare non possumus, vel corde oremus: & si ore, vel corde indesinenter orare nequimus, vel etiam actus nostri tales sint, ut semper pro nobis Deum exorent.

Unde in Coliationibus Patrum tale datur exemplum : Lucius Abbas interrogavit quosdam fratres, dicens : Quod est opus manuum vestrum? At illi dixerunt : Nos non contingimus aliquid opus manuum; sed, sicut Apostolus dicit, sine intermissione oramus. Dixit ei senex : Et non manducatis? Illi autem dixerunt : Etiam manducamus. Et dixit ei : Quando ergo comeditis, quis orat pro vobis? Et iterum interrogavit eos dicens : Non dormitis? Et illi dixerunt : Etiam dormimur. Et senex adjectit : Cum dormitis, quis orat pro vobis?

Et non invenerunt quid ad haec respondeant ei. Et adjectit : Ignoscite mihi, fratres, quia ecce non facitis, sicut dixistis. Ego autem ostendam vobis, quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo namque, juvante Domino, infundens mihi paucas palmulas, & facio ex eis plectam, & dico : Misericordia mea Deus Psal. 50, 1. secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum deles iniuriam meam. Et dixit eis : Oratio haec est, an non? Et dixerunt ei : Etiam. Ille autem dixit : Quando permanero tota die laborans, & orans ore vel corde, facio plus aut minus sex nūmmos, & duos ex his domo pauperibus foras ad ostium, & residuos expendo in usus meos & discipulorum meorum. Ille verò, qui accepit illos duos denarios, orat pro me tempore quo ego manduco vel dormio; atque ita per gratiam Dei impletur in me hoc, quod scriptum est : Sane intermissione orate. Quapropter oportet nos, sicut prædictum est, ore vel corde indesinenter orare, vel tali opus facere, ut ipsum per nobis Deum exoret.

Illi quoque hinc Apostolico precepito quasi contrarium esse videtur, quod Dominus ait : Oraentes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Itaque animadvertisendum est, quod Dominus non dicit : Nolite multum orare, sed nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt, qui secundum politam eloquentiae facultatis facundiā orant. Ille enim sine intermissione ad Deum orat, qui peccanti in se fratris dimittit; qui non ab omnibus, sed à Deo laudem querit; qui adversus turbam vanorum phantasmatum ostium cubilis cordis sui claudit; & ne aliquod impedimentum ejus oratio paciatur, in amore Dei mentis nūculum figit.

CAP. XXXIII. *Quod omnes vanas cogitationes ex illusione demonum sunt.*

NULLA ergo virtus est in conversatione servorum Dei, quæ talēm habeat laborem, quomodo oratio. Dum enim voluerit homo Deum suum orare, semper demones festinantes orationem ejus interrumpere; scientes quia ex nulla alia revertantur impediuntur, quantum per orationem ad Deum sufficiat. Si quidem nūnquam aliūm laborem, quem homo in conversatione religiosa positus assumpsit, quamvis instanter agat, habet tamen aliquam requiem. Oratio autem, ut dictum est, nullam habet requiem. Quia de re in vita Patrum ita legitur : Quodam tempore, nocte diemon ad ostium cellule beati Macarii pulsavit, dicens : Surge Abba Macari, & eamus ad collectam, ubi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille

Rom. 3, 9.

Matth. 6, 7.

## REGULA SOLITARIORUM

ille qui gratia Dei repletus erat prudenter, falli non poterat, intellexit diaboli esse fallaciam, & ait: O mendax & veritatis inimice; quæ tibi societas cum collecta & Congregatione Sanctorum? At ille: Later ergo te, inquit, o Macari, quod sine nobis nulla Congregatio Monachorum agitur? Tum ille: Imperet, inquit, tibi Dominus immundus. Et ille adjectit: Veni denique, & videbis opera nostra. His dictis, demon discellit. Et Abbas conversus ad orationem petuit à Deo, ut ei ostenderet, si hoc verum esset, quod gloriatus est demon. Abiit ergo ad collectam, ubi à fratribus vigilie celebrabantur, & iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi verbi hujus veritatem ostendat; & ecce vidit per totam Ecclesiam quasi parvulos quosdam Æthiopes discurrere huc atque illuc, & velut volitando deferriri. Discurrentes ergo illi Æthiopes pueruli singulis quibusque sedentibus alludebant: & si cui duobus digitalis oculos compresiluerint, statim dormitabat. Si cui verò in os mississent digitum, oscitare eum faciebant. Ubi verò post Psalmum ad orandum projecissent se fratres, percurrebant nihil minus singulos, & ante alium jacente in oratione quasi in mulierum speciem vertebarunt: ante alium autem quasi adidicantes, aut aliquid portantes, ac diversa quaque agentes apparabant; & quæcumque demones quasi iudeando fortissemper, hec illi orantes in cordis sui cogitatione verbabant. A nonnullis tamen ubi aliquid horum agere cœpissent, quasi quodam repulsi precipites dejicabantur, ita ut nec stare quidem proflus aut transire iuxta eos auderent. Alius verò etiam supra dorso & cervices iudebant. Hæc cùm vidisset sanctus Macarius, ingenui graviter, & ait cum lacrymis: Exurge Domine ut dispersantur inimici tui, & fugiant à facie tua; quoniam impleta est illusionibus anima nostra. Post orationem autem vocatis fervorū singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem demones variis imaginationibus iudentes, requirivit ab eis, si in oratione vel ædificandi, vel portandi cogitationes habuerint, vel ita agendi talia diversa, quæ unicus imaginata per demones viderat; & singuli corum confitebantur ita fuisse in corde suo, ut ille arguebat eos. Et tunc intellectum est, quod omnes vanæ & superflue cogitationes, quæ somniorum, vel Psalmorum, seu orationum tempore vanus quisque conceperit, illusionem diamonum habent. Ab his autem, qui omni custodia servant cor suum, facile repelluntur Æthiopes. Deo enim conjuncta mens, & in ipso tempore principiū orationis

intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit.

CAP. XXXIV. *Quod cunctis tribus & pfallen- tibus praefentia Dei & Angelorum semper adfit.*

Q<sup>UONIAM</sup> quamvis ubique Deum per potentiam divinitatis esse noverimus, & oculos ejus speculari bonos & malos credamus, præcipue tamen sine aliqua dubitatione, cum divino officio assistimus, per gratiam nobis cum adesse presentem credimus. Ideoque semper memoris sumus quod Propheta ait: *Ser. Psal. 2. 12. uite Domino in timore.* Et iterum: *Pfalle sapientem.* Tunc etiam Angelici spiritus maximè nobis presentes adesse credendi sunt, cùm divinis specialiter mancipamus obsequiis, id est, cùm lectionibus sacris aurem accommodamus, vel Psalmodiis operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam Missarum solemnia celebramus. Unde idem Propheta ait: *In conspectu An- Psalm: 137. gelorum psallam tibi.* Quapropter soleret nobis studendum est, ut cùm ad divinum officium, vel ad Missarum solemnia celebraunda convenimus, semper memoris sumus, qualiter nos oporteat esse in conspectu Dei, & Angelorum ejus. Et sic sterneremus ad pfallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ. Sic enim Apostolus ait: *Pfalem spiritu, psalam &c. Cor. 14. mens.*

Cavendum est autem, ut non negligenter, nec tepidè, vel inhonestè divinum officium celebremus, neque ad perficiendum pigre adveniamus; ne, quod absit, in illam sententiam incidamus, qua dicitur: *Maledictus homo qui pecc. 27. opus Dei fecerit negligenter.* Observandum est, ut ne quid in oratoriis, vel in celulis nostris inhonestum vel indecens, ne quid ineptum, vel perversum, aut cogitationibus, aut verbis, aut actibus perpetremus; sed cum timore & veneratione cælesti compleamus officium, quatenus in conspectu Dei & Angelorum ejus digni efficiamur adstare; & Dominus ad nos veniens non quod condemnaret in nobis, sed potius quod remunret, inveniat.

CAP. XXXV. *De laude Psalmorum, & di- spositione horarum; in quibus pfallere debemus.*

PSALMORUM denique afflilia decantatio tristia corda consolatur, gratiore mentes facit, fastidiosos obelecat, inertes exfuscat, peccatores ad lamenta invitat. Nam quamvis dura sint corda nostra, tamen mox ut Psalmorum dulcedo info- nuerit,

nuerit, ad profectum pietatis animum nostrum inficit. Omnis enim duritia cordis eorum dulcedine emollitur: & si-  
cut orationibus regimur, ita Psalmorum studiis delectemur. Oratio autem in pra-  
fenti tantum vita pro remedio peccato-  
rum effunditur; Psalmorum autem de-  
cantatio perpetuum Dei laudem demon-  
strat, & gloriam sempiternam. Sie enim  
scriptum est: *Beati qui habitant in domo  
tua Domine, in secula saeculorum laudabun-  
te.* Cujus operis frequentiam quicunque fideliter intentaque mente exequitur, quadammodo Angelis sociatur. Quocirca necesse est, ut certis horis, certisque temporibus nostrae servitutis officia perolvamus, id est, Matutino, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, & Completo. De his diurnis horis ait Pro-  
p. 83. 5-  
Psal. 118. 164.  
Ibid. 61.  
Psal. 68. 7.  
Psal. 68. 7. ps. 18. auct. David: *Sepies in die Laudem dizi-  
tibi. De nocturnis autem vigiliis idem  
ipse Propheta ait: Medea nocte surget  
ad confundendum eum. Et rursus dicit: Mo-  
nstrum fui nocte nominis tui Domine. Et rur-  
sus dicit; Si memor fui tui super fratram  
meum, in matutinis meditabor in te.*

Propterea quoque de divinis in no-  
titiis officiis, ceterisque horis diei ab  
oratione nos non oportet vacare, sed  
semper per intervalla horarum, aut ore-  
mus, aut legamus, aut aliquod opus  
manuum exerceamus, quatenus tedium  
cordis & cogitationum evadere possi-  
mus; sicut legitur fecisse beatus Antonius.  
Qui quadam tempore cum federet  
in eterno, animus ejus tedium &  
confusione cogitationum incurrit, quia  
nondum adhuc instanter laborabat; &  
ait ad Deum: Domine, volo salvus fieri,  
& nos permittunt me cogitationes  
meas. Quid faciam in hac tribulatione,  
& quomodo salvus ero? Et post pul-  
lum surgens exiit foras, & vidit quem-  
dam tanquam seipsum sedentem & ope-  
rantem; denique vidit eundem ipsum ab  
opere surgentem & orantem, & iterum  
sedentem, & flecentem de palmis facien-  
tem; inde rursus ad orationem surgen-  
tem. Erat autem Angelus Domini mis-  
sus ad correctionem & cautelam dandam  
Antonio. Post haec audivit vocem An-  
geli dicentis: Sic fac, & salvus eris.  
Ille autem hoc audio, magnum gau-  
dium sumpsit atque fiduciam. Et ita  
postea faciens, salutem, quam quer-  
ebat, inventit. Ita & nos facientes, Deo  
opitulante, salvabimur. Numerum quo-  
que & mensuram Psalmorum, quos quo-  
tidie canere debemus, hic minime de-  
scribimus, quia hoc quod Apostolus sine  
intermissione præcipit agere, ego nulla-  
tenus præsumo determinare. Testis sit

*Cod. Regul. Tom. I.*

unicuique conscientia sua, quia Deum, quem nulla fallunt occulta, inspectorem cordis sui omni hora habebit. Oportet preterea nos orare indefinenter pro no-  
stris benefactoribus, & pro omnibus ho-  
minibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam vitam habere possumus. Sciendum verò est, quia quanto quisque magis assiduus fuerit in oratione, tanto feliciorem remuneracionem rece-  
pturus est in eterna beatitudine. Lu-  
minaria verò cum omni diligentia sive de  
propriis laboribus, seu de filiis obla-  
tationibus in suis oratoris noctis tem-  
pore provideant Solitarii.

CAP. XXXVI. *Si quotidie Corpus Domini  
quilibet audeat sumere, vel Missam  
cantare.*

NON mea itaque opinione, sed fan-  
torum Patrum assertione, hec ultra-  
que reor fieri posse, id est, & Missas quotidie celebrare, & facrofanta Cor-  
poris & Sanguinis Domini mysteria quo-  
tidie cum tremore & timore sumere; ab his tamen, qui mundi sunt ab omni  
inquinamento carnis ac spiritus, & hoc  
cum metu magno & pavore: quia qui  
tantum hospitem cupid intra se suscep-  
re, castus debet esse non solum in cor-  
pore, sed & mundus in corde. Nam  
fuit quidam venerabilis Pater nomine  
Apollonius, qui hoc monebat fratres,  
ut, si fieri posset, quotidie communica-  
rent mysteriis Christi, ne fortè, qui se ab  
his longè facit, longè fiat à Deo. Qui au-  
tem, inquit, frequentius hoc suscepit, fre-  
quentius ipsum sine dubio Salvatorem  
suscepit; quia idem ipse ait: *Qui manducat Ioan. 6. 55.  
meum carnem, & bibit meum sanguinem, in  
me manet, & ego in eo.* Sed & ipsa com-  
memoratio Dominicæ Passionis cum ali-  
duè fit à servis Dei celebrata, primum  
per hoc communio datur, ut studeat unusquisque ita paratus inveniri, ne in-  
dignus Dominicis mysteriis habeatur. De hac denique re beatus Gregorius in  
libro Dialogorum ait: Debemus itaque  
præfensi seculum tota mente contemne-  
re, quotidiana Deo lacrymarum sacrifi-  
cia offerre, quotidianas carnis &  
sanguinis ejus hostias immolare. Hæc nam-  
que singulariter victimæ ab eterno inter-  
itu animam salvat. Sed necesse est,  
ut cum hæc agimus, nosmetipso in  
cordis contritione maestemus. Et fiden-  
ter dico, quia salutari hostiis post mor-  
tem non indigebimus, si ante mortem  
Deo hostia ipsi fuerimus. Quapropter  
bonum est, ut quod quisque post mor-  
tem suam sperat pro se agi per alios,

S \*

agat

## REGULA SOLITARIORUM

agat ipse dum vivit per se. Beatus quippe est liberum exire de carcere, quam post vincula libertatem querere. Hinc iterum idem Papa in codem libro adnectit dicens: Nam vir vita venerabilis Cassius Narrienus Episcopus fuit, qui quotidianum sacrificium Deo offerte conuerterat, ita ut penè nullus dies vita ejus abscederet, quin omnipotenter Deo hostiam placationis immoaret. Dum autem sese cum lacrymis mactaret, mandatum Domini per eujusdam sui Presbyteri visionem suscepit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesseret pes tuus, non cesseret manus tua. Natalitio Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui cum post annos septem ipso natalitio Apostolorum die Missarum solemnia peregrisset, & mysteria sacrae communionis accepisset, è corpore exivit. Quia in re penitendum est, quantum præsidium sit quotidie sacrofæcili Corporis & Sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI hollias immoare; & patenter ostenditur, quam salubre est vesici tanto medicamine. Unde quidam venerandus Poëta dixit:

*Magnum præsidium est sacra libidine pacis,  
Si cur participis criminis nulla premant.*

Hinc etiam egregius doctor Augustinus dixit: Nihil sic debet formidare Christianus, quam separari à Corpore Christi. Si enim separatur à Corpore Christi, non est membrum ejus; si non est membrum ejus, non vegetatur spiritus ejus. Unde ait Apostolus: *Quaevis sp̄ritus Christi non habet, bis non est ejus.*

Rom. 8. 3.

Quapropter faciat unusquisque, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Neque enim inter se litigaverunt, aut quisquam eorum alterum alteri se prætolit, Zachæus scilicet & Centurius; cum alter eorum gaudens suscepit Dominum; alter verò dixerit: *Luc. 7. 6.* Non sum dignus Domine, ni intras sub telum meum. Ambo Salvatorem honorificantes, diverso, & quasi contrario modo; ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Sic & Sacramentum Dominicæ Corporis & Sanguinis unus honorando non audet quotidie sumere, alter similiter honorando non audet ullo die prætermittere.

CAP. XXXVII. Si post illusione, qua per somnium solet accidere, debeat quis Missam celebrare, an non?

NAM, ut sit beatus Gregorius, in ipsa illusione, quæ per somnium solet

accidere, necessaria est valde discretio, quæ subtiliter pensare debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula; aliquando ex natura superfluitate vel infirmitate; aliquando contingit ex cogitatione. Et quidem cum ex natura superfluitate vel infirmitate evenierit, omnimodo hæc illusio non est timenda. Unde ait Propheta;

Quoniam Dominus cognoscit figuratum in Psalm. 103. frum.

Sed quando hoc accidit, lotus tantummodo aqua, valet se sociare divinis Sacramentis. Cum verò appetitus gula ultra modum in sumendis alimentis rapitur, atque ideo humorum receptacula gravantur, habet exinde animus quemdam reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi Sacraenta, vel Missarum solemnia celebrandi, cum fortasse aut festus dies exigit, sur exhiberi ministerium, pro eo, quod Sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compulit, vel amor sacrificandi animum ad hoc ipsum compellit. Nam si adsunt alii, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta à perceptione faci mysterii prohibere non debet; sed ab immolatione divini Sacramenti abstineret, ut arbitror, humiliter debet, quoque dignis fieribus reconciliatus, & aquarum effusione lotus, accedere iterum valear ad sacra mysteria. Si verò ex turpi cogitatione vigilans oritur illusio menti dormientis, patet animo reatus fuis. Videt enim, à qua radice iniquatio illa processerit; quia quod sciens cogitavit, hoc neciens pertulit. Et quando hoc fit, necesse est ut humilietur se subtrahat divinis mysteriis, & prius per aquam abluit fordes corporis, & per poenitentiam absterget vulnus cordis; & sic demum, Domino propitiante, reconcilietur vivificis Sacramentis. Nam in Evangelio Dominus dicit: *Qui Matth. 5. quæderit mulierem ad concupiscentiam eam, jam macerans est eam in corde suo.* In corde suo, inquit, non in corpore. Ideo scriptura alibi nos admonet, dicens:

*Omni custodia serua cor tuum.* Nam sunt Prov. 4. 23. alii, quibus ita plerunque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno positus turpibus imaginationibus non fædetur. Quia in re unum ibi ostenditur, si ipsi mens non tamen sit rea, vel suo iudicio libera, cum se & dormiente corpore nihil meminit vidisse. Siquidem, ut quidam Patrum ait, si tale aliiquid evenierit per somnum absque phantasias mulierum, non est peccatum. Ingenitus, inquit, humor in corpore, cùm propria repleverit receptacula, suis necesse est ut meatibus digeratur. Ibi verò visus mulierum, & blandimenta carnis per

Luc. 21.

per somnia occurruunt, si per superfluas & illecebrosas cogitationes contigerit, peccatum esse dicebat. Præterea quoque sciendum est, quia tres sunt motus corporales: unus quidem naturalis; alius autem ex plenitudine ciborum, quando nutritur & foventur corpus cibis ac potibus, ex quibus calor & sanguis crescunt, & excitant corpus ad libidinem; propter quod Dominus ait: *Videte, as  
graviter corda vestra in crapa & ebrietate.* Tertius vero motus est ex infidelis & inuidia veniens dæmonum. Quapropter oportet ut ipsam nimiam abundantiam, luxusque libidinum per multam continentiam, & per multa jejunia, & per continuas orationes restrinjamus; quia ut ait beatus Augustinus, sicut occisus inimicus non facit nobis injuriam, sic mortificata caro non turbabit animam nostram. Denique hi, qui in deliciis vivunt, si forte corporis sui segritudo depositat, ab omnibus, quæ judicayerie medius esse noxia, abstinebunt absque mora; cur non multo magis hoc nos facimus, quibus sanitas animæ & spiritus est expetenda? Tales enim debet Dominus habere ministros, qui nulla carnis contagione corrumpantur, sed potius castitas continentia splendeant mente & corpore.

CAP. XXXVIII. *De affiditate lectionis & orationis.*

Hab. 114.

15.

**O**PORIET autem nos affiditatem habere legendi, & instantiam orandi. Nam affiditatem lectionis munitur homo à peccato, juxta Prophetam, qui ait: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non preceps sis.* Hac fuit enim arma, lectione videlicet & oratio, quibus diabolus expugnatur; & eterna beatitudo acquiritur. His enim armis via comprimuntur, & virtutes nurriuntur. In his ergo quasi in speculo quodam seipsum considerare potest homo, qualis sit, vel quo tendat, aur qualiter se dirigit. Ideoque qui vult cum Deo semper esse, deber frequenter legere, & frequenter orare. Nam cum oramus, ipi cum Deo loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. Geminum autem confert donum lectione sacrarum Scripturarum: unum, quia intellectum mentis erudit; alterum, quia à mundi vanitate hominem abstrahit, & ad amorem Dei perducit. Lectione affidit timorem gehennæ incurrit, animam purificat, & ad gaudia superna legentis cor instigat. Sicut enim ex carnalibus effectis alitur caro, ita ex divinis eloquiis nutritur ac pacificus interior homo: unde ait Prophetus: *Quoniam dulcis saucibus meis eloqua sis, Domine, super mel & ferum*

Ind. 103.

*Cod. Regul. Tom. I.*

tri mea. Omnis planè scriptura sancta ad nostram scripta est salutem & doctrinam, ut per consolationem scripturarum in bonis actibus proficiamus. Sicut enim cæcus sibi offendit, quoniam videns; sic ignorans Dei legem ignoranter sibi peccat, quam ille qui eam novit. Multi namque habent intelligentia ingenium, sed negligunt lectionis studium; & quod legendo leire potuerunt, negligendo ne- scierunt. Multi etiam legunt, & ab ipsa lectione jejuni sunt: de quibus air Propheta: *Seminatis multum & incolitis parum; Aggei 1. 6;* comeditis, & non effici satiati, bibitis, & non effici ebriati. Multum cordi suo seminat, sed parum recipit, qui de mandatis caelestibus vel legendo, vel audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando paucia fructificat. Comedit, & non satiatur, qui verba Dei audiens lucra vel gloriam faculi concupiscit. Bibit, & non inebriatur, qui ad vocem lectionis vel predicationis aurem inclinat, sed mente non mutat. Bibit, & inebriatus non est, qui ea, quæ sunt hujus sicculli, adipisci defiderat. Solet enim per ebrietatem bibendum mens turbari. Si enim quis debruiatus esset, ut terrena jam non quereret, jam vana & transitoria, que amaverat, non amaret. Ille enim beatissimus est, qui divinas scripturas legens verba vertit in opera. Nemo enim potest sensum scripture sacre plenè cognoscere, nisi legendi familiaritate. Nam sicut terra, quæ quanto amplius excollitur, tanto uberiorum fructum reddit; sic quanto quisque frequentius legit, tanto ex ea uberiorum intelligentiam capit. Non oportet Sollicios gentilium libros legere, ne forte per oblectamenta insaniū fabularum, vel figmenta Posttarum, mentem excitent ad incentivâ libidinum. Neque etiam secreta Dei nimis oportet rimari, scripture dicente: *Altiora te ne Ecl. 5. 18.* quaeritis, & fortiora te ne seruatus fuisti. Unde Apostolus mirans ajebar: *O absurdum Rom. 1. 1.* divitiarum scientia & sapientia Dni, quam inservitibiles sunt iudicia, & invincibilis via ejus! Quapropter cautè meditanda, cautoque sunt sensu ea quæ leguntur rimanda; & juxta Apostoli mandata, teneamus quæ recta sunt, & refutemus ea quæ contraria veritati existunt. Sicque in bonis instruimur, ut à malis Deo auxiliante illis permaneamus.

CAP. XXXIX. *De quotidiano opere manuum Sotterraniorum.*

**S**I quando enim ab oratione & lectione cessemus, manuum operationibus interfere debemus, propter hoc quod scri-

S 2

ptum

## REGULA SOLITARIORUM

peum est : *Ocioſitas inimica eſt anime.* Antiquus etenim hostis eum , quem otiosum invenerit, facilē ad vitia rapit: nam sancti Patres nostri & Apostoli de labore manuum suarum vivebant. Unde Apostolus Theſſalonicensibus ſcribens , sic :

2. Thess. 3.

7

*Ipsi enim finis quemadmodum oportet imitari nos ; quoniam non inquieti fuimus inter vos ; neque panem gratis manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigacione , nocte & die operantes manibus nostris, ne quicunq[ue] vestrum gravaretur. Non quasi non habuerimus perfractum , ſicut & ceteri, ſed ut nesciutipſor formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cum effouſer apud vos , denuntiabamus , quoniam ſi quis non vult operari , nec manducet. Cūm enim ille sanctus Apoſtolus , qui Evangelium predicabat , nolcat panem gratis manducare , ſed in labore & fatigacione vičum quarebat ; qua nos fiducia otiosi manibus gratis panem comedere audiebimus , quibus non ſolum oula predicationis verbi commissa eſt , ſed ne illa quidem , niſi anima noſtre folius cura mandatur ? Proinde neceſſe eſt nobis labore manibus nostris , quod bonum eſt , ut habeamus , unde vivamus , & unde aliquid neceſſitatem paientibus tribuamus. Unde sanctus Caſarius dixit : Sic lectioni & orationi debetis incombere , ut etiam manibus politis aliquid exercere ; maiorem quoque dici partem sancto opere dedicare. Sed querendum nobis eſt , cur doctoſ genitum , & Prædicator Evangelii dicit ſe noſ pa- nem ab aliquo gratis manducare , qui novit Dominum præcepisse , ut qui Eu- gelium annuntias , de Eu gelio vivas. Et*

2. Cor. 9.

14.

Loc. 10. 7.

*terram : Dignus eſt operari mercede tua & cito ſue. Ideo quippe manibus operabatur , unde vivebat , quia indignum erat ab his aliquid accipere , qui errori fludebant. Peccat enim , & libertatem praedicandi amittit , qui ab eo accipit manus , qui ideo dat , ne corripiatur. Un- 1. Cor. 6. de idem Apoſtolus dicebat : Omnia mihi licent , ſed non omnia mihi expediunt. Hoc ideo dixit , quia licebat illi ab his , quiſ predicabat ſumptus accipere : ſed quoniam ſciebat picudo - Apoſtolus occaſionem accipendi querere , noluit ab his accipere , ne cauſa ventris vigor Evangelice veritatis torpiceret. Non enim initianter potest argui , à quo accipitur. Quamvis enim idem Apoſtolus pro occaſione ſuperius dicta elagebit manibus ſuis labo- rare , unde vivebat , tamen quoties illi neceſſitas erat , à fidelibus vičum acci- piebat. Itaque cūm eſſet quoddam tem- pore in magna indigentia , miſerum eſt illi à fratribus , unde neceſſitati & indi- gentia ejus ministraretur. Reſpondit autem illis gratias agens , & dixit :*

Bend feciſtis communicare neceſſitatis moſis. phil. 4. Ego enīm didici in quibus sum , ſufficiens eſt. 14 Scio enim eſſire & abundare , novi & pen- viam pati. Omnia poſsum in eo , qui me con- confortat. Veritatem vobis bend feciſtis miteme uſibus meis. Hic autem ostenditur , quia aliquando accipiebat fultentionem ne- cellitatis à fidelibus. Qua de cauſa bea- tus Auguſtinus nobis dat conſilium , di- cens : Qui ergo non poſſunt facere ſi- cut Paulus , ut manibus ſuis fe tranſi- gant , accipiant à populo , unde fulten- tent fiam neceſſitatem , ſed non negligant eorum infirmitatem. Si in noſtra , iοquāt , domo vel ſocietate ſeger eſt ali- quas , non prohibeo religiosos , vel reli- giolas mittere illi , quod eis videtur , ut mittant ; neque illis prohibeo , ut non recipiant. Nam & ipſe Dominus , cui Angeli ministraverant , loculos ha- bebat , & à fidelibus oblatā fulſcipiens , & ſuis discipulis , & aliis indigentibus , neceſſaria tribuebat.

Quanquam autem ita dictum fit , oportet tamen Solitarios propriis mani- bus inſtanter laborare , etiam aliende habuerint , unde vivant. Sic faciebat Paulus primus & probatissimus Eremita- rum. Cūm eſet in errore valliorē , ſecurus erat de viču , qui de fructibus palmarum , & de oleribus herbarum ve- ſebeatur tantum ; tamen colligebat folia palmarum , & quotidianum penſum , ve- fut exinde fultentandus eſſet , à ſemel- ipso jugiter exigebat. Cumque opere totius anni antrum ejus fuſſet impletum , id quod ſollicita cura laboraverat anni ſingulis , igne ſuppoſito concreba- bat. Ile enim non pro neceſſitate vi- čus , ut dictum eſt , laborabat , ſed pro corporis afflictione , & cordis purgatione , atque cogitationum ſoliditate , ſea perieverantia cella faciebat. Dicebat autem , fine opere paup̄ium nec in loco poſſe perdurare Solitarium , nec ad per- fectionis culmen aliquando conſide- rare. Econtra verò fuit alijs frater , qui ve- niens ad Abbatem Silvanum in monte Sina , vidit ibi fratres operantes , & di- xit eis : Nolite operari cibum , qui perit , ſed qui permanet in vitam aeternam . Maria optimam partem elegit. Et dixit fenex diſcipulo ſuo : Vade , vo- ca fratrem iſtum , & mitte illum in cellam , ubi nihil eſt. Et cūm facta fuſſet hora noſa , intendebat idem frater ad oſtium , ſi mitterent alii , & vocarent eum ad manducandum. Et cūm nemo loquere- ter ei , furgens venit ad fenex , & dixit ei : Abba , manducaverunt hodie fratres ? Et dixit ei fenex : Etiam jam comedere- runt. Eg ille : Et quare , inquit , ma- non

non vocati? Et senex respondit: Tu homo spiritualis es, & hoc cibo non indiges; nos autem carnales sumus, & manducare volumus, ideo manibus nostris operamur: tu vero bonam partem elegisti, tota die legens, & nolens sumere carnalem cibum. Qui cum hoc audisset, prostravit se in terram humiliiter penitentiam agens, & dixit: Ignosce mihi Abba. Et senex dixit ei: Puto quod opus habet omnino Martha Maria. Per Martham enim Maria laudatur. Quapropter opus habent Solitarii propriis manibus laborare & operari unde palcantur; quia qui otiosa quiete perfrutur, nisi operi manuum infisterit, & nisi spiritualiter vixerit, more pecudum se componit.

Si quid vero ex operibus Solitariorum venundandum est, videant ipsi, per quorum manus transiuncta sunt, ne aliquam fraudem praeflumant inferre. Memorantur semper Anania & Saphyra, ne forte mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc illi in anima patiantur. In ipsis autem pretilis non subtrahat avaricia malum, sed semper aliquantulum viuis detur, quam ab aliis frugibus datur; ut in omnibus glorificetur Deus.

CAP. XL. *Quod certis boris occupari debent Solitarii in labore manuum.*

ERGO statutis certisque temporibus occupari solent Solitarii in oratione & lectione, & certis iterum in labore manuum. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari, id est, ut omni tempore a manu usque ad horam tertiam orationi & lectio- vident. Ab hora autem tertia usque ad horam quasi nonam laborent, quod necessarium fuerit; nisi forte paululum in stratis suis festivo tempore pausare voluerint; & semper intermissione oratio cum opere. A nona quoque hora usque ad vesperam iterum orationi & lectio- vident.

Si vero necessitas loci, aut pauperes extegerit, magis in labore manuum demorentur. Omnia tamen measuratae sicut propter pusillanimes. Dominicis vero diebus five fessis, orationi tantum & lectio- vident. In noctibus quoque vigilias sacras & orationes purissimas devotissime peragant. Infirmi namque Solitarii talia opera agant, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur. Qui vero ita fuerint infirmati, aut senectute gravati, ut neque legere, neque operari queant, vel orationi tantum

juxta vires suas devotissime infestent. Hoc sane praecepit monentes, ut si forte cul haec dispositio displiceret, ordinet, si melius aliter judicaverit. Quibus autem horis reficere debeant in ante, Domine miserante, dicti sunt sumos.

CAP. XII. *Ut Solitarii nihil proprium habeant, & oblationes fidelium suscipiant.*

NIL ergo proprium Solitarii habeant, praeter utensilia, & vilia supellecilia, sine quibus vivere nullatenus possunt. Vixit vero rationalem, & vestem simplicem, aut de proprio labore, aut de fidelium oblatione habeant. Quidquid autem his superfluerit, pauperibus tribuant. Nam, sicut in superiori capitulo continetur, licitum est eis a populo oblata suspicere, ad suam & pauperum indigentiam sustentandam. Unde in libro Prospiri ita legitur: Propterea, inquit, Deus voluit cultores suos omnibus, que habentur in mundo renunciare, ut exclusa mundi cupiditate, divina in eis charitas possit augeri, vel perfici. Et ideo decimas atque primitias frugum, primogenita & sacrificia pro peccato, & vota, que sibi Dominus iussit offerri, Sacerdotibus ac ministris distribui debere constituit, ut devotissimo populo vita necessaria ministrante, ipsi creatori ac pastori suo liberis membris ministrent, atque in ejus cultu sine ulla sollicitudine corporali proficerent; ne terrenis occupationibus implacati, officio suo dignas excubias strenue curare non possent. Item ibi: Denique sanctus Paulinus, & beatus Hilarius omnia sua aut parentibus reliquerunt, aut vendita pauperibus erogaverunt. Sed postea cum facti fuissent Episcopi, non contemplerunt Ecclesie facultates, sed fidellissime dispensaverunt. Illi ergo tam sancti viri tamque perfecti Pontifices factis evidenter clamant, posse, & debere fieri, quod fecerunt. Qui utique homines tam secularium quam divinarum literarum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res Ecclesie debere contemni, nunquam eas haberent, qui omnia sua reliquerant. Unde datur intelligi, quod tanti ac tales viri, qui volentes fieri discipuli Christi, renuntiaverunt omnibus que habebant, non ut posseiores, sed ut procuratores Ecclesie facultates possidebant. Et ideo res Ecclesie nihil aliud scientes esse, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicaverunt in ulti suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus distinxerunt. Item ibi: Sacerdos, inquit,

## REGULA SOLITARIORUM

inquit, non solum fine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta; quia omnia sua aut reliquit, aut Ecclesie rebus junxit, & se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ita ut unde pauperibus subveniatur, inde etiam tanquam pauper voluntarius vivat.

De eadem re etiam in Regula Canonorum legitur ita: Monachi namque five Solitarii, qui Evangelicum praeceptum sequentes distractis arque renuntiantis omnibus patrimonio suo Christo defundit, merito de facultatibus Ecclesiae sublidium temporale accipiunt; ut quia toto mentis desiderio cœlestia appetunt, sic in hac peregrinationis via sumptibus Dominicis sustentantur, quatenus ad ea, que contempnerunt, minime redire qualibet necessitatis causa compellantur. Item ibi: Clericos, quos voluntas aut nativitas pauperes fecit, in Congregatione viventes, necessaria vita accipiunt; quia ad ea accipienda non eos habendi videntur cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. Porro si tales fuerint, qui ne suas, nec Ecclesiae velint habere possessiones, horum necessitatibus providentissima gubernatione de facultatibus Ecclesiae Prelati debent subvenire, illud Prospere attendentis: Quod habet, inquit, Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus commune habeat. Sed & eorum curam nihilominus gerere debent, quos aut infirmitas, aut incertus aggrava. Post hanc autem memoriam oportet hoc, quod in Actibus Apostolorum legitur: Afferentes, inquit, pretia predicationum suorum: Et præbant ante pedes Apostolorum. Distribuabant autem frigidi, prout unicus opus erat. Item: Neque ergo quisquam erat inter illos: Et rursus: Nec quisquam suum est aliquid diccas; sed erant illis omnia communia. Ita ergo & Solitarii nec suum quidquam dicant, sed sint fideles dispensatores, & ea que pauperibus dare debent, non nimis in suos usus reflectant: ne, quod absit, cum Iuda, qui loculos Domini furatus fuerat, sententiam damnationis incurvant; sed potius de fidei administratione ab ipso; cuius ministri esse nofcuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

CAP. XLII. *Quibus horis oportent Solitarios reficere.*

**S**TATUENDUM itaque censeo, quibus horis reficere debeant Solitarii, ne forte quis propriam sequatur voluntatem, & remissius vivat, quam necesse

fit. Quapropter tall dispositiones res utraque tempora ordinari, hoc est, ab octavis Pasche usque ad Pentecosten bis in die reficiant. His ergo diebus quarta & sexta feria usque ad nonam jejunent: quia sicut equis frens sunt imponenda, ita corpora nostra jejunii sunt infrenanda. A Pentecoste usque ad Kalendas Septembres quarta & sexta septimaque feria jejunent usque ad nonam. Reliquis vero diebus ad sextam reficiant, & ad vesperam cenent. A Kalendis autem Septembres usque ad caput Quadragesimæ, ad nonam semper reficiant; nisi forte quis voluerit jejunium usque ad vesperum protelare. In Quadragesima vero usque ad Pascha, ad vesperam reficiant. Ipsa tamen Vespera sic agatur, ut lumine lucernæ non indigent reficientes, sed luce adhuc dii madente omnia consummentur. Sed & omni tempore, five coenæ, five refectionis hora sic temperaret, ut de luce hant omnia. Praterea quoque si quis voluerit omni tempore jejunare, exceptis Dominicis & aliarum festivitatum diebus, non prohibeat ei; quia sic faciebant sancti Patres nostri Antonius, & Benedictus, nec non Macarius, & certi alii.

Sed licet omni tempore vita Solitariorum Quadragesimæ debet observationem habere; tamen quia pauciori est ista virtus, ideo suademus ipsis diebus Quadragesimæ omni puritate vitam suam custodiere, omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc dignè fit, si ab omnibus viciis nos temperemus; orationi cum Betibus, lectio & compunctioni cordis arque abstinentia operam demus. Ergo his diebus augemus aliquid ad penitum solitum servitutis nostræ, orationes peculiares, ciborum & potius abstinentiam; ut unusquisque super mensuram libi indicatam aliquid cum proprio voluntate & gaudio sancti Spiritus offerat Deo: id est, subtrahat corpori suo de cibo & potu, de somno & quiete, de loquacitate & scurilitate; & cum spiritualis desiderii gaudio sanctum Pascha expectet.

Deinde omni tempore, five prandii, five coenæ, mox ut surrexerint a refectione, fedent, si duo fuerint simul, & legat unus collationes vel vitas Patrum, aut certè aliquid unde edificantur. Et lectis quatuor aut quinque foliis, vel quantum hora permiterit, si meridies fuerit, aut paululum in stratis suis requiescant, ut aliquod opus manuum agant. In tempore autem jejunii, lectio

lectione lecta , si vespera fuerit , confessim ut à lectione surrexerint , ad completorium celebrandum veniant. Execentes autem à Completorio nullatenus loquuntur aliquid denuo . excepto si necessitatis causa Prelatus , aut aliquis è fratribus , aliquid alicui indicare voluerit ; quod tamen & ipsum cum summa gravitate & moderatione honestissime fiat. Si autem unus solummodo fuerit Solitarius , similiter faciat. Omni signum tempore silentio studere debent Solitarii , & maximè nocturnis horis. Si quis autem eorum nocturno tempore peculiariter voluerit orare , aut aliud aliquid agere , sic agat , ne alium inquietet.

#### CAP. XLIII. De mensa Solitiorum.

**Q**UOTIESCUMQUE Solitarii aut de proprio labore , aut de fidelium oblatione ; aliquam sufficientiam ciborum & potus habuerint , semper ad mensulam suam pauperes & peregrinos habeant , & cum illis Christum convivam esse noverint. Si vero pauperes minus habuerint , quos de fratribus voluerint vocare , charitatis causa , in eorum pendeat arbitrio. Eis autem quos vocant , hoc quod Deus eis dederit , cum charitatis officio exhibeant. Ipsi tamen Solitarii non solum à qualitate ciborum , sed etiam à quantitate se custodian , & in pondere & mensura , cùm sine hospitibus fuerint , vivant. Cùm autem aliqui simul fuerint cum eis , communes in cibo & potu se exhibeant , ob vanam gloriam devitandam , sed constitutionem Regule non transcendent.

Sufficere enim credimus ad refectio-  
nem quotidianam duo pulmentaria cocta ,  
propter diversorum infirmitates , ut forte  
qui ex uno edere non potuerit , ex  
alio reficiatur. Et si fuerint poma , aut  
leguminum nascentia , addatur & tertium.  
Cibus autem illorum talis sit : aliquando olera & legumina , aliquando  
cafeum & ova ; interdumque pesciculos  
pro summis deliciis ducant. Quidquid  
enim , inquit Hieronymus , post gulam non  
sentritur , idem tibi quod panis & legumina.  
Panis autem libra una propensa sufficiat  
in die , five una sit refectio , five prandii  
& coenz. Sunt enim qui plus , & sunt  
qui minus indigent ; quia nec robur  
unum ineat cunctis corporibus : & ideo  
de ciborum qualitate & quantitate non  
facile à nobis oportet disputari , quia  
nec ab omnibus potest uniformis regula  
custodiri. Tamen studendum est , ut  
non semper saturitas edendi finem fa-  
ciat , sed voluntas : nec impletat ventris

saturitatem edacitas , sed comprimat  
parcitas. Unde air Apostolus : *Ex car. Rom. 13.  
nis curam ne feceris in desideriis.* Non 14.  
enim carnis curam omnino interdixit ,  
sed ut in desideriis ne fieret , prohibuit.  
A carnibus verò tam quadrupedum quam  
volucrum omnino abstineant ; nisi forte  
aliqui in gravi aegritudine fuerint de-  
tenti. Ipsis enim pro reparatione tan-  
tum concedatur. Illico autem ut validiores  
effecti fuerint à carnibus more so-  
lito abstineant.

#### CAP. XLIV. De crapula cavaenda.

**I**N quantum ergo Solitarii possunt , de-  
licias & ciborum opulentias fugiant ;  
& non solum à cupiditate pretiosorum  
ciborum , sed etiam à nimia perceptio-  
ne vilium se contineant : remota pre-  
omnibus crapula , ut nunquam surripiat  
eis indiges ; quia nihil sic contrarium  
est omni Christiano , quomodo crapula.  
Unde Dominus ait : *Videte ne graventur Lec. 21. 34.  
corda vestra in crapula & abieciat.* Nihil  
enim sic inflamat & titillat membra  
genitalia , quomodo indigestus cibus , ru-  
busque convulsus. Ecce enim multæ  
non solum corda nostra , sed etiam cor-  
pus & animam debilitant. Septem enim  
per ciborum aviditatem stomachi fran-  
guntur vites , necon & abundantiam  
sanguinis , & choleram , & plurimas  
aegritudines escarum nimietate patimur.  
Idcirco tantum cibum unusquisque fibi  
concedat , quantum sustentatio corporis ,  
non quantum desiderium carnis ex-  
spectat. Oportet itaque , ut caro nostra  
subiecta sit anime nostræ , & sicut an-  
cilla famuletur dominæ fæz. Non enim  
benè possumus vigilare , cùm dapibus  
fuerit venter noster onofitus ; sed somno  
oppressi vigiliarum fructus amittimus ,  
& maximum detrimentum anienz nostræ  
acquirimus. Nam sicut miles plurimo  
onere prægravatur , & præpeditur ad  
bellum , ita præpeditur Solitarius ad vi-  
gilias , cùm escarum largitate servescit.

Sed & diabolus plurimum inde gan-  
det , cùm Dei servos viderit nimio cibo  
refertos , sicut legitur de quadam viro  
venerabili , sancto Philiberto. Hic cùm  
effet in quadam Monasterio , & jugum  
Christi suave , & onus ejus leve fuscipe-  
ret , in tantum religionis cultum excre-  
vit , ut etiam viris perfectioribus in ab-  
stinentia & ceteris virtutibus imitabilis  
fueret. Cumque antiquus hostis ejus in-  
videret abstinentiam , quadam die pul-  
favit animum illius , ut ampliora sume-  
ret cibaria. Post hec vero in ipsa nocte ,  
cum fuisse cibo saturatus , nra Dei  
detectus

deteclus inimicus sancto Philiberto per somnium est ostensus, & ceperit ventrem ejus velut gaudens palpare, ac dicens : Modo hic benè, modo hic benè. Tunc miles Domini agnoscens jacula inimici, crucis se vallavit munimine, rigorem abstinentie deinceps studuit triplicare. Quia in re ostenditur, qualibus quantisve muscipulis diabolus Dei servos praepedire molitur, quantum de nimia edacitate latatur.

Ideoque studeamus nos taliter ab eis temperare, ut si quando inimicus de nimia nostra edacitate exierit gavisus, de nostra iterum abstinencia abscedat confusus. Omnia tamen mensuratae & cum discretione fiunt; quia nimia abstinentia ciborum non solum vires corporis frangit, sed etiam intentionem animae minuit, mentisque ingenium marcescere facit, & vigorem orationis amittit. Quapropter quidquid cum temperamento his, salutare est; quod verò nimen & ultras modum sit, perniciosem est studiumque suum in contrarium vertit. Unde sanctus Antonius dixit: Sunt quidam conterentes corpora sua in abstinentia, & quia non habuerunt discretionem, longè facti sunt à Deo. Hinc beatus Gregorius ait: Plerumque enim dum plus quam necesse est per abstinentiam caro atteritur, humilitas foris ostenditur, sed de hac ipsa humiliitate graviter intus superbitur. Ideò admonendi sunt abstinentes, ut sollicitè se semper alpiciant, ne dum gulæ vitium fugiant, in superbiam aut vanam gloriam incident. Et rursum admonendi sunt, ut abstinentiam suam & semper sine intermutatione custodian, & nunquam hanc apud occultum judicem examinare virtutis credant; ne forte magni meriti se esse testimoniales, corda in elationem levent. Sic enim corpora nostra, vel etiam corporum incentiva rigore districcionis abstinentie castigemus, ut à carnalibus desideriis absoluti, sanctis virtutibus floremus.

#### CAP. XLV. *De mensura potus Solitariorum.*

**E**ANDIUM quippe mensuram potus, quam sanctus Benedictus constituit Monachis, candem & nos infirmorum contuentes imbecillitatem constitutimus Solitariis: id est, unicuique heminam vini per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentie, propriam se habitueros mercedem sciant: *Unusquisque enim, ut sic Apostolus, proprium donum habet ex Deo, aliis quidem sic, aliis verò*

*sc. Quid si loci necesse sit, vel labor, aut intemperie amplius poposcerit, in eorum consilias arbitrio; considerantes tamen in omnibus, ne eis satietas aut ebrietas subripiat. Licet enim legamus vitum omnino Monachorum vel Solitariorum non esse, sed quia nostris temporibus id Monachis aut Solitariis persuaderi non potest, faltem & hoc contentiamus, ut non usque ad satietatem bibant, sed parcus; quia vitum apostolice facit etiam sapientes. Ubi autem necessitas loci expoicit, ut nec suprascripta mensura inveniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deum, qui ibi habitant, & non contristentur; sed gaudent, eo quod à tali peste sunt liberati. Haec autem ante omnia admonentes, ut absque murmurationibus sint.*

De vino autem abstinenendo Apostolus certam fixit Regulam, dicens: *Nolite Ephel. 1. inebriari vino, in quo est luxuria. Quasi 18. diceret, luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, oon natura. Et ideo Solitarios non uti vino, sed inebriari prohibeo; quandoquidem infirmum stomachum uisus moderatus vini confortat, ebrietates verò animum corpusque debilitat. Denique Timotheo discipulo suo pricipit Apostolus dicens: Noli aquam Tim. 1. 43. bibere; sed medico vino utere, propter flumachii dolorum, & propter frequentes tuas infirmitates. Ac per hoc nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt; nec hoc eis offert voluntas, sed permitit infirmitas. Si autem infirmitas defuerit, à vino est abstioendum; ne vini perceptio, quæ infirmum corpus sustentat, sanum incendat. Quoniam quidem vino uti, & usui habere oleum nullus dixerit esse peccatum: in his autem regionibus ubi defuerit oleum, si necelitas exposcerit, adipe utantur ioterdum.*

#### CAP. XLVI. *De ebrietate cavenda, &c de laude sobrietatis.*

**A**NTE omnia autem ebrietatis vitium Solitarii caveant, quia scriptum est: *Homo ebriosus servus est omniu[m]m[us] vicior[um]. Nullum enim peccatum vincere valet, qui multo vino captus est. Unde Salomon dixit: Luxuriosa res vinosum, & tumultuosa ebrietas; quicunque in his delletatur, non erit sapiens. Et iterum: Non Prov. 20. 1; instaurat in vino quemodo flavescit, dum ibid. 23. splendoris in vitro color ejus, ingreditur blasphemie, sed novissime mordet ut coluber; & siue regulus venenum diffundat. Nullum secretum ibid. 31. 4. est;*

*et ubi ebrietas regnat.* Hinc beatus Hieronymus ait: ebrietas semper flagitiorum mater est, radix criminum, materia culparum, & origo omnium vitiorum. Venter enim mero astuans cito despumat in libidines. Quapropter ebrietatem fugiamus, ne crimen luxurie incurramus. Plerique homines per vi-  
num maximam debilitatem corporis contraxerunt, nec potuerunt consequi pristinam sanitatem, quia non temperaverunt gula ardorem. Per vinolentiam enim armatur os ad maledicta, & con-  
vicia proximorum, & mens immutatur, atque balbutit lingua. Hujusmodi enim, vii cum se putat bibere, bibitur; sicut piseis cum avidis faucibus properat, ut glutiat escam, repente hamum inter fau-  
ces reperit, ita & ebrios inimicum in-  
tra se viuum suscipit, & hec homo rationabilis, ut irrationabile animal capitur. Nihil est aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon. Idcirco non quantum gula exigit, sed quantum na-  
tura imbecillitas policit, bibamus. Vi-  
num enim nobis Dominus non ad ebrie-  
tatem, sed ad latitudinem cordis creavit. Nam sicut ebrietas mater est omnium vi-  
torum, ita sobrietas mater est omnium virtutum. Sobrietas quippe est corporis & animæ utilis medicina. Confervat autem memoriam, ecclit sensum, sincera-  
mentem, mitigat vitia, frangit libidi-  
nem, propagat senectutem, revelat divini Sacramenti arcana, atque stantem & in omoibus castum hominem facit. Itaque in omnibus exhibeamus nos so-  
brios, ut sobrietas nos per omnia exhibeat sanos & castos.

CAP. XLVII. Si omnes aequaliter necessaria  
vita debent accipere.

B EATUS igitur Augustinus, vir per omnia discretus, ait: Vixit & tegumentum non aequaliter omnibus tribuatur, sed potius sicut uniculque opus fuerit. Sic enim legitur in Actibus Apo-  
stolorum: Distribuebat singulis propter mi-  
cique spes erat; & nudus egens erat inter illas. Ubi non dicimus quod peronarum sit apud Deum acceptio, sed infirmitatum consideratio: ut qui minus indiget, gratias agat Deo; qui vero plus indi-  
get, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia, & tamen Deus gratias agat, quatenus in omoibus benedicatur Deus. Qua de re in collationibus Patrum tale datur exemplum, & sicet sic prolixum, est tamen in hac re proficuum, ut mihi videtur. Venit aliquando quidam Monachus ab urbe Roma, qui in Palatio magnum locum

habuit, & habitabat in Scidi in vicinitate Ecclesie. Habebat autem secum unum ex servis suis, qui ministrabat ei. Videns autem Presbyter Ecclesie infirmitatem ejus, & recognoscens, quia vir ille esset de delicis, ex hoc quod Deus ei donabat mittebat ei. Qui cum viginti quinque annos fecisset in Scidi, factus est vir contemplator prudens & nominatissimus. Audiens autem quidam de magnis Monachis Ægyptiorum opinio-  
nem ejus, venit videre eum, sperans conversionem corporalem invenire apud eum plus arduam. Qui cum intrasset, salutavit eum, & facientes orationem federunt. Videns autem eum Ægyptius veftum mollibus rebus, & pellem stram-  
tam sub ipso, & modicum capitale sub caput ejus, sed & pedes mundos haben-  
tem cum galliculis, scandalizatus est intra se de eo; quia in illo loco non erat confuetudo taliter conversandi, sed magis duram abstinentiam habere consueverant. Senex autem ille Romanus habens contemplationem, sive pravidetia gratiam, intellexit, quia scandalizatus fuisset Ægyptius Monachus in ipso, & dixit ministro suo: Fac nobis hodie propter Abbatem qui venit bonam diem. Coxit autem parva olera que habebat, & surges hora competenti comedente-  
runt. Habuit etiam modicum vini fe-  
nix propter infirmitatem suam, & illud biberunt. Et dum factum esset vespere, dixerunt duodecim Psalmos, & dormierunt. Similiter & in nocte. Sur-  
gens autem manu Ægyptius ille dixit ei: Ora pro me. Et egressus est nou sedicatus in eo. Et cum paululum dis-  
cessisset, volens eum senex ille Roma-  
nus sanare, misit post illum & revoca-  
vit eum. Qui cum venisset, iterum suscepit eum cum gaudio. Et interro-  
gavit eum dicens: Ex qua Provincia es? Ec ille respondit: Ægyptius sum. Et dixit: Cujus civitatis? At ille di-  
xit: Ego otinno non fui de civitate, nec habavi in ea. Et senex dixit ei: Antequam Monachus es, quid opera-  
baris in possessione, qua manebas. Et ille: Cultos eram agrorum: Et dixit ei, ubi dormiebas? Respondit Ægyptius: In agro. Et Romanus ait: Habebas aliquid stratum? Et ille: Ego in agro debui habere stramenta? Et senex. Quomodo dormiebas? Respondit Ægyptius: in terra nuda. Et Romanus ait: Quid manducabas in agro, aut quale vinum bibebas? Et ille: Manducabam panem siccum, & si inveniebam aliquid de salimenti, & bibebam aquam. Ad hec senex Romanus dixit ei: Grandis tibi labor erat. Et adjectit: Erat tibi

## REGULA SOLITARIORUM

vel balneum in possessione, ubi lavares? Er Aegyptius: Non; sed in flumine lavabam, quando volebam. Cum ergo haec omnia senex ab eo inquisisset, & cognovisset modum prioris vite ejus, atque labores, volens cum proficere, narravit ei vitam suam præteritam, quam habebat, dum esset secularis, dicens: Me miserum quem vides, de magna civitate Romana sum, habens in palatio maximum locum apud Imperatorem. Cumque audisset Aegyptius initia verborum ejus, statim compunctus est, & sollicitus quæ dicebantur ab eo, auscultabat. Et senex addegit: Reliqui ergo Romanum, & veni in solitudinem istam. Et iterum dixit: Me quem vides, habui domos amplias & magnas, & pecunias multas, & contemnens eas veni, & maneo in ista parvula curva cella. Audi adhuc: Habui etiam lectos ex auro vestitos, & preciosissima stramenta: & pro his dedit mihi Deus stramentum hoc de papyro, & hanc pellem. Sed & vestes meæ inestimabili pretio erant, & pro his utor has viles reicellas. In prandio quoque meo multum aurum expendebatur, & pro illo dedit mihi Deus modica olera haec, & parvulum calicem vini. Erant & qui serviebant mihi plurimi servi, & pro omnibus illis, sicut Deus compunxit, ut ministraret mihi. Pro balneo autem profundo, aqua modica utor ad pedes meos, & galliculis propter infirmitatem meam. Et rursum pro calamis & cithara, & alio musicis opere, quo delectabar in convivis meis, decanto in die duodecim Psalmos, similiter & in nocte; sed & pro peccatis meis, que ante faciebam, exhibeo Deo medicum servitium. Unde rogo re, Abba, ut non scandalizeris propter infirmitatem meam. Et haec audiens Aegyptius, atque in femetipso reverus dixit: Vx mihi, quia de multa tribulatione & labore facili magis ad repausandum in conversationem Monachi veni, & que non habebam tunc, modo habeo: Tu autem ex multa delectatione facili, voluntate propria, in tribulationem hanc venisti; & ex multa gloria ac copiosis divititis, hanc humilitatem atque paupertatem arripiisti. Ex quo multum proficiens Aegyptius, vale dicto discessit; & dehinc factus ei amicus stepè ad eum veniebat sua utilitatis causa. Erat autem idem Romanus vir discernens in bonis, & repletus optimo odore Spiritus sancti. Quapropter habenda est inter nobiles & ignobiles, inter sanos & infirmos, inter senes & juvenes magna discretio. Non enim possunt hi, qui de deliciis veniunt, & hi qui nunquam in deliciis

fuerunt, æqualem tenere rigorem abstinentie. Neque sani & infirmi æquilater abstinere possunt. Idcirco secundum consilium Apolloli: *Is qui non manducat, Rom. 14. 5. manducantem non spernat;* & qui manducantem non judicet. Sed alterutrum piè suppontantes considerent infirmitates illorum.

CAP. XLVIII. *De infirmis & sanis*  
*Solitariis.*

INFIRMORUM autem & sanorum cura ante omnia & super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo, ita eis serviantur: Ipsem enim in iudicio dicit justus: *In- Matth. 25. firmus sis, & visitabis me.* Et, *quod mihi 36. ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* Sed & illi imbecilles & infirmi considerent in honorem Dei sibi serviri; & non superfluitate sua, atque uagacitate verborum contristente fratres servientes sibi. Qui tamen, si excecerint, patienter sunt portandi; quia de talibus copiosior merces acquiritur in regno Dei. Ergo cura maxima sit Pratalis ac ceteris fratribus, ne aliquam negligentiam patiantur; sed eis compatiendo subveniant, & assiduis visitationibus, sanctarumque Scripturarum consolationibus, necnon & propriarum rerum facultatibus admicula prebeat necessaria. Deputetur autem frater timens Deum, & diligens atque sollicitus, qui eis ea, quibus opus habuerint, misericorditer administret, & balnearum usus quoties expedit, offerat: Sed & carnium eius, si voluerint, pro reparatione tantum usque dum meliorant fuerint, comedant. Cellule infirmorum infirmitatis tempore sub signo minime habeantur, quatenus à fratribus visitari possint. Ipsi tamen caueant, ne foras ultra constitutum terminum exeat, si ab Episcopo sunt reclusi & sigillati. Non enim eos teneat signum cere vel plumbi, sed signum Christi. Sic namque legitur in libro Dialogorum fecisse quoddam venerabilem virum, nomine Martinum: Qui cum in quoddam monte occidum clauso specu haberet; catena sibi ferrea pedem ligavit; eamque fixo ex parte altera adfixit, ne ei ultra liceret progredi, quam catena ejusdem quantitas tendebatur. Quod vir vita venerabilis Benedictus audiens, ei per discipulum suum mandare curavit: Si servus es Christi, non te tenet catena ferri, sed catena Christi. Ad quam vocem Martinus eandem proportionis solvit compedem; sed nonquam postmodum tetendit pedem ultra locum, quo hunc tendere confuerat ligatum. Atque postea in tanto se spatio sine catena coér-

coercuit, in quanto & ante ligatus permanit. Ita ergo & reclusi faciunt. Illi-  
co autem ut ab infirmitate convalescere  
experint, more solito oftum cellulæ fi-  
gillentur, & soli iterum maneat.

Curam autem habeant maximam Prae-  
lati, ut diximus, ne à Cellariis negli-  
gantur senes & infirmi; quia ad Magi-  
stros recipit, quidquid à discipulis de-  
linquitur. Consideretur autem semper  
eorum imbecillitas, & nullatenus in  
eis districcio Regula teneatur in alimen-  
tis, sive ceteris necessariis; sed sit in  
eis pia consideratio, & preventian, si  
necessæ fuerit, horas canonicas,

CAP. XLIX. *De vestimentis & calceamen-  
tis Solitariorum.*

**O**PORTET itaque Solitarios sanctarum Scripturarum auctoritatibus parere, sanctorumque Patrum documenta vigilanter perpendere, ut humilitatem, quam corde gelant, actu, habitu, etiam ipso incessu religiosissime demonstrent: plusque velint sancta conversatione eximias moribus, quam otnatu vestium fulgere. Quantum igitur à superfluo & immoderato cultu vestium se compescere debeant, multis sanctorum Patrum exemplis perdoceci poterit. Ait enim beatus Gregorius: Nemo estimet in luxu atque studio pretiosarum vestium peccatum desse; quia si hoc culpa non esset, nullo modo Dominus Joannem de vestimenti sui asperitate laudasset. Hinc rursus ait: Nemo quippe vestimenta principia nisi ad inanem gloriam querit, videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. Pro sola enim inani gloria vestimenta pretiosa queruntur. Hinc Basilius dixit: Si enim studium nobis habendum est omnium nos esse minimos, & omnium uivissimos, certum est, quia & indumentis omnium nos putare debemus novissimos. Hinc Cassianus dicit: Oportet ut talis sit vestis Solitarii, quæ corporis contingens, tantum verecundiam nuditatis cooperiat, & frigoris injuriam repellat, non quæ occasionem vanitatis enutriat. Quæ ita sit vilis, ut nulla coloris vel compositionis novitate inter ceteros fratres spirituales insignis habeatur. Hinc Isidorus ait: Vestimenta Solitariorum nec multum vilia, nec multum sint pretiosa: quia nimis pretiosa vestis animum ad lasciviam pertrahit; nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vanz glorie contrahit. Haec enim de qualitate vestium diximus, nunc autem & de quantitate aliquid dicamus. Vestimenta quippe non multa, nec su-

perflua sint Solitariis, imitantes dictum Dei nostri ad discipulos suos: *Negre Luk. 9. 3. duas tunicas b. beatis.*

Quas duas tunicas non numero intelligere debemus, sed si alia gestamus, & alia causa avaritie ser-  
vamus, hæc superflua sunt, & hec pau-  
peribus dare præcipimus. Unde sanctus Hieronymus ait: Quidquid corpora nostra defendere potest, & humana succurere imbecillitati, hoe una appellanda est tunica; & quidquid in præ-  
sentiibus alimentis necessarium est, unius  
dici virtus appellatur. Unde & præcep-  
tum à Domino est, ne cogiteimus de  
craftino, hoc est, de futuro tempore.

Et Apostolus: *Habentes, inquit, vi. 1. Tim. 6.*

*autem vestimentum, his contenti simus.* 4.

*Nam qui volunt dicentes fieri, incident in tem-  
tationem, & in lagnum diaboli, & defida-  
ria multa, & iniuria, & noxia, que bo-  
minem mergunt in interitum & perditionem.*

Qua de causa ad Regulam beati Benediceti recurrimus, & quantum ipse con-  
cessit Monachis habere de vestimentis,

& nos concedamus Solitarii: id est,  
propriet noctes, & propter ipsa vesti-  
menta lavanda habeant, si Monachi sunt,  
duas tunicas & duas cucullas.

Si vero nondum assumperunt propositum Monacale,  
cucullas non induant, sed cappas;

in estate puram, in hyeme villa-  
lam. Habeant enim pelliciam unam de  
pellibus, & duas stamineas, & duo fe-  
moralia.

Femoralium autem usus cuiquam permittendus est, & maximè his,  
qui in ministerio altaris implicantur.

Reliqui vero gradus utrum ea velint  
gestare, an non, in ipsis sit. Sint etiam illis  
indumenta pedum, calige, & pedo-  
lles, & subcelaria. Hæc autem con-  
sideratio in eorum pendeat arbitrio, ut  
secundum qualitatem locorum ubi habitan-  
, & aerum temperiem vestimenta  
habeant, quia in frigidis regionibus amplius indigetur, quam in calidis. Pe-  
tætra quoque Sacerdotes vestimenta fa-  
cerdotalia, & altaris litearnia cum summa  
diligentia conservent nitida; id est,  
unusquisque casulam unam, albas duas,  
amiclus duos, stolas duas cum manipuli-  
lis, duos etiam corporales, & duos lin-  
teos semper habeant nitidos, sicut tan-  
tum decet ministerium.

CAP. I. *De lecternis Solitariorum.*

**S**OЛИTARI autem sicut in ceteris, ita  
etiam in lecternis modum tenere  
debent discretionis; id est, non pretiosa  
velint habere lecturnalia, sed vilia: vesti-  
menta quippe & calceamenta, vel lec-  
turalia eorum, nec nitida nimium, nec  
abjecta sint plurimum. Inter utrumque

## REGULA SOLITARIORUM

enim, ut diximus, virtus discretionis tenenda est. Sufficiunt autem eis strumenta lectorum, matta, & cilicium, sagum, vel roxa, & capitale. Vestiti quoque dormant & cincti, ut semper sint parati. Quiescentes autem in lectulis suis frequenter decantent cum Pro-

Psalm. 6. 6. pheta : *Llevabo per singulari nubes leitum meum, Llerymus misi florum meum rigore.*

Psalm. 12. 12. Es iterum : *Memor fui nocte nomine rai Domine, Et custodiri legem tuam.* Et si ante non surrexerint, vel facto signo absque mora surgentes, feltinent ad opus Dei, cum omni tamen gravitate & modestia. Cum autem surrexerint, pri-

Psalm. 69. 1. mma signum crucis frontibus suis imprimitur, & cum silencio dicant : *Dens in adjutorium meum intende : Domine ad adjuvandum me festina.*

Et hoc cantantes inox ad oratorium pergant, & prostrati in terra humiliantur cum lacrymis & genitu orient. Expleta autem oratione, necessaria corporum suorum provideant. Inde revertentes illico nocturnum officium solemnitate & devote incipiunt.

Euntes autem aliquo, vel redeuntes semper ore & corde aliquid plangent, quatenus cum Propheta fiducialiter di-

Psalm. 93. 1. cere queant : *Benedic Domum in omni tempore, semper Laus ejus in ore meo.*

CAP. LI. *Ut certo tempore se se radant, ne sint comati.*

**I**N barbis quoque radendis, & capillis tondendis, tenendus est etiam à Solitariis modus discretionis. Nam, sicut legitur in vita Patrum, fuit quidam vir sanctus, nomine Apollonius, qui eos valde reprehendebat, qui barbam & co-mam capitis nutriebant. Dicebat autem : Certum est, quod isti ab hominibus laudem querunt, & ostentationis causa barbam vel comam capitis nutriti; cum mandatum sic etiam ipsa jejunia in occulto celebranda, ut Deo soli sint cognita, qui videt quae in occulto sunt, & reddit in palam. Sed ut mihi videatur, isti non sunt, contenti ejus remuneracione qui vident in occulto, sed manifestari se apud homines volunt. Unde etiam ad quemdam Romanum fertur dixisse beatus Gregorius istud proverbium : Si sanctitas, inquit, in barba est, tunc nemo sanctior est hircus. Quapropter juxta considerationem rationis arbitror cungroum fore, ut Solitarii, & percipue illi qui sacra mysteria contrectant, de quadraginta in quadrageinta diebus se radant, & capillos tondeant, ut juxta Apostolum, *expolianteis nos verrem dominem cum aliis suis, induamus eum, qui renovatur in agnitionem Dei :*

id est, criminibus carnis nostræ, quasi crinibus capitis exuamur, atque inde innovatis sensibus enitescamus. Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noceatur habitare. Habeant etiam infra cellulam retrouionis dolium, & quoties expedit, Sacerdotes pro munditia corporis balnenrum usibus sruantur. Sed fortasse aliqui dicent : sanctus Antonius nunquam se balneavit. Quibus breviter respondendum est : Si sanctus Antonius nunquam se balneavit, nec unquam Misam cantavit : ideoque balneorum usus in Sacerdotum relinquatur arbitrio, ut mundi & digni habeantur sacra mysteria celebrare.

CAP. LII. *De discipulis Solitiorum, & de eorum obedientia.*

**D**ISCIPULI ergo Solitiorum sive ad monendi sunt, ut sic vivant, quantum alii bonum exemplum praebant, & humiliiter Magistrorum imperiis subjaceant. Mox ergo ut aliquid eis imperatum à Magistris fuerit, ac si divinitus imperetur moram pati nesciant in faciendo. Sed ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod jubetur, non tardè, non tepidè aut cum responso nolentis efficiatur ; quia obedientia, quæ majoribus praebetur, Dao exhibetur : ipse enim dixit : *Qui vos audire, me audire, &c.* Nam cum malo animo si obediatur discipulus, & non solum ore, sed etiam corde si murmuraverit, quamvis impletus juillionem magistris ; tameū acceptabile non erit Deo, qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam, immo penam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit. Quapropter hi tales relinquentes flatim quae sunt, & voluntatem propriam deferentes, secundum Domini sententiam, qui dixit : *Non veni voluntatem meam facere, Iona. 6. sed ejus qui misit me : mox exoccupatis 38. manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede jubentis vocem facili sequantur.* Unde in collationibus Patrum tale datur exemplum : Abbas Sylvanus habuit discipulum quemdam, nomine Marcum, & hic fuerat magna obedientia, quique etiam scriptor erat. Diligebat autem eum senes propter obedientiam suam. Habet autem alios undecim discipulos, qui contristabantur pro eo, quod cum diligenter plus eis. Quod cum audirent vicini seniores, quia plus cum ceteris suis discipulis diligenter, moleste tulerunt.

Una

Una autem die venerunt ad eum : quos assumens secum Abbas Sylvanus egrediuscepit singulorum discipulorum tuorum cellas puliare , dicens : Frater veni , quia opus te habeo : & unus ex eis non est mox sequutus eum . Venit autem ad cellam Marci , & dixit ei : Veni , frater , quia opus te habeo . Ille autem scribebat , & non perfect literam O , & venit . Et dixerunt fenes : Verè Abba , quem tu diligis , diligimus , quoniam & Dominus diligit eum . Ideo illud hic posui exemplum , ut dicant discipuli agere obedientiam sine mora . Ipsi quoque discipuli non sint superbi , non tardi , non turbulenti , non vinolenti , non multum edaces ; sed sint moribus honesti , ac Deum timentes . Qui etiam ea que Deus dederit tempore opportuno diligenter magistris administrarent , & in ministrando nullatenus eos contristarent ; memores semper divini sermonis , ubi Mat. 11.6. ait : *Qui scandalizaverit unum de pueris , qui in me credunt , &c.* Illud etiam ad memoriam revocent , quod ait Apostolus 2 Cor. 9.7. Ius : *Qui bene ministrat , gradum bonum sibi acquirit.* Et rursum : *Hilarem datorem diligat Deus.* Cui autem substantia non est , que tribuntur , sermo responsionis porrigitur bonus . Sicut scriptum est : *Sermo bonus super datum optimum.* Omnia autem vaia eorum cunctaque substantiam , ac si altaris vaia sacra consipient . Nihil ducant negligendum , neque avaritiae studeant , neque sint prodigi , & extirpatores substantiae illorum : sed omnia mensurati faciant , & secundum iussionem magistrorum . Non enim velint habere Solitarii plures discipulos ; quia nequaquam vincere avaritiam possunt , quando ad multorum fulterationem intendunt . Habeat autem unusquisque unum , aut duos , vel ad plurimum tres discipulos . Paucos tamen condiscipulos ad convivendum , & plures ad docendum . Non tamen dicimus , ut scholas generaliter teneant : quamvis licet , non tamen expediat . Unde Ap. 1. Cor. 6. Iustus : *Omissa , inquit , nisi licet , licet non omnia expediant.*

#### CAP. LIII. *De zelo bono , quem debent babere Solitarii erga discipulos.*

**U**T autem ait sanctus Benedictus , sicut est zelus bonus , qui separat hominem à vitiiis , & dicit ad Deum , & ad vitam eternam ; ita est & zelus amaritudinis , qui separat à Deo , & dicit ad infernum . Hunc ergo zelum , qui ad vitam dicit eternam , ferventissimo amore exerceant Solitarii erga discipulos ; id est , ut infirmitates illorum sive cor-

porum , sive morum , patientissime tolerent : & si forte aliquid deliquerint , cum omni moderatione eos corripiant . In ipsa autem correptione prudenter agant , & plus studeant amari , quam timeri . Et ne quid nimis , ne dum nimis eradere cupiunt rubiginem , franguntur vas : suamque fragilitatem semper suspecti sint ; meninerintque calatum quassatum non conterendum . In quibus non dicimus ut permittant nutritri via , neque dissimilulent peccata delinquentium , sed mox ut oriri coperint , quantum prevalent , radicis ea amputent ; memores semper quia Heli Sacerdos pro Reg. 1. filiorum iniquitate damnatus est . Quapropter teneant consilium Apostoli dicentis : *Argue , obsecra , increpa in omni patientia & doctrina.* Id est , indisciplina<sup>1.</sup> Tim. 4. totus durius argue , obedientes & mites , ut in melius proficiant , obsecra ; negligentes & contempnentes increpa ; omnia tamen cum patientia . Improbos autem , & duros , & superbos , vel inobedientes , si atas fuerit , verberum castigatione , & corporum afflictione coercent , sicut scriptum est : *Percute si Pro. 25. lumen tuum turga , & aximam ejus de inferno liberabis.* Hoc fumigopere perpendentes , ut juxta qualitatem vulnerum , exhibeant somentia curationum . Caveant autem , ut dum alios de admonitionibus suis emendare procurant , ipsis ab omnibus virtutis emendati inveniantur ; ne forte aliis predicantes , ipsis (quod absit) reprobis efficiantur .

#### CAP. LIV. *Quomodo jejunare debeant Solitarii.*

**S**IC enim necessaria nobis sunt jejuni , sicut vulneribus medicina : ita tamen , ut durum rerum testimonio comprobentur , id est , oratione , & eleemosyna . Unde beatus Augustinus ait : Bonum est jejunare , sed melius est eleemosynam dare . Eleemosyna enim sufficit fine jejuniu : jejuniu verò non sufficit fine eleemosyna . Tale est jejuniu fine eleemosyna , qualis est fine oleo lucerna . Et sicut lucerna quae fine oleo accenditur , fumigare potest , lucem habere non potest : ita jejuniu fine eleemosyna , carnem quidem cruciat , sed charitatis lumine animam non illustrat . Sed querendum nobis est , quomodo Solitarii eleemosynam dare jubentur , qui non solum facultates , sed etiam scipios Domino fideliter obtulerunt . Ad hanc non ego , sed Dominus per Prophetam respondit , dicens : *Frange esurienti panem tuum , &c. Ili. 58. 71.* Non enim dixit ; Da esurienti totum panem tuum , sed ait , *Frange esurienti panem*

## REGULA SOLITARIORUM

- 2. Cap. 8.* **Item.** Unde Apostolus : *Nos, inquit, ut alii sit refrigerium, vobis autem tribulatio.* Sed ex agnoscitur vestra abundans aliam sufficiens insipiam : ut & illarum abundantia vestra insipie sit supplementum. Et alias
- Tob. 4. 8.* scriptum est : *Si multum ibi fuerit, multum tribue ; si autem exiguum fuerit, sicut exiguum da.* Tria sunt enim genera eleemosynarum, quae indefiniter agere debemus. Unum corporale, egenti dare quidquid poterimus : alterum spirituale, dimittere a quo laeti fuerimus : tertium, delinquentes corrigerem, & errantes in viam veritatis redire. Ad hanc autem jungatur oratio, & erit jejuniunum perfectum. Unde dicitur :
- Tob. 42. 8.* Etiam est : *Bona est oratio cum jejunio.* Per jejunia enim & orationes occulta mysteriorum celestium revelantur, divinitus sacramenti arcana panduntur. Non enim quispiam potest virtutem perfectionis attingere, nisi prius ventris edomaverit ingluviem. Jejunia quippe moderata debent esse, ne nimis debilitent stomachum, quia modicus & temperatus cibus utilis est corpori & anima. Querendum est etiam, si biduana ac triduana jejunia facere oporteat Solitarios. Ad quod beatus Hieronymus respondens, ait : *Parcus cibus, & venter semper esuriens triduanis jejuniis preferetur : multoque melius est quotidie parum comedere, quam raro latis sumere.* Pluvia illa optima est, qua sensim descendit in terram ; nam subitus & nimis imber in præceps arva subvertit. Qua de re in collationibus Patrum ita legitur : Interrogavit, inquit, Abbas Joseph Abbatem l'astorem dicens : *Quomodo opus est jejunium ?* Et respondit : Bonum est ut Monachus, vel Solitarius quotidie comedat, & paululum subtrahat sibi de cibo, ne satietur. Et dixit Abbas Joseph : Ergo quando juvenis eras, non jejunabas biduana : *Dixit senex : Credet mihi, quia & triduanas, & hebdomadam : Sed haec omnia probaverunt senes magni, & invenerunt, quia bonum est quotidie manducare, & parum, ut sit quotidie esuries.* Hanc enim viam regiam levem nobis esse demonstraverunt. Nam biduana & triduana jejunia vanam gloriam ostendunt. Alius quidam frater interrogavit dicens : *Jejunia & vigilias, quas facit homo, quid proficiunt ?* Dixit ei senex : *Quoniam ipsa sunt quæ faciunt humiliari animam.* Unde dicebat David : *Humiliorum in jejunio amorem meum ; oratio mea in finis meo converterat.* Nam justi & Prophetæ nostri, quando a Deo aliquid impetrare volebant, jejuno se affligebant ; & sic quod postulabant, impetrare se gaudebant. Ita
- & nos jejunando humiliemus animas nostras, & tunc quod poposcerimus, a Deo impetrabimus. Non ergo nos preferamus eis, qui jejunii nostri non valent obtinere mensuram, ne forte plus humilitatis aliarumque virtutum habeant illi ; unde jure nobis jejunantibus & abstinentibus preferantur. Neque enim istud jejuniunum corporale ad perfectionem nobis profici, nisi fuerit huic animæ quoque jejuniunum copulatum. Habet namque anima suos noxiros cibos, a quibus impinguata etiam sine escarum abundantia ad luxuriz prærupta devolutivit. Nam superbia, vana gloria, detracatio, & invidia, & cetera talia cibus ejus sunt. Nihil ergo nobis prodest ab escis carnalibus ablinere, & talibus vitiis peccatis replere. Quocirca si volumus nobis abstinentiam jejuniisque proficere, ab his & ab aliis omnibus vitiis nobis caueamus, & ad sanctarum culmen virtutum, divina opitulante gratia, nitemur consondere.
- CAP. LV.** *Quod Solitarii pro hospitibus jejuniuum salvant.*
- D**E susceptione itaque supervenientium fratrum ob causam charitatis beatus Prosper ita loquitur, dicens : Si enim propter quoslibet advententes jejuniu intermissione reficio, non solvo jejuniunum, sed impleo charitatis officium. Ceterum si propter ablinentiam, vel jejuniuum meum, spirituales fratres, quos novi mea remissione delectari, contristato, abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium. Quoniam quidem ipsa abstinentia ac jejuniorum continuatio, nisi fuerit, quando res exigit, prætermissa, & me infat, & fratrem meum, cui charitas jubet servire, contritiat ; vel certe mihi nihil ineffe charitatis superne demonstrat. Hinc S. Benedictus ait : Omnes supervenientes hospites tanquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est : *Hospes sibi, & suscepisti me.* Et omnibus congruus honor exhibeat ; maximè domeiticis fidei, & peregrinis. Et post pauca : *Jejunium, inquit, frangatur a Monacho vel Solitario propter hospitem, nisi forte precipius sit dies jejunii, qui non possit violari.* Aliis vero temporibus consuetudines jejuniorum prosequantur. Pauperum vero, & peregrinorum maximè, cura sollicitè exhibeat ; quia in ipsis magis Christus suscipitur. Nam divitium terror ipse sibi exigit honorem. Qua de re in collationibus Patrum tale datur exemplum. Abbas Sylvanus, dum cum discipulo suo Zancharia ad quoddam Monasterium visitandi gratia

gratia pervenisset, fecerunt eos Monachi, antequam egredierentur charitatis causa reficere. Erant autem dies jejunii. Postquam autem egressi sunt, inventi discipulus ejus aquam in via, & voluit bibere; & respiciens Abbas Sylvanus ait: Zacharia, noli bibere, an nescis quia jejuniuum est hodie? At ille dixit: Numquid non manducavimus hodie, Pater, ad Monasterium & bibimus? Dixit senex: Illud manducare charitatis fuit; nos autem teneamus jejuniuum nostrum, fili. Hinc patenter ostenditur, quia cum discretione utrumque possumus agere, & cum supervenientibus hospitibus charitatis canis aliquando reficere, & jejuniū regulam non prætermittere. Itaque sanctus Cassianus de eadem re interrogavit quendam senem, dicens: Cur sic indifferenter apud vos quotidiana jejuna pro hospitibus solvuntur? Respondit senex: Jejunium semper mecum est: Vos autem continuo dimissus sum, & mecum jugiter tenere non potero; & ideo charitatis officium in vobis impleo, & adjecit, dicens: Non enim possum sibi sponsi jejunare, quia cum illis est sponsus: Cum autem discesserit, tunc jejunabatur. Ita & nos vobis dimissi licet jejuniū nostri Regulum observabimus.

#### CAP. LVI. De charitate.

**C**HARITAS est dilectio Dei & proximi, in toto corde, & in tota mente. Inter ceteras quippe virtutes charitas obtinet principatum: sine ipso quidem ad perfectionis culmen nemo condiscendere valet. Tunc enim homo perfectus est, quando charitate plenus est, quam nos habere Apostolus præcipit, dicens: *Super omnia autem charitatem habere, quod est vinculum perfectionis.* Et iterum: *Charitatem fraternalis invicem diligentes.* Hinc

Col. 3. 14. Petrus Apostolus ait: *Ante omnia autem charitatem in vobismetipſi continuas habentes;* quia charitas operis multitudinem peccatorum. Hinc Joannes Apostolus ait: *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quamobrem tenenda est ab omnibus sanctis viris nullitas charitatis, & præcipue à Solitariis; quia quanto se subtrahunt mundo, tanto necessitatis est, ut habeant dilectionem in Deo & proximo; tunc servant in se dilectionem Dei, quando à charitate non dividuntur proximi. Unde ipsa veritas ait: *In hoc cognoscet omnes, quia mei ejus discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* Quantam enim charitatem sancti Patres nostri habebant ad invicem, in praesenti exemplo manifestatur, quod subditur: *Quodam tempore vevit quidam frater ad*

fandum Macarium, & obtulit ei cauſa charitatis uvam unam. Ille autem gratias egit Deo pro fratri officio; statim ad alium fratrem, qui ei infirmior videbatur, secundum charitatem detulit eam; sed & ipse nihilominus plus de proximo quam de semetipſo cogitans, ad alium fratrem detulit eandem uvam: & ille iterum ad alium detulit eam; & rursus ille ad alium; & sic per omnes cellulas, que longe lateque per eternum erant dispersae, ipsa uva circumportata est, ignorantibus omnibus quis eam primus misseret. Gratulans autem sanctus Macarius quod tantam videret in fratribus charitatem, tantamque continentiam, ad ampliora semetipſum spiritualis vite extensis exercitia. Credo enim, quod inter istos sanctos fratres erat perfecta charitas; quia nemo ex eis quereret, quae sua sunt, sed quae alterius. Tanta est enim virtus charitatis, sicut Apostolus testatur, ut nec martyrium, nec scutuli contemptus, nec eleemosynarum largitio sine ipso quidquam profit. Quocirca si volumus ad supernam patriam feliciter pervenire, charitatem Dei & proximi studeamus veraciter habere: quia sicut fine via nemo potest pervenire quo tendit; ita fine charitate, quae dicta est via, non ambulare possumus, sed errare. Omnis insuper bonitas ex charitate, & humilitate procedit. Et sicut ignis sine calore & splendore esse non potest, ita & charitas sine humilitate & vera obedientia esse non potest. Scendum est autem quia humilitas & obedientia, ac reliqua virtutes cum corpore incipiunt, & cum corpore deficiunt, & tamen merces earum permanet in eternum: charitas vero in praesenti incipit seculo, & in futuro permanet cum Deo.

#### CAP. LVII. De humilitate.

**A**D fastigium ergo veræ humilitatis suo nos Dominus exemplo provocare dignatus est, dicens: *Dicite à me Matth. 11: quia misericordia mea, & humilius corde; & invicem.* Nam cùm haec dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbie. Deus enim humilius factus est nostra

## REGULA SOLITARIORUM

nostre salutis causa; erubescat homo superbus esse; quia, ut ait Salomon,

*Prov. 11. 2.* nō fuerit superbus, si erit & consumelat ubi autem humilitas, ibi & sapientia. Et, super eum requiesceret Spiritus sanctus. Un-

*Mal. 6. 2.* de ait Dominus per Prophetam: Super quem requiesceret Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremorem verba mea? Quapropter quicunque humilis & quietus non erit, non potest in ea habitare gratia Spiritus sancti. Illi autem pandantur secreta, & quod latet in divinis sermonibus, qui humilitatem tenet in moribus. Semper autem conscientia Solitariorum humilis debet esse, & tristis, scilicet ut per humilitatem non superbiat, & per utilem mortuorum cor ad lastriam non diffundat. Per humilitatem etiam spiritus immundi Dei servis subjiciuntur. Linde in collationibus Patrum ita legitur: Homo qui à dæmonio vexabatur, & sortiter spumabat, vidi quemdam senem Solitarium, & elevans manum percussit eum in maxilla; senex vero secundus Domini praeceptum convertit ei alteram. Statim autem dæmon non ferens incendium humilitatis illius, clamans & ejulans discessit ab eo. Alio denique tempore transiens Abbas Macarius per erenum; ecce occurrit ei diabolus in via cum falso messioria. Voleuit autem illum percutere de falso illa, & non potuit. Et dixit dæmon: Multam violentiam patior à te, ô Macari, quia non possum prevalere adversum te. Ecce enim quidquid tu facis, & ego facio. Tu jeonas, ego nihil comedo; tu vigilas, ego ornamio non dormio. Unum est autem solum, in quo ine superas. Et dixit ei Abbas Macarius: Quid est illud? & respondit diabolus: Humilitas tua me vincit, propter quam non praevaleo adversum te. O quanta est virtus humilitatis, quæ non solum homines salvat, sed etiam dæmones superat! Quanta autem sit virtus humilitatis iterum beatus Antonius ostendit, dicens: Vidi omnes laqueos satanæ tenpos in terra, & ingemiscens dixi: Quis putas tranfiet illos? & audiui vocem dicentem mihi; Humilitas. Quocirca inclinemus cervicem cordis in vera humilitate, ut omnes laquens satanæ possimus illæsi tranfite. Tunc enim veram humilitatem habebimus, si quando peccaverimus nos frater noster, antequam ille peniteat, indulserimus ei. Et tunc veram humilitatem habemus, quando nec læsi irascimur, nec alios irasci permittimus; sed potius pro ipsis ex corde oramus. Præterea quoque si cui de humilitate altius libuerit perscrutari, ad Regulam sancti Benedicti recurrit, ibique

duodecim humilitatis gradus fatis lucenter expositos inveniet.

CAP. LVIII. *De obedientia.*

OBEDIENTIA itaque dicitur obtemperantia, eo quod humilius quis obediens vel obtemperet imperanti. Recte enim ille obediens vocatur, qui per obedientiam humilitatem Deo se toto animo subdit, & ejus præcepta humilitate impleret. Ille etiam recte obediens vocatur, qui præcepta magistri juxta vires humiliiter implere studet. Nam Christus Dominus noster qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, factus est obediens pro nobis Patri usque ad mortem, nobis relinquent exemplum, ut sequamur vestigia ejus. Ideoque omnino quod Solitario injunctum fuerit ab aliquo religionis gratia, libenter obtemperet imperanti: & si forte aliqua gravia aut impossibilitas ei injunguntur, libenter quidem & cum omni manutentio & jubentia imperii fuscipiat. Quod si omnino virium farsi mensuræ hoc, quod ei injungitur, viderit exceedere, non resistendo illud spetnat, sed causam impossibilitatis fute ei, qui sibi injunxit, humilius & patienter enarraret, quatenus ejus moderatione quod illi onerosum fuerit, subleveretur, ut contradictionis vitio caret. Sancti quoque Patres nostri per obedientiam labore in celicudinis perfectionem perseverarunt. De pluribus autem unum, mira obedientie virum, hic inferente studeamus. Quidam enim secularis homo renuntiavit seculo, & venit ad Monasterium, relinquent tres filios suos in civitate; & cum fecisset tres annos in Monasterio, coepérunt ei cogitationes suis filiis ad membrorum frequentem adducere, & contristabatur pro eis validè. Videlicet autem cum Abbas tristem, dixit ei: Quis habes, quod tristis es? Et narravit ei, quia tres filios haberet in civitate, & quia vellet eos ad Monasterium adducere. Precepit autem ei Abbas, ut adduceret eos. Qui cum perrexisset in civitatem, invenit duos ex his iam fuisse detunctos, unum vero solummodo remansisse. Quem assūmens venit ad Monasterium. Erat autem Abbas ad pistrinum. Ille vero tollens filium suum quem adduxerat, abiit ad Abbatem in pistrinum, & videns eum Abbas venientem salutavit, & tenens infantem, quem adduxerat, amplexatus est eum & osculabatur. Et dixit patr. ejus: Amas eum? Et ille respondit: Etiam. Et rursus dixit ei: Omnino diligis eum? Et respondit: Etiam. Hec audiens Abbas dixit ei: Tolle ergo, si amas.

amas eum, & mitte in furnum sic modo dum ardet. Et tenens eum pater suus iactavit eum in cibano ardenti: statim autem factus est cibarius velut ros. Ex qua re acquisivit gloriam in tempore illo, quemadmodum Patriarcha Abraham. O quam magnam obedientiam habuit iste sanctus vir, qui nec proprio filio suo pepercit, sed ad unius iussionem Abbatis ignibus eum tradidit! Puto enim, quia si illi praecepisset Abbas obedientiam causa in cibarium intrare, intrasset utique. Nos ergo qui per inobedientiam mandatorum Dei, ac sanctorum ejus, non & magistrorum nostrorum, receperimus a Deo, per obedientiam laborem redeamus ad illum, qui dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & eratris sis, & ego respiciam vos.*

Memb. 11.  
12.CAP. LIX. *De virtute patientia.*

PATIENTIA enim vera est, in praesenti injurias fortiter sustinere, & in futuro vindictam non querere; sed ex corde ei qui mala irrogat ignorare. Nam sunt nonnulli, qui ideò per aliquod spatium temporis patienter sufferunt iojuriam, ut subsequenter facilius vindicare se queant: isti tales veram non habent patientiam. Ille enim verò patiens est, qui & ipsam amat, quem portat: nam tolerare & odire non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. In patientia enim querenda est virtus mansuetudinis, & ignorandi facultas, non viodicandi opportunitas. Sicut enim patienter sufferte debentes injurias ab aliis in nos illatas; ita & tribulationes infirmitatum, quæ nob̄ eveniunt, patienter sufferre necesse est. Probaritur enim homo flagellis Dei, quo animo benē faciat, & qua fortitudine tentaciones sibi supervenientes suffieret. Unde

Dom. 13.

ait Apostolus: *Tentat enim vos Deus, ut sciat si diligatis eum.* Tribus enim modis solent accidere tentationes Dei servis. Uno modo tentantur à Deo per flagella; alio modo à diabolo per illusiones, & diversas machinationes: tertio modo tentantur à proximo per damna, & consumelias, ac persecutions. Sed ille beatus est, qui hæc omnia patienter tulerit: De tali enim viro dicit

Iust. 1. 13. Scriptura: *Beatus vir qui suffert tentationem, &c.*

Sine ferro autem martyres esse possumus, si patientiam veraciter in animo servamus. Tanto enim quisque minus ostenditur doctus, quanto minus convincitur patiens. Unde per Salomonem dicitur: *Doloris viri per patientiam nos fuerit.* Super omnia autem contumelias detrahentium patientia supereremus; sa-

*Cod. Regul. Terc. l.*

gittas contumelias patientiæ clypeo frangamus; contra lingue gladium patientie scutum præbeamus. Et si quis nobis intulerit mala, nequam irascamur contra illum; sed potius doleamus pro illo, quia Deus illi irascitur. Videamus autem, quantum patientiam iste sanctus senex habebat, de quo hic locuturi sumus. Erat in eterno magnus quidam senex, qui de labore manuum lucarum vivebat: & erat alius frater vicinus ei, qui stet ingrediebatur, & rapiebat, quidquid senex habebat in cella. Videbat autem cum senex, & non objurgabat cum; sed extorquebat sibi plus solito manibus operari, dicens: *Credo opus habet ille.* Altingebat autem tremorem suum, & cum indigentia manducabat panem. Cum autem mori cœpisset senex ille, circumsteterunt eum fratres, & respiciens in eum qui furbatur, dixit ei: *Junge te huc ad me & tenuit manus ejus, & oculatus est eas,* dicens: *Gratias ago istis manibus, frater, quia propter istas vado ad regnum celorum.* Ille autem compunctus & penitentiam agens factus est etiam ipse probatus Monachus, exempla sumens de actibus magni illius senis. Valde enim laudabilis est patientia ejus sancti Monachi; sed valde laudabilior est patientia Christi. Senex iste rapientem fratrem vidit & tacuit; Christus verò opprobria, contumelias, irrisiones, alapæ, spuma, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, & nec contumeliosum cuiquam verbum respondit. Iste enim raptoris manus deosculans gratias egit; Christus autem in cruce positus pro persecutoribus exoravit. Sed in his omnibus exemplum patientiae nobis reliquit. Quapropter studeamus patientes esse ad omnes, & in omnia, quia, ut ait Christus: *In patientia ut-Luc. 21.19: sita posse debitis animas vestras.* Simus mansueti, quia, ut ait Prophetæ: *Man-Pâm. 56: fueti hereditabunt terram, & delictabuntur in multis inuidie pacis.* Quisquis igitur lenis, misericordis, & patiens est, Dei filii imitator est. Et quisquis amplectitur pacem in mentis suæ hospitio, mansionem in se præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere consuevit.

CAP. LX. *De discretione.*Nov. 19.  
20.

DISCRETIO namque est mater omnium virtutum, & ideo in omnibus tam spiritualibus, quam corporalibus operibus tenenda est à Sollicitis temperantia discretionis, & superflue labores corde pariter & corpore deficiant. Sed sic omnis eorum actio temperetur, quatenus alacri animo plus se adhuc cu-

Il u

piant

## REGULA SOLITARIORUM

piant in bonis operibus exercere. Sive enim sint vigilie, sive jejunia, sive abstinentia, & cetera his similia, sic temperentur, ut nec animi virtus succumbat, nec corporis fortitudo laessecat. Unde quidam Patrum dicebat: Corpus nostrum sic est fragile, sicut vestimentum. Si diligenter tractabimus illud, stabit; si autem, in parvo tempore corrut. Præterea quoque supervenit quidam venationem faciens in Silva agrestium animalium, & vidit Abbatem Antonium gaudentem cum fratribus, & displicuit ei. Volens autem ei senex ostendere, quia oportet aliquando condescendere fratribus, dixit ei: Pone quælo sagittam in arcu tuo, & trah. Et fecit sic. Et dixit iterum: Trahe; & traxit. Trahe adhuc; & traxit. Dixit ei venator: Si super mensuram traxero, strangeretur artus. Dixit ei Abbas Antonius: Ita est in operibus Dei, si plus à mensura tendimus, fratres cito deficient. Expedit ergo vel ad momentum relaxare rigorem eorum. Hæc audiens venator compunctus est; & multum prolixiens in sermone sensis discessit: & fratres confirmati tum reversi sunt ad locum suum. Hæc ergo, aliisque testimonia discretionis confideranda sunt à Solitariis; & sic omnia tenuerint atque discernant, ut ipsi nimis fatigati non deficiant; & alii à excepto itinere non refugiant.

CAP. LXI. *De taciturnitate.*

TACITURNITAS autem virtus est humilitatis, & indicium gravitatis; nutrix virtutum, & custos animarum. Hinc Salomon ait: Qui custodit se suam & linguam suam, custodit ab negligiis suam suam. Quanto igitur quisque sub silentio deprimit se, tanto compunctionis aciem in celo fit; & quanto taciturnitas franco contingit linguam, tanto ad coelestia erigit mentem suam. Ideoque Solitarius taciturnitatem diligit, & à malo ac pravo, vel omni multiloquio linguam suam coercet, dicatque cum

Pro. 21. Propheta: Dixi, custodiā vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Et iterum: Peccavi eti mea custodiā. Et rursum: Observavi & humiliavi sum, & filii à benis. Ille enim bene vias suas, id est, actus vitez suis custodit, qui in lingua minimè offendit. Ille etiam bene ori suo custodiā ponit, cuius lingua nec in maliloquium, nec in vaniloquium, nec in multiloquium procaciter fluit. Ne ergo in maliloquium labatur lingua, ponat unusquisque nostrum ori suo custodiā, & diligenter attendat, quid de male loquentibus dicat Propheta: Di-

spendet, inquit, Dominus universa libia de- Psal. 11. 4. lata, & linguam magniloquam. Quid etiam de multiloquio Salomon dicat, audiamus: In multiloquio, inquit, non efficiat peccatum; & qui multis utitur verbis, Pro. 10. ledit animam suam: Hinc iterum Propheta: Si quis uult veram & perpetuum ha- Psal. 33. bere vitam, & cuius dies videre bonum, cetera 14. certa linguam suam à malo; & lumen ejus ne loquuntur dum. Hinc Apostolus ait: Si quis parat se religiosum esse, non refræ- Jac. 1. 26. nans linguam suam, sed seducens eos suum, Anjus uana est religio. Hinc beatus Ambrosius ait: Est homo, qui silentium quidem affectat, sed eorū ejus multum se condemnat: ille talis multum loquitur, & est alijs, qui à manè usque ad vesperam loquuntur, & cum di- crectione, silentium magnum custodit. Hoc autem dicebat de illo, qui sine utilitate audientium nunquam loquitur. Ille enim bene taciturnitatem cultodit, qui usque ad interrogacionem non loquitur. Quapropter Solitarius modum loquendi non transeat; maneat in verbo ejus mensura, in sermone statera. Semper verba ejus sint moderata, & plus diligit semper audire, quid loqui; & ne prius respondeat verbum, quam au- Prov. 18. spendet, quād audiat, plenum se esse deman- dat. Nam loqui & docere, ut ait sanctus Benedictus, magistrum condeceret, tacere & audire discipulo convenit. Ecce si quis sunt requirenda à magistro, cum omni humilitate & subiectione reverentie requirantur. Scurrilates verò, vel verba otiosa, & risum moventia, æterna clausura in omnibus locis damnauit; & ad talis eloqua discipulum os aperire non permittimus.

CAP. LXII. *De cavenda detractione, & quod duobus modis potest aliquis fere preccato alieni peccata dicere.*

QUAMQUAM enim beatus Hieronymus dicat, quia non est detrahere verum dicere; tamen cavenda est omnimodis detractione à Solitariis, monente beato Jacobo Apostolo: Noste, inquit, detrac- Jacob. 4. tione alterum, fratres mei, quia qui de- 11. trahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Hinc Salomon ait: Removere à te se pravum, & Pro. 4. detractione lumen procul sunt à te. Et Ite- 14. rum: Cum detractionibus non commiscaris: Pro. 14. quoniam repente confundet perditio eorum. Hinc Hieronymus ait: Cave, ne lin- guam aut aures habeas pruriētes; id est, non ipse detrahelas, aut alios detra- hentes audias; quia qui detrahit, & qui detrahentem libenter audit, utrisque unum crimen est. Hinc Isidorus ait: Ne detrahelas peccanti, sed condole; & quod

quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Hinc etiam in vitis Patrum dicitur : Melius est, inquit, quotidie carnem comedere, & vinum bibere, quam lacerare carnes fratrum in obtraktione. Denique, ut ait sanctus Basilius, duobus modis possumus sine detractione aliorum peccata dicere, vel retractare. Id est, si quando necesse est cum ceteris consilium habere, quomodo corrigetur is, qui peccavit, tunc possumus ipsius peccata in medium adducere, & publicare absque detractione. Et rursus, si quando necesse est praveneire & coomonere aliquem, ne forte incurrit in confitio vel societate aliquo mali hominis, tunc etiam possumus sine detractione illius peccata manifestare. Quod & ipsum Apostolum fecisse invenimus, dum dicit ad Timo-

s. Tim. 4.

14.

CAP. LXIII. *Consolatio Solitiorum de detractione.*

NON ergo Solitatii multum contristari debent, si forte ab aliquibus pravis hominibus sine culpa detrahantur; quia in consolatione nostra, sua Dominus opprobria adducere dignatus est, dicens: Si patrem familias Beelzebub votaverunt, quanto magis domesticos ejus! Et iterum: Si de mundo fuissetis, mundus quod fuisti erat, diligenter: sed quia de mundo non es tu, proprieas odis vas mundus. Hunc Apostolus ait: Nolite mirari si oda vos mundus. Sunt autem plurimi, qui vitam Solitiorum fortasse amplius quam debent, laudant; & ne eis de laude elatio subripiat, permittit omnipotens Deus malos in obtraktione & objurgatione prouumpere; ut si qua culpa ab ore laudantium in corde Solitiorum nascitur, per obtraktionem malorum ad poenitentiam revocentur. Sed inter haec verba laudantium sive vituperantium, ad mentem semper recurrere debemus: & si in ea non iuvenitus bonum, quod de nobis dicitur, magna tristitia generari debet. Et rursus si ip ea non iuvenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magna letitia profiliere debemus. Unde beatissimus Job dicebat: Ecce enim in celo sicut fons, & cunctus mens in excelsis. Qui enim vita sua in celo testem habet, detractiones hominum in terra pertineccere non debet. Hinc Paulus ait: Gloria no-

Marti. 10.

85.

Joan. 15.

19.

Job 16.

10.

s. Cor. 1.

12.

Cod. Regul. Tom. I.

stra hoc est, testimonium conscientia nostra. Nisi enim fuissent, qui eidem Apollolo malam imponerent, & seductorem vocarent, nequam diceret: Per infamiam & bonus famam: ut seductores, & veraces. Sed quid de redemptore nostro agimus, qui à Judaeis demoniacus, & blasphemus, atque persecutor vocatus est? Beatus quoque Arnulphus cum esset Episcopus, postea Solitarius factus, detractiones pravorum hominum sequanimititer toleravit. Unde in gesta ipsius ita legitur: Quidam napque homo, nomine Noddo, cum complicibus suis eidem B. Arnulpho derogare ausus est. Dicebat autem, illum non esse cultorem Dei, sed potius hominem volupcati deditum. Cumque idem detractionis stratum una cum detrahente socio perficiet, jubente Deo omnia vestimenta illorum hamma circumdans vallavit. Illico exilientes aquam urgentibus vocibus depoficebant: sed aqua injecta flammam divinitus missam non extinguebat. Ardebat autem nequiter circa nates vel genitalia loca camisia illorum, nec à se ardenta vestimenta exsiccere prevalebant. Quid plura? Quia aliud facere non poterant, exiliunt foras, & ad instar porcorum in voluntario luti sefci vociferantes involvunt: sed magis ac magis genitalia ipsorum ignis immensus cremabatur. Tunc quippe, ut reor, impletum est super illos quod scriptum est: Detrahentes occidit proximo sui, Psalm. 100. haec persecuerat. Sieque divina censura. Jubente actuū fuit, ut de quibus virum sanctum detraherant, in ipsis poenam sentirent. Ipse quoque sanctus Episcopus atque Solitarius nec pro detractione illorum fuit triflor, nec pro vindicta divinitus facta exitit latior; sed potius, juxta preceptum Domini, eos dilexit, atque pro eis oravit. Ubi nos pariter docemur, non contritari pro detractione, sed magis gaudere de contumelias, reminiscentes hoc quod scriptum est: Quia iherat Apolloli gaudentes à conspectu concilii, Ad. 5. 41. quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Si illi non contritabantur de contumelias & verbetibus, neque nos contritari debemus de verbis atque detractionibus. Quid ergo aliud faciunt detrahentes, nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant? Vocandi tamē sit, & patienter increpandi, juxta preceptum Domini, qui dixit: Si Luc. 17. 3. peccaverit in te frater tuus, inceptra ibem. Et si dixerit, paucet me, dimittit illi: & si sepius in die peccaverit in te, & sepius dixerit, paucet me, dimittit illi. Quisquis igitur hoc fecerit, & seipsum salvabit, & detrahentem proximum de peccati fo- vea liberabit.

CAP. LXIV. *De cogitationibus & diabolis illusionibus.*

Sicut enim à malis operibus & perver-  
sis locutionibus oporter Solitarios ab-  
stinere, ita etiam à pravis cogitationibus  
debent se corda illorum custodire. Unde  
beatus Hieronymus admonet dicens: Non  
finas cogitationes malas in corde  
tuo crescere. Et alibi: Caput cogitationis  
exclude, & cætera superantur. Non  
enim potest corrupti corpus, nisi prius  
corruptus sit animus: & nihil potest fa-  
cere caro nisi quod voluerit animus. Id-  
circo munda prius à pravis cogitationi-  
bus animum, & caro non peccabit in  
æternum. Bonæ autem cogitationes semper  
à Deo procedunt: male cogitationes  
vero aliquoties à nobis meritis veniunt,  
& aliquoties instigati diaboli excitantur.  
Nemo enim potest à diabolo decipi, nisi  
is, qui ei suę voluntatis assesum pre-  
bere voluerit. Si enim repugnat ei,  
fugiet à nobis. Unde beatus Jacobus

Jacob. 4: 7. Apostolus: *Refugite, inquit, diabolo, &*  
*fugiet à vobis.* Quia de causa ita in Colla-  
tionibus Patrum legitur: Quodam tem-  
pore beatus Macarius habitabat in loco  
deserto solus, & erat propè alia solitu-  
do, in qua habitabant plurimi fra-  
tres. Et vidit senex Satanam venien-  
tem in habitu hominis, ut transiret per  
cellam ejus. Videbat autem eum quasi  
tunica uti linea omnino vetusta, & per  
omnia foramina ejus pendebant ampullæ.  
Et dixit ei senex: *Quo vadis?* Et ille  
respondit: *Vado commemorare fratres.*  
Senex autem dixit: *Et ut quid tibi am-  
pullas istas?* Et dixit: *Gustum fratribus  
porto.* Dixit ei senex: *Totas istas cum  
gusto portas?* Et respondit: *Etiam;* ut  
si unum alicui non placet, offriram aliud;  
si autem nec illud, dabo tertium, & ita  
per ordinem, ut omnino vel unum ex  
eis placet ei. Et cum huc dixisset, tran-  
sivit. Et observabat senex, culticenos  
vias, donec ille remearet. Et cum vi-  
deret eum senex, dixit ei: *Sanus sis.*  
Et respondit: *Ubi mihi salus?* Et dixit fe-  
nex: *Quare?* Et respondit: *Quia nihil  
modo omnes sanctificati sunt, & nemo  
mihi acquiescit.* Et dixit senex: *Nemini  
nam amicum habes illic?* Et respondit:  
Unum tantummodo fratrem habeo  
ibi, vel ipse solus mihi acquiescit;  
& quando me videt, convertitur velut  
veetus. Senex vero dixit ei: *Quomodo  
vocarur frater ille?* Respondit: *Theo-  
christus.* Et cum huc dixisset, transiit.  
Surgens autem Abbas Macarius perrexit  
ad fratres. Qui cum sudient, accep-  
erunt ramos palmarum & occurrerunt ei  
obviam; & parabant singuli eorum cel-  
las suas, incerti apud quem declinaret.

Senex autem inquirebat quis inter eos  
Theochristus vocabatur; & inveniens eum,  
intravit in cellam ejus. Theochristus er-  
go suscepit eum gaudens. Cū autem  
cepissent secretè loqui, dixit ei senex: *Quomodo circa te est frater?* Et ille di-  
xit: *Orationibus tuis adjuvantibus, be-  
ne.* Et dixit senex: *Non impugnant re-  
cogitationes tue?* Respondit iterum: *Bene sum; erubescet enim dicere ei.*  
Et dicit ei senex: *Ecce quot annos ha-  
beo in conversatione loci istius, & om-  
nes hoonorant me, & tamen in hac fe-  
nestræ infelix est mihi spiritus fornicationis.* Et respondit Theochristus, di-  
cens: *Crede Abba, quia & mihi.* Senex  
autem simulabat etiam alias cogitationes  
sibi esse molestas, donec faceret eum con-  
fiteri. Deiode dicir: *Quomodo jejunas?* Et ille dixit, ad Nonam. Dixit ei fe-  
nex: *Jejuna usque ad vesperam, & ab-  
stine, & lege Evangelia, ut memoriter  
retineas. Sed & alias ex animo medita-  
re scripturas; & si tibi ascendorit co-  
gitatio mala, ounquam decorum sibi  
led semper sursum, & statim te Dominus  
adjuvabit.* Et corrigit senex fratrem  
illum reveritus est in solitudinem suam.  
Et cum observaret, vidit iterum dæmo-  
nem illum, & dixit ei: *Quo vadis ite-  
rum?* Et ille respondit: *vitulare fratres,  
& abiit.* Dum autem revertetur dixit  
ei senex. *Quomodo sunt fratres illi?* Et  
respodit: *Mali.* Senex autem, Qua-  
re? Et ille respondit: *Quia toti sancti  
sunt: & magis malum, quia unum quem  
habui amicum & obedientem, mihi  
etiam ipse, nescio unde, subversus est;  
nec ipse inibi jam acquiescit, sed omni-  
bus sancti factus est, & proprie-  
tates juravi me jam non calcare ad illum lo-  
cum, nisi post longum tempus. Hæc  
dicens transit, relinquens senem. San-  
ctus vero senex iotravit cellam suam ado-  
rans & gratias agens Deo. Hic datur  
intelligi, quia nisi quis voluntatis dia-  
boli se sponte subdidicerit, porestatem ad-  
versus hominem non habet. Et sicut  
superius patefactum est, oecit Satanus,  
à qua passione anima seducatur: & ideo  
seminat quidem in ea zizania sua, ali-  
quando spargit femina fornicationum,  
aliquando detractionum, & cæterorum  
vitiorum; similiter passiones, & in qua  
passione videt animum declinare, hanc  
ei subministrat. Nihil enim sic extediat  
dæmonem, quomodo si reveleatur stimu-  
lationes ejus: & nihil eum si letificat,  
quomodo si abscondantur cogitationes  
ejus. Quia ergo Dominus noster JESUS  
Christus dedit nobis potestatem calcandi  
super serpentes & scorpioes; hoc est,  
malas cogitationes, mundemus per hu-  
miliem confessionem corda nostra, &  
parvu-*

parvulos cogitatus nostros aliquidamus ad Christum , quatenus de nobis dicatur hoc quod scriptum est : *Beatus qui renabit,*  
Psal. 136. 6. & aliquid parvulus fuis ad petram . Et rur-  
Math. 5. 5. sum : *Beati munda corde , quoniam ipsi Domini videbuntur.*

CAP. LXV. *De diversis temptationibus Solitariorum.*

MULTIS ergo calamitatibus temptationibus mentes Solitariorum in hac vita pulsantur ; sed non amplius tentat eos diabolus , quam Dei voluntas permittit . Tentando autem eorum profectus erudit ; et si nolens , tamen eorum utilitati diabolus servit , quando temptationibus suis non decipit , sed potius erudit : multa enim modis , ut diximus , mentes Solitariorum diabolus tentat . Tentat autem eos aliquando per stimulos paupertatis : nam cum per stimulos paupertatis non potest eos movere , divitias adhibet ad seducendum . Et dum per contumelias & opprobria non praevalet , laudes & gloriam adhibet . Si per salutem corporis non potest , aggritudines mittit . Et dum per delectationes seducere eos non potest , per molestias , que contra votum eveniunt , eos conatur everttere . Infirmitates etiam quasdam graves adversus eos , qui tentandi sunt , adhibet ; ut per eas profanimes faciens Solarios , conturber charitatem eorum , quam habent ad Dominum . Sed quamvis concidatur corpus , & febribus validissimis inflammatur ; insuper etiam si intolerabilis contritione affligatur , quisquis es , qui haec sustinet , recordare futuri seculi penas , & aeternum ignem , ac perpetua tormenta , ut haec cogitans non deficit ad ea , que in presenti contingunt . Insuper etiam gaude quia visitavit te Deus ; & illud famosissimum dictum in lingua

Psal. 117. habeto , id est : *Cogigavis cogigavis me Dominus , & morti non tradidisti me .* Et illud : Hebre. 5. 6. *Quem enim diligis Dominus , carris : flagellat autem sicuten filium quem recipit .* Si ferrum es , post adhucum tibi ignem emittes seruginem . Quia si justus es , & haec patenteris , de magnis ad majora provocaris . Anrum es , sed per ignem probator eris . Datus est tibi Angelus Satanæ , stimulus carnis tua ? exulta videns cui similes factus es , Paulo Apostolo simile donum accipere meruisti . Audi quemadmodum gloriabatur Apostolus in infirmitatibus 2. Cor. 11. 2. suis , ita & tu gloriare dicens : *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis , ut inhabet in me virtus Christi .* Et rursum : Ibid. 10. *Quando enim infirmus , tunc fortior sum & poteris .* Si febribus , si rigore frigoris castigaris , memnor esto quid scriptura dicit : Mal. 6. 13. *Transficiam per ignem & aquam ; residuum*

est ut inducaris in refrigerium . Clama *F. psalm. 4. 1.* etiam cum Prophetæ : *In tribulatione dilectasi nabi .* Perfectus enim eris per hujusmodi tribulationes . Si fortè , amictis oculos , non feras graviter : extollentiae enim instrumentum amisisti , sed interioribus oculis gloriam Dei speculari stude . Surdus factus es ? non contristeris ; quia auditum vanum amisisti . Manus tua ex aliqua passione debilitate sunt ? sed interiories paratas habeas adversus inimici tentationes . Infirmitas totum tuum corpus tenet ? sed interiori homini sanitas crescit . Nihil enim aliud est aggritudo corporis , quam sanitas mentis . Si infirmitas tibi talis fuerit , ut non possis stare ad orandum & pfallendum , non contristeris pro eo , quia infirmitas orat pro te . Si jejunas , non tibi invenias occasionem , dicendo : quia exacerbatus in segritudinem incurrit : quoniam & qui non jejunant , similes aggritudines incurront . Inchoasti aliquid boni ? non revoceris per impedimenta inimici ; quoniam jejunia & labores nobis constituta sunt propter turpes delectationes . Hæc omnia nobis præhiciant ad defruenda corporis desideria . Tentari autem oportet iustum ; sed temptatione plague , non temptatione luxurie . Quapropter dicas non murmurare , qui mala patitur , etiam si ignorat , cur mala patitur . Et per hoc iustè se pati arbitretur , quod ab illo judicatur , cujus nunquam judicia injusta sunt . Qui ergo in flagellis murmurat , iustitiam judicantis accusat : qui verò iustè se recognoscit à justo judice pati quod sustinet , etiam si super quo patitur ignorat ; per hoc jam iustificatur , per quod semetipsum accusat , & Dei iustitiam landat . Beatus qui haec omnia tulerit patienter .

CAP. LXVI. *De tentamentis somniorum.*

PLERUMQUE diaboli in noctibus Sollitatis occurrentes , ut formidolos eos faciant , per soporem conturbant ; & quos vigilantes intus tentat , nec suprant , dormientes acriter impugnant . Nonnunquam autem & aperta impugnatione grassantes humana corpora verberant , licet beato Antonio fecerunt . Quod tamen , Deo permittente , malorum fit ad vindictam ; iustorum verò ad toleratiā & gloriam . Plerumque immundi spiritus eos , quos incumbere in seculi amore conspicunt , dormientes quadam vana spei prosperitate illudunt , sicut legitur in Dialogorum libro cuidam contigisse ; qui dum somnia vehementer attenderet , ei per somnum longa spatio hujus vite promissa sunt . Comque multas pecunias pro longioris vite stipendiis collegisset , ita repente defunctus est , ut U u 3 incinctus

intactas omnes relinquenter, & ipse secum nihil ex bono opere portaret. Nonnunquam etiam Satanus in Angelum lucis fefel non solum dormiendo, sed etiam vigilando transformat, ut quilibet aliqua erroris fraude decipiat; sicut legitur in Collationibus Patrum de quadam fene, qui sedens in celo sua, & sustinens tentationes, videbat diabones manifeste, & contemnebat eos. Cum autem diabolus videret se vinci a fene, venit & ostendit se ei, dicens: Vis videre Christum? Et respondens fene dixit: Anathematizo te, & eum de quo dicis; ego autem

*Matt. 24. 23.* Christum meo credo dicenti: Si quis uobis dixerit: ecce hic Christus & ecce ille; nolite credere. Et dixit diabolus: Ego sum Christus. Videns autem fene clausit oculos suos. Et dixit ei diabolus: Quare clausisti oculos tuos? Et dixit fene: Ego hic Christum nolo videre, sed in vita beata. Hec audiens diabolus discelit ab eo. Hic ergo patenter ostenditur, quantis machinationibus Dei servos conatur decipere inimicus. Illi autem, qui aut nullis, vel raris conciliis sunt delictis, aut nunquam aut raro terroribus fatigantur nocturnis: & si ad momentum hujusmodi commovereantur, mox tamen evigilantes illusionum vanitates despiciunt, intencionemque suam ad Deum convertunt. Interdum etiam quzedam arcana ac mysticae Dei servi per visionem videre solent. Econtra vero peccatores, qui corda sua gravioribus vitiis polluerunt, conscientie pavore illius species tremendas aspiciunt; & quos vigilantes diabolus traxit ad vitia, dormientes fatigat, ut nunquam eos requiescere sinat. In oculis autem peccatorum diabolus terribilis est; in oculis autem iustorum terror ejus vilis est. Sciendo quippe est, quia diversa sunt qualitates somniorum. Aliquando namque ex ventris plenitudine, vel innatitate somnia generantur; aliquando vero ex cogitatione accidentur; sicut scriptum est: *Atletas curas sequentes somnia.* Nam sive que in die cogitamus, in noctibus recognoscimus. Aliquando autem ex illusione immundorum spirituum oriuntur: dicente Salomonem: *Malitia errare fecerunt somnia & illibatus vacua.* Aliquando quippe ex revelatione procedunt, sicut legitur in lege de Joseph filio Jacob, qui somnio fratribus praesciendus predicitur. Vel sicut in Evangelio de Josephi sponso beata Mariæ, qui ut fugeret cum puer in Aegyptum, somnio admonetur. Aliquando nempe ex revelatione simul & cogitatione generantur, dicente Daode: *Tu Rex cogitare capiſi in fratre tuo, quid effet futurum post hoc?* & qui revelat mysteria ostendit tibi, que ventura sunt. Sive etiam diabones deceptoria

fraude multa solent vera praedicere, ut ad extremum valcent animam ex aliqua facilitate decipere, vel illaqueare. Sed quamvis nonnulla vera sint somnia, facile tamen non oportet credere illa, ne forte aliquando ex illusione diaboli procedant, & simplicium corda decipient, recolentes testimoniū scripture dicentis: *Si dixerint uobis, & ita evenierit, ne Mathe. 24. 23. illis credere.* Somnia enim similia sunt auctiūs, & qui eis intendunt, revera augurare noscuntur. Solitarii autem inter illusiones ac revelationes discreta circumspunctione discernant, ut sciant, quid a bono spiritu percipiunt, vel quid a malo spiritu patiuntur.

#### CAP. LXVII. Ut Solitarii signa & miracula fieri non querant.

SIGNA igitur & miracula à Solitariis non sunt querenda, propter ostentacionem & vanam gloriam. Nam quisquis signorum & mirabilium indiciis vult probari, non potest probus videri. Quia ipse Dominus & Salvator non dixit: Ex signis & mirabilibus cognoscetis eos, sed ait: *Ex M. 7. 20. fructibus eorum cognoscetis eos.* Neque enim in die iudicii remuneratur se promittit eos, qui signa & prodigia faciunt, sed eos, qui preceptis suis obediunt, dicens ad eos: *Venite benedicti Patri mei, percepit M. 25. regnum, &c.* Sed & beatos non dicit eos, qui signa & mirabilia fecerunt, sed humiles spiritu, mansuetos, lugentes, & huiuscemodi opera excequentes. Nusquam in signorum opere beatitudo ponitur, sed in expletione mandatorum Dei. Vita enim bona, atque actus probi, etiam sine signis & mirabilibus merentur. corona: in qua autem conversione, etiam signa & prodigia fecerit, supplicia non evadit. Et ideo superflue hac queruntur, immo & periculosè. Per ostentationem vero nihil faciant Solitarii. Nam quantum malum sit per ostentacionem aliquid agere, praesens exemplum ostendit, eum subditus: Fuit quidam juvenis Monachus, qui cum vidisset quosdam sermones iter agentes, ostentationis causa jussit onagris venire, ut portarent eos, donec pervenirent ad se. Illi autem fenes iodicaverunt hoc B. Antonio. Et dixit Abbas Antonius: Videtur mihi Monachus iste similis esse navi omnibus bonis onerata, de qua incertum est, utrum pervenire possit ad portum, an non. Et modicum post subito Abbas Antonius flere cepit, & capillos sibi trahere, & lugere. Quod cum vidissent discipuli ejus, dixerunt: Quid ploras Abba? Et respondit: Magna Ecclesie columnā cecidit modo. Dicebat autem hoc de illo juvene Monacho. Ite, inquit, fratres ad eum;

*Eccles. 5. 2.* *tuum oririuntur: dicente Salomonem: Atletas curas sequentes somnia & illibatus vacua.* Aliquando quippe ex revelatione procedunt, sicut legitur in lege de Joseph filio Jacob, qui somnio fratribus praesciendus predicitur. Vel sicut in Evangelio de Josephi sponso beata Mariæ, qui ut fugeret cum puer in Aegyptum, somnio admonetur. Aliquando nempe ex revelatione simul & cogitatione generantur, dicente Daode: *Tu Rex cogitare capiſi in fratre tuo, quid effet futurum post hoc?*

*Dan. 6. 9.* *qui revelat mysteria ostendit tibi, que ventura sunt.* Sive etiam diabones deceptoria

eum; & videte quid agat. Perrexerunt ergo discipuli ejus, & invenerunt Monachum illum sedentem & flentem peccatum quod fecit. Vident autem discipulos senis, ait eis: Dicite seni ut roget Deum, decem tantum dierum dari mihi inducas. Qui intra quinque dies mortuus est. Quapropter caveant omnino Solitarii, ut nihil per ostentationem faciant. Insuper autem morbum vanæ gloriae fugiant: que non solùm in carnibus vitiis, sed etiam in spiritualibus causis Solitarios pulsat; ut qui non valent carnibus vitiis decipi, spiritualibus successibus acrius fauientur. Nam quem diabolus sub specie pretiosæ vestis ac nitide non potest in vanam gloriam immergere, pro squalida & inculta conatur decipere. Et quem non potest per honorem deicere, per humilitatem supplantat; & quem scientia & eloquio nis ornatu nequit extollere, gravitate taciturnitatis elidit. Si jejunat quis palam, gloria vanitate pulsatur. Si illud causa vanæ gloriae contemnenda continxerit, eodem vitium elationis incurrit. Alius enim oratione, aliis vigilarum prolixitate pulsatur. Multi enim vanam gloriam fugiendo in ipsam incident: & multi in hoc ipso cupiunt laudari, quod laudes continebunt; & mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. Ideo pulchri sancti Patres nostri naturam morbi hujus in modum cæpse conscribunt, quæ uno decorata tegmine, alio turfum invenitur induita, totiesque reperitur obiecta, quoties fuerit expoliata. Quapropter oportet Solitarios, iuxta consilium Apostoli, per arma iustitiae à dextris & sinistris transire; per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam & bonam famam incidere. Et ut per Salomonem dicitur:

*Nos diversant ad dexteram, neque ad sinistram; id est, nec de virtutibus & dextris successibus se extollant, nec ad finistram vitorum trahunt flectantur; sed medium tenentes ad ipsum, qui via, veritas, & vita est, proptero incessu pervenire mercantur.*

#### CAP. LXVIII. *De trimoda eborismattus gratia.*

**U**SQUE ad spiritualium narrationem charismatum proferendam precedens disputationis ordo pervenit, quam tripartitam esse, majorum traditione perceperimus. Prima siquidem curationum causa est; cum pro merito sanctitatis electos quoque ac justos viros signorum gratia comitatur, sicut Apostolos, multosque sanctorum signa & prodigia secundum auctoritatē Domini fecisse manifestū est, ita

*Math 10.3-dicentis: Infirmos curare, mortuos suscitare, leprosos mandare, demonas evicere: gratis acceptissimis, gratis date.* Secunda, cum ob edificationē

Ecclesiæ, vel eorum qui infirmos suosingerunt, vel eorum qui curandi sunt fidem, sanitatum virtus etiam à peccatoribus indignisque procedit. De quibus dominis in Evangelio: *Aristi*, inquit, *di-Matt. 7.7-* cent mibi in illa die: *Dominæ, Dominæ, nunc tibi, in nomine tuo prophetamus, demonia ejectionem, & multas virtutes fecimus!* *& tuus confiteris idis, quia nos novi vos: disfidebat à me operari iniquitatis.* Propter hoc autem & discipulos monebat dicens: *Nolite gaudere, quod domino vobis sujicitur sunt, sed quia omnia vestra scripta sunt in talis.* Tertius curationum modus etiam colludio damnorum ac factione simulatur: ut dum homo apertis criminibus fuerit obligatus, propter admirationem signorum sanctus ac Dei servus credatur: vel certè ut is qui curationum dona habere se credit, per superbiam cordis elatus gravius elidatur? Inde est, quod Dominus in Evangelio loquitur: *Exsurgent, inquit, pseudo-Marc. 13; Christi, & pseudo-Propheba, & dabant signa 22, magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri pacif, etiam electi.* Quapropter nunquam de admiratione signorum, sed de ornatu morum debet apud nos esse quisquam laudabilis. Et revera majus miraculum est, de propria carne fomitem tradicare luxurie, quam expellere infundos spiritus de alienis corporibus: & magnificentius signum est virtute patientie truculentos motus iracundia coercere, quam daemonibus imperare, ac de alienis corporibus infirmitates pellere: & præcælior virtus est animæ propriæ languorem curare, quam corporis alieni. Quanto enim anima sublimior carne est, tanto præstantior ejus & salus est. Et major merces est peccatorem suscitare de vitiis, quam mortuum de sepulchro. Ideoque à sanctis Patribus signorum opera nequaquam legimus affectata, sed quamquam ex Spiritu sancti gratia posiderent, nunquam exercere voluerunt, nisi forte inevitabilis necessitas illos coarctasset, ut beatum Macarium, qui fuit discipulus S. Antonii. Hunc enim ferunt aliquando cum homicidium in locis vicinis fuisse admissum, & innocenti cuidam impingere tur crimen homicidii; cum, qui calumniam patiebatur configuisse ad ejus cellulam: adfuisse etiam eos, qui innocentem perurgebant, jurantes, & dicentes perclitari scipios, nisi comprehensum homicidium legibus tradarent. Ille vero cui crimen impingebatur, cum sacramentis affirmabat conscientiæ se non esse sanguinis illius. Et cum diu hoc certamen haberetur, interrogat S. Macarius, ubi jaceret ille qui dicebatur occisus. Cumque designassent locum, cum omnibus qui ad perurgendum hominem venerant, ivit ad sepulchrum, & ibi fixis genibus, invocato

eato nomine Christi, ad eos dixit, qui astabant: Nunc Dominus ostendet, si reus est hic, quem perurgetis. Et elevata voce defunctum ex nomine clamavit, Qui cum de sepulchro respondisset, ait ei: Per fidem Christi te obtulior, ut dicas, si ab eo, qui calumniatur pro te, occisus es? Tunc ille de sepulchro elata voce respondit, dicens, non se esse ab eo Iesum. Hoc auditio cum stupefacti omnes decidissent in terram, rogarerunt pedibus ejus advoluti, ut interrogaret eum à quo esset occisus. Tunc ille: Hoc, ait, non interrogabo; sufficit nunc mihi ut innocens liberetur: non est meum, ut reus prodatur. Haec igitur ejus virtus & gratia, quantum in ipso fuit, forte semper lateret, nisi eum necellitas periclitantis hominis, & amor sincerus erga Christum hoc exercere miraculum compulisset. Scendunt itaque est, quia sicut thesaurus apertus cito expenditur, sic & virtus quilibet, cum publicata fuerit, exterminabitur: & ut eera solvitur à fascie ignis, ita & anima laudibus inaniter exaltata, perdit virtutum vigorem. Proinde necesse est Solitariis, ut si eis cuiusque conscientia boni operis fuerit, osculetur illam, & cum omnia fecerint,

*Luc. 17.10.* quia Deus præcipit, dicant: *Servi inimicis sumus.* Virtutes quoque si forte in se esse senserint, dilecent & celent; Deus divulgabit opera eorum, & adducet ad me. *1. Cor. 4. 5.* dium, cum venerit Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cœlestia carna: & tunc laus erit unicuique à Deo; tunc reddet singulis secundum opera sua.

*Cap. LXIX.* Ut Solitarii post retrusionem ad sociarem vitam summi redenant; & de perseverantia boni operis.

**C**ONTRARIUM est omnino Ecclesiasticis Regulis, ut Solitarii post retrusionem, causa elationis, vel negotiationis, ad seculum veluti preda diabolum facti infelicer redeant. Nam quamgrave crimen Solitarios apostolat; hoc est, à priori proposito recedere, Dominus in Evangelio testatur: *Nemo, ait, mittens manum suam in arcu, & respiciens retro, aptus est ad regnum Dei.* Hinc Paulus Apostolus ait: *Nemo militans Deo implicatus se negotiis facili, ut si placet, cui se probaverit.* Non enim liber est à laqueis diaboli, qui se negotiis mundi retrusionem voluerit implicare. Talibus enim convenit illi beati Petri versio: *Actus 2.21.* & multum timenda sententia: *Actus enim illi fuerat viam vita non agnoscere, quam post agnitionem retrorsum reverti.* Et iterum:

*Canis reversus ad vomitam suam, & sus latet ibid. 12: in valeratore iivi.* Si quis ergo suadente diabolo huc perfidere tentaverit, nisi inevitabilis necessitas eum compulerit, excommunicetur omnimodis ab Episcopo suo, vel à exteris Praelatis, quoque ad prius propositum redeat, quod propter Deum primitus elegerat. Non enim queritur in Solitarius initium boni operis, sed finis; quia de fine suo uniusquisque judicabitur, non de vita præterita, dicente Domino per Prophetam: *Quidem Ezech. 1.3.* te inveneris, tales te judicabis. Sunt enim quod pejus est, qui benè incipiunt, sed male finiunt conversationem; ut Judas, qui benècepit, sed male finivit: & Paulus malecepit, sed benè finivit. Cœpsisse enim multorum est, sed culmen perfectum attingisse ratorum est. Ideo non insipientibus premium promittitur, sed perieverantibus datur, dicente Dominum: *Qui perseveraverit neque in finem, Matth. 20. his salvus erit.* Si autem Solitarius aliquis *12. & 24.* ideò securum se putat de solitaria vita *13.* aliquando posse discedere, quod in ipso proposito benècucurrerit, quod ibi multum laboraverit, hic talis agit, ac si aliquis oneratam mercibus navim à porta solvat, & tempestati tradat, & ad scopulos & faxa detorqueat. Hic talis videat quām incerti, & quām luctuosi sunt exitus vite hominum; si *sed. 9. 12.* cut per Salomonem dicitur: *Nescire bonum nostrum amore, an odio dignus sit;* sed omnia in futuro reservantur incerta. Ideoque nemo de præteritis sit securus: quia quamvis Solitiorum conversatio probabilis sit, incertum tamen est hominibus, quo sint fine destinati. Tuno enim felix & beata eorum inchoatio, & tunc placet Deo eorum converratio, dum absque ullo erroris titubationis naufragio ad optatum finem perfectionemque prospero cursu perveniant. Quapropter studient Solitarii hanc Regulam breviter de sanctarum floribus scripturarum collectam, & sanctorum Patrum exemplis hinc inde muniam, sedula meditatione perlegere, & per singula verba discutere, ac memoriz commendare, & divina auxiliante gratia, juxta vires adimplere, quatenus ad eandem gloriam valeantem per *1. Cor. 2. 9.* venire, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascensit, quam præparavit Deus diligentibus iste: ipso opulante, qui vivit & regnat Deus per omnia seculorum, Amen.

*Explicit Regula Solitiorum.*

# CODICIS REGULARUM

## *PARS TERTIA,*

In qua SS. Patrum Regulæ ad  
VIRGINES.

S. AUGUSTINI Episcopi Hippoensis.

S. CÆSARII Arelatensis.

S. AURELIANI Arelatensis.

S. DONATI Vesontiensis.

Cujusdam PATRIS.

S. LEANDRI Hispalensis.

B. AELREDI Abbatis Rievallenfis.

SACRIS CHRISTI VIRGINIBUS  
**MARIAE INNOCENTIAE**  
ET  
**MARIAE GRATIAE**  
SORORIBUS BARBERINIS,  
**URBANI VIII. P. M.**  
ET  
**ANTONII CARDINALIS**  
**S. HONUPHRII**  
NEPTIBUS,  
**FRANCISCI EPISCOPI PORTUEN.**  
S. R. E. VICECANCELLARII.  
ET  
**ANTONII EPISCOPI TUSCULAN.**  
S. R. E. CAMERARII  
GERMANIS  
*REGULAS SS. PATRUM VIRGINIBUS*  
*Sanctimonialibus prescriptas,*  
ET  
**A.S. BENEDICTO ANIANENSI ABBATE**  
collectas, & Supplemento auctas  
*Humillimo Affetu Offert, Dat, Dicit, Consecrat*  
**LUCAS HOLSTENIUS.**

S. AURE-

S: AURELII AUGUSTINI  
HIPPONENSIS EPISCOPI  
EPISTOLA CIX.

Regulam Sanctimonialibus prescriptam continens.

DE REGULA S. AUGUSTINI  
RO. BELLARMINI S. R. E. CARD. JUDICIJUM  
Libro de Script. Ecclesiasticis.

*Ex tribus Regulis sola tertia est certa S. AUGUSTINI, sed faminis data, non viris: babetur enim in Epistola CIX. Reliqua dues non videntur AUGUSTINI.*

Observatio critica in Regulam sequentem,

Clarissimus HOLSTENIUS, postquam supra relatas XXIV. Monachorum Regulas publicaverat, tandem ad illas pro sacris Virginibus editas progettatur, atque hanc presentem à Magno S. AUGUSTINO Hipponensi Episcopo scriptam primo loco posuit. Omnes enim viri eruditii in hoc collimant, quod sanctissimus ille Ecclesie Doctor nullam pro Monachis vel Canonicis scripsit Regulam propriam sic dictam; etiamque tres communiter sub eius nomine circumferuntur. Et quidem hanc ipsa Regula in hoc Codice publicata dicitur REGULA SANCTIMONIALIBUS PRÆSCRIPTA, quia defumpta est ex ejusdem Epistola ad Sororem missa anno CCCXXXIII. qua in antiquis editionibus erat CIX. nunc autem in nova Operum editione Parisensi est Epistola CCXI. Hoc ipsum agnoverunt Doctores Lovanienses in suis Operum AUGUSTINI editionibus, atque Eminentissimus Bellarminus testatur, haec solam Regulam esse verum S. AUGUSTINI factum, & a tot Religious Viris & sacris Virginibus etiamque bodie excultam. Ex citata ergo Epistola conjecta est vera Augustinianensem Canoniconum Regula XXIV. articulos continent, & optima praecepta moralia sacris Virginibus necessaria tradens, quia, cum contineant religiosam vivendi & agendi normam, sic etiam & Viris profecte possunt; adeoque & illis praescribi solet hac Regula, cuius prima pars resedit est, in qua S. Legislator acriter increpat illas Moniales Virgines ob quasdam exortas dissensiones circa electionem Superioris, quam tamen HOLSTENIUS & huic Regula proposuit. Verum prater hanc veram & genuinam S. AUGUSTINI Regulam & multa alia magno ejus nominis assignatae solent, præfertim duas quas laudatus HOLSTENIUS sub eius nomine huic Codicis inferunt, nimirum sub titulo: CONSENSORIA MONACHORUM & REGULA INCERTI AUTHORIS, qua duas Regula reperiuntur supra pag. 136. & sequent. Atque easdem sub nomine S. AUGUSTINI exhibebimus in Additamentis; quantum fallacia magis appearat. Deinde magno huic Doctori attribui solebat olim (præfertim in Appendix secundi tomii Operum ejus Antwerpia anno 1570. pag. 369.) trattatus quidam de vita eremita ad Sororem, cuius tamen verum autborum agnoscunt eruditii extitisse B. Alredum Rivallensem in Anglia Abbatem, de Cod. Regal. Tom. I.

quo plura dicemus postea. Similiter quoque modis sub bujus Sancti nomine evulgari solent LXXVI. Sermones ad Fratres in eterno, qui quidem tanto Doctore indigni sunt, habentque pro auctore quendam Eremitam S. AUGUSTINI, seculo decimo quartod florentem; prout ex censura doctorum Editorum Opérum bujus Sancti in nova editione Parisenſi sub finem sexti tomī pag. 303. discimus. Atque hoc sunt, qua circa Regulam S. AUGUSTINI observatu digna sunt, quam quidem amplectuntur diversi utriusque Juxta Ordines religiosi, per particularia statuta & singulare Regule observationes ab invicem distincti, hunc tamen sanctissimum Doctorem tanquam suum Patriarcham venerantes.

## SANCTI AURELII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI EPISTOLA CIX.

Regulam Sanctimonialibus praescriptam continens.

**S**ICUT parata est severitas peccata que invenerit vindicare; ita non vult charitas quod vindictas invenerire. Hec causa fecit, ut ad vos non veniret, cum meam praesentiam quereretis; non ad pacis vestrae gaudium, sed ad dissensionis vestrae augmentum. Quomodo enim contemnerem, & impunitum relinquerem, si & me praesente tantus vester tumultus existeres, quantus me ablente, et si oculos meos latuit, tamen aures meas vestris ollibus verberravit? Nam fortassis etiam major esset vestra sedition in praesentia mea, cum necesse esset vobis non concedi, que in permicioſiſimum exemplum contra sanam disciplinam, quod vobis non expediri, petebatis: ac hic quales non volo inventirem vos; & ipse invenire a vobis, quem non volebatis. Cum ergo scribat Apofolus ad Corinthios dicens: Testem Deum fac super animam meam, quia parcer vobis nomen meum Corinthum; non quia dominarem fidei vestre, sed cooperares sumus gaudiū vestri: Hoc ego etiam dico vobis; quia parcer vobis non ad vos vendi. Pepercit etiam mihi, ne tristitiam super tristitia hahere: & elegi, non ut exhiberet faciem meam vobis, sed effundere cor mei Deo pro vobis; & cauſi magni periculi vestri, non apud vos verbis, sed apud Deum lacrymis agerem; ne convertat in luctum gaudium meum, quo soleo gaudere de vobis, & inter tanta scandala, quibus ubique abundat hic mundus, aliquando epiſolari: cogitans copiolam congregationem, & castam dilectionem, & sanctam conversationem vestram, & largiorem gratiam Dei, quia data est vobis; ut non solum carnales nuptias contemneretis, verum etiam eligeretis in domo societatem unanimes habitandi, ut sit vobis anima una, & cor unum in Deum.

e. Cor. 5.

Hec in vobis bona, hæc Dei dona confidemus, inter multas tempestates, quibus ex aliis malis quatitur, cor meum solet utique requieſcere. Carrabat benedictus, quis Gal. 5. vos fassinerat? Suabo illa non est ex Deo, qui vocavit vos. Medicum fermentum, nō. 1. Cor. 5. lo dicere quod sequitur, hoc enim magis cupio, & oro, & hortor, ut ipsum fermentum convertatur in melius; ne tota massa, sicut benedictus jam fecerat, convertatur in peccatum. Si ergo repullulaſtis fanum sapere, orate ne intraveris in tentationem; ne iterum in contentiones, zemulations, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, fusurrationes. Non enim sic plantavimus & rigavimus horum Dominicum in vobis, ut spinas metamus illas ex vobis. Si autem adhuc vestra tumultuantur infirmitas, orate ut eruanini de tentatione. Quia autem conturbant vos, si adhuc conturbant vos, nisi correxerint se, portabunt iudicium, quæcumque illæ facient. Cogitate quid mali sit, ut cum de Doco natis in unitate gaudeamus: interna schismata in Monasterio lugeamus. Perseverate in bono propofito, & non desiderabitis mutare Praepositam; qua in Monasterio illo per tam multos annos perseverante, & numero & aetate crevitis; que vos Mater non uero, sed animo fulcepit. Omnes enim quia illuc venistis, ibi eam aut sancte Praepositæ sorori meæ servient, placentem; aut etiam ipsam Praepositam, quia vos fulcepit, invenistis. Sub illa estis eruditæ; sub illa velatæ, sub illa multiplicatæ; & sic tumultuamini, ut eam vobis mutetis; cum lugere debaretis, si eam vobis mutare vellemus. Ipsa est quam noſtis; ipsa est ad quam venistis; ipsa est quam per tot annos habendo crevitis. Novum non acceperitis, nisi Praepositum: aut si propter illum queritis novi-

novitatem : & in ejus invidiam contra Matrem vestram sic rebellatis, cur non potius id petitis, ut ipse vobis mutetur ? Si autem hoc exhorretis, quia novi quomodo eum in Christo venerabiliter diligatis, cur non potius illam ? In vobis namque regendis : sic Praepositi rudimenta turbantur, ut magis velit vos ipse deferere, quam istam ex vobis famam & invidiam sustinere ; ut dicatur, non vos aliam quæslituras fuisse Praepositam, ni

ipsum exp̄sisteret habere Praepositem. Tranquillet ergo Deus, & componat animos vestros, ut non in vobis prævaleat opus diaboli ; sed pax Christi vincat in cordibus vestris nec dolore animi, quia non sit quod vultis, vel quia pudet vultis quod velle non debuitis, erubescendo curratis in mortem ; sed potius penitendo resumatis virtutem : nee habebitis paenitentiam Iudez traditoris, sed potius lacrymas Petri pastoris.

## SEQUITUR REGULA.

**H**ec sunt quæ ut observetis præcipimus in Monasterio constitutæ. Primum propter quod etsi in unum congregatz, ut unanimes habitetis in domo, & sit vobis cor unum & anima una in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sine vobis omnia communia, & distribuatur unicuique vestrum à Praeposito vestra virtus & tegumentum ; non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes ; sed unicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant ipsi omnia communia ; & distribuiebatur singulis prius enique opus erat.

II. Quæ aliquid habebant in seculo, quando ingressæ sunt Monasterium, libenter velint illud esse commune. Quæ autem non habebant, non ea querant in Monasterio, quæ nec foris habere poterunt : sed tamen carum infirmitati quod opus est tribuatur ; etsi pauperes earum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterant invenire. At non ideo putent se esse felices, quia invenerunt victum & tegumentum, quale foris invenire non potuerunt : nec erigant cervicē, quia sificantur eis, ad quas ioris accedere non audebant ; sed sursum cor habeant, & terrena bona non querant : ne incipient Monasterio esse divitibus utilia, non pauperibus, sed divites illic humiliantur & pauperes illic inflantur.

III. Sed rursus etiam illæ quæ aliquid esse videbantur in seculo, non habent satisdidio forores suas, quæ ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt : magis autem studeant, non de parentum divitium dignitate, sed de pauperum fororum societate gloriati. Nec extollantur si communæ vita de suis facultatibus aliquid contulerunt : neq; de suis diviciliis magis superbiant, quia eas Monasterio partiuuntur, quam si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, ut hanc superbia vero bonis operibus insidiatur,

ut pereant. Et quid prodest dispergendo pauperibus, & pauperem fieri, si anima misera superior efficiatur contemnendo, quam fuerat possidendo ? Omnes ergo unanimiter & concorditer vivite, & honorate in vobis invicem Deum, cuius templo factæ etsi.

IV. Orationibus inflate horis & temporibus constitutis. In oratorio nemo agat, nisi ad quod est factum, unde & nomen accepit, ut si aliquæ etiam præter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sine impedimentum, quæ ibi aliquid agere voluerint. Psalmis & Hymnis cùm oratis Deum, hoc veretur in corde, quod profertur in voce : & nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum : quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.

V. Carnem vestram domate jejuniis, & abstinentia escæ & potus, quantum valetudo permitit, quando autem aliqua non potest jejunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cùm ægrotat. Cùm acceditis ad mensam donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu & contentionibus audite. Nec solæ vobis fauces sumunt cibum, sed aures percipiunt Dei verbum. Quæ infirma sunt ex præsina consuetudine, si aliter tractantur in vîtu, non debet alii molestum esse, nec injustum videtur quas fecit alia consuetudo fortiores. Nec illæ feliciores potent, quia sumunt quod non sumunt ipsæ : sed sibi potius gratalentur, quia valent quod non valent illæ, & si eis, quæ venerunt ex morib; delicato; ad Monasteriū, aliquid alimentorum, vestimentorum, stramentorum, experimentorum datur, quod aliis fortioribus, & ideo felicioribus, non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari vita illæ ad istam descendenterint, quamvis usque ad aliarum, quæ sunt corpore fortiores, frugalitatem pervenire

nequierint. Nec illæ debent conturbari, quod eas vident amplius (non quia honorantur, sed quia tolerantur) accipere; ne contingat detectanda perversitas, ut in Monasterio, ubi quantum possunt, sunt divites laboriosæ, sicut pauperes delicate. Sanè quemadmodum agrotantes neccesse habent minus accipere ne graventur, ita post agritudinem sic tractandæ sunt ut citius recreentur, etiam si de humillima facili paupertate venerantur: tanguam illis hoc contulerit recentior agritudo, quod divisiis anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas recuperaverint, redeant ad feliciorum consuetudinem suam, que famulas Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: nec cibi eas teneat voluntas jam vegetas, quia necellitas leverat infirmas. Illæ se exilimenter ditiones, quæ fuerint in sustinenda parcitate fortiores. Melius est enim minus egere, quam plus habere.

VI. Non sit notabilis habitus vester, nec affecteris vestibus placere, sed moribus, nec sint vobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola subter apparent. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat negligenter, vel componat industria.

VII. Quando proceditis, simul ambulate: cum veneritis quo itis, simul state. In incisu, in statu, in habitu, in omnibus motibus vestris, nihil fiat quod illiciat cujusquam libidinem; sed quod vestram deceat sanctitatem. Oculi vestri etiæ jaouuntur in aliquem, figurant in neminem. Neque enim quando proceditis viros videre prohibemini, sed appetere, aut ab ipsis appeti velle. Nec solotactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur & appetit femina. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus occlusus impudici cordis est nuncius. Et cum se invicem fibi, etiam tacente lingua, conspicuæ mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscientiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet quæ in masculum fugit oculum, & illius in semetipsam diligit fixum, non ab aliis videri cum hoc facit, videtur omnino & à quibus videri non arbitratur. Sed ecce lateat, & à nemine hominum videatur; quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? An ideò putandus est non videre, quia tanto videt patientius, quanto sapientius? Illi ergo timeat sancta famina dispicere, ne velit viro male placere, illum cogitet omnia videre, ne velit viro male videri. Illius namque & in hac

causa commendatus est timor, ubi scriptum est: *Abraminus iſi Domino diligens Pro. 16. sc̄rum. Quando ergo simul estis in Ecclesia, & ubicunque ubi & viri sunt, invicem vestram pudicitiam custodite, Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto modo vos custodiet ex vobis.*

VIII. Et si hanc, de qua loquor oculi petulantiam in aliqua vestrum advertitis, statim admonete, ne excepta prorrogantur, sed ex proximo corringtontur. Si autem & post admonitionemq; iterum, vel alio quoconque die, id ipsum eam facere videritis, jam velut vulneratum sanandum prndat, quæcumque inventire potuit hoc: prius tamen est alteri vel tertiaz demonstrandum, ut duarum vel trium possit ore convinci, & competenter severitate coerceri. Nec vos judicetis esse malevolas, quando hoc indicatis; magis quippe innocentem non estis, si forores vestras, quas indicando corrigerem potestis, taceendo perire permititis. Si enim forutor vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, dum timeret fecari; nonne crudeliter abs fileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes eam manifestare, ne pernicioſius putrefacit in corde? Sed antequam alii demonstretur, per quas convincenda est si negaverit, prius Præpositus debet ostendere, si admonita neglexerit corrigi; ne forte possit secretus corrupta innotescere ceteris. Si autem negaverit, tunc neganti adhibenda sunt alia; ut jam coram omnibus possit non ab una teste argui, sed à duabus tribusve convinci. Convicta vero secundum Præpositus vel Presbyteri arbitrium debet emendatoriam sustinere vindictam: quam si ferre reculaverit, etiæ ipsa non abscesserit, de vestra societate proieciantur. Non enim & hoc sit crudeliter, sed misericorditer; ne contagione pestifera plurimas perdat. Et hoc quod dixi de oculo non exigendo, etiam in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis, vindicandisque peccatis diligenter observetur, cum dilectione hominum, & odio vitiiorum.

IX. Quæcumque autem in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo literas, vel qualibet munuscula accipiat; si hoc ultro confitetur, parcat illi, & oreetur pro ea: si autem apprehenditur atque convincitur, secundum arbitrium Præpositus, vel Presbyteri, vel etiam Episcopi gravius emendetur.

X. Vester vestras in uno loco habete, sub una custode vel duabus, vel quod sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea ledantur. Et sicut paucimini ex uno cellario, sic induamini ex uno vestiaro.

stario. Et si fieri potest , non ad vos pertineat , quid vobis induendum pro temporis congruentia proferatur , utrum hoc recipiat unaquaque vestrum , quod deposuerat , an aliud quod altera habuerat ; dum tamen uticuique quod opus est non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur , & conqueritur aliqua detersus aliquid se accepisse , quam prius haberat , & indignam se quia non ita vestiatur , sicut alia soror ejus vestiebatur ; hinc vos probate , quantum vobis desit in illo interiori sancto habetu cordis , quia pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra toleratur infirmitas , ut hoc recipiatis quod posueratis , in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis : ita sanè ut nulla sibi aliquid operetur , sive unde induatur , sive ubi jaceat , sive unde cingatur , vel caput contegar : sed omnia opera vestra in commune fiant , maiore studio , & frequentiori alacritate , quam si vobis propria saceretis. Charitas enim , de qua scriptum est , quod non queris quae sua sunt , sic intelligitur ; quia communia propriis , non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaveritis , tanto amplius vos protegisse noveritis : ut in omnibus , quibus utitur transitura necessitas , superemeinate quae permanet Charitas. Consequens ergo est , ut etiam illud , quod suis vel filiis , vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus , in Monasterio constitutis , aliquis vel aliqua conculerit , sive vestem , sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum , non occulte accipiat , sed sit in potestate Praeposita ; ut in commone redactum , cum necessarium futrit , prebeatur. Quod si aliqua rem sibi collata celaverit , furti iudicio condemnatur.

XI. Indumenta vestra secundum arbitrium Praeposita laventur ; sive à vobis , sive à fullonibus : ne interiores anima fordes contrahat mundus vestis nimis appetitus.

XII. Lavacrum etiam corporum , usque balnearum non sit assiduus , sed eo quo solet intervallo temporis tributatur , hoc est , semel in mense : Cujus autem infirmitatis necessitas cogit lavandum corpus , non longius differatur ; fiat sine murmure de consilio medici , ita ut etiam nolit , jubente Praeposita , faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit , & forte non expedit , suæ cupiditati non obediatur ; aliquando enim , etiam nocear , prodebet creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore , famule Dei dicenti quid sibi doleat , sine dubitatione credatur , sed

tamen utrum sanando illi dolori quod delectat expediat , si non est cartum , medicus consulatur. Nec ean ad balneas , sive quocunque ire necesse fuerit , minus quam tres. Nec illa quæ haber aliquo eundi necessitatem , cum quibus ipsa voluerit , sed cum quibus Praeposita jusserit , ire debet.

XIII. Aegrotantem cura , sive post rigitudinem reficiendarum , sive aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium , alicui debet injungi ; ut ipsa de Cellario petat , quod cuique opus esse perspexerit. Sive autem quae cellario , sive quae vestibus , sive quae codicibus preponuntur , sine murmure serviant sororibus suis.

XIV. Codices certa hora singulis diebus petantur : extra horam quae petiverint , non accipiunt. Vellimenta vero & calceamenta , quando fuerint indigenti necessaria , dare non differant , sed quarum custodia sunt , quae poscuntur.

XV. Lites aut nullas habeatis , aut quam celestrem finiatis ; ne ira crescat in odium , & crabem faciat de festuca , & animam faciat humicidam. Neque enim ad solos viros pertinet quod scriptum est : *Qui edit fratrem suum hominem efficit* : sed sexu masculino , quem primus Deus fecit , etiam feminus praeceptum sexus accepit.

XVI. Quocunque convito vel maledicto , vel etiam criminis objectu alteram laeserit , meminerit satisfactione quanto cyus curare quod fecit ; & illa quae laesa est , sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se laeserint , invitè sibi debita relaxare debebūt ; propter orationes vestras , quas atque quanto crebriores habetis , tanto sanctiores habere debetis. Melior est aurem quae quamvis ira sepe tentatur , tamen impetrare festinat , ut sibi dimittat , cui se fecisse agnoscit injuriam , quam quae tardius irascitur , & ad veniam petendam difficultius inclinatur.

XVII. Quae non vult dimittere sorori , non speret accipere orationis effectum , quae autem nunquam vult petere veniam , aut non ex animo petit , sine causa est in Monasterio , etiam si non inde projiciatur. Proinde vobis à verbis diuini parsit , quae si emissa fuerint ex ore vestro , non pigate ex ipso ore proferre medicamenta , ex quo facta sunt vulnera.

XVIII. Quando autem necessitas disciplina in moribus coercendis dicere vos verba dura compelliunt ; si etiam in ipsis modum vos excellisse sentitis , non à vobis exigite , ut ab eis veniam postuletis , ne apud eas , quas oportet esse subjectas , dum nimis servatur humilitas , regendi

regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino , qui novit etiam eas , quas plus iusta forte corripitis , quanta benevolentia diligatis.

XIX. Non autem carnalis , sed spiritualis inter vos debet esse dilectione. Nam quæ faciunt pudoris immemores etiam feminis summine jocando turpiter & ludendo , non solum à viduis & intactis ancillis Christi in sancto proposito confitutis ; sed omnino nec à mulieribus nuptris , nec à virginibus sunt facienda nuptris.

XX. Praepositus tanquam Mater obediatur , honore servato , ne in illa offendatur Deus : multo magis Presbytero , qui omnium vestrum curam gerit , ut ergo cuncta ista serventur ; & si quid servatum non fuerit , non negligenter prætereat , sed emendandum corrugendumque curetur , ad Praepositum præcipue pertinet ; ita ut ad Presbyterum , qui vobis intendit , referat , quod modum vel vires ejus excedit.

XXI. Ipsa vero non se existimet potestate dominante , sed charitate serviente felicem. Honore coram hominibus Praelecta sit vobis , coram Deo substrata sit pedibus vestris.


XXII. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat

inquietas , consoletur pusillanimes , fusi-<sup>Tim. 4.</sup>  
piat infirmas , patiens sit ad omnes ; disciplinam libens habeat , metuens impo-  
nat. Et quamvis utrumque sit necessarium , tamen plus à vobis amari appetat , quā timeri ; semper cogitans Deo se  
pro vobis reddituram esse rationem. Unde magis obediendo , non solum vestri , verū etiam ipsius misericordia ; quæ inter vos quanto in loco superiore , tanto in periculo majori versatur.

XXIII. Donet Dominus ut observetis hæc omnia cum dilectione , tanquam spiritualis pulchritudinis amatrices , & bono Christi odore de bona conversatione stantientes , non sicut ancillæ sub lege , sed sicut libere sub gratia constituta.

XXIV. Ut autem in hoc libello tanquam in speculo vos possitis inspicere , ne per oblivionem aliquid negligatis , sicut in septimana vobis legatur : & ubi vos inventeritis ea quæ scripta sunt facientes , agite gratias Domino bonorum omnium largitori , ubi autem sibi quæcumque vestrum videt deesse aliquid , doleat de præterito , caveat de futuro , orans ut debitum dimittatur , & in contemplationem non inducatur. Amen.

Explicit Regula S. Augustini.



## S. CÆSARII ARELATENSIS EPISCOPI REGULA AD VIRGINES.

### DE CÆSARIO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

MARTYROLOGIUM Rom. die xxv. Aug.

Arelate depositio Sancti CÆSARII Episcopi , mira sanctitatis & pietatis viri.

GENNADII ill. Eccl. Script. Cap. LXXXVI.

CÆSARIUS Arelatenis urbis Episcopus , vir sanctitate & virtute celeber , scriptit egregia , & grata validè , & Monachis necessaria opuscula , &c. floruit Anastasio Rempublicam gubernante.

CYPRIANUS lib. 1. de vita S. Cæsarii.

Inter bac autem præcipuum illud Monasterium quod forori sua condiderat caput , instar prioris inflaurauit ; & quasi alter quidem nostri temporis Noë , propter tempestates & procelas in latere Ecclesia feminarum extruxit Canobium , tanquam arcam : evocataque à Massiliensi Canobio venerabili forore sua Casaria , quam idcirco eo miserat , ut diceret quod doceret , & prius esset discepula , quam magi-

magistra; in preparata domicilia cum duabus aut tribus sodalibus introduxit. Confluerunt autem ad illam multa virginum caterva, rebus suis & facultatibus, atque ipsis etiam dulcissimis parentibus remunentes. Erant autem illo loco adeo inclusa, ut usque ad supremum vita diem nulli eorum fas esset extra Monasterium ostium progrederi.

IDEI lib. II. sub finem.

Interes crescit usque exitus Israël de terra Egypti, id est, anima sancta & hoc mundo corporalis vita migratio, jubet ergo se in Monasterio Virginum, quod ipse fundaverat, sella famulorum manu gestari, quasi consolaturus anxias, quibus suscipito transitus sui abstulerat somnum, & cibum oblivio. Alloquitur itaque prius quasi more & dulcedine sua ducentarum paularum venerabilem Casarium matrem, & consolatur, atque ad palmarum tendere superna vocationis bortatur, & ut teneant Regulam, quam ipse ante aliquot annos instituerat, monet.

GREGORIUS Tur. Hist. Franc. I. ix. Cap. XXXIX. In Epistola Euphronii, Praetextati, & aliorum Episcoporum ad Radegundim Reginam.

Specialiter definimus, si qua de locis sacerdotaliter nostra gubernationi Domino providente commissis in Pittava civitate vestro Monasterio meruerit sociari, secundum beatam memoriam Domini CÆSARII Arelatensis Episcopi constituta, nulli fit alterius discendi licentia; qua, sicut continet Regula, voluntate prodita videatur ingressa: ne unius turpi dedecore ducatur in crimen, quod apud omnes emicat in bonore.

Ibidem Cap. xl.

Post bac eam Pontificis sui sapientiam quereret (Radegundis,) nec posset adiungi, necessitate commota cum Abbatissa sua, quam instituerat, Arelatensem urbem expetunt: de qua Regula Sancti CÆSARII atque Casaria beata suscepta, Regis se tuitione munierunt.

Ibid. Cap. XIII. in Epist. B. Radegundis ad Episcopos.

Insuper congregations per me Christo praefante collecta Regulam sub qua sancta Casaria dedit, quem solicudo B. CÆSARII Antifititis Arelatensis ex institutione sanctorum Patrum convenienter collegit, adscrivi.

VENANTIUS lib. VIII. Carm. I. de S. Radegundi.

Regula CÆSARII linea nota tibi est.

IDEI Carm. 4.

Concipiente fidem Christi Radegundis amore,  
CÆSARII lambit Regula quidquid habet.

Meminit quoque hujus Regulæ S. DONATUS Afer in Prafatione sua Collectio-  
nis, & S. BENEDICTUS Anianus Abbas in Concordia Regularum.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*De S. CÆSARIO Arelatensi Episcopo, ejusque ad Monachos Regula jam in antecellum debito loco egimus: Nunc de alia sacris Virginibus data agendum est, qua quidem primi proliziò continet XLIII. capitula, prater Recapitulationem XXI. articulis comprehensam. Hanc vero Regulam scripsisse videtur S. CÆSARIUS post adeptum Episcopatum; illa enim continet integrum disciplinam Monachis traditam, sed sacris Virginibus adaptatam. Et quia ab exordio conditi novi monasterii non omnia necessaria precepta exhibere valuerit, sic & Recapitulationem scripsit, salutaria monita & Sanctorum iudicibus Forminis propria, praeferunt circa vi-  
cium & vestitum, completem, cui quidem Recapitulatio superaddita sunt longè post mortem S. CÆSARII duo ultima capitula, utpote ex S. Benedicti Re-  
gula desumpta; prout ibidem notatur. Interim bac de praesenti Regula ab HOL-  
STENIO edita debent intelligi; nam Bollandus in suis Sanctorum Actis, ad  
diem XII. Januarii, longè diversam ejusdem Regula distributionem profert, in  
duodecim proliza capita eam dividens, addensque insuper duo proliza satis capi-  
ta, qua hic desiderantur: unum, continens Officium divini distributionem, alterum  
verò de jejuniis regularibus agens. Quia tamen diversa capitum distributione nulla-*

Cod. Regul. Tom. I.

Y y

tenus

tenus impedit debet sacra bujus Regula authenticitatem, etiam si duo ultima capita Recopitulationis apud Bellendum non inveniantur; cum & bac ex S. Benedicto defumpta agnoscat HOLSTENIUS, & in utraque editione comprehendantur eadem praecepta moralia ac monita monastica, iisdem verbis & sententiis expressa; ita ut sola diversitas veretur secundum variam capitum & articulorum distributionem. Pulcherrima sunt leges in hoc Regula prescripta, omnibus sacris Virginibus cuiuscunq; Ordinis sapienter proponenda, & quas non solum S. CÆSARII Legislatoris Soror cum ducentis Virginibus amplexa est, sed etiam alia magni nominis Sanctimoniales Feminae in diversis locis excoluerunt; præsertim S. Radegundis ex Regina facta Monache, qua hanc S. CÆSARII Regulam in partem non suam Pictaviensem introduxit. Huc quoque Regula subiuxit HOLSTENIUS Sermonem eruditum sicuti & Epistolam S. CÆSARII ad sacras Virgines missam, quemadmodum & Testamentum ipsius sanctissimi Episcopi. Quia sunt veneranda antiquitatis monumenta ab omnibus ecclesiastica & monastica disciplina cultoriis summo in pretio esse debent, mentibus utriusque sexus Religiosorum diligenter inculcanda.

## INCIPIT PROLOGUS SANCTI CÆSARII EPISCOPI AD VIRGINES.

*Sanctis & plurimum in Christo venerandis Sororibus in Monasterio  
quod Deo inspirante & juvante condidimus, constitutis  
CÆSARIUS EPISCOPUS.*

Cap. 3. **Q**UIA nobis Dominus pro sua misericordia inspirante, & adjuvante dignatus est, ut vobis Monasterium conderemus; quomodo in ipso Monasterio vivere debeatis secundum statuta antiquorum Patrum, monita vobis spiritualia ac sancta condidimus: quae Deo adjuvante custodiire possitis. Jugiter in Monasterii cellula residentes visitationem Filii Dei afflitis orationibus implorate; ut polles cum fiducia possitis dicere; *Ite manus quaevis ut anima nostra.* Et ideo vos sacras Virgines, & Deo deditas an-

mas rogo, que incensis lampadibus cum secura conscientia Domini prestatatis adventum, ut quia me pro constitudo vobis Monasterio laborasse cognoscitis, vestri me Itineris socium fieri sanctis operationibus postuleatis, ut cum in regno cum sanctis ac sapientibus virginibus feliciter introibitis, me cum filiis non emanere foris vestro suffragio obtineatis: orante pro me sanctimonia vestra, ut inter preciosissimas Ecclesiaz gemnas micantem favor divinus & presentibus repleat bonis, & dignum reddat aeternis.

## INCIPIUNT CAPITULA.

1. *In primis obseruandam est, ut de Monasterio nique ad mortem suam nulla egressiatur.*
2. *A malodio & juremento absincent.*
3. *De habitu mutando, & obedientia exhibenda.*
4. *Ut nihil ex his que faciem exhibuit nisi reservet, nos per seipsum eleemosynas faciat.*
5. *Ut nulla infantula nisi à senio anno excipiatur.*
6. *Ut unaquaque non quod ipsa voluerit, sed quod ei iussum fuerit, operetur.*
7. *Ut nemo cellularum peculiares habeat.*
8. *Ut dum pfallitur, nemo loqueratur.*
9. *Nemo filium cuiuscunq; de fener fasciaperat.*
10. *Ut signe tecto nulla tardius veniat.*
11. *Qualis debet esse ancilla Domini dum cagiatur.*
12. *Qualiter se debeat, que aliquid neglegenter agerit, humiliare.*
13. *In vigiliis studendum ut nemo dormiat.*
14. *Ut in laetitia faciendum suum pensum quotidianum accipiat.*
15. *Ut nemo sibi aliquid proprium judiceret.*
16. *Marri & Prepositi obedientiam: ad mensam penitus non loquendam.*
17. *Ut omni tempore duabus horis lectiunculae uacent.*
18. *Ut sedentes ad opera, aut meditantes, que sancta sunt, aut rident.*
19. *Ut*

19. Ut que nobiles sunt, de divitîis vel patrarente nobilitate non excedantur.  
 20. Ut domi psallent quod sonat in ore, hoc teneatur in corde.  
 21. De confusione oculorum.  
 22. Ut peccatum aeternum non coletur.  
 23. Nihil occulte accipientur.  
 24. Qualiter distingui debant, que aut sursum fecerint, aut invicem fibi maxum misericordia.  
 25. Ut sollicitudine Proposita vestimenta siant: à Matre dispensentur.  
 26. Ut in una cellula vestimenta sanctorum Sandimonialium reponantur.  
 27. Ut nemo fibi proprium aliquid operetur.  
 28. Qualis vel qualiter Cellaria debet ordinari.  
 29. Qualiter balneo debeant uti.  
 30. Qualis in cella infirmarum Proposita esse debet, & qualiter cellularum sequentiam ipse infirmi habeant.  
 31. Qualiter distingi debet hat, que aut convexus, aut maledictus, aut quibuscumque criminibus leserit fortes fuit.  
 32. Qualiter agere debet Abbatissa.  
 33. Qualiter Proviseores Monasterii intra Monasterium debent intrare.
34. Ut viri aut mulieres facultates in Monasterium non introcant.  
 35. Quomodo Abbatissa in salutarium procedere debeat.  
 36. Ut curvulum in Monasterio nulli fiat, nisi de aliis aut locis, aut civitatis urbanis religiosis summine.  
 37. Qualiter ancilla Dei suas parentes debet salutare.  
 38. Ut Abbatissa nunquam nisi infirmitate faciente extra congregationem manducet.  
 39. Admonitus vel confessio qualiter Abbatis, Proposita, vel Cellaria infirmis debet obtemperare.  
 40. Ut ancille Dei nihil à parentibus transmissum sine consilio Abbatissa inscipliant: quod plus fuerit quam opus est, illis qua indigent ministraret.  
 41. Qualiter tintura fiat: vel lectulalia quia babere debeant.  
 42. De plumariori, & ornati monasterii.  
 43. Confessio ac recapitatio, ut nibil de infirmitate munimatur.

Explicit Capitula.

## REGULA S. CÆSARII.

**Q**UIA multa in Monasteriis puellarum aut Monachorum instituta distare videntur, elegimus paucam de pluribus, quibus senioro cum junioribus regulariter vivant, & spiritualiter implere contendant, quod specialiter suo sexui aptum esse perspexerint; haec sanctis animabus vestris prima conveniunt.

I. Si qua relictis parentibus suis sculo renunciare, & sanctum ovile voluerit introire, ut spiritualium luporum fauces Deo adjuvante possit evadere, usque ad mortem suam de Monasterio non egrediatur, nec de Basilica, ubi ostium esse videtur.

II. Juramentum & maledictum, volunt venenum diaboli, fugere & vitare contendat.

III. Et ergo quæ Deo inspirante convertitur, non licet statim habitum religionis assumere, nisi antea in multis experimentis fuerit voluntas illius approbata: sed uni ex senioribus tradita annum integrum in eo, quo venit, habitu per severet. De ipso tamen habitu mutando, vel lecto in schola habendo, sit in potestate Prioris; & quomodo personam vel compunctionem viderit, ita vel celerius, vel tardius studeat tempetare.

Cod. Regul. Tom. L.

IV. Quæ autem viduz, aut marititis relictis, aut mutatis vestibus ad Monasterium veniunt, non excipiuntur, nisi ante de omni facultata sua, qui volunt, chartas, aut donationes, aut venditiones faciant: ita ut nihil suæ potestati, quod peculiariter aut ordinare, aut pollicidere videantur, referentes; propter illud Domini: Si vix perfelix essem, Matth. 19. vade, vende omnia quæ possides. Eccl. Si quis Luc. 14. non reliquerit omnia, & secundum me fuerit meus non posset esse discipulus. Hoc ideo dico, venerabiles filii, quia sanctimoniales quæ possessionem habuerint, perfectionem habere non poterunt. Quam rem etiam & illæ, quæ Virgines convertuntur, implere noluerit, aut non recipiuntur, aut certè vestimenta religiosa non permittantur accipere, donec se ab omnibus impedimentis mundi istius liberas fecerint. Illæ vero quæ adhuc vivis parentibus substantiam suam in potestate habere non possunt, aut adhuc minoris aetatis sunt, chartas tunc facere compellantur, quando res parentum in potestate habere potuerint, aut ad legitimam aetatem pervenerint. Ideo hoc sanctis animabus vestris precipimus, timentes exemplum Ananiz & Saphire, aa. 5. qui cum totum se dixissent Apostolis obtulisse, partem obculerunt, partem.

Y y 2

Gbi

fibi infideliter reservaverunt, quod fieri nec decet, nec licet, nec expedit. Ancillam propriam nulli, nec etiam Abbatis, licet in servitio suo habere; sed si opus habuerit, de junioribus in solatum suum accipiat.

V. Et si fieri potest, aut difficile, aut nulla unquam in Monasterio infantula patrula, nisi ab annis sex aut septem, que jam & literas dicere, & obedientia possit obtemperare, suscipiantur. Nobilium filiae sive ignobilium, ad nutriendum aut docendum, penitus non accipiuntur.

VI. Nemo sibi aliquid operis vel artificii pro suo libitu eligat faciendum: sed in arbitrio Senioris erit, quod utile prospexerit imperandum.

VII. Nulli liceat semotam eligere mansioem; nec habebit cubiculum, vel armoriolum, aut aliquid huiusmodi, quod peculiarius claudi possit: sed omnes divisis lectulis in una manente cellula. Quae vero senes sunt & infirmæ, ita illis convenit obtemperari, vel ordinari; ut non singulæ singulas cellas habeant, sed in una recipiantur omnes, ubi & manent.

VIII. Nunquam altiori voce loquuntur, secundum illud Apostoli: *Omnis clamor tollatur à vobis.* Similiter dum psalmitur, fabulari omnino vel operari non liceat.

IX. Nulla cujuslibet filiam in baptisnum, neque divitis, neque pauperis, presumat accipere.

X. Quæ signo tacto tardius ad opus Dei, vel ad opera venerit, increpatiæ, ut dignum est, subjacebit. Quod si secundo aut tertio admonitione emendare noluerit, à communione, vel à convivio separetur.

XI. Quæ pro qualibet culpa admonetur, castigatur, corripitur, arguenti respondere penitus non presumat, quæ aliquid ex iis quæ jubentur implere noluerit, à communione orationis, vel à mensa, secundum qualitatem culpe, sequestrabitur.

XII. Quæ coquent singuli illis meti pro labore addantur. In omni ministerio, corporali tamen, in coquina, vel quidquid quotidianus exigit usus, vicibus sibi, excepta Matre vel Präposita, succedere debent.

XIII. In vigiliis, ut nemo per otium somno gravetur, ea opera fiat quæ mentem non retrahat à lectionis auditu. Si qua gravatur somno, allis sedentibus jubearit stare, ut polli sit se somni marcorem repellere: ne in opere Dei aut trepidâ inveniatur, aut negligens.

XIV. In ipsis lanificiis faciendum pensum suum quotidianum cum humilitate accipiant, & cum grandi industria implere contendant.

XV. Nemo sibi aliquid judicet proprium, sive in vestimento, sive in quacunque alia re.

XVI. Nemo cum murmuratione aliquid faciat, ne simili judicio pereat murmuratorum; secundum illud Apostoli: *Omnia facite sine murmurationibus.* Matri Phil. 2. post Deum omnes obdiant: Präpositæ deferant. Sedentes ad mensam tacent, & animum lectioni intendant. Cum autem lectio cessaverit, meditatio sancta de corde non cesset. Si vero aliiquid opus fuerit, quæ mensa preter folicitudinem gerat, & quod est necessarium natu magis quam voce petat. Nec sole vobis fauces sumant cibum, sed & aures accidant Dei verbum.

XVII. Omnes literas discant; omni tempore duabus horis, hoc est à mane usque ad horam secundam, lectioni vacent.

XVIII. Reliquo vero diei spatio facient opera sua, & non se fabulis occupent: propter illud Apostoli: *Cum filii eius operantes.* Et illud: *In multiloquio non effugies peccatum.* Et ideo hoc vobis omnino loquendum est, quod ad adificationem, vel utilitatem animæ pertinet. Cum autem necessitas operis exegerit, tunc loquantur. Reliquis vero in unum operantibus, una de sororibus usque ad tertiam legat, de reliquo meditatio verbis Dei & oratio de corde non cesset. Sit vobis anima una & cor unum in Domino, sint vobis omnia communia; sic enim legitur in Actibus Apostolorum; *Quia trans actus 4. dies omnia communia;* & distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat.

XIX. Quæ aliquid habebant in seculo, quando ingrediuntur Monasterium, humiliiter illud offerent Matri, communibus usibus profuturum. Quæ autem non habuerunt, non ea querant in Monasterio, quæ nec soris habere potuerunt. Illæ vero, quæ aliquid videbantur habere in seculo, non fastidiant sorores suas, que ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt: nec sic de suis divilis superbiant, quas Monasterio obtulerunt, quomodo si eis in seculo fruerentur. Quid prodest dispergere, & dando pauperibus pauperem fieri, si misera anima diabolica influet superbia? Omnes ergo unanimiter & concorditer vivite; & honorate in vobis invicem Deum, cuius templo esse meruit. Orationibus sine intermissione infistite, secundum illud Evangelij: *Orantes tunc ei. in omni tempore, ut digni habeamini.* Et A. 1. Thess. 5: postolus; *Sine intermissione orate.*

XX. Cum

XX. Cum verò psalmis & hymnis oratis Deum, id versetar in corde, quod profertur in voce. Quodcumque operis feceritis, quando lectio non legitur, de divinitate scripturarum semper aliquid ruminante. Agrotantes verò sic tractandae sunt, ut cito convalefacient: sed cum virtus pristinas reparaverint; redeant ad feliciorum abstinentie confuetudinem. Non sit notabilis habitus vester; nec affectus vestib⁹ placere, sed moribus, quod vestrum decet propositum.

XXI. Nulla in vobis concupiscentia oculorum cujuscumque viri diabolo instigante confurgat: nec dicatis vos animos habere pudicos, si oculus impudici cordis est nuntius. Nec putare debet, quae in virum non simpliciter convertit appetitum, ab aliis se non videri, cum hac facit: videtur omnino à quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat, ut à nemine hominum videatur; quid faciet de illo superno inspectore, cui late omnino non potest? Timeat ergo disciplinare Deo, cogitet ne male placeat viro. Quando ergo simul statis, si aut Provisor Monasterii, aut aliquis cum eo viorum supervenerint, invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto vos modo custodiet.

XXII. Si quam verò liberius, quam decet, agere videritis, secretus corrripe, ut fororem; si audire neglexeris, Matri in noticiam ponite, nec vos judicent esse malevolas, quando hoc sancto animo indicatis: magis enim nocentes estis, & peccati ipsius participes vos facitis, si fororem vestram, quam castigando corrigerem potuistis, tacendo perire permittatis. Si enim vulnus haberet in corpore, & esset à serpente percussa, & veller hoc occultare, dum tamen fecisti, nonne crudeliter hoc taceretur, misericorditer proderetur? quanto ergo & magis consilia diaboli, & insidias illius malfestare debetis, ne in deterius vulnus peccati augeatur in corde, ne concupiscentia malum illius nutritur. In pectora? Et hoc facite cum dilectione sororum, & odio vitiorum.

XXIII. Quicumque autem, quod Deus non patiatur, in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo literas, aut quelibet mandata, aut munuscula accipiat; si hoc ultro confessum fuerit, indulgentiam mereatur, & ore tur pro ea; si autem celans proditur, vel convincitur, secundum statuta Monasterii gravius emendetur. Simili etiam distinctioni subjaceat, si vel ipsa culicunque literas, aut munuscula transmittere facilego ausu presumperit; pro affectu

tamen parentum, aut ejusdemque notitia, si aliqua transmittere voluerit eulogiam panis, Matri suggestat: & si ipsa permisit, per Posticariam det, & ipsa nomine illius transmittant, cui voluerit ipsa sine Preposita, aut Posticaria per se, non presumat nec dare nec accipere quidquam.

XXIV. Et quamvis non solum cogitari, sed omnino credi nec debeat, quod sanctæ Virgines duris se sermonibus, vel convictis mordeant; tamen si forte, ut se habet humana fragilitas, in tantum nescias aliquæ de sororibus ausu fuerint diabolo instigante protumpere, ut aut furtum faciant, aut in se invicem manus mittant, justum est, ut legitimam disciplinam accipiant, à quibus Regulem instituta violantur. Necesse est enim, ut in eis impleatur illud, quod de disciplinacis filiis per Salomonem predixit Spiritus sanctus: *Qui diligit filium suum Eccl. 30. affidat illi flagellum:* Et iterum: *Tu virga Prov. 23. cum cedis, aviam eum de inferno liberabis.* Disciplinam ipsam in presentia Congregationis accipiant, secundum illud Apoliti: *Peccantes coram omnibus corrige.*

*i. Tim. 5;*

XXV. Et quia Monasterii Mater necessitate habet pro animarum salute sollicitudinem gerere, & de substancialia Monasterii, quod ad victum corporis opus est, jugiter cogitare, salutantibus etiam affectum impendere, & Epistolis quorumcumque fidelium respondere; omnis lanifici cura, unde vestimenta sanctis Sororibus ministrentur, ad sollicitudinem Præpositorum vel Lanipendium pertinebit. Per quarum industrias ita fidelerit, cum zelo & amore Dei, vestimenta quæcumque sunt necessaria præparentur, ut quotiescumque sanctis Sororibus opus fuerit, cum sancta discretione dispenset.

XXVI. Quia tamen vestimenta cum tanta industria in Monasterio fiunt, ut ea numquam necesse sit Abbatissæ extra Monasterium comparare. Et non ad vos pertinet quale vobis indumentum pro temporis congruentia præferatur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmur oriuntur, si aliquæ ex vobis minus forte dignum aliquod accepérint, quam prius haberint; hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiorे sancto habitu cordis, que habitu corporis murmuratis. Si vestra toleratur in hermitas, ut amplius quam victus quotidianus exigit habeatis, in uno tamen loco sub communi custode quod habueritis reponite, & claves de arcellis, vel pressoribus vestris Registoria teneat.

XXVII. Nulla sibi aliquid proprium operetur, nisi cui Abbatissæ præceperit, aut permiserit: sed omnia opera vestra

## REGULA

in commune fiant, tam sancto studio & fervente alacitate, quomodo si vobis propria sacerdotia.

XXVIII. Ad cellarium, & ad postlicium, vel lanipendium tales à Seniore elegantur, non que voluntates aliquarum, sed necessitates omnium cum timore Dei considerent, & ideo quidquid ad manducandum vel bibendum pertinet, nulla de fororibus profumat circa lectum suum reponere, aut habere. Quicumque autem hoc fecerit, gravissimum distictionem suscitat. Ante omnia coram Deo & Angelis ejus obtuler, ut nulla de fororibus vinum occulte aut emat, aut undecumque transmissum accipiat: sed si transmissum fuerit, precente Abbatissâ vel Praeposita, Posticariâ accipient, & Canavarie tradant; & per ipsius dispensationem, secundum institutionem Regulæ, illi cui transmissum est, quomodo infirmati suæ convénient, ita dispensetur. Et quia solet fieri, ut cella Monasterii non semper bonum vinum habeat, ad fæcæ Abbatis curam pertinebit, ut tale vinum provideat, unde aut infirma aut illæ que sunt delicatius nutritæ, palpantur.

XXIX. Lavacra etiam, cujus infirmitas exposcit, minimè denegentur: sed si sine murmuratione de consilio Medicinae; ita ut etiæ lavare nollet illa que infirma est, jubente Seniore fiat quod opus fuerit pro salute. Si autem nulla infirmitate compellitur, cupiditati suæ non praebeatur assensus.

XXX. Aërgantantium cura sive aliqua imbecillitate laborantium unî fatis fidelis & compunctæ debet injungi, quæ de cellario petat quodcumque opus esse perspexerit: & talis eligi debet, quæ & Monasteriale rigorem custodiatur, & infirmis cum pietate deserviat. Et si hoc necessitas infirmatum exegerit, & Matri Monasterii julum visum fuerit, etiam cellulariolum & coquinam suam infirmitate communem habeant. Quæ cellulari sive canava, sive vestibus, vel codicibus, aut posticio, vel lanipendio preponuntur, super Evangelium claves accipiunt, & sine mognurazione serviant taliquis. Si quæ verò vestimenta, caleamenta, utensilia negligenter expendenda vel custodienda putarint, tanquam interversores rerum Monasterialium severius corriganter.

XXXI. Lites nullas habeatis, secundum illud Apostoli: *Servum Dei non spernetis litigare;* & illud: *abstineat à lito, & minnes peccata;* aut si fuerit, quam celarius finiantur; ne ira crescat in odium, & secula crescat in trahem, & efficiatur anima homicida, sic enim legis;

*Qui edit fratrem suum homicida est.* Et *i. Joan. 3. levantes sanctas manus, sine ira & discipula.* *i. Tim. 2. siue.* Quicumque convicio vel maledicto, vel etiam criminis objectu laferit fororem suam, meminerit culpam satisfactione purgare; quod vitium si iterare presumplerit, distictione severissima securatur, usquequo per satisfactionem recipi mereatur. Juniores præcipue senioribus deferant. Si quis vero pro qua cumque re excommunicata fuerit, remota à Congregatione in loco, quo Abbatissa iussit, cum una de spiritualibus fororibus residat, quoisque humiliter punitendo indulgentiæ accipiat. Si autem, ut fieri solet stimulante diabolo, invicè se laferint, invicè sibi veniam petere, & debita relaxare debebunt, propter orationes, quas utique quanto crebriores, tanto pueriores habere debent. Quod si illa cui venia petitur indulgere forori suæ noluerit, à communione removetur, & timet illud: *Quod si non dimiserit, non d. Matth. 6. mitterat ei.* Que autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit; aut cui petitur, si non dimicet, sine causa in Monasterio esse videtur. Prinde vobis à verbis durioribus parcite: quæ si admisla fuerint, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera. Quando autem vos, que Praeposita estis, necessitas disciplina pro malis moribus colrcndis dicere verba dura compellit, si etiam in ipsis modum vos excelsisse fortasse sentitis, non à vobis exigitur, ut veniam postuletis; ne apud eas quas oportet esse subjectas, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen pertenda est veniam ab omnium Domino, qui novit etiam, quæ plus justè corripitis, quanta benevolentia diligatis.

XXXII: Matri quæ omnium vestrum cura gerit, & Praeposita, sine murmuratione obediatis, ne in illis charitas contristetur. Ipsi verò que vobis præfunt, cum charitate & vera pietate distinctionem & Regulam studeant custodire. Circa omnes scipias bonorum operum præbeant exemplum: corripiant inquietas, consolentur pusilliænes, sustineant infirmas; sepe cogitantes Deo se pro vobis reddituras esse rationem; unde & vos magis sanctè obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsarum misericordiæ: quia inter vos quanto ordine superiores esse videntur, tanto in periculo majori versantur. Pro qua re non solum Matri, sed & Praeposita, primarie, vel primarie cum reverentia humiliter obedite.

XXXIII. Ante omnia propter custodiendam famam vestram nullus virorum

In secreta parte in Monasterio, & in orationis introeat, exceptis Episcopis, Provvisoris, & Presbytero, Diacono, Subdiacono, & uno vel duobus lectoribus, quos & aetas & vita commendet, qui aliquoties missas facere debeant. Cum vero aut teatula restaurandis sunt, aut ostia vel fenestræ sunt componendæ, aut aliquid hujusmodi reparandum, artifices tantum & servi ad operandum aliiquid, si necessitas exegerit, cum Provisor intrœcat: sed nec ipsi sine scientia aut permisso Matris. Ipse vero Provisor interiori partem Monasterii, nisi pro iis utilitatibus, quas superius comprehendimus, nunquam intrœcat; & aut nonquam, aut difficile, sine Abbatissa, aut alia honestissima teste: ut secretum suum sancta, sicut decet & expedit, habeant.

XXXIV. Matronæ etiam seculares, vel puerile, seu reliquæ mulieres, aut viri adhuc in habitu laico, similiter intrœtro prohibeantur.

XXXV. Observandum est, ne Abbatissa ad salutantes in salutatorium sine digno honore suo, hoc est, sine duabus aut tribus fororibus, procedat. Episcopi, Abbates, vel reliqui Religiosi, quos magna vita commendat, si petierint, debent ad orationem in Oratorium introire. Observandum est etiam, ut janua Monasterii opportunis horis salutantibus patet.

XXXVI. Convivium etiam his personis, hoc est, Episcopis, Abbatis, Monachis, Clericis, secularibus viris, mulieribus in habitu seculari, nec Abbatissæ parentibus, nec aliqua Sanctimoniis unquam, nec in Monasterio, vel extra Monasterium præparatis: sed nec Episcopo hujus civitatis, nec Provotori quidem ipsius Monasterii convivium fiat. De civitate vero nec religiose frenimur, nisi forte sint magnæ conversationis, & quæ Monasterium satis honorent: & hoc rarissime fiat. Si qua tamen de alia civitate ad requirendam filiam suam, aut ad visitandum Monasterium venerit, si Religiosa est, & Abbatissa visum fuerit, debet ad convivium vocari, reliqua penitus nonquam, quia sanctæ Virgines & Deo devote magis Christo vacantes pro universo populo debent orare, quam corporalia convivia preparare.

XXXVII. Si quis vero germanam suam, vel filiam, aut quamlibet parentem, aut sibi cognitam videre voluerit, presente Formaria, vel qualibet seniori, si conloqui non negetur.

XXXVIII. Abbatissa, nisi inæqualitate aliqua aut infirmitate, vel occupatione compellente, extra congregacionem penitus non reficiatur.

XXXIX. Illud ante omnia te, sancta Mater, & te venerabilis quacumque fueris Præposita, etiam cuicunque cura committenda est infirmarum; Primiceria etiam, vel Formaria, admoneo & contester; ut vigilansimè considereris, ut si sunt aliquæ de fororibus, quæ pro eo quod aut delicatus nutritæ sunt, aut defectionem forsan flomachi frequentius patiuntur, & si quæ reliquæ abstinere non possunt, aut certè cum grandi labore jejunant, si illæ propter verecundiam petere non presumunt, vos eis beatissimæ à Cellulis dari, & ipsis ut accipiant ordinetis. Et certissimè confidant, quidquid dispensante aut jubente Seniore qualibet hora percipient, in illa repauoratione Christum accipient. Cellaria vero, & illa quæ infirmis servitura est, super omnem sollicitudinem cura illis & diligenter infirmarum coram Deo & Angelis ejus denuntietur. Hoc etiam moneo, ut propter nimiam inquietudinem ad januam Monasterii quotidiane vel assidue eleemosyne non fiant; sed quod Deus dedit ut possit usibus Monasterii remanere, Abbatissa per Provisorem ordinet pauperibus dispensari.

XL. Ante omnia observandum est, ut si sue filie aliquis vel aliqua necessitudine ad se pertinenti, vestimenta, vel aliiquid aliud dederit, sive transmiserit, non occulte accipiatur: pro qua re omnes quæ ad poticulum observaverint, contester coram Deo & Angelis ejus, ut nihil de Monasterio permittant dari, vel à foris in Monasterio acquiescant excipi, contra conscientiam, vel confilium Abbatissæ: tamea si Abbatissa, ut affloret, cum salutatoribus occupata fuerit, Postulariae præpositæ ostendant quodcumque exhibiti fuerit. Quam rem si implere neglexerint, & illæ Postulariae, quæ permittunt, & illæ quæ excipiunt, non solum distinctione Monasterii gravissimæ fuissebunt: sed propter transgressionem sanctæ Regule caplare me cum ante Deum noverint esse dicturas. Ipsum vero quod transmissum fuerit, si illi opus ad usus fuos fuerit; ipsa habeat: si vero illa nihil indiget, in commune redactum cui est necessarium prebeat; propter illud Domini mandatum: *Qui habet duas tunicas det non haec*, & *hæci*. Indumenta vero ipsa cum nova accipiunt, si vetera necessaria non haberint, Abbatissa refundant, pauperibus aut incipientibus, vel junioribus dispensanda. Omnia vero indumenta simplici tantum & honesto colore habeant, nunquam nigra, non lucida, sed tantum laeta, vel laetitia, in Monasterio per industriam Præpositæ, vel sollicitudinem Lanapendie fiant, & à Matre Monasterii, quo-

quomodo cuique rationabiliter necesse fuerit, dispensentur.

XLI. Tinctura in Monasterio nulla alla sita, nisi ut supra dictum est, laia, & lactina: quia aliud humiliati virginem non oportet. Lectalia vero ipsa simplicia sunt; nam fatus indecorum est, si in lecto religioso stragula secularia, aut tapetia picta resplendent. Argentum in usu vestro non habeatis, absque ministerio oratorii.

XLII. Plumaria & acupictura, & omne polymutum, vel stragula, sive ornatura, nunquam in Monasterio sint. Ipsa etiam ornamenta in Monasterio simplicia esse debent, nunquam plumata, nunquam holosferica: & nihil aliud in ipsis, nisi crucis aut nigrae, aut lactinea tantum opere farfusio de pannis aut illeis apponatur. Nam nec vela cerata appendi, nec tabule pictae affigi, nec in parietibus vel cameris ulla pictura fieri debet: quia in Monasterio quod non humanis sed spiritualibus tantum oculis placet, esse debet. Si vero aliqua ornamenta, vel a vobis, vel ab alio de fidelibus Monasterii collata fuerint, aut in usibus Monasterii profutura vendantur, aut sancte Marie Basilice, si necesse fu-

rit, deputentur. Acupictura nunquam nisi in mappulis, & facitergiis, in quibus Abbatissa iussirerit, sicut. Nulla ex vobis, extra iussionem Abbatissae, presumat Clericorum, sive Laicorum, vel parentum, nec cujusque virorum sive mulierum extranearum vestimenta, aut ad lavandum, aut ad confundendum, aut ad reponendum, aut ad tingendum accipere sine iussione Abbatissae, ne per itam locutam & honestaci inimicam familiaritatem fama Monasterii hedi possit. Quaecumque autem hoc observare noluerit, tanquam si crimen admiserit, ita diuincione Monasterii feratur.

XLIII. Te vero sanctam & venerabilem Monasteri Matrem, & te Praepositam sancte congregationis coram Deo & Angelis ejus admoneo, & consector, ut nullius unquam vel minz, vel obloquiations, vel blandimenta molliant animum vestrum, ut aliquid de sancte ac spiritualis Regule institutione minuatis. Credo tamen de Dei misericordia, quod non pro aliqua negligenti reatum incurtere, sed pro sancta & Deo placita obedientia ad eternam beatitudinem possitis felicer pervenire.

### R E C A P I T U L A T I O .

**C**UM Deo propilio in exordio institutionis Monasterii vobis Regulam fecerimus, multis tamen pocta vicibus ibi aliquid addidimus, vel minus: pertraebantes enim, & probantes quid implere possitis, hoc nunc definitivum, quod & rationi, & possibiltaeti, & sanctitati conveniebat. Quantum enim diligenter experientia capere potuimus, ita Deo inspirante temperata est Regula ipsa, ut eam cum Dei adjutorio ad integrum custodiire possitis, & ideo coram Deo & Angelis ejus contestamus, ut nihil ibi ultra mutetur, aut minusatur. Pro qua re quascumque schedas prius fecerimus, vacuas esse volumus: hanc vero, in qua manu mea Recapitulationem scripsi, fine ultia diminutione rogo & moneo, ut Deo adjutorio fideliter ac feliciter impleatis; incessanter Dei adjutoriorum implorantes, ne vos venenofo consilio suo antiquus hostis impedit, qui de ipso cceli fatigio sibi contentientes ad inferni profunda consuevit abstrahere. Unde, sancte & venerabiles filiae, moneo, ut omni virtute & vigilantissima sollicitudine suggestiones illius repellere studentis: & sic cum Dei adjutorio *et. Cor. 6. rite se apprehendere valeris*: quia non qui

experit, sed qui perseveraverit usque in Mosh. 24. *sunt, hic satius erit.* Et licet credam quod ea que superius scripta sunt, sancta pietas vestrha & semper memoriter teneat, & Christo auxiliante non solum fulfillerit, sed etiam feliciter implere contendant; tamen ut ea que constitutimus sancto cordi vestro tenacius valeant inhaerere, istam parvulam Recapitulationem, quam manu mea scripsi, fieri volamus: quam rogo, ut Deo inspirante & libenter accipere, & jugiter studeatis cum Dei adjutorio custodiire.

I. Hoc enim est quod specialiter absque ulla diminutione a vobis volumus observari; ut nulla ex vobis usque ad mortem suam de Monasterio egredi, vel de ipsa basilica, in qua januam habetis aut permittatur, aut per se ipsam presumatur exire.

II. Ut nulla cellam peculiarem habeat: ut familiaritatem, aut quamlibet societatem nec cum Religiosis, nec cum laicis, seu viris, seu mulieribus, scretam habeat.

III. Nec sola cum solo loqui vel momento temporis permittatur: nec vestimenta eorum ad lavandum, vel tingendum,

**Q**uid, non ad custodiendum, vel confiendum accipiat, & sicut in ipsa Regula constituiimus, nec quidquam ab intus occulte foris transmittere, aut à foris intus excipere audeat.

**I**IV. Nulla aliquid proprium nec foris possidat, nec intus habeat, nec ad ordinationem suam aliquid reservet: sed, sicut superius diximus, chartis cui voluntari facili, ab omni impedimento sit libera; propter illud quod Dominus ait: *Si quis non renuncierit omnibus quae possidet; non potest mens esse discipulus.* Et illud: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum sibi.* Qui semetipsum sibi Iustus est abnegare, qua fronte præsumit sibi aliquid de impedimentis mundi istius referbare? & non magis quod scriptum est contremiscit, quia *impedimenta mundi ferentur nos miserae.* Et illud Apostoli diligenter attendite: *Vale, inquit, vos fratres sollicitudine est.* Et hec fideliter observans secura conscientia dicat: *Mundus trahit nos ut nubis & ego mundo.* Et illud: *Omnia arbitratu sum ut flentur, ut Christum laetificemus.*

**V**. Convivium nec Episcopo istius civitatis, nec alterius, nec ulli virorum, sicut in hac Regula statutimus, preparatum.

**VI**. Epistole nullius hominum, etiam nec parentum, occulæ accipiuntur: aut sine permisso Abbatissæ ulli quaecumque literæ transmittantur.

**VII**. Moneo specialius, ut sicut jam diximus, vestimenta lucida, vel nigra, vel cum purpura, vel bebrina nunquam in usa habeant, nisi tantum laici, & lactantes. Capita nunquam altiori ligent, quam in hunc locum mensuram de incastro fecimus. Omnia opera in commune facientes.

**VIII**. Quaecumque ad conversionem venerit, in salutari ei frequentius Regula relegatur: & si prompta & libera voluntate professa fuerit, se omnia Regule instituta completerá, tamdiu ibi sit, quamdiu Abbatissæ justum ac ratiosabile visum fuerit, si vero Regulam dixerit se non posse complete, penitus non excipiatur.

**IX**. Janua Monasterii nunquam extra Basilicam cum vestra voluntate, aut cum vestro permisso fiat: & vespertinis & nocturnis ac meridianis horis nunquam pateat: ita tamen ut ipsis horis quando reficitur, claves apud se Abbatissæ habeat.

**X**. Ipsam tamen Abbatissam sanctæ congregationis, cui nihil possidere licet, aut aliud peculiare habere permittitur, Deo medio contestor, ut in quantum possiblitas fuerit, que necessaria sunt suis fororibus provideat.

*Cod. Regul. Tom. I.*

**XI**. Plumarie, & ornatæ, & vestimenta purpurea, & omne polynitrum nunquam in Monasterio fiat, propter illud Apostoli: *Nemo militans Deo implicatus.* Tim. 2. *ne uigilis facultaberet, ut si placet, cui se probaret.*

**XII**. Quoties sancta Abbatissæ ad Deum misgraverit, nulla ex vobis carnali affectu, aut pro natalibus, aut pro parentela aliquam minus efficacem heri velit: sed omnes, Christo inspirante, unanimiter sanctam spiritalem eligeat, qua & Regulam Monasterii possit efficaciter custodiare, & supervenientibus reponsum cum edificatione & compunctione, & cum sancto affectu sapienter valeat reddere; ut omnes homines, qui vos cum grandi fide & reverentia pro lui edificatione experturi, Deum uberioris benedicant, & de vestra electione, & de illius quam eligitis conversatione spiritualiter gratulentur.

**XIII**. Et licet, sanctæ filie & unica mulli in Christo charitate venerabiles, de sancte picatis vestre obediencia sim feceris; tamen pro paterna solicitudine, quia vos Angelis desidero esse consimiles, iterum atque iterum rogo, & per omnipotentem Deum vos concestor, ut nihil de sancta Regule institutione minui permittatis, sed totis viribus eam custodiiri auxiliante Domino labore: scientes quia unusquisque proprium mercede accipiet. *Cod. Cor. 2.*

*secundum suam laborem.* Et hoc ante omniam rogo, ut admonitionem nostram non transitorie accipiat sanctitas vestra: quia non ex nostra presumptione loquimur: sed secundum quod in scripturis canonice legitur, & antiquorum Patrum libris abundantissime continetur, vos cum grandi affectu, & cum vera charitate labarerit admonemus, & quia legitur, quod qui unum mandatum minimum neglexit. *Mark. 10.* *minimus vocetur in regno celorum, nolite humiliatis nostre verba quasi minimæ despiciere:* propter illud quod scriptum est: *Qui vos spernit, me spernit.* Et *Luc. 10.* illud: *Qui spernit modica, peccata defuerit.* *Act. 19.* Quomodo enim in quocumque carnali certamine tantum unusquisque abiection erit, quantum minor & infirmior persona superaverit; ita & in spirituali certamine in eum qui negligens fuerit in minimis, implebitur illud quod scriptum est: *Qui Jacob. 4.* *incurserit legem seruaveris, offendat autem in uno, factur est omnium reus.* Hoc enim ego cum grandi non folium timore, sed etiam tremore cogitans, dum pavescit animus meus, ne vobis vel aliqua peccata minuta subrepant, non folium admoneo, sed supplico pariter & contestor, & cum grandi charitatis affectu adjuro; sic in illam aeternam beatitudinem ad

confortium Angelorum, omniumque sanctorum sine confusione venire simul, & cum sancta Maria vel cum omnibus reliquis virginibus coronas gloriae accipere, & caelestem agnum sequi vos feliciter videre promerear, ut toto corde & toto animo maodata superius comprehensa studeatis implere, per quae ad eterna premia positis feliciter pervenire.

XIV. Illud etiam, quod non credo, nec Deus pro sua misericordia fieri patietur, si quocunque tempore qualibet Abbatissa de hujus Regulae institutione aliquid immutare aut relaxare tentaverit; vel pro parentela, seu pro qualibet conditione subjectionem vel familiaritatem Pontificis hujus civitatis habere voluerit, Deo vobis inspirante, ex nostro permisso in hac parte cum reverentia & gravitate resistite, & hoc fieri nulla ratione permitatis: sed secundum Sacram Sanctionis mihi Papæ Urbis Romæ vos auxiliante Dominum munire in omnibus studeate. Præcipue tamen de infra scripta Recipiulatione, quam manu mea scipii atque subscipii, contelut, ut nihil penitus minuarur. Quocunque enim Abbatissa, aut qualibet Præposita aliquid contra sanctæ Regulae institutionem facere tentaverint, noverint le mecum ante tribunal Christi causam esse dicturas. Et si forte, quod Deus non patiatur, fuerit aliqua de filiabus nostris tam pertinax animu, quæ hujus Regulae recipiulationem, sajubeite & secundum institutionem sanctorum Patrum scriptam, implore contemnatur, à sanctæ congregacionis vestræ conventu eam acceperit zelo sancti Spiritus removete: & tandem in celis saluatoris si remota, quamdiu dignam penitentiam agens humilietur veniam petat; & donec ad Regulae instituta se corrigit, intus non regrediatur. Hæc ideo dicimus, quia timendum est, ne dum unius negligentiæ palparit, & secundum Regulam non corrigitur, aliæ, quæ proficere poterant, videntur. Sed credimus dei misericordia, quod dum & vos sanctæ spiritualiter agitis, & eas quæ negligentes sunt cum vera charitate corrigitis, feliciter ac pariter ad eterna præmia veniacis, praefante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in facula faculorum, Amen.

XV. Jejunium à Pentecoste usque ad Kalendas Septembres, quomodo virtutem vel possibiliter videtur Mater Monasterii, sic studeat temperare à Kalendas Septembres usque ad Kalendas Novembres secunda, quarta, & sexta feria jejunandum est. A Kalendas vero Novembres usque ad Natalem Domini, exceptis festivitatibus vel sabbato, orationibus diebus

jejunari oportet. Ante Epiphaniam jejunandum septem diebus. Ab Epiphania vero usque ad hebdomadam Quadragesimæ secunda, quarta, & sexta jejunandum est. Natale Domini & Epiphania ab hora tertia noctis usque ad lucem vigilandum est.

XVI. Ordinem etiam convivii huic Regulae inferendum esse credidimus. Cibaria omnibus diebus in jejunio tria, in prandio bina tantummodo preparantur. In festivitatibus majoribus ad prandium & ad cenam ferula addantur: & recessentibus de ea dulceamina addenda sunt. Quotidianis vero diebus ad prandium in astate binos caldellus, in hyeme ad prandium binos caldellus: ad refectiōnem ternos caldellus accipient, ad cenam vero bini caldelli sufficiunt. Juニアes vero ad prandium, ad cenam, ad refectiōnem binos accipient.

XVII. Pulli vero infirmis tantummodo prebeatur: nam in congregatione nunquam ministrentur. Carnes vero à nulla unquam penitus in cibo sumantur. Si forte aliqua in desperata infirmitate fuerit, jubente providente Abbatissa accipiat.

XVIII. Vos tandem, piissime sorores, coram Domino Deo obetis & deprecor, ut humilitati meæ, vel sanctarum Matrum vestrarum, id est, infirmitoribus Regulae & Monasterii coeditoriis habe in perpetuum gratiam referatis, ut proximis diebus ac noctibus intercessio vestre charitatis invigilat, publica oratione vel in diurnis solemnitatibus, vel in nocturnis excubis deprecatio vestrae sanctitatis obtineat, ut ascendens ad conspectum Domini deprecatio vestra, dignum vel me Ecclesiæ fuz Pontificem, vel illas servitio sanctorum Virginum constituit & concedat esse Præpositas; & cum ante tribunal illius coepimus creditorum talenterum reddere rationem, si quæ sunt culpa vel negligentia, sive meæ erga curam Ecclesiæ, sive Matrum vestrarum erga sibi creditas, intercessu vestro Dominus nobis remittere, & colparum vulnera remissionis medicina sanare dignetur. Quia nec emendantur culpa, nisi sanctorum orationibus ille remiserit; nec remittit, nisi fuerint emendatae.

XIX. Et quia propter custodiā Monasterii aliquæ ostia sive in veteri baptisterio, sive in schola, vel textriño, aut in turre juxta pomarium clausi atque damnavi, nullus illa unquam sub qualibet utilitas specie aperire presumat: sed licet sanctæ Congregationi refertur, & quod famæ vel quieti fuz incongruum esse cognoscunt, fieri non permittant.

Fofre-

*Postrema hæc duo capitala non sunt S. Caesarii, sed postea ab alio ad Reca-  
pitulationem adjecta videntur ex Regula S. Benedicti.*

XX. Cellaria Monasterii eligatur de Congregatione, sapiens, maturis mortibus, fôbris, non multum audax, non elata, non turbulenta, non injuria, non prodiga, sed timens Deum, & omni Congregatione sic sicut mater, curam gerat de omnibus. Sinc julsione Abbatisse nihil faciat: que ei jubentur cultodiati: Sorores non contristet. Si quæ fortè soror ab ea aliqua irrationalib[us] postulat, non spernendo eam contristet, sed rationaliter cum humilitate male pertinenti deneget. Animam suam cultodiat, menor temper illius Apostolici,

1. Tim. 3. quod qui bene manifestaverit, gradum filii acqueret. Infirmorum, infancium, hospitium, pauperum cum omni sollicitudine curam gerat, scens sine dubio quia pro his omnibus in die iudicij rationem reditura est. Omnia vasa Monasterii cunctaque substantiam, ac si altaris vasa sacrata, confidiat; nihil ducat negligendum, neque avaritia studeat, neque prodiga sit excorpatria substantiae Monasterii, sed omnia mensurata faciat, & secundum julsionem Abbatisse; humiliatem ante omnia habeat: & cum substantia non est quæ tribuatur, ferme responsione porrigitur bonus, ut scriptum est; ferme bonus super datum optimus. Omnia quæ ei injunxerit Abbatisse ipsa ha-

beat sub cura sua; à quibus eam prohibuerit, non præsumat. Sororibus constitutam annonam sine aliquo verbo vel mora offerat, ut non scandalizentur, memor divini eloqui, quid mereatur qui scandalizaverit unum de pusillis. Si Mab. 8. congregatio major fuerit; solatia ei dentur, quibus adjuta sit, & ipsa sequo animo impletæ officium sibi commissum. Horis competentibus dentur quæ danda sunt, & petantur quæ petenda sunt, ut nemo perturbetur & contristetur in domo Dei.

XXI. Ad portam Monasterii ponatur soror senex, sapiens, quæ sciat responsum accipere & reddere, cujus maturitas non hiat eam vagari. Quæ Portanaria cellam debet habere juxta portam, ut veientes semper præsentem inveniant, à qua responsum accipiant, & mox ut aliquis pulsaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias, respondeat, & benedicat cum omni mansuetudine timoris, reddens responsum feltanter cum festinatione & fervore charitatis: quæ Portanaria, si indiget solatio, juarem formem accipiat. Amen.

*Explicit Regula S. Caesarii cum  
Recapitulatione.*

Ecccl. 4.

## SERMO SANCTI CÆSARII EPISCOPI Arclatensis ad Sanctimoniales.

**G**AUDETE & exultate in Domino, venerabiles filii, & gratias illi jugiter uberes agite, qui vos de tenebrosa fræculi hujus conversione ad portum quicris & religiosis attrahere & provocare dignatus est. Cogitate jugiter unde exiis, & ubi pervenire meruisti. Reliquis fideliter mandi tenebras, & lucem Christi feliciter videre cepisti. Contempstis libidinis incendium, & ad castitatem refrigerium pervenisti. Resipuis gulum & abstinentiam elegisti. Resipuis avaritiam atque luxuriam, & castitatem vel misericordiam tenuissis. Et quamvis vobis usque ad exitum vita non desit pugna, tamen Deo donante securi sumus de veltra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filii, ut quanto estis secura de præteritis, tanto sitis solliciti de futuris. Omnia enim crimina, vel peccata citò ad nos revertuntur, si non quo-

*Cod. Regul. Tom. I.*

tidie bonis operibus expugnentur. Audite Apostolum Petrum dicentem: *Sobria, Pet. 5: estate, & vigilate, quia adversarius uelet diabolus, tanquam leo rugiens, aliq[ue]m devorare querens circumit.* Quandiu in hoc corpore vivimus, dic nocte Christo adiutorie vel duce, contra disbolum repugnemus. Sunt enim aliquæ, quod pejus est, negligentes, & tepide, quæ de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, & putant, quod illis sufficiat vestimenta mutasse, & religionis tantum habitu suscepisse: neficiens illud Propheticum: *Filius accedens ad servitum Domini eccl. 2: ita in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem, nec lentitudinem P[re]l[ati] militie considerantes:* *Propter verba latere Psalm. 16: rum tuorum ergo custodiri vias derat & illud quod Apostolus dixit: Per multis tribulaciones operes nos intrare in regnum celorum.* Vestes enim secularares deponere, & reli-

Z z 2

giosas

gioſas affumere unius hora momento poſsumus : mores verò bonos jugiter retinere, vel contra malas dulcesque voluptates feculi hujus quamdiu vivimus , Christo adjuvatore laborare debemus, quia non qui ceperit, ſed qui perferuererit

*Matt. 24.* *sueque in finem, hic salutis erit.* Inprimis ergo omnis anima, qua religionem fervare defiderat, gulze concupiscentiam vincere, & ebrietatem vitare tota fidei virtute contendat : & ita temperamentum convivium, menſamque mediocrem habere ſtudeat, ut caro illius nec nimis tate abſtinentie debilitetur, nec per deſſiccam abundantiam ad luxuriam provocetur. Deinde abjecta superbia, cui Deus refiſit, profunde humilitatis faciat fundatum : invidiam velut vipereum venenum detefletur, ac fugia : lingua reſtranet, detractionem quali venenum reſpuat : verba otioſa, nec ipſa proferat, nec ab aliis prolatā auribus ſuis libenter admittat. Veſtimentorum habitum, nec nimis abjectum, nec notabiliter pomposum, aut periculosè elegantem habere conſuefat: lectionem aut ipſa frequen-*tius legat* : aut legentis verba tota pectorē aviditate fulcīpiat. De diuinis Scripturarum fontibus jugiter aquam ſalutis hauriat: illam utique de qua Dominius dicit: *Quae credis in me, flamina de ventre ejus flent aqua viva.* De paradiſi etiam floribus, hoc eft faſilarum Scripturarum ſenſibus, anima ſancta ſe jugiter ornare contendat, ex ipſis preioſas margaritas auribus ſuis indeſinenter appendat ex ipſis annulis & dextralia, dum exercet opera bona, ſibi componat. Ibi vulnerum medicamenta, ibi caſtitatis aromata, ibi compunctionis holocausta requirat. Quæ verò religionem immaculato corde, & puro corpore conſervare defiderat, aut nunquam in publicum, aut certè non niſi pro grandi & inevitabili neceſſitate procedat. Nolite, quæſo vos, nolite quibuscumque aut occaſionem dare, aut familiaritatem tribuere. Quæ verò libidinem Christo adjuvante deſiderat vincere, familiaritatem dohet refugere: & quæ indignam familiaritatem non ſpreverit, aut ſe, aut alienum citò perdet. Sed forte dicit aliqua, ideo familiaritatem non fugio, quia volo habere quod vinci, & adverſarium meum cupio tenere captivum. Vide ne contra te adverſarius incipiat rebellare: vide ne te ducat captivitas ista captivam. Audi Apoſtolum dicentem: *Fugite fornicationem.* Contra reliqua vita oportet nos omni virtute refuſere: contra libidinem verò non expedit repugnare, ſed fugere. Eſto ergo libidinis fugitiva, ſi viſ eſte caſtitatis pugnatrix egregia. Sed quod dixi diligenter attendite. Quan-

do ſola aliqua libidinis ſtimulis incitatur, Christo adjuvante repugnet quantum praevalit contra ſe; quia non habet quo poſit fugere: quando verò per alterius foditalitatem, opportunatam voluptatis diabolus ſubminiftrat, ipſam familiaritatem quantum praevalit, ut diximus, ſancta anima refugia. Sed ut haec omnia fervare poſſimus, abſtinentiam rationabilem teneamus: quia vera eft illius ſanctissimi viri ſententia: *Prest continuari ventrem, ita & uenofos merus ejus.* Humilitatem etiam veram quantum poſsumus conſervemus. Non enim diu carnis integritas fervatur, ubi anima ſuperbie timore corrumpitur; pricipuſ ſi iracundie flamma frequentius ſurgit, caſtitatis & virginitatis flores citò conſumit. Caſta enim & Deo devota anima non ſolū extraneorum, ſed etiam parentum ſuorum familiaritatem habere non debet. Si enim vafa quæ Eccleſia offeruntur, ut in facrofancis altaribus ponantur, ſancta ab omnibus appellantur, & nefas eft ut de Eccleſia poſtindum in domum laicam revocentur, aut uibis humanis aptentur, putas qualem dignitatem apud Deum habet anima ad eis imaginem procreata? Sicut ergo vafa ſancta humanis uibis fervitura, nec poſſunt, nec debent de Eccleſia revocari; ſic Religiosam quampiam non oportet, non decet, non expedit, parentum ſuorum multis obligationibus implicari; aut quorūcumque extraneorum perciencia familiaritate conſtrigi. Illud ante omnia admoneo, ut temulacioſis malum, quæ venenum vipereum ſugiat; & ita inter vos charitatis dulcedinem conſervetis, ut vobis invicem per ſancta colloquia medicamenta spiritualia prepartis. Sunt enim, quod pejus eft, aliquæ, quæ quando ſe pariter jungunt, magis ſibi detrahendo, vel contra Praepotitas murmurando, vulnera faciunt, quæm spiritualia medicamenta componunt. Vos verò, ſanctæ ac venerabiles filia, ſi aliquam videtis puſillanimem, conſolatiōnem impendite: ſi ſuperbient, humiliatio medicamentum apponite: ſi iracundam videris, refrigerium patientia miniftrate. Si nobiles naſe ellis, magis de religionis humilitate, quæm de feculi dignitate gaudete. Tenete ergo firmiter manus in aratro, & nolite relipere retro. *Memento uixis Letb,* quæ retro *Luc. 17.* recipiens verba eft in ſtatuum falis. Nunquam juramentum, nunquam maledictum de Virginis ore procedat. Non ſolū enim corpora, ſed etiam corda veftra omni ſolicitudine cultodite, propter illud quod ſcripturn eft: *Omnis cultodida feru Propterea;* & illud quod Dominus in Evangelio dixit: *de corde enim excunt co-* *gitatio-* *Matt. 15.*

*John. 7.*

*2. John. 6.*

*gitationes mala.* Si enim in corde nihil mali cogitatur, quidquid sanctum est ex ore profertur; quia sicut scriptum est: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Hoc enim lingua proferre confuevit, quod ex officina cordis conscientia ministraverit. Et ideo si ex ore vultus bona proferre, semper in corde quae sancta sunt cogitate. Sic lectio & oratione debet incumbere, ut ante omnia etiam manibus possitis aliquid exercere: secundum illud quod Apostolus ait: *Qui non operatur, nec mandatur.* Meliorem quoque diei partem sancto opere dedicare, lectio vacare confuecit. Oratio vestra ita cum silentio procedat ex corde, ut vix audiatur in ore. Nam qui alta voce orare voluerit, & sibi & alteri multum nocet, dum per suam garrulitatem alterius mentem ab oratione sancta & secreta suspendit. Pomposa indumenta, quae non utilitat, sed vanitati serviant, fastidite atque contemnent. Multe enim quod in moribus diligunt, hoc etiam in operibus suis ostendunt; preparant sibi ornamenti secularia, seculum diligent, & voluptati ferventes, vel luxurie. Vobis vero nihil sit commune cum talibus: sed omnia ornamenta, quibus ad luxuriam caro componitur, velut inimica & contraria vestro proposito, respuantur. Sunt enim, quod pejus est, quae pro vanitate seculi illius plus student terrenis cupiditatibus operam dare, quam lectio divina justitia, dum volunt stragula pulchra, & picta tapetia, plumaria etiam, & reliqua his similia, cum iugenti sumptu & superflua expensa, ad oculorum libidinem praeparare: neficientes illud quod Dominus per Joannem Evangelistam clamat, & dicit: *Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt: quoniam omnis quod in mundo est, concupiscentia carnis, & concupiscentia seculorum, & ambitus seculi est.* Quid prodest Virgini integritatem corporis custodiare, si oculorum concupiscentias noluerit evitare? Vos vero, sanctæ & Deo dignæ animæ, totum spiritualiter agite. Sequimini Christum, tenendo perseveranter quod voluntatis ardenter. Iterum atque iterum, sanctæ & Deo dicatæ animæ, rogo, & cura omni humilitate pro conservando Virginem.

tatis præmio consilium do, ut familiaritatem iucongruam à vobis, vel à vestris amisis, totis viribus repellere laboreis. Nam ad conservandam sanctæ religionis dignitatem singularitas testis sanctissima est. Familiaritas enim cujuslibet si frequens esse coepit, nonnulli corruptionem seminat, vita pullulat, libidinem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, laiciviam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas adicavit, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationem exaggerat, excusationes inflamat, & ceteratum simul in falso conglorierat. Nam si anima sancta secretum suum custodiore voluerit, & assidue familiaritatis malum tota animi virtute fugerit, ipsa sancta singularitas munimen illi invictum est sanctimonii, expugnatio fortis infamie, exercitium continentie, evacuatio luxurie, pars secura virtutum, & impugnatio inquieta bellorum, puritatis culmen, & libidinis carcer, honestatus portus, & ignominiae naufragium; Virginitatis mater, & hostis immunditiae, integratæ dignitas, & & fornicationis abdicatio; voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum; refrigerium pudicitie; acquisitio triumphorum, & facinorum detrimentum; requies latutis, & perditionis exilium; vita spiritus, & carnis interitus. Haec omnia mala fortiter, Deo adjuvante, repelleur; & illa qua diximus bona feliciter acquirentur, si ab animabus sanctis familiaritas inordinata respuitur. Attende vos, ô animæ sanctæ, quia inter omnia certamina, quibus semper comes est Christiana militia, sola duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana pugna est & tara victoria. Castitatis dura sunt prælia, sed majora sunt præmia. Castitatis palmam nemo securus accipit, cui quantum duri sunt exitus, tantum gloriö sunt fructus. Ut ergo castitatis præmia, & virginitatis coronam feliciter, Deo remunerante, possitis accipere, periculis familiariatem à vobis semper excludente. Currite fideliter, ut possitis pervenire feliciter, adjuvante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

## EX EPISTOLA S. CÆSARII AD ORATORIAM Abbatissam, Quales esse debeant duætricæ animarum.


**A** Uni me dulcissima soror & filia: Tu quantumcumque semper in studiis spiritualibus occupari desideras, propter sorores tamen aliquando etiam exteriora tibi erunt negotia diri-

menda. Curandum ergo tibi summopere est, ut si temporalia quasi pro tempore agas; at semper tenacius in spirituali devotione & amore inhæreas: ut cum temporalia citius dispensaveris, ad orationem illico

*s. Tim. 1.  
Tit. 3.*

illico vel lectionem, quasi ad mattis sum, recurras. Opare quippe debes, ut abjecta sollicitudine mundi, semper cogites de servitio Christi, propter illud quod dicitur: *Nemo militans Deo impie se negat secularibus & cetera.* In omnibus, juxta Apostolum, temetipsum prebe exemplum bonorum operum; vitaque tua velut pennatum animal ad alta tempus per defiderium evolet, per verbum resonet, luceat per exemplum. Cum vero ad annuntiandum verbum Dei te fororibus affectaveris, seu pro utilitate animarum, tenoreque Regulari conlitterando necessitas incubuerit altercandi, prius cauta consideratione penfa, ut quid ore promis, factis implias; & quod alii predicas, operibus prebeas: scilicet ut in tuis huiusmodi atque cervicibus prius sentias, utrum gravibus aut levibus oneribus colla fororum onusfles; verbi gratia, si jejunium super quotidianum, vel abstinentiam extra conuentudinem, nec non, ut affloret, plus solito in Synaxi placuerit decourare, prior in Ecclesia inveniaris, postrema excas: prima fuscipias laborem, posterior solvas, & in quotidiano corporis alimentum atque communiam cibo per sis his cum quibus pari in mensa ueris consiliu: iisdem denique quibus forores ferculorum soperibus collectare; & aequalia vobis cibaria, potionibusque communes exhibeantur dicolice vel pincernit: primarumque tuum, quem, prior ad mensam tenuis, prima ad virtutem parsumonias vindices: ut abstinentiam quam lingua predicar, proxime fauces vel vicinus dentes stomachus. Ne forsitan subditae audientes taciti cogitationibus dicant: o quām pulchrit̄ nobis abstinentiam prædicat plenus venter: & contentas nos jubet esse viliissimis cibis ac poculis, ac curatis cibis poculisque refertū guttur, & eructans! Illa enim de abstinentia prædicatio acceptabilis est, quam lurida jejunii ora decantant. Et in his omnibus hoc noveris convenire, ut angusti callis itinera, per quae socias ad mones gradientur, prior ipsa gradiaris: omnia que agenda sunt ante tacis implias, ut postmodum ductilis ruba ex percussione perduta relictus erumpas in vocem: propter illud Dominicum: *Quisunque, inquit, scandalizaverit unum de peccatis suis, qui in me credunt, & reliqua. Non sis vestitus ornator ceteris, sed moribus.* Inter cetera cum magna tibi

cautela custodiendum est, ut omnes in Monasterio, quorum gubernacula tuis aequaliter impotuit cervicibus, aequaliter diligas; ne unam plus minusve ames: sed cuncta que sunt, in quin polibilis extat, requo moderamine disponas, parique moderatione dispenses, ac parem eis charitatem impertas: & non quibuslibet per privatum amorem, sed cunctis fecundum metit singulorum, que fane necessaria largiaris. Non quia tibi vulnus inquit que placuerit, non quia tibi ad oculum cognoveris, vel cuius blandior obliquus fueris delinita; sed quia uerum Christi, & religiosor demonstraverit vita, preponas. Oportet euam te propter quasdam cultaque nonunquam habere in giture, cauterium in lingua gestare, virginem tibi & baculum mantinere: ut per culum defeces via, & per cauterium vero ad Linicatem lecta reducas: per virginem disciplinam corrugas; per baculum vero disciplinam sustentes. Si quando, vero cum Eccularibus ad colloquendum fucis evocata, prius armatrem tropico Crucis, vexillo Christi pectus ingemina, ut cum sua virguncula Christus comitari dignetur. Coniabulatio vero tua semper ut mixta gravitate atque dulcedine: & tantum loquaris, & quantum opportunis flagraverit tui ac temporis. Si quid vero ab eis petirum fuerit, quod praetare deliberas, cum vultu hilari prallat: si quid veri petirerit non convenit, petitionem illorum fletum honestate sermonis mollifica. Nonne tuum plures neverint, beneficia tua in quantum prævales plures sentias; vultum rari cognoscant. Si quando autem tibi pro necessitate Monasterii seruum fuerit colloquendum, cum duabus, vel certè cum tribus electis fororibus facito, quia opinio bonæ fayæ, sicut etiam pericula, vita custodia, tibi necessaria est: & runc primum despicienda humana detractio, cum Christus in causa est. Omnis quoque actio tua semper sit propter Deum, sermo de Deo, cogitatio in Deum. Et exceptis virtutis, quibus non compatitur, sed rectitudine debetur, omnibus te capio esse compatibilem, omnibus gratas, omnibus te protectam pianam. Ita volebilet juxta Paulum in sancta corpe & ipsa Cor. 7. nra, ipso sponso & Domino tuo mentum tuam regente, & vias tuas lantias disponente, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.



TESTAMENTUM B. CÆSARII SANCTÆ ARELATENSIS  
Ecclesiae Episcopi.

PAX ECCLESIAE ARELATENSI.

**C**ÆSARIUS EPISCOPUS Presbyteris & Diaconibus, sanctæ ac venerabili Cæsariæ Abbatissæ, quam Dominus per meam parvitatem in Monasterio nostro præposuit, ac universitate congregationi, quam ibi Dominus suu gratia collocaverit, in Domino æternam salutem. Cum Ecclesiastica pietas confuetudinis suæ rem faciat ordinabiliter, scilicet quo peregrinis & delitutis operi largitione impendat: quaoto magis cum opportunitas aut necessitas fuerit, ut saeculi quibusque & Deum timentibus aliqua largiatur, amplius debet pia misericordia sua viscerare dilatare? Et idem juxta hanc Epistolam, quam manus nostræ subscriptione roboramus, cuique diem & coniulem subtus adjecimus, Deo dispestante hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripti, atque jure prætorio, vel jure civili, & ad vicem illorum codicillo firmavi. Ego Cæsarius peccator cum debitum humanæ carnis reddidero, cunctum Mosaicterium S. Joannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatensis Pontificis canonice sit, heredemque meum esse volo ac jubeo; ceteri testæ exhaerescunt. Totum quod cuique aut per hoc testamentum meum dederero, legavero, darve iussero, ut detur frat. Ceterum autem Arelatensis Episcopii cohæreditate meo Monasterio relinquo: quosque liberos quasque liberas esse iussero, liberi liberæ sint omnes. Ego tamen cum nihil de parentum bonis habuerim, hoc testamentum meum præsumere erubui: illa tamen me sententia compulit, ut pleraque Salvatoris formidanda, qua iniqui auditemur sunt dicentes, *in ignem eternam*, pietatis affectu aliiquid Ecclesie meæ contulisse. Et ne forte post obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis lis rebus, quas illis pro eloigio donavero, inquietare præsumant, cui præsum, Ecclesiam; ideo hanc voluntatem meam tractare amplius desideravi, ne qui de parentibus meis vel apud ipsum Mosaicterium præfatum, vel Pontificem Arelatensis Ecclesiam, præter id quod illis dederam ac dederim, præsumant requirere. Sancto & domino meo Archiepiscopo, qui mihi indigno dignè successerit, licet omnia lo sua potestate sint, tamen si lubet & dignum ducit, Endumenta paschalia, que mihi data sunt,

omnia illi serviant, simul cum casula villosa, & tunica, vel gainape, quod melius dimisero. Reliqua vero vestimenta mea, excepto birro amiculare, mei tam clerici quam laici, cum gratia vel ordinatione domini Archiepiscopi, fibi ipso jubeote imo donante dividant. Ea vero quæ Monasterio ante per donationem contuli, nunc affirmo: & sic vel aliquid per Epistolam, aut per pitacum, aut verbo pietatis intulit contuli, valere volo. Hoc etiam assuetæ precor, quantum teliam quam bone memorie Augustus Subdiaconus in atrio S. Stephani euntibus parte dextra habuit, Provisoribus Monasterii propter custodiam illorum firmam D. Archiepiscopus perpetuo dignetur jure concedere: ita ut eam sibi succedentiam Monasterii Provisores habeant. Et hoc specialiter volo, & ita domine Archiepiscopo precor, sive provisorem ad Monasterium, sive presbyterum ad basilicam S. Marie, nullum alium habeat congregatio sancta, nisi quem ipsa elegerit, vel ordinari petierit. Et licet de tua D. Archiepiscopo pietate præsumam, tamen ne forte contra Monasterium nostrum aliquorum suggestiones importunas habeatis, adjuro vos per Patrem & Filium & Spiritum sanctorum, & per tremendum diem judicii, ne unquam prævaleat apud vos hostis antiquus, ut ancillas vestras contristari acquisentatis; aut aliquid illis auferri de illo que possident, eisque cootulimus, permittatis: quia Deo proprio non sine discreione vel iustitia quibuscumque factuaribus jure directo res Ecclesie vendidimus, nisi hoc tantum quod Ecclesie minus utile & infructuosum est; & quod animabus sanctis & Deo vacantibus cum sanctorum fratrum consensu vel subscriptione tribuimus, perpetuo illis jure permaneat. Vos vero dominas filiole per sanctam Trinitatem inseparabilem, & per Domini nostri Iesu Christi adventum adjuro, ut Pontificem qui mihi iudigno ordinante Deo successerit dignè, omnī affectu ut dominum rogetis, ac pura mente diligatis, & ne per vestram contritatem inobedientiam. Confidimus enim de Dei misericordia, quod ita omnibus sacerdotibus, quibus religionis collatio est, castum amorem impendat, ut nihil vobis quod ad sustentandum corpu-

corpusculum opus est, deesse permittat. Te iterum atque iterum Pontificx optime rogo gratia divina prefati Monasterii, ut curam maximam habeas, & familiam illarum cum grandi pietate largas provideri. Quod si alicuius persona injustum tibi dederit conflum, cum auctoritate respondentium deprecor: quia hoc quod Episcopi agitur verbo, non solùm austeri non debet, verum nec omnino potest. Tum pricipue quia & hoc ipsa sanctissimi Papa Urbicani suavit auctoritas, ut hoc de sancto & domino meo Pontifice credam. Nunquam enim apud te prevalebit tam iniqua suggestio, ut contra iustum voluntatem qualisque Antifitius pro meo studio substantia ad te multum proficerit, & propè duplicata sit. Additus ad hoc quod Deus misericors per parvitudinem meam etiam insuauitatem tributorum, tam juxta urbem & infra, quam etiam in suburbanis & villis ex maxima parte concelelit. Agellum igitur Aucharianum, unde parvam particulam Monasterio dedimus, multa servamus; nam plus minus centum aripenes vineas, & trecentorum modiorum campos reservavimus: ita quod supradictum Monasterium tantum modiatis de terra, quam ego plantavi, habeat modiatis quadrageinta: & de vete vinea vix triginta aripenes contulimus. Agellum Gallicum, Mercianum, vel agellum Gemellos cum stagnis & pallidibus, cum omni iure & termino suo: & pascua in campo Lapideo: vel si qua alia sunt; vel campum in Trifinitio super viam muniam, vel reliqua quæcumque sunt. Agellum Orvedum, & agellum Martinatis,

& agellum Silvantum, in quod est sit Ecclesia S. Mariae de Ratis: & agellum Millianum, cum omnibus ibi pertinientibus paucis, paludibus, cum omni iure & termino suo sancte tue Ecclesie reservavimus in stipendiis earum. Unde te sancte Pontifex adjuro, si Deus omnipotens per manus se timentium sancte matris Ecclesie, Monasterio sanctarum virginum aliquod majus bonum dederit, tua sancta dilectio unum ab altero non disjungat. Si vero, quod Deus non patiatur, congregatio ibi aut congregata non fuerit; aut forte postea, quod absit, cum congregata fuerit, esse desierit, ad matrem Ecclesiam revertantur. Haec quidem ego, ut timori meo satisfacrem, scripsi. Nam absit ut de tua, piffime Pontifex, inscientia inculpis, quia, ut supra jam dixi, pietas divina concessit, ut per meam humilitatem immunitas Ecclesie in tot capitibus daretur. Quod Monasterio cum fratribus confemu dedimus, per hanc voluntatem meam confirmo. Ancilla nostra Cesariz Abbatis mantum majorem, quem de cannabe fecit, dari volo. Dominino meo Cypriano mantum è caninis meliore dari volo. Quidquid servo meo Briciano contuli, nunc per hoc flammentum meum confirmo. Agricita puella mea propria libertissime Monasterio & Cesariz Abbatis serviat: & votè gariolas suas illis vel parentibus eorum dedi confirmo: omnes cubicularios micos tibi, Domine Episcope, coram Deo & Angelis ejus commendando.

*Explicit Testamentum S. Cesarii.*

## S. AURELIANI ARELATENSIS EPISCOPI REGULA AD VIRGINES.

### DE SANCTO AURELIANO EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

MARTYROLOGIUM Rom. die xvi. Junii.

Lugdani depositio Beati AURELIANI Episcopi Arelatenis.

VIGILIUS PP. Epistola ad Aurelianum Arelat.

*Administrationem vicum nostrarum fraternali vestra animo libenti committimus, & credimus eboratatis vestra officio ailibus Deo placitis diligenter universa compleri: quando & summi ficerdotii confortio vos dignos divisa esse gratia judicaris, & gloriofissimi Childeberti Francorum Regis Christiana & Deo placita in perbibendo vobis testimonio volentes acceperit, &c.*

IDEM

IDEM ad Episcopos Galliarum.

*Quia dudum Auxonio quondam Arelatenus civitatis Antifitii vicum nostrorum sollicitudinem desideramus; sed cursua vita praesentis impleendo de hac luce minoravit, in cuius loco AURELIANUS frater noster vocatur successisse, necessarium valde credidimus, sollicitudinem banc à nobis antefato debere conuitti, confidentes illum & pro loci sui qualitate bonis omnibus universa, qua Deo placeant, posse completere: & maxime cum gloriofus filius noster Childebertus Rex testimonium bona conscientia pro Christiano sua voluntatis devotione peribuit.*

Item Epistola ab Italix Clericis Francorum legalis directa. Tomo. I.  
Concil. Galliz I. Sirmundi.

*Unde rogamus & contemplamur gloriam vestram, ut ad Provincias vestras hoc omnia velociter indicetis, ne aut ipsi subripiant que missi sunt, aut Anafasius quidam, quem sanctus Episcopus AURELIANUS Arelatenus civitatis ad beatissimum Papam ante hoc biennium direxerat, ibidem in Gallis aliqua mentiatur.*

S. GREGORIUS M. Epistola cxvii. l. vii. Ind. ii. ad Vigilium  
Arelatensem Episcopum.

*Gloriosa memoria Childebertus Francorum Rex Catolicæ religionis amore succensus intra muros Arelateniæ civitatis Monasterium virorum, ut scripto reperimus, pro sua mercede coniunctus, quedam ibidem pro habitantum sustentatione concepsit. Cujus ne voluntas unquam duceretur in irritum, & ea qua pro quiete Monachorum disposita fuerint, turbarentur; quoque contulit in jure ejusdem Monasterii, Episcopis suis Apofolica petit autoritate firmari. Unde quia effectum & regia voluntas & res validè desiderata poscebat, à prædecessore nostro Vigilio Romana Sedit Antifite ad prædecessorem vestrum AURELIUM (leg. AURELIANUM) scripta transmissa sunt.*


JOANNES TRITHEMIUS lib. de proprietate Monachorum, cap. v.

AURELIANUS Episcopus in Regula ad Moniales cap. iii. sic dicit: Nihil occulte accipiatis, &c.

Ex hac quoque Regula Sancti AURELIANI ad Virgines aliquot capita affert  
Sanctus BENEDICTUS Abianus Abbas in Concordia Regularum.

### Observatio critica in Regulam sequentem,

*Jam supra de S. AURELIANI Regula ad Monachos diximus: Nunc ad illam pervenimus, quam ad sacras Virgines dedit. Quemadmodum enim S. Cosmas duo monasteria in urbe Arelateniæ condidit; sic etiam & ejus successor in Episcopatum S. AURELIANUS in eadem civitate duo canobia ex liberalitate Childeberti Francorum Regis exstruxit: unum pro Viris, alterum pro Fomanis; quibus & dnis distinguis Regulas conscripsit. Quemadmodum igitur prima Regula magnam habet cum S. Cosmas Regula connexionem; sic etiam & hac præiens pro sanctis Virginibus eandem doctrinam monasticam continet, præterim circa divini Officii ordinem, viatum & vestitum; solummodo ab altera differente quondam circumstantia & ceremonia. Sed prater hanc Regulam XL. capituli comprehensam, quibus etiam adjicitur singularis Exhortatio de divino Officio, HOLSTENIUS addidit Epistolam JOANNIS Episcopi Arelatenensis exhortatoriam ad sacras S. AURELIANI Virgines lectu dignissimam, qua & ipsius Regulam confirmat & corroborat.*



INCIPIT PROLOGUS  
AURELIANI EPISCOPI  
AD VIRGINES.

*Sanctis & in Christo venerandis Sororibus in Monasterio Beatae Marie  
quod Deo jubente intra muros Arelatensis urbis fecimus, constitutis,  
AURELLANUS EPISCOPUS.*

**Q**UIA Deo inspirante qui nos preuenit inelabili misericordia sua, visum vobis est, ut repudiatis seculi voluntatibus, ac temporalibus gaudiis contemptis sive spretis, eligeretis sanctissima vite nitorem, & virginitatis ac castitatis gratiam complectentes, amore Dei tota viscerum & cordis aviditate fectantes, configerentis timor divino carnes veltras, tenentes illud: *Juravi, & statim custodire iudicia justicia tua: Et, mihi mandus crucifixus est,*

Palm. 118. Gal. 6.  
& ego mundo: disposerimus jubente Domino, atque operante in nobis velle & perficere, ut Monasterium vobis prospectu animarum velstrarum construimus; sic & fecimus. Et ideo Regulam vobis ad disciplinam instituimus, que per vos viam mandatorum Dei doceret currere, & ad regna coelorum faceret feliciter pervenire.

*Explicit Prologus.*

INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ.

1. Quocunque ad conversionem veneris, & recipi se in Monasterium rogaveris, Regula ei primum in salutarium legatur: & cum suscepta fuerit, nique ad mortem suam de Monasterio non egrediarur.
2. Vestimenta religiosa non accipias, nisi chartas de facultate sua cui voluntas faciat.
3. Nihil recente accipiendo: sed si quid transmissum fuerit, & illi cui transmiseruntur necesse non fuerit, in commune redditum, cui est necessarium, tribuatur.
4. Epistolæ nec dandas nec accipiendo facientia aut permisso Abbatissa.
5. Nulla circa lectum suum, quod manducari aut bibi posse, reponat.
6. Nulla cella aut armariolum peculiares habeat.
7. Non jurandum.
8. Non maledicendum.
9. Non mentiendum.
10. Iracundiam penitus non tenendum.
11. Soror in fororum manum non mittat.
12. Nulli licet ad salutandum exire nisi cum Preposita, aut aliqua serva.
13. Ancilla non excipiatur: liberta ramen sit, & Abbatissa visum fuerit, excipiantur.
14. Nec viri nec mulieres seculares in Monasterium ingrediuntur, prater in Basilicam Domini Mariae, & in salutatorium.
15. Ut nec ipsis Provostib; licet in Monasterium introire, nisi pro his militibus, quos in hac Regula statuimus.
16. Infantes de Baptismo non excipiendo.
17. Qua in alio penuntur desuper Evangelicae claves accipiantur.
18. In monasterio vicibus sibi succedant, abrogat Abbatissa & parvulis infansibus.
19. Nulla opera pro suo libito eligant facienda, sed quod ab Abbatissa vel Preposita imperatum fuerit.
20. Cuius operatur manus medicatio sancta de corde non cesset.
21. Sint vobis omnia communia, & nulla suum proprium dicere aut vendicare presumat.
22. Vestimenta alio colore non induantur, nisi laeta & lachina.
23. In vigilia findendum est ut nulla dormiat.
24. Signo tallo nulla tardius veniat.
25. Dum pellitur nulla loquatur, nec operetur manus.
26. Literas omnes difceant.
27. Sancta Abbatissa in congregacione maneat.
28. Si que pro qualib; culpa corrigitur aut castigatur, arguenti respondere non presumat.
29. Literæ nullas habebantur.
30. Superbi, inobedientib; & iracundian prostrabentibus nunquam pardendum.
31. Sancta Abbatissa non licet de facultatibus Monasterii vendere aut donare: nec aliquid contra Regule instituta agere.
32. Sedentes ad mensam taceant.
33. Sancta Abbatissa extra congregacionem non reficiat.
34. Carnes in cibis nunquam sumant.

35. *Potes & reliqua utilia infirmis tantum ministrantur & deliciis: pisces verò certis festivitatis.*
36. *Extra mensum communem nihil tibi ponensve gustare licet, nisi infirmis & infanticibus.*
37. *Quodlibet infirmis obtemperandum est.*
38. *Uli ciborum diutinum vel nocturnum dicant.*
39. *Ut sancta Abbatissa quidquid necesse fuerit cum sufficientia prebeat.*
40. *Ue sancta Congregatio omnia que statuta habet, implere contendat.*

Explicant Capitula.

## INCIPIUNT INSTITUTA SANCTÆ Regulæ Aureliani Episcopi.

### CAPITULUM PRIMUM.

**H**oc jubente Deo in primis statuimus inviolabilitatem teneendum, ut si qua ad conversionem venerit, Regula ei in salutatorio legatur, & si professus fuerit se omnia impletum, tunc excipiat: excepta verò usque ad mortem suam nec presumat, nec permittatur de Monasterio egredi: propter illud Propheticum: *Unam petri à Dominus hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea.*

**M**arch. 16. II. Vestimenta verò Religiosa non accipiat, nisi de omni facultate sua, sive grandi, sive parva, chartas donationis aut venditionis cui voluerit faciat, propter Domini mandata, ubi dicit: *Si viri perfectus esse, vende omnia que habes. Et si quis non reliquerit omnia que possidet, non potest meus esse discipulus.*

III. Nihil occulte accipiat: sed si quis propinquus aut amicus aliquid in vestimento aut in auro, vel aliud quocunque dederit, aut transmiserit, in potestate sit Abbatisse, & si illi cui transmittitur necesse fuerit, tribuatur; sin verò illa nihil indiget, in commune redactum cui est necessarium tribuatur.

IV. Epistolas præcepimus nec dandas nec accipiendas sine scientia aut promissio Abbatisse.

V. Nulla circa lectum suum quod manducare aut bibere possit, repouere presumat: sed omnes in communi celario recondant; & si inæqualitas exegerit, jubente seniorè quod necesse fuerit, non ei negetur.

VI. Nulli licet cellam aut armarium, aut aliquid hujusmodi quod peculiari claudi possit, habere.

VII. Non juretis, quia Dominus dixit: *Nolite jurare. Et alia scriptura: Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga.*

VIII. Non maledicatis; quia scriptum est: *Neque maledicti regnum Dei possidebunt.*

*Cod. Regul. Tom. I.*

IX. Mentiri omnino non licet: quia os quod mentitur occidit animam, & illud: *Sep. 3. Perdes eos qui loquuntur mendacium.* *Psalm. 5.*

X. Iracundiam nulla usque ad aliam diem protrahere præsumat. Et sicut habet humana fragilitas, si sermo durior inter fratres ortus fuerit, invicem sibi veniam petere, & debita relaxare festinat: propter Domini mandatum, ubi dicit: *Si recordatus fueris, quia frater tuus March. 5. habebat aliquid adversum te, relinque manus tuas ante altare, & vade prius reconciliaram fratri tuo: & tunc veniens offeres manus tuam.* Et si noui dimisieritis dominibus peccatis eorum, nec Pater vester colligies dimittere vobis peccata vestra. Item, si fratres peccaverit in die in te, & conversus dixerit, penitentem i dimittit illi. Et, non dico tibi usque septies, *March. 18. sed usque septuaginta septies.* Et alia scriptura: *Ira viri iustitiam Dei non operatur.* Et Apostolus: *Sed non occidat super iracundiam vestram.* Quod Deus avertat, si diabolus instigante fuerit aliquis furore repleta, ut illa mandata pertinaci corde contemnat; & una de illis quae discordantes sunt prævenitur aliam, veniam ei potens; si illa cui petet non dimisiterit, disciplinam accipiat, ut ad charitatem se corrigat. Et si ambo despixerint, ambas pariter à communione, vel à cibo suspendantur; donec invicem sibi reconcilientur.

XI. Soror in sororem si ausa fuerit manum mittere, disciplinam accipiat.

XII. Nulli licet ad salutandum exire, nisi cum Abbatisse, aut Preposita, vel certe alla quacunque seniore, cui Abbatisse præceperit. Et sic propinquos suos videant, aut loquuntur, ne altius voce loquancur.

XIII. Ancilla non excipiatur: libertatem tamen si fuerit, adhuc adolescentem aetatem, & cum Episcopis patroni sui venerit, in Abbatisse si arbitrio si excipi debeat.

XIV. Nec viri nec mulieres seculares in Monasterium ingrediantur, propter in basilicam B. Mariz, & in salutatorium.

Aaaa

XV. Pro-

XV. Provisores verò Monasterii, si in habitu laico fuerint, nec ipse permittantur intrare; nisi pro his utilitatibus quas in hac Regula statuimus, cum marcionibus aut carpentariis, si aliquid necessere est fieri aut reparari, aut certè pro aliqua ratione Abbatissæ introeantur: de cætero nullam licentiam aut libertatem habeant introeundi.

XVI. Nulla infantem de Baptismo excipiatur.

XVII. Quibus claves de cellario, canava, horreo, posticio, & oratorio credendæ sunt, probata sint persone; & defuper altario vel Evangelio eas accipiant: scientes se Deo reddituras rationem de ministerio sibi credito.

XVIII. In omni ministerio sive ordine psallendi, aut legendi, vel operandi, vicibus sibi succedant; absque Abbatissæ, vel prater fatis senes & parvulas infantes, aut certè ita infirmas, ut surgere omnino non possint, non compellantur facere quod non prevalent.

XIX. Nulla opera pro suo libito elegant facienda, sed quod Abbatissæ impetravit, hoc faciant.

XX. Per totum diem cùm operamini manibus, meditatio sancta de corde non cesset: propter illud Apostoli: *Psalms, Hymni, Cantus spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris Domine.*

XXI. Nulla presumat quidquam suum dicere, aut suum proprium vindicare: sed secundum Actus Apostolorum, sint vobis omnia communia: sit vobis *assumpta una & cor unum in Domino.*

XXII. Vestimenta alio colore non induant nisi lata & lactina.

XXIII. Ad Vigilias nulla dormiat: si verò Dominici aut festi dies sunt, cui somnus venerit, aliis sedentibus illa ster, ut possit à se somni marcorem repellere; ne in opere Dei aut tepida inveniatur, aut negligens.

XXIV. Signo tacto omne opus prætermittatur, & sicut apes prudentissimæ ad alvearium, Ita veloci festinatione properare contendit; si qua tardius venerit districtione subjacet.

XXV. Dum psallit studeant sanctæ animæ vestre non vagari animo, verum exitate tñc operari aut loqui presumant; *Psalm. 46. sed psaltes sapienter, sicut dixit Prophetæ: Psalm. 100. Psallam, & intelligam, & illud: Psalm. 2. Cor. 14. spiritu, psallam & meher, meruentes illud: Jer. 48. Maladictus homo qui facit opus Dei negligenter.*

XXVI. Literas omnes discant.

XXVII. Sancta Abbatissæ extra congregationem non maneat.

XXVIII. Si qua pro qualibet culpa aut transgressione Regule increpatur, aut

disciplinam accipiat, arguenti responderet non presumat: quia peccatum quod hic distinguitur, in æterna examinatione non punitur. Et sic debetis animæ curam extcipere, quomodo ager curam medici: tenentes illud sanctæ scripture: *Qui abij. Prov. 15. cit disciplinam infelix est. Et illud: Ephes. 5. 17. in flagella paratus sum.*

XXIX. Lites nullas habecitis, tenentes præceptum Apostoli, qui dicit: *Servi Domini non opere litigare, sed mansuetum esse.*

XXX. Superbis, inobedientibusque, & iracundiam protrahentibus nunquam parcendum, donec corriganter.

XXXI. Sanctæ Abbatissæ non licet aliquid de facultatibus Monasterii donare ac vendere; nec aliquid contra Regule instituta agere. Quod si facere tentaverit, sancto consilio & uno consensu sororum ex nostro permesso non ei acquiescat: & hoc fieri nulla ratione permitte: quia causam se ante Deum noverit esse dicturam.

XXXII. Sedentes ad mensam taceant, & lectio quotidie omni tempore cùm cibus sumitur legatur. Literaque homo, & exterior cibo, & interior verbo Dei reficiatur, quia scriptum est: *Nisi in pane solo virut homo, sed in omni Mæth. 4. verbo Dei.*

XXXIII. Sancta Abbatissæ, nisi iniquitate faciente extra congregationem non reficiat.

XXXIV. Carnes in cibo nunquam sumuntur.

XXXV. Pulli vel cuncta altilia in congregatione non ministrentur; nisi infirmis tantum provideantur & delicatis. Piscis verò certis festivitatibus, aut quando Abbatissæ Indulgentiam facere voluerit, tunc procurentur.

XXXVI. Extra mensam communem nihil cibi potusve gustare licet; absque infirmis, & illis quæ minoris ætatis sunt.

XXXVII. Infirmis verò ita obtemperandum est, ut si sanctæ Abbatissæ jumplum visum fuerit, etiam cellariolum suum in commune, & coquiam sequestratam habeant: & cura illis seu studium impendatur, donec convalescant.

XXXVIII. Cursum diurnum vel nocturnum, id est, matutinos, vigilias, nocturnos, vesperos & duodecimam in basilica Domine Marie Congregatio dicat. Quod si hyems aspera fuerit, matutinos tantum, vesperam & duodecimam in predicta basilica dicite: secundam verò, tertiam, sextam & nonam in interiori oratorio propter illos qui aut orare cupiunt, aut Abbatissæ occurront,

aut

aut parentes suas requirunt. Quando aliqua defuncta fuerit, usque medium noctem eam paucæ forores in oratorio per vigilent & Missæ de Apostolo fiant, post medium noctem quæ vigilarerunt quiescent; & iterum aliz vigilent, & ponite hoc in notitiam sancto Episcopo, ut eam jubeat ad locum ubi ponenda est deportari.

XXXIX. Et quia Deo propitio digna & sufficiens vobis facultas collata est, quæ sufficere Monasterio vestro poslit, coram Deo & Angelis ejus te sanctam Abbatissam, & te venerabilem, quæcumque fueris, Präpositam admoveo & constitor; ut sanctæ Congregationi, quæ Deo inspirante & jubente secundum instituti-

tuta quæ fecimus regulariter vivit, omnia quæ eis sunt necessaria in vestitu & in vieti cum sufficientia tributatis. Quam rem si neglexeritis, & illa cooperint aliquid necessitate compellente mutuare, aut indigere, causam vos ante tribunal Christi noveritis mecum esse di-  
cturas.

XL. Et vos, sancta Congregatio, per profectum vestrum & per Deum omnipotentem conjuro, ut omnia quæ in hac Regula pro remedio animæ nostræ, & pro animalium vestrarum salute statulmus, integra & libibata custodiatis. Et ne per oblivionem aliquid negligatis, semel ea in mense relegate; id est in Kalendis, ac si duodecim vijibus in anno.

Ordinem etiam quomodo psallere debeatis in hoc libello judicavimus infor-  
rendum.

Primo die Paschæ ad Tertiam, Kyrie eleison, Psalmi duodecim; id est quatuor forores binos Psalmos, & alleluiaiticum tertium dicant, perditis Psalmis Kyrie eleison, Antiphonas sex, Lectiones tres: unam de Actibus Apostolorum, aliam de Apocalypsi, tertiam de Evangelio, Hymnum, Jam surgit hora tercia, & capitellum, deinde Kyrie eleison. Sic in omni opere Dei tertia vice Kyrie eleison dicite, antequam incipiatis, & Psalmis dictis & capitello perdicto. Ad Sextam idem numerus Psalmorum, & Antiphona una, Hymnus, Jam sexta sonum veluuntur. Lectio Evangelii, & capitellum. Ad Nonam ipse ordo teneatur, Hymnus: Ter hora trina veluuntur. Ad lucernarium directaneus parvulus, id est,

**Psalm. 61.** Regna terre canete Deo, psalite Domine. Alia die: Laudate patrem Dominum, Antiphona tres: Hymnus, Hic est pater versus Dni, & capitellum, quem Hymnum toto Pascha ad matutinos & ad lucernarium dicite. Ad Duodecimum imprimis direc-

**Psalm. 103.** Directaneus parvulus: Sol regnans occasum sum. Sex forores binos Psalmos cum suis alleluiaiticis dicant; Antiphonas tres; Lectiones duas, unam de Apostolo, aliam de Evangelio. Ad Nocturnos Paschales ipso numero omnia dicite, sicut in Duodecima designavimus. Ad Matutinos imprimis directaneum: Exaltebit te Deus meus & rex meus. Inde, Judica me Deus. Deus Deus meus, ad te de luce vigili, cum alleluia: deinde, Confitemini Dominum, cum alleluia: deinde, Cantemus Dominum, cum alleluia: postea, Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum quia bonus est psalmus. Lauda Hierusalem Dominum: totos tres cum alleluia, deinde benedictione dicenda est. Post benedictionem, Laudate Dominum de canticis. Cantate Domino canticum

novum. Laudate Dominum in sanctis ejus: cum alleluja. Magnificat anima mea Dominum: aut cum Antiphona, aut cum Alleluja, Hymnum, Gloria in excelsis Deo & capitellum. Et complebitis matutinos ipso ordine toto Pascha. Sic omni die Dominico, & omnibus majoribus festi-  
tatis, in quibus ab opere vacabitis. Quotidianis verò diebus ad nocturnos in primis directaneus dicatur: Misericordia mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, deinde Psalmi decem & octo: Antiphona tres parvula, Lectiones Apo-  
stoli aut Prophetarum dux, & capitelli-  
num. Complebitis nocturnis dicetis ma-  
tutinos. In sexta, id est, post Pascha usque Kalendas Octobris ipse ordo erit. Sexta feria verò post Nocturnos duce Missæ fiant in æstate; in hyeme tres. Nam Dominica omni tempore in æstate, & in hyeme post nocturnos lex Missæ fiant. Si verò evenierit ut tardius ad vi-  
giliis surgantur, quantum Abbatissæ vi-  
fum fuerit, tantum legatur. Quando signum fecerit Abbatissæ, quæ legit sine  
morâ consurgat; ut Canonicus Missarum numerus poslit impleri. A Kalendis ve-  
rb Octobris alii Nocturni addendi sunt,  
ad primos dicendum est: Misericordia mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: ad secundos: Misericordia mei Deus, misericordia mei; Psalmi decem & octo, Lectiones duæ de Prophetis, aut de Salomone. Hymnus ad primos Nocturnos: Rex atri-  
ne Domine, ad secundos: Magna & misera-  
bilis. Ubi post celebratos secundos No-  
cturnos, quia noctes crescunt, quotidie ad librofum facite Missas tres. Una foror  
legat paginas aut quartuor, quomodo  
mensura fuerit libri: si minutè fuerit  
scriptus, aut majori forma, tres pagi-  
nas; si minori, quatuor, & fieri oratio.

Joss. 5.

2. Thef. 4. *non operatur*, non manducet. Quia scripsit. Prov. 23. ptum est : *Via misericordia strata sunt spinis.* Matth. 5. Et, servum inquit precepit in tenebris exterritos.

Quotidianis iterum diebus ad Tertiam lex Psalmos dicite, Antiphonam, Hymnum, Jam surgit hora tercia, lectio nem & capitellum : *Fiat Domine.* Ad Sextam ipsum numerus Psalmorum tenendus : Antiphona dicenda, Hymnus, Jam sexta secessum voluntate, lectio & capitellum. Ad Nonam iste ordo servandus : Hymnus vero, *Ter hora tripla voluntate.* Ad lucernarium omni tempore, & scilicet & quotidianis diebus, In primis directaneus ; postea Antiphone duz. Tertia semper cum alleluia dicatur, Hymnus una die : *Dux qui seruis legibus.* alia die : *Deus creator omnium,* & capitellum. Ad duodecimam Psalmos decem & octo dicte : Antiphonam, Hymnum, lectio nem, & capitellum. Quando repausatur episcopis, in schola, in qua manetis, Completa dicatur ; in primis directaneus, & Psalmus nonagesimus dicatur, deinde capitella consuetudinaria. In Natali Domini & in Epiphania tertia hora noctis surgite : dicitur unum Nocturnum, & facite sex Missas de Hila Prophetae ; ite-

rum dieite secundum Nocturnum, & legantur aliae sex de Evangelio. In Epiphania ita : in primis unum Nocturnum : deinde de Daniele Prophetae facite illas sex Missas, & Nocturnos, & iterum de Evangelio sex. Matutinos eo ordine, sicut in Pascha scripsimus, aut Dominicis diebus. In Martyrum festivitatibus tres aut quatuor Missae fiant : primam Missam de Evangelio legit : reliquias de passionibus Martyrum. Omni sexta feria post Duodecimam sex Missas ad librum legantur : & post Nocturnos tres. Omni Sabbatho ad matutinos, *Confitemini Dominum :* & *Te Deum laudamus.* Ad Tertiam tres Lectiones : una de Prophetis, alia de Apostolo, tercita de Evangelio dicantur. Omni Dominica post Nocturnos cum prima Missa legitur, id est resurrectione, nulla federe presumat, sed omnes fient : alia Dominica alia resurrectione : sic in ordine totae quatuor resurrectiones per singulas Dominicas legantur. Post Tertiam verò, *Pater noster,* dicite : & pfallendo omnes communicent. Sic & in festivitatibus facite. Missa verò quando sancte Abbatisse vistum fuerit tunc fient.

Ordinem etiam convivii huic Regule inservimus. Fercula quotidie ad refecctionem tria, ad prandium duo, ad cenam duæ bibitur. Ad refecctionem in seitate mense Julio, & Augusto caldellos tres, ad prandium tres, ad cetenam omni tempore binos. Per festivitates vero, & quando Abbatissa indulgentias voluerit facere, & cibaria quanta ipsa voluerit ordinet, & recentes addat. Quotidianis vero diebus olera formatico & oleo semper fercula condiantur. Jejunium vero à Kalendas Septembribus usque ad Kalendas Novembribus secunda, & quarta, & sexta feria. A Kalendas Novembribus usque ad Domini Natale quotidie jejunandum est, absque Sabbatho & Dominica. Ab Epiphania vero usque ad Pascha quotidie jequoandum est, absque majori festivitate, Sabbatho, & Dominica. Post Pascha vero usque ad Pentecosten sexta feria tantum jejunandum est. Post Pentecosten mense Junio, Julio, & Augusto in potestate Abbatissæ sit de jejunio aut prandio : sicut videbit possibiliteratatem fororum, ita studeat obtemperare.

*Explicit Regula S. Aureliani ad Virgines.*

JOAN.

## JOANNIS EPISTOLA ARELATENSIS


Epistolas ad easdem,

*Sanctis ac venerandis in Christo sororibus, ipsis quibus sanctæ memorie predecessor noster AURELIANUS Episcopus Monasterium S. Maria intra muros Arelatenſis Urbis constituit, præcepta vivendi fancivit, JOANNES gratia Domini ac Dei nostri Iesu Christi Episcoput.*

**C**um plenissimè series Regulæ vobis constituta vixtus & vellitus qualitatem & quantitatem vestra sanitatis contineat, nihilque indignum in ea, quod ad emendatioem formula ejus pertineat, inveniatur: tamen pro charitate & cura ejusdem, quam Dominus Ecclesie fuz commendavit, admonemus, ut cum quanta possumus industria vigiliemus, ne aliquam occasionem antiquo hosti subripiendi sanctum gregem relinquaremus; nobisque futuro iudicio censura pro torporis negligientia justissime infestratur; aliqua veſtra sanctitati addicimus, per quæ, ut nobis videtur, liberi gressibus, nullisque præpedieotibus occasionibus Inter coelestis Hierusalem, Christo Domino præstante, incedere valeatis. Præcipimus itaque, postulantes sanctam charitatem veſtram, ut in ipsis temporibus, quibus jejunandi & reficiendi vobis statuta præcepta sunt, nulla sit vobis cum viris aut mulieribus religiosis aut laicis, quamvis quibuslibet propin-

quis aut extraneis, potandi licentia. Sed & tantum ipsis, quibus prefati sumus, pro charitatis officio, sicut concedat veſtram sanctitatem, pociolos offerre præcipimus. Vos tamen in eorum præfencia in omnibus abstinetе: ne si licentius cum eis inducta occasione potare fueritis, in resolutione potandi aut cur veſtrum contraria cogitatio subripiat, aut jocus indecens per oculos & aures, & verba aut cachinnos prorumpat. Sed sicut diximus ab hujusmodi licentia in omnibus abstinentes, & per gradus singulos Regulæ coſtitute ambulantes, viæ præfentis cursum feliciter gradiamini; & viæ eternæ mansiones permissione Domini nostri Iesu Christi ingredi festinetis. Quod ipse præſtere dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto uous Deus permanet à ſeculii, per ſecula, in ſecula ſeculorum.

*Explicit.*



## S. DONATI VESONTIENSIS EPISCOPI REGULA AD VIRGINES.

### DE S. DONATO VESONTIENSI EJUSQUE REGULA VETERUM TESTIMONIA.

TABULÆ & MARTYROLOGIA Ecclesie Vesont. apud Chiffletium, Ferratum & Sauficum die vii. Idus Auguſti.

*Vesontione depofitio S. DONATI Episcopi.*

JONAS Monachus in vita S. Columbani, cap. xiii. Tom. iii. oper.  
Venerab. Beda.

*Erat tunc temporis Dux quidam, nomine Uvaldelenus, qui gentes quo inter Alpium septem & Jurianni saltus arua incolunt, regebat: huic faboles nulla erat. Hic cum conjuſe ſua Flavia nomis, & genere & prudentia nobili, ad B. Co- lumba-*

luminarium ex Vesontiensi oppido pergit, precastes simul ut pro eis Dominum deprecaretur. Quibus vir sanctus. Si, ingrat, voti vestri est, ut largitoris domum ejus nomini consecretis, miliisque ex lacacro suscipiendum tradatis, pro vobis Domini clementiam implorabo, ut non solus eum quem Domino voreratis, bobeatis; verum quanta volueritis post pignora suscipiat. Mox : Flavia editum purum ad virum Dei deferit: quem vir sanctus suis iustis receptum sacravit, sacroque lacacro ablutum ipse suscepit, DONATUM que nomen imponit, matrice ad nutriendum reddit: qui post alterum in eadem Monasterio sapientia imbutus, Vesontiensis Pontifex est praefectus, nunc usque superem tandem cathedram regens. Qui post in amore B. Columbani, ex ipsius Regula Monasterium construxit, quod Pallatum inveniunt. Et paulo post: Post ipsa munera mater ipsorum Flavia; post mariti obitum Monasterium puerorum construxit in supradicta urbe Vesontiensi, Et omni muninente robore, multorum puerorum concionem adunavit. Tanta autem in eis veri Dei gratia flagravit, ut omnia phaleramenta praesentis vita contemnentes, ad omnipotentis Dei cultum abclarent.

MEMBRANÆ antiquæ Vesontine apud Joan. Jac. Chiffletum, lib. II.  
Antiq. Velont. cap. XXV.

Apicem tanta dignitatis (Episcopalis) adoptus nullo modo est à suo propria alteratus; sed idem permanenti officiis præcere cupiens in Christo, non deflexit a capto officio. Inter canonicos deinde concurvans Monachali schema induitus, sic erat igit illus, quos dominus noster, Canonici implens officium, Monachis non amittens propinquam. Et mox : Praterea Monasterium infra urbem monachus condidit, & in honore B. Pauli Apolloli sacravite, possefionibus ditavit, privilegio munivit: atque inde fideli viros sub B. Benedicti, & B. Columbani Luxviensi Regula virculos inservierunt. Suo diuine tempore, matre eius Flavia cooperante, ex proprio hereditate alii in eadem Urbe nobis sanctuarum wonitiam in honorem Beatae Mariae ejus adscivitum Canonicum: in quo requiecit eadem Flavia in pace, & Sirudis ejus filia, virgo sacratissima, ejusque loci Abbatis.

S. BENEDICTUS Anianus Abbas in Concordia Regularum passim citat hanc Regulam à DONATO collectam.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Auctor hujus Regule est S. Donatus Episcopus Vesontinus, qui à nobilitate parentibus, Wandelino Transjurani Duco patre, & Flavia lectissima matrona mo-  
tre, mirabiliter nata, à prima infans Deo DONATUS est, in Luxviensi mo-  
nasterio educandus. Hinc versus S. Columbani filius spiritualis dici potest, ab ipso  
baptizatus & in monasterio educatus, ut in virum sanctissimum evenerit. Igitur  
S. DONATUS post expulsione S. Columbani Luxvio, in loco Palacium dicit,  
pro Monachis exercit monasterium, quibus avitam S. Columbani disciplinam obser-  
vandum prescripsit; quod quidem canonum postea Canonicos Regularibus cessit, &  
etiamnam bodie in Burgundia nominatur ad S. Paulum. Dum itaque in hoc mo-  
nasterio tanquam Abbas sanctissimam duceret vitam, ad regendam Ecclesiam Ve-  
sontinam à populo & Clero vocatur, atque Episcopus declaratus inter Clericos &  
Canonicos arctissimam disciplinam monasticam excoluit; donec tandem adscripto in-  
tra muros civitatis canonio, apud Monachos secundum Regulam S. Benedicti & S.  
Columbani viventes, reliquum vita peragere voluit, circa annum DCXXIV. piis-  
simam animam Deo reddens, & quod terrenum erat, Monachis suis relinquent,  
ibidem summo cum honore sepultus. Hoc omnia ex superiori allatis testimoniis per-  
spicua esse videntur; nisi quodd Mabillonius in Annalibus Benedictinis Tom. I. Lib. 40.  
pag. 325. existimat, hoc ipsum monasterium, dictum Palacium & S. Paulio sacrum,  
est idem ac alterum intra civitatis muros erulum, ubi S. Episcopi simul ac Wan-  
delini patris sacra exuvia requiescent, & in quod Regulam S. Benedicti simul ac  
rigidam S. Columbani disciplinam introduxit; quia jam Luxvienses Monaci  
utramque Regulam obserabant.

Interea, sanctissimo Episcopo adhuc florente, sed mortuo patre, piissima mater  
Flavia aliud monasterium in eadem civitate construxit pro scolis Virginalibus, cui  
nomen

nomes Jussanense, in quod piissima matrona unacum Sirude juniore filia fecerit, unquam tamen officium Abbatissam suscipere volunt, sed inter sacras Virginas tamquam privata sanctimonialis famina sanctissimam vitam duxit. Ab exordio enim partbenous reperimus Gauthfrudam primam monasterii Abbatissam, cui religiosa facis Virginibus, nulla matris vel sororis folla mentione, banc praesentem nuncupavit Regulam, quā quidem defunctā in ejus locum reliqua Virgines elegerunt Abbatissam S. Sirudam supra nominatam conditricis filiam & S. Episcopi forent. Hoc autem Jussanole partbenon Deipara Virginis sacrata per plura fæcula floruit, verum sacraria Virginum asylum; donec per varias fortunas super-rimis temporibus illud occupabant Patres Ordinis Ministrorum, ubi piissima conditricis S. Flavia & secunda Abbatissam S. Siruda sacra exuvia frequente plebis devotione venerantur. Ad bujas partbenonis sacras Virginem S. DONATUS sequentem Regulam scripsit, quam ex Regulis S. Casarii, S. Benedicti & S. Columbani desumpta, felicem illa præcepta moralia, qua sexu, regioni & situ monasterii magis convenientia, quam quidem LXXVII. capitula comprehendit; quorum maxima pars ex Regula S. Benedicti est desumpta; prout legentibus apparebit.

## INCIPIT PROLOGUS REGULÆ A DONATO COLLECTÆ.

*Sanctis, & à me plurimum venerandis Christi virginibus Gauthfrudæ, omniq[ue] sua Congregationi in Canobio à famula Dei Flavia constituto,  
DONATUS omnium extremus jamulorum familiarumque Dei  
servulus, Salutem.*

**Q**UAMQUAM vos justa normam Regule, vasa Christi pretiosissima, egregie noverim quotidie vitamducere; attamen qualiter magis excelle-re debeatis sagaci vultus temper intentione perquirere. Quam ob causam sapienti mihi injungitis, ut explorata S. Casarii Arelatensis Episcopi Regula, qua specia-lius Christi virginibus dedicata est, una cum beatissimorum Benedicti quoque & Columbani Abbatum ut puta quibusdam, ut ita dixerim, collectis in unum hocculis ad instar Encheridion excerpere vobis, vel coacervare deberem; & qua specia-lius femineo sexu custodienda competenter, promulgarem: dicentes, quod Regula predicatorum Patrum vobis minime convenienter, cum easdem viris potius, & nequam feminis edidisset. Et licet sanctus Casarius propriè Christi, ut estis, virginibus Regulam dedicasset, vobis tamen ob immutationem loci in nonnullis conditionibus minimè conveniret. Ad hæc ego implenda diu multumque renuis sum voluntati vestra, non ut pervicaciter durus, sed mea consciens impossibilitate retentus, dum multorum in hac re minus necessitate rei, atque opportunitatem loci intelligentium judicium pertimesco: ne me temere reprehendant, cur de tantorum Patrum institutis audeam quidpiam excerpere, vel mutare. At contra devotionem com-

pellor, dum inhianter salutem vestrarum cupio animarum. Sed taciturnitatem meam, imo tacendi perseverantiam, sedule tandem vestrae rupere preces; qui bus quantum parvitas mea ignavia vallet, parere omni ambitione festino: sed timeo ne non tam efficaciter, quam libenter. Et rufus in ancipiū constringor, dum me imparem ad iudaganda praefatorum Patrum monita fore censeo, & quotidiano strepitu secularium inquietor. Germano tamen affectu, quia charitas omnia superat, in quantum pro aliis corporali infirmitate divina pietas possibiliter dedit, & sensus obtuli caligo permisit, quod bonis vestris desideriis placuit, cunctoque sancto vel vestro Collegio intra septa istius Monasterii adnata fugitio flagitavit, ea que vobis expediunt, & loci opportunitas, vel corporis possibilitas praestat, & à norma recti dogmatis non discordant, elegi pauca è plurimis: quemadmodum reguliter reatum Christi tramitem, tam vos, quam ceteræ vobis succedentes, Christo opitulante, tenere valeatis. Hæc verò schedula, qua vobis flagitantibus breviter succinctèque collecta est, omnes conditiones Monasterii, cauasque Regule singillatim determinat, & dispensat: & ita per titulos luculentius deflorata est, ut quelibet sit necessitas requirendi prius in capitulis cernatur, & facile juxta ea

designata in capitulo suo reperiatur. Quæ capitulo vilitatis meæ Apologeticam subsequuntur. Quia de te vos sanctas animas, mentesque Deo deditas coram omnipotenti Deo spirituali affectu obsecrate compellor, ut hac eadem vestra petitioni statuta, absque ulla dumtaxat refutatione, & indefiniti studio, menteque sagaci, tempore perpetuo conservare studias: & juniores, vel etiam negligentes, juxta tenorem ipsius Regule coetereatis, & eam sibi coram omni Congregatione legatis: ut nulla se de ignorantia excusare possit. Juniores corrigite: anus obsecrate: Præpositæ vestre in omnibus obedite; negligentias vestras indefinenter eis aperite: altera alterius onera portate: invicem vos omnes puro & callo amore diligite: ut veniente sposo vestro, Domino Iesu Christi-

sto, plenis oleo ac relucentibus lampadibus occurratis: tripudiantesque dicatis singulæ: *Iuvati quæsius anima mea. Cap. 5.* Hoc ergo ego omnium ultimus specialius alimitati veltra humili & subnixa prece deposco: ut pro me, qui petitioni vestra obtemperans hac per colla vel commata temperavi, tam in diurnis, quam in nocturnis officiis, dum in hoc luteo corpusculo degn, creberrimas fundatis preces, & postquam Domino jubente migravero, lacras per me hostias offerri Domino faciat: quatenus cum vobis in choro sacrarum ac sapientium Virginum, virginitatis palma, beatitudine tribuerit; saltet mihi cunctis onerato peccatis delictorum venia tribuatur.

*Explicit Prologus.*

## INCIPIT REGULA.

### CAP. I. Qualis debet esse Abbatissa.

**M**ATER Monasterii, quæ præfesse digna fuerit Congregationi, cogitet semper quale onus suscepit, & cui est redditura rationem villicacionis sue: sciatque sibi oppertere prædictæ magis, quam præfesse. Oportet ergo eam esse instrutam lege divina: ut sciat unde proferat nova & vetera: castam, sobriam, misericordem; & sibi superexaltet misericordiam iudicio, ut idem ipsa consequatur. Odio habeat vitia, diligit forores. In ipsa autem correctione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum cupit eradere aruginem, frangat vas: suamque fragilitatem semper suspecta sit: meminiterque calamum qualitatum non conterendum. In quibus, non dicimus ut permittat nutriti vitia, sed prudenter, & cum charitate ea amputet, ut viderit cuique expedire, sicut jam diximus: & studeat plus amari, quam timeri. Non sit turbulentæ & anxia, non sit nimis & obstinata: non sit zelotypa, & nimis suspicio: quia nunquam requiecerit. In ipsis impietis suis sit provida & considerata: & sive secundum Deum; sive secundum seculum sit, opera que injungit, discernat & temperet. Omnia vero que docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda: ea aliis predicans ipsa reproba inveniatur: ne quando illi dicat Deus peccanti: *Quare tu exortas iusticias meas; & affirmas testam entum meum per os tuum?* Tu vero edifici disciplinam, projiciisti sermones meas post te. Non ab ea persona discernatur in Monas-

terio: non una plus ametur quam altera: nisi quam in bonis actibus, aut obedientia invenerit meliorem. Non præponatur ingenua ex servitio convertenti; nisi alia rationabilis causa existat. Quia iuxta Apostoli dictum: *sive seruus, sive liber, omnes in Christo unus sumus:* & sub uno Domino æqualem servitutem militiam bajulamus: & *non est apud Domum personarum Regula.* *Cor. 11.* *accepis.* Sic autem omnia secundum Deum temperet ac discernat, qualiter in die iudicii de credito talento mercedem accipiat: & ut præsentem Regulam in omnibus conservet: ut dum bene ministraverit, audiat à Domino quod servus bonus audire meruit: *Euge seruus bone & fidelis,* *Math. ap. intra in gaudium Domini tui.*

### CAP. II. De adhibendis ad consilium fororibus.

**Q**UOTIES aliqua præcipua agenda sunt in Monasterio, convocet Abbatissa omnem Congregationem: & dicat ipsa unde agitur: & audiens consilium fororum tractet apud se, & quod utilius judicaverit faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia si pè juniori Dominus revelat quod melius est. Sic autem dent forores consilium cum omni humilitatis subjectione, & non præsumant procaciter defendere quod eis visum fuerit; sed magis in Abbatissæ pendet arbitrio: ut quod salubrissime esse judicaverit, ei cuncte obediunt. In omnibus igitur omnes Magistrorum sequantur Regulam, neque ab ea temere declinetur à quaquam. Nulla in Mona-

Monasterio proprii sequatur cordis voluntatem. Non presumat quemquam cum Abbatissa sua proterve contendere. Quod si presumperit, regulari disciplinae subjaceat: id est, in cella retrudatur, donec penitendum humilietur. Ipsa tamen Abbatissa cum timore Dei & observatione Regule omnia faciat: sciens se procul dubio de omnibus judicis suis aequissimo judici Deo rationem reddituram. Si qua verò minora sunt agenda in Monasterio utilitatis, seniorum tantum utatur consilio: sicut scriptum est: *Omnia fac cum consilio, & post factum non penitentia.*

CAP. III. *Qua sunt instrumenta bonorum operum.*

**I**NFRIMIS Dominum Deum tuum diligere: ex toto corde, tota anima, tota virtute: deinde proximum tanquam teipsum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiscere: non fallum testimonium dicere, honorare omnes homines: quod sibi quisque facere non vult, alii non facias: abegere semetipsum sibi, ut sequatur Christus; corpus caeligerum: delicias non amplecti: jejunum amare: pauperes recreare, nudos vellere, infirmos visitare, mortuum sepelire. In tribulatione subvenire, dolentem consolari: à feculi aethibus se facere alienum, nihil amoris Christi prapondere. Iram non perficere, iracundia tempus non reservare: dolum in corde non tenere, pacem falsam non dare, charitatem non derelinquere: non jurare, ne forte perjurere: veritatem ex corde, & ore proferre, malum pro malo non reddere: injuriam non facere, sed & factas patienter sufferre. Inimicos diligere: maledicentes ibi non remaledicare, sed magis benedicere: persecutionem pro iustitia sustinere. Non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmurolum, non detrac-torem; spem suam Deo committat; bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi: malum verò seipser à se factum sciat, & sibi deputet; diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam eternam omni cunctispietatis spirituali desiderare: mortem quotidie ante oculos suspeccare habere: actus vita sua omni hora custodiare: in omni loco Deum se respicere pro certo scire; cogitationes malas cordi suo advenientes mos ad Christum allidere, & seniori spirituali pati facere. Os suum à malo, vel prævo eloquio custodiare: multum loqui non amare: verba vana, aut tñli apta non loqui: rñsum multum, aut excusum non amare. Lectio[n]es sanctas libenter audi-

*Cod. Regul. Tom. I.*

re: orationi frequenter incumbere: mala sua præterita cum lacrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri: de ipsis malis de cætero emendare. Desideria carnis non perficere: voluntatem propriam odire; preceptis Abbatissæ in omnibus obediare, etiamque ipsa aliter, quod absit, agat: memor illius Dominicæ præcepti; *Qua ducit, facite; qua autem Mœbi. 23. faciunt, facere nolite.* Non velle dici sanctum, antequam sit: sed prius esse quod verius dicatur: precepta Dei sancti quotidie adimplere: castitatem amare: nullum odire: zelum & invidiam non habere: contentionem non amare: elationem fugere: & seniores venerari: juniores diligere in Christi amore, pro inimicis orare: cum discordante ante solis occasum in pacem redire: & de Dei misericordia nunquam desperare. Ecce haec sunt instrumenta artis spiritualis, quæ cùm fuerint à nobis die noctisque incessibilibiter adimplenta, & in die judicii reconfignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipse promisit, quod *auctus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascensit, qua preparauit bis qui diligunt eum.* Officina vero ubi haec omnia diligenter operemur, clauſtrant Monasterium, & stabilitas in Congregatione.

CAP. IV. *Qualis esse debent Abbatissæ.*

**Q**UANTA benevolentia diligatis Matrem, quæ omnium vestrum curam gerit: & Præpositæ sine murmuratione obediunt; ne in illis charitas contristeatur. Ipse verò vobis quæ præfuit, cum charitate & vera pietate discretionem & Regulam studeant custodiare. Corripiant inquietas, pusillanimes consolentur, sustineant intimas: semper cogitantes Deo se pro vobis reddituras rationem. Unde & vos magis sanctè obediendo, non vestrum, sed etiam ipsarum misericordini & quæ inter vos quantum in ordinatione superiores videntur, tantum in periculo majori versantur. Pro qua re non solùm Matri, sed etiam Præpositæ, Primicerio, vel Formariz cum reverentia humilietur, obedeat.

CAP. V. *Dc Præposita Monasterii.*

**P**REPOSITA Monasterii eligatur à matre spirituali de Congregatione cum con-silio seniorum suarum, sancta, sapientis, timens Deum; humilitatemque super omnia habens: & in religiosis amore devote, & Regule observatione sic cognita. Quæ Præposita ea agat cum reverentia, quæ etiam à Matre spirituali: injuncta fuerint; nihil coquunt; ipsius vos:

*B b b 2*

*lunca-*

Junctatem aut ordinationem faciat ; quia quantum prelata est exteris fororibus , tanto magis eam oporteret sollicitè obser-  
vare in omnibus praecepta Regule. Quæ Preposita, si in aliquo reperta fuerit vi-  
tio, aut elatione fuerit decepta superbizæ,  
aut contemptrix sanctæ Regule compro-  
bata, admoneatur verbis usque tæ : si  
non emendaverit, adhibeatur ci corre-  
ctio disciplina regularis : quæ si neque sic  
correxerit, tunc deicijatur de ordine Pre-  
posituræ, & alia quæ digna est, in loco  
ejus subrogetur. Quod s. & post hoc  
in Congregatione quieta & obedientiæ non  
fuerit, etiam de Monasterio expellatur :  
aut in cella ob poenitentiam coodignam  
retrudatur.

**CAP. VI.** *Ut quæ ad conversionem venerit  
non statim recipiatur.*

**H**ec igitur ioprimitis vestro sancto Cœ-  
nobio conservanda est norma , ut  
quæcumque Deo inspirante converti volu-  
luerit, non ei licet statim habitum reli-  
gionis assumere , nisi antea in multis ex-  
perimentis fuerit voluntas illius appro-  
s. Jōn. 4. bata : sicut ait Apostolus : Probat spiritus,  
s. Thes. 1. f. ix. Deus tuus : & aliib : Omnia probat ;  
quod bonum est esse. Ergo si persevera-  
verit pulsans , & illatas sibi injurias &  
difficultates vita fuerit patienter portare,  
& persistere petitioni suæ , annuatuer el  
ingressus : & fit in cella ubi meditetur,  
& manducet, & dormiat. Et senior ei  
talis deputetur , quæ ei Regulam seplus  
legat, & curiosè intendat & sollicita sit,  
si revera Deum querit, si prompta est  
ad opus Dei , ad obedientiam , ad opprobria sustinenda. Prædicentur ei om-  
nia dura & aspera , per quæ itur ad  
Deum ; & si promiserit de stabilitate sua  
perseverantiam , tunc denum post anni  
cicumulum in Cœnobium ingredietur , &  
obedientia ac stabilitate promissa in Con-  
gregatione societur. Et si potest fieri ,  
aut nusquam, aut difficile in Monasterio  
infantula parvula , nisi ab annis sex aut  
septem , quæ jam & literas discrete , &  
obedientia obtemperare poslit , fulci-  
piatur.

**CAP. VII.** *De his quæ gelidis ad maritis  
Monasterium veniunt , qualiter  
recipiuntur.*

**Q**UE autem vidue , aut maritis relicitis ,  
aut mutatis vestibus ad Monasterium  
veniunt, non excipiuntur , nisi antea de  
facultatiola sua cui voluerint chartas, aut  
donations , aut venditiones faciant : ita  
ut nihil sua potestati , quod peculiariatæ  
aut ordinare aut possidere videantur , re-  
fervent : propter illud Domini præce-

ptum : Si vis perfellas esse , vade , vnde March. 19.  
omnia que habes : Et , Si quis non reliquerit Luc. 14.  
ris omnia , & fecerit me fuerit , non potest  
me esse discipulus. Ille vero , quæ adhuc  
vivis parentibus substantiam suam in pot-  
estate habere non possunt , aut adhuc mi-  
noris seratis sunt , chartas tunc facere  
compellantur , quando res parentum in  
potestate habere potuerint , aut ad legi-  
timam ætatem pervenerint. Ideo hoc  
sanctis animabus vestris præcipimus , ti-  
mientes exemplum Ananis & Saphire ,  
qui cum totum se dixissent Apostolis ob-  
tulisse , partem obtulerunt , partem sibi  
infideliter reservaverunt ; quod scilicet  
oec decet , nec licet , nec expediat.  
Ancillam propriam nulli , nec Ab-  
batisse , licet in suo servirio habere :  
sed si opus haberit , Abbatisse jubente ,  
de junioribus in folatio suo accipiat.

**CAP. VIII.** *Ut nulli licet rem propriam  
possidere.*

**H**oc præcipue vitium radicatus ampu-  
randum est de Monasterio ; ut nulla  
præsumat aliquid proprium habere , nec  
quidquam dare aut accipere , vel tenere ,  
fine jussione matris , nullam omnino rem ,  
neque tabulas , neque graphium , sed  
nihil omnino : quippe quibus nec corpo-  
ra sua , nec voluntates licet habere in  
propriæ voluntate : omnia verò necessaria  
à matre Monasterii sperare. Nec  
quidquam licet habere , quod ipsa non  
dederit , aut permisit. Omniaque om-  
nibus sint communia : ut scriptum est :  
Et erant illis omnia communia. Nec queque  
suum aliquid esse dicat , aut vindicare  
præsumat. Quod si quæ hoc nequissimo  
vitio deprehensia fuerit delectari , tribus  
suppositionibus peniteat.

**CAP. IX.** *Ut nemo peculiare opus sine  
jussione faciat.*

**N**ENO sanè cuiuslibet operis vel artifici-  
al pro suo libito quidquam sine jussione  
eligit faciendum : sed quod faciunt in  
commune faciunt , tam sancto studio , &  
tam fervente alacritate quasi sibi ipsi  
fecerint ; & quod faciunt matri præfen-  
tent , & illa cui opus fuerit dispenset.  
Quæ autem contumax exiterit , hoc  
quod fecit privetur , & centum percus-  
sionibus peniteat. Quæ aliquid habe-  
bant in seculo , quando ingrediuntur Mo-  
nasterium , humiliter illud offerant matri ,  
communibus usibus profuturum. Quæ  
autem non habuerunt , non ea querant  
in Monasterio , quæ nec foris habere po-  
tuunt.

**CAP. X.** Ut nulla despiciat sororem suam.

**I**LLE verò quæ aliquid habere videbantur in seculo, non fastidiant neque despiciant sorores suas, quæ ad illam famam societatem ex paupertate venerunt: nec de suis divitiis superbiant, quod eas Monasterio obtulerunt, quod eis in seculo fruerentur. Quid prodest dispersgere, & dando pauperibus pauperem fieri, si misera anima diabolica infletur superbia? Omnes ergo unanimiter & concorditer vivite, & honorate in vobis invicem Deum, cujus templum esse meruitis. Quæ autem in hoc jactantur criminis, quod diximus, Inventa fuerit, supplicationem cum silentio faciat.

**CAP. XI.** Ut nulli licet femotam babere mansionem.

**N**ULLI licet femotam eligere mansionem, nec habebit cubiculum, armarium, aut aliquid huiusmodi, quod peculiarius cum clavi claudi poshit: sed omnes divitis lectulis in una maneat domo. Quæ verò aliter agere, aut habere præsumptferi, suppositionem suffineat. Quæ autem senes sunt; & infirmæ, ita illis convent obtenerare, & oruinare, ut non singula singulas cellas habeant, sed in una recipiant omnes, ubi & maneat, & studium habeant. Nunquam ibi, sicut & in reliqua Congregatione, altiore voce loquuntur, ut extra modum à foris audiantur: quod si fecerint, suppositionem silentii, aut quinquaginta percussionses accipiant.

**CAP. XII.** Qualiter senes aut infirmæ gubernanda sint.

**I**LLUD ante omnia sancta Mater, & venerabilis quæcumque fuerit Praepositus; etiam cuicunque cura committenda est infirmarum; Primiceriam etiam, vel Formariam admoneo, & contestor, ut vigilansim consideretis, & si sunt aliquæ de fororibus, quæ pro eo quod aut diligentius nutritæ sunt, aut defecções foritan stomachi frequentius patiuntur, & sicut reliqua abstinere non possunt, aut certè cum grandi labore jejunant, si ille propter verecundiam petere non præsumt, vos eis jubeatis à Cellaris dari, & ipsi ut accipiant ordinetis. Et certissime confidant, quod quidquid dispensante aut jubente seniore qualibet hora percepient, in illa repuatione Christum accipiunt. Et sicut jam superius diximus, infirmarum cura ante omnia & super omnia adhibenda est; ut sicut revera Christo, ita eis serviatur: quia ipse

dixit: *Infirmus fui, & visitasti me;* Et, *Matri, si quod fecisti mihi de bis minimis fratribus meis, mihi fecisti.* Sed ipse infirmæ sorores considerent in timore Dei sibi serviri, & non superfluitate sua contristent sorores suas servientes sibi: quæ tamen patienter portandæ sunt; quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Matri, ne aliqua negligenter patiatur. Quibus infirmis sit cella per se deputata: & quæ eis obsequium impendat, timens Deum ac solicita sit. Balnearium usus infirmis quoties expedite offeratur, sanis autem, & maximè juvenibys, tardius concedatur. Carnes verò à nulla unquam in cibis manducentur; si forte aliqua in desperata infirmitate fuerit, jubente & providente Abbatis accipiat. Cum vero vires præstinas reparaverit, ad feliciorem redeat abstinentie consuetudinem. Et si hoc necessitas infirmarum exegerit, & Matri Monasterii justum visum fuerit, cellarium & coquim sicut infirmæ in commune habeant.

**CAP. XIII.** Qualiter ad officium divinum curratur.

**A**D horam divini officii, mox ut audiunt fuerit signum, relictis omnibus qualibet fuerint in manibus, summa cum felicitatione curratur; cum gravitate tamen, ut non scurrilicas inveniant formam. Nihil tamen operi Dei preponatur. Quæ verò nocturnis vigiliis ad Glorianam primi non occurritur psalmi, non stet in ordine suo in choro, sed ultima omnium, stet, aut in loco quemlibet negligentibus seorsum constituerit Senior: ut videatur ab omnibus, usque dum completo opere Dei publica satisfactione poniteat. Ea verò, quam superius diximus, horis diurnis observatio conservetur.

**CAP. XIV.** De bis qua ad opus Dei vel ad mensam tardè occurserint.

**Q**UA signo tacto tardius ad opus Dei vel ad opera venerit, increpatione, ut dignum est, subjacebit: quæ si secundò aut tertiò admonita emendare noluerit, regulari subjaceat disciplina. Siquiliter quæ ad mensam ad primum capitulum orationis non fuerit, & occupata in aliquo per iussionem non fuerit, non permittatur ad mensam communis participationis sedere; sed sequestrata à conformatio omnium reficiatur sola, sublata ei portione sua de vino. Eadem verò patiatur, quæ non fuerit præfens ad illum versum qui post cibum dicitur.

CAP. XV. *De significanda hora operis Dei.*

**N**UNTIANDA hora operis Dei die nocturna que sit cura Abbatissae : aut ipsa nunciare debet, aut alicui solicite foro injungat hanc curam, ut omnia horis competentibus complecantur. Psalmos vel Antiphonas post Abbatisam ordine suo quibus jussum fuerit imponant; cantare autem & legere non presumat, nisi quæ potest ipsum officium implere; ut sedificantur audientes: quod cum humilitate, & gravitate, & timore faciat, cui iussit Abbatissa.

CAP. XVI. *De Oratorio Monasterii.*

**O**RATORIUM hoc sit quod dicitur: nec ibi quidquid aliud geratur aut condatur, excepto opere Dei. Omnes cum somno silentio excent: & agatur reverentia Dei, ut foro que forte fibi peculiariter vult orare, non præpediat alterius improbat. Sed & si altera vult fibi forte secerius orare, simpliciter intret & ore, non in clamoris voce, sed in lacrymis & intentione cordis. Ergo quæ simile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei remanere, sicut dictum est, ne alia impedimentum patiatur.

CAP. XVII. *De disciplina psallendi in Oratorio.*

**U**BIQUE credimus divinam esse præsentiam, & oculos Domini contemplantes bonos & malos: maximè tamen hoc sine aliqua dubitatione credimus, cum ad opus divinum assitimus. Ideo semper memorates sumus, quod ait Propheta: *Servi Domini in timore: & iterum: psallit sapienter: Et, In conspectu Angelorum psallit tibi.* Ergo consideramus qualiter optinet in conspicitu divinitatis & Angelorum ejus esse, & sic itemus ad psallendum, ut mens nostra concordeat voci nostra. Dum in oratorio psallitur fabulare omnino non licet.\* Cum vero psalmis & hymnis vacatis Deo, id verletur in corde quod præfertur in voce, & quæ fabrilest in cursu orationum, sex percussionibus; si in sonum eruperit risus, suppositionem.

CAP. XVIII. *De reverentia orationis.*

**S**I cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non presumimus nisi cum humilitate & reverentia; quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate & puritatem devotione supplicandum est? Et non in multiloquo, sed in puritate cordis & compunctione lacrymarum nos exaudiiri credamus. Et

ideò brevis debet esse & pura oratio; nihil forte ex affectu inspirationis divinae gratia protendatur. In conventu tamen omnino breviter oratio: & facto signo à Priore omnes pariter surgant.

CAP. XIX. *Qualiter silentio studere debent forores.*

**O**MNI tempore omnique loco silentio studere debent ancillæ Christi, maximè tamen nocturnis horis. Et ideò exequentes à completoriis nulla sit licentia denuo loqui cuicunque aliquid, usque manè post secundam celebratam in conventu: quod in loco veniam petentes, ac singulæ confessiunem dantes pro cogitationibus carnalibus atque turpibus: vel nocturnis visionibus, demum pariter orantes dicant: *Fiat Domine conforta nos, quia madmodum speravimus in te.* Sic quoque vicissim dicant ad seniorem: da committatum, vestimentum mutare, & quod opus fuerit fieri.

CAP. XX. *Quando vident lectioni.*

**A** SECUNDA hora usque ad tertiam, si aliqua necessitas ut operentur non fuerit, vident lectioni: reliquo verò spatio dici faciant opera sua, & non se fabulis occupent, propter illud Apotholi: *Cum 2. Thes. 3. filii operantes: & illud: In multoquo Prov. 10. non effuges peccatum.* Et ideò hoc vobis omnino loquendum est, quod ad ædificationem vel utilitatem animæ pertinet: cum autem necessitas operis exegerit, tunc loquantur. Reliquis verò in unum operantibus una de senioribus legat: de reliquo meditatio verbi Dei de corde non cedet. Si autem, ut diximus, aliqua compellit necessitas, ut infra hunc terminum operari debeat, in arbitrio sit Matri, qualiter absque murmurare fiat. Omnia quæcumque opera facitis, quando lectio non legitur, de divinis scripturis semper aliquid ruminare. Nemo cum murmurazione aliquid faciat, ne simili murmuratorum judicio periret; secundum illud Apotholi: *Omnia facite sine murmuris. Phil. 2. tristitia.* Humiles semper invicem sitis, non solùm senioribus, sed & coequalibus & junioribus, & Deus superbis resistat: ne inflata per viam angustam tranire non possint. Quidquid vobis à senioribus fuerit imperatum, sic accipite tamquam si de celo sit ote Dei prolatum. Nihil reprehendas, nihil despicias, in nullo penitus non murmurare præsumas: quia in Monasterio servire venisti, non imperare: obedire potius, quam jutere. Totum Ianctum, totum jultum, totum utile judica, quidquid aut tibi, sicut aliis viridis imperari.

## CAP. XXL

**CAP. XXI.** *Si omnes aquiliter dovent necessaria accipere.*

**MM. + CAP. XXII.** *SCRIPTUM est : Dividetur frigoris prout unicus opus erat : ubi non dicimus, ut personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmarum consideratio : ut quae minus indiget, agas Deo gratias & non contritetur : que verò plus indiget, humilietur pro iustitate, non extollatur pro misericordia ; & ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmuratio malum pro qualicunque causa in aliquo qualicunque verbo vel significatio appareat : quod si deprehensa que fuerit, distridtori disciplina subdatur.*

**CAP. XXIII.** *Qualis debet esse ancilla Dei dum castigatur.*

**Q**UE pro qualibet culpa admonetur, castigatur, corripitur, arguenti respondere non presumat : quod si fecerit, regulari subjaceat disciplina. Que aliquid ex his que jubentur implere nolebit, à communione orationis, vel à mensa, secundum qualitatem culpe, sequastabitur.

**CAP. XXIV.** *Qualiter ad confessionem omnibus diebus veniant.*

**I**NTER ceteras Regule observantias hoc magis super omnia tam juniores quam etiam seniores monemus sototes, ut assidue & indesinenti studio tam de cogitatu, quam etiam de verbo iustilli, vel opere, seu aliqua commotione animi, confessio omnibus diebus, omnibus horis, omnibusque momentis semper doneatur ; & matris spirituali nihil occultetur, quia statutum est hoc à sanctis Patribus, ut detur confessio ante mensam, sive ante lectulorum introitum, aut quandoconque fuerit facile, quia confessio penitentie de morte liberat. Ergo nec ipsa parva à confessione sunt negligenda cogitata, quia scriptum est : *Qui parva negligit, puniatur deinceps.*

**CAP. XXV.** *De his qua ad lectum suum aliquid occultare presumperient.*

**Q**UE soror ad lectulum suum, que ad manducandum, vel ad bibendum pertinent, presumperient occultare, publicè coram omnibus arguantur : & tunc denunc palam cunctis presentibus objurgata suppositionem sustinere cogatur.

**CAP. XXVI.** *De his qua non custodierint benedictionem ad mensam, & cetera similia.*

**S**I comedenter vel biberit non petens benedictionem, & non respondens,

Amen, sex percussionibus : & que non signaverit cochlear quo lambit, sex : & que locuta fuerit comedens, non in necessitate alterius fororis, sex : vel pertuderit cultello mensam, sex : & si dixerit suum proprium aliiquid, sex percussionibus emendet.

**CAP. XXVII.** *De his qua in coquina aliud effuderint.*

**Q**UECUMQUE de fororibus cui sollicitudo coquinandi vel ministrandi commissa est, quantum quid effuderit, oratione in Ecclesia post expletum cursum, ita ut forores pro ea oreant, emendare statuitur. Similiter poniteat, que humiliationem in synaxi, id est, in curfu obliteretur, haec est humiliatio in Ecclesia post finem uniuscujusque psalmi. Simili modo que perdiderit micas, oratione in Ecclesia emendari cogatur. Ita tamen haec parva penitentia judicetur, si parvum quid effuderit ; quod si ex negligencia, vel obliuione, vel transgessione securitatis, tam in liquidis quam in aridis amplius solito perdiderit, longa veniam in Ecclesia, dum duodecim psalmos ad duodecimam canunt, prostrata nulium membrum movens peniteat, & que non custodierit ordinem ad sacrificium, sex percussionibus emendetur.

**CAP. XXVIII.** *De his qua sine oratione egrediuntur domo.*

**Q**UE egrediens domum ad orationem profundam non se humiliaverit, & post acceptam non se signaverit, & crucem non adierit, duodecim percussionibus ; & que orationem ante opus aut post oblitia fuerit, duodecim percussionibus : aut que regrediens dominum, orationem petens non se curvaverit intra dominum, duodecim percussionibus emendetur : vel que facit curfus non necessarios, duodecim percussionibus emendetur.

**CAP. XXIX.** *Qua profert fabulas otiosas ad alium, & qua se excusaverit, & dicit confilium contra confilium.*

**F**ABULAS otiosas proferens ad alteram, & statim semidiplam reprehendens, venia tantum sufficit : si autem non se reprehenderit, tractantes eas suppositione silenti aut quinquaginta percussionibus peniteat : excusationem proferens cum simplicitate, quando in aliquo discutitur, & non dicit statim veniam potens, mea culpa, penitet me : confilium contra confilium cum simplicitate promens, quinquaginta percussionibus peniteat.

CAP. XXIX. *De his quia reprehendunt alios  
rum opera & cetera familia.*

**R**EPEHENDENS alliarum sororum opera  
ant detractans : proferens correccio-  
nem contra correctionem , hoc est ca-  
stigans castigantem se , tribus suppositio-  
nibus poeniteat . Quæ soror abcondit  
aliquid crimen in sorore sua usque dum  
corrigitur de alio vicio vel de ipso , &  
tunc prius profert illud adversum soror-  
em suam , tribus suppositionibus : vel  
quæ detrahit alicul sorori , aut ault de-  
trahentem non corrigen tam , tribus  
suppositionibus : & quæ aliquid cum con-  
tradictione aut tristitia promis , simil-  
modo tribus suppositionibus poeniteat .  
Quæ aliquid reprehendens Præposita non  
vult indicare , usque dum matrī seniori  
indicet , similiter poeniteat . Quæ soror  
vituperat alieni sorori obsequium dan-  
dum , murmurat & dicit , non faciam  
nisi dicat senior aut secunda , similiter  
tribus suppositionibus . Quæ consanguine-  
nam suam docet aliquam decentem ar-  
tem , & aliud quodlibet a seniore fuerit  
impositum , dixerit , melius lectionem  
dicit , tribus suppositionibus poeniteat .

CAP. XXX. *De his quia cum Præposita  
sua superbè contundunt.*

**Q**UE ad Præpositam suam audet di-  
cere ; non tu judicabis causam meam ,  
sed nostra senior aut cetera sorores ,  
quadraginta diebus poeniteat : nisi ipsa  
bumiliter dicat , poenitet me quod dixi .

CAP. XXXI. *De his quia non postulant ve-  
niām correda & cetera familia.*

**Q**UE non postulant veniam correcta , sup-  
positione : quæ visitaverit alias in cel-  
lis earum sine interrogatione , simili modo  
poeniteat : aut in coquinam post nonara  
jerit , suppositione : aut extra vallum ,  
id est extra septa Monasterii sine interro-  
gatione jerit , suppositione poeniteat .

CAP. XXXII. *Ut nulla alterius teneat ma-  
num , nec juvenula se invicem  
appellent.*

**P**ROHIBETUR ne pro dilectione aliqua  
ulla alterius teneat manum , sive ite-  
serit , sive ambulaverit , sive federit .  
Quod si fecerit , duodecim percussioni-  
bus emendetur . Juvenculæ , quibus im-  
ponitur terminus , ut non se appellent  
invicem : si transgressi fuerint , quadra-  
ginta percussionibus poeniteat .

CAP. XXXIII. *Ut sedentes ad mensam  
taceant.*

**S**EDENTES ad mensam taceant , & ani-  
mo lectionis intendant . Cum autem  
lectio cessaverit , meditatio sancta de  
corde non cesset . Si vero aliquid opus  
fuerit , quæ mens præst sollicitudinem  
gerat , & quod est necessarium nutu magis  
quam voce petat . Nec folz vobis  
haec fumant cibum , sed & aures au-  
diant Dei verbum . Nam quæ logui pra-  
sumplerit ; vel viginti vel triginta per-  
cussiones accipiat . Poenitentias vero mil-  
litas juxta mensam si fecerit Præposita  
mensie imponat , amplius quam viginti  
quinque percussiones simul non dentur .

CAP. XXXIV. *Qualiter aut quibus tem-  
pribus genus flebitur.*

**P**OENITENTES sorores , & indigentes pa-  
nitentia psalmorum , hoc est , quibus  
neccesse est ut psalmos adhuc pro visione  
nocturna decantent : quia pro illusione  
diabolica , ac pro modo vilioris viginti  
sex psalmos in ordine , alia quindecim ,  
alia duodecim indigentes penitentia  
psalmos decantare debent : quamvis ergo  
in nocte Dominica , & tempore Quin-  
quaginta feste genuflectant . In communione  
autem omnes sorores omnibus diebus &  
noctibus tempore orationum in fine om-  
nium psalmorum genus ad orationem ,  
si non infirmitas corporis officerit , fle-  
ttere sequo moderamine debet , sub sil-  
lentio dicentes : *Dominus ad adjutorium meum  
intende : Domine ad adjuvandum me festina.*  
Quem versiculos postquam in oratione  
tacite decantaverint , sequitur a flexa  
orationis furgant , excepta diebus Domini-  
nicis , & à prima die sancti Paschæ , us-  
que ad Quinquagesimum diem , in quo  
moderate tempore psalmodia humiliantes ,  
genus non flecent . Et quando ad com-  
munionem altaris accedunt , ter se hu-  
miliant .

CAP. XXXV. *Ut jurare omnino non licet.*

**J**URAMENTUM vel maledictum , velut  
venenum diaboli fugere & vitare con-  
tentad , quod si fecerit , duabus silentijs  
suppositionibus , & centum percussioni-  
bus poeniteat .

CAP. XXXVI. *De Quadragesima obser-  
vatione.*

**L**ICET omni tempore vita Monachis  
Quadragesima debet observationem  
habere , tamen quia paucorum est ita  
virtus , ideo siademos istis diebus Qua-  
dragesima omni puritate vitam suam cu-  
stodiare ; omnes pariter fortes , & no-  
gligen-

gligentias allorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc dignè fit, si ab omnibus vitiis temperamus; orationi cum fletibus, lectio, & compunctioni cordis, aut abstinentie operam damus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid solito penso servitutis nostra orationes peculiares, ciborum & potus abstinentiam: ut unaqueque super mensuram sibi indicatam aliquid propria voluntate cum gaudio sancti Spiritus offerat Deo: id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate; & cum spirituali desiderio gaudium sanctum Paschæ expedit. Hoc ipsum tamen quod unaqueque offert, Abbatissæ sua fudderat, & cura ejus faciat oratione & voluntate. Quidquid sine matris spiritualis permissione fit, presumptioni reputabitur & vanæ glorie, non mercedi.

#### CAP. XXXVII. Quot sunt gradus humilitatis.

**P**RIMUS humilitatis gradus est, obedientia sine mora. Hac convenient his, que nihil sibi à Christo charius aliquid existimantes, propter servitium sanctum quod professi sunt, seu propter metum gehennæ, vel gloriam vice eternæ, mox ut aliquid imperatum à majore fuerit, ac si divinitus imperetur, mōram pati nesciunt in faciendo, de quibus Dominus dicit: *Obstinatus auris obediens noli.* Et idem dicit doctoribus: *Qui vos audire, me audiri.* Ergo tales relinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deferentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfictum relinquentes, vicino obedientes pede, jubentis vocem factis sequuntur, vel uno momento praedictæ senioris iussione etiam contraria sustinere debere. Dicit ex persona suffi-

*Psal. 17.* *43. rentium: propter te mortificans tota die, affinata sumus ut oves occisionis;* & securi de spe retributionis divinae, subsequuntur gaudentes, & dicentes: *Sed bac omnia superannus proper em, qui dilexit nos;* & eadem alio loco scripta dicit: *Proba nos Deus, ignosca examinans, factus excommunicatus argenteum;* & induxit nos in lacrimas, peccatis tribulationes in dorso nostro. Et ut ostendat sub Priore debere nos esse, subsequitur dicens: *Imposuit benes super capite nostra.* Ideo angustam viam arripiunt, unde Dominus dicit: *Angusta via est, qua ducit ad vitam.* Ut non suo arbitrio viventes, vel desideriis suis & voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio, in Coenobio degentes seniorem sibi præesse desiderant. Sine dubio hæ tales illam Domini imitantur sententiam, que dicit: *Non veni faciens voluntatem meam,* sed ejus qui misit me. Sed

*Cod. Regul. Tom. I.*

hæ ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod juberet non trepidè, non tardè, aut cum murmurazione, vel cum responsum nolentis efficiatur: quia obedientia quæ majoribus præbetur, Deo exhibetur, ipse enim dicit: *qui vos audire, me audire.* Nam si ta-*Matt. 10;* lis non fuerit obedientia, non erit acceptabilis Deo, qui ait: *V qui non accipit *Iac. 14.* crux suam, & sequitur me, non est unus dignus.* Et idem dicit de digno discipulo: *ut ubi ego sum, ibi & sunger meus mecum erit. *Joan. 12.**

#### CAP. XXXVIII.

**S**ECONDUS humilitatis gradus est, priam quæque non ansare voluntatem, & desideria sua non debet implere: sed vocem illam Domini factis imitetur, dicens: *Non veni faciens voluntatem meam,* *Joan. 6.* sed ejus qui me misit, item dicit scriptura: *Voluntas habet panam, & necessitas parit co-*sernam.**

#### CAP. XXXIX.

**T**ERTIUS humilitatis gradus est, ut quæque pro Dei amore omni obedientia se subdat majori: imitans Dominum, de quo dicit Apostolus: *fatuus obediens neque Phil. 4.* *ad mortem.*

#### CAP. XL.

**Q**UARTUS humilitatis gradus est, si in ipsa obedientia duris & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis, tacita conscientia penitentiam amplectatur; ut sustinens non lassifcat vel discedat, dicente sancta scriptura: *Qui perseveraverit usque in finem, haec saluus *Matt. 10.* erit,* & item: *Confessarit cor tuum,* & *Psalm. 16.* *suffit Dominum,*

#### CAP. XLI.

**Q**UINTUS humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala à se absconsæ commissa per humilem confessionem seniori suæ non celaverit: horc nos de hac scriptura dicit: *Revela Domino cor tuum *Psalm. 146.* tuum,* & *spera in eum.* Et iterum dicit: *Confessum Domino quoniam bonus, quoniam *Psalm. 105.* in seculum misericordia ejus.* Et item Prophetæ: *Delitum meum cognitum tibi fui,* & *Psalm. 32.* *iniquitatis meas non absconde.* Dixi, presumptione adversus me iniquitatis meas Domine, & tu remissisti imperatum peccati mei,

#### CAP. LII.

**S**EXTUS humilitatis gradus est, si omni uilitate vel extremitate contenta sit Monacha, & ad omnia quæ sibi injungitur, velut operariam mali se judicet & indigna dicens

C c c

dicens

**Psal. 51.** dicens sibi cum Propheta: *Ad nubilum redatta sum, & recessi: ut jumentum facta sum apud te, & ego semper tecum.*

## CAP. XLIII.

**S**EPTIMUS humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem & viliorum, non solum sua lingua pronunciet, sed & intimo cordis credit affectu humilians se, & dicat cum Propheta: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abhominis plebis. Exaltata sum, & humiliata, & confusa;* & item: *Bonum mihi quia humiliasti me, ut dicas mandata tua.*

## CAP. XLIV.

**O**CTAVUS humilitatis gradus est, si nihil agat Monacha, nisi quod communis Monasterii Regula, vel majorum cohortatur exempla.

## CAP. XLV.

**N**ONUS humilitatis gradus est, ut lignum ad loquendum prohibeat Monacha, & taciturnitatem habens usque ad interrogacionem non loquatur: dicente scriptura, quia in multiloquio non effigies peccatum; & quia vir linguis non dirigetur super terram.

## CAP. XLVI.

**D**ECEMUS humilitatis gradus est, si non sit facilis ac prompta in risu, quia scriptum est: *Sicutus in riu exaltat vocem suam.*

## CAP. XLVII.

**U**NDECIMUS humilitatis gradus est, si cum loquitur Monacha, leniter & sine risu, humilietur & cum gravitate vel pauca verba & rationabilia loquatur, & non sit clamor in voce, sicut scriptum est: *Sapiens verbi innoscit paucis.*

## CAP. XLVIII.

**D**UODECIMUS humilitatis gradus est, si non solum corde, sed etiam corpore Monacha humilitatem videntibus se semper indicet: id est, in opere, in oratorio, in Monasterio, in horto, in via, vel ubique sedens, ambulans, vel stans inclinato sit semper capite, defixis in terra aspectibus, ream se omni hora de peccatis suis existimans, jam se tremendo judicio Dei representari existimat: dicens sibi in corde semper illud, quod Publicanus ille Evangelicus fixis in terra oculis dixit: *Domine non sunt digni ego, peccator levare oculis meos ad calum.* Et **psalm. 118.** item cum Propheta: *Incurvatus & humiliatus sum usquequaque.* Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis Monacha ad charitatem Dei perveniat illam, que perfecta foras mutat timorem: per quam 1. John. 4. universa, qua prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex confuetudine incipiet custodiare: non jam timore gehennae, sed amore Christi, & confuetudine ipsa bona, & dilectione virtutum: quam Dominus jam in operarium suum mundum a vitis & peccatis Spiritu sancto dignatus est demostrarre.

CAP. XLIX. *De taciturnitate.*

**S**ILENTII regula diligenter custodienda decernitur; quia scriptum est: *Cultus autem iusticie silentium & pax;* & ideo reatus de verbositate conqueritur, exceptis utilitatibus ac necessariis, opus est ut ceatur. Quia juxta scripturam, in multiloquio non debet peccatum; & alibi **Prov. 10.** **psalm. 38.** *multiloquio non debet peccatum;* & alibi *multum fom, & filii à bonis.* Hic ostendit Propheta, si à bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet tacere, quanto magis à malis verbis propter peccatum debet cessare? Tacendum igitur est, & cum cautela & ratione loquendum: ne aut detractiones, aut tumultu contradictiones in loquacitatem vitiostam ac superfluum prorumpant. Ergo quamvis de bonis & sanctis edificationibus eloquiis, perfectis Christi sororibus propter taciturnitatis gravitatem tara loquendi concedatur licentia. Quia **Prov. 10.** ut superiori diximus; *in multiloquio non psalm. 14.* *effigies peccatum;* & alibi: *Mors & vita in manibus lingua.* Et si altiori voce prafumperit, dubius silentii suppositionibus, aut quinquaginta percussionibus peniteat: & si iterare prafumperit, centum. Scurrilitates vero, vel verba otiosa & ritum moventia aeterna clausura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium famulæ Christi aperire os non permittimus.

CAP. L. *De custodia oculorum.*

**N**ULLA in vobis concupiscentia oculorum cuiuscunque viri diabolo instigante confurgat. Ne dicatis vos animos habere pudicos, si oculos impudicos habeatis: quia impudicos oculus impudici cordis est nuntius. Nec putare debet, qui in virum non simpliciter convertit aspectum, ab aliis se non videri cum haec facit. Videtur omnino à quibus videri se non arbitratur. Sed eti laetare, aut à nemine hominum videatur, quid faciet de illo superinspectore, cui latere omnino non potest? Timeat ergo disciplinare Deo, cogitet ne male placet viro. **Quan-**

Quando ergo simul statis, si aut Provisor Monasterii, aut aliquis cum eo viorum supervenerit, invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam illo vos modo custodit. Non sit notabilis habitus vestris, nec affectatis vestibus placere, sed motibus, quod vestrum decet propositum.

CAP. LI. *Ut peccatum alterius non celetur.*

**S**I quam verò liberius quam decet agere videritis, matri in notitiam ponite. Nec vos iudicetis esse malevolas, quando hoc sancto animo indicatis; magis enim innocentes non estis, & peccari ipsis particeps vos facitis, si fororem vestram, quam castigando corrigit potuissis, tacendo perire permittatis. Si enim vulnus haberet in corpore, aut esset à serpente percussa, & velet hoc occultare, dum timeret securi, nonne hoc crudeliter taceretur, & misericorditer proderetur? Quanto magis ergo confilia diaboli & infidias illius manifestare debuisti: ne iudicieris vulnus peccati augeatur in corde, & concupiscentia malum diutius nutritiar in pectore? Et hoc facite cum dilectione fororum, & odio vitiorum.

CAP. LII. *Ut inter se litigare, vel convicia dicere non debeant.*

**E**T quamvis non solum cogitari, sed omnino nec credi debeat, quod sanctæ Virgines doris sermonibus per convictionia mordent se: tamen si forte, ut se habet humana fragilitas, in tantum nefas aliquæ de fororibus ausæ fuerint diabolο infligante prouincere, ut aut furcum faciant, aut in se invicem manus mittant, iustum est, ut legitimam disciplinam accipiant, à quibus Regula instituta violantur. Necesse est enim, ut in eis impleatur illud, quod de indisciplinatis filiis per Salomonem praedixit Spiritus sanctus: *Qui diligunt filium suum, audierunt illi flagellum.* Et iterum: *in ipsis omnia cadit, animam illam de inferni liberabit.* Disciplinam tamen ipsam in praesentia Congregationis accipiant, pro illo Apostoli: *Pecantes eorum omnes corrige.* Literæ nulla habentis, secundum illud Apostoli: *Servum Domini non oportet litigare.* Si servum Domini litigare non convenit, quanto magis ancillam Dei non expedit? cuius quo verecundior est sexus, tanto animus debet esse modestior. Aut si fuerint, quam celerius finiantur: ne ira crescat in odium, & festuca convertatur in trahem, & efficiatur anima homicida.

*Ecclesiast. 30.  
Proverbi. 23.*

*1. Tim. 5.  
2. Tim. 5.*

*1. John. 3.  
2. Tim. 2.*

Sic enim legitur: *Qui odio fratrem suum bermida est.* Et, levantes sanctas manus suis ira & disperatione. Quocunque con-

*Cod. Regul. Tom. I.*

vicio, vel maledicto, vel etiam criminis objecto laferit fororem suam, meminiet culpam satisfactione purgare. Quod vitium si iterare presumperit, districione severilima feratur, usquequo per satisfactionem recipi mereatur. Junioris precipue senioribus deferant. Si autem, ut fieri solet, stimulante diabolo invicem se laferint, invicem sibi veniam petere, & debita relaxare debebant: proper orationes, quas utique quantum crebriores, tantum puriores habere debent. Quod si illa, cui veniam petierit, indulgere forori sua noluerit, à communione separetur, & timeat illud: *Quod si misericordia tua dimiseris, non dimittetur ei.* Quia autem nunquam vult petere veniam, aut ex animo non petit; aut cui petitur, si non admittat, sine causa in Monasterio esse videtur. Attamen usquequo satisfaciat penitendo, & forori sua relaxet, nunquam in Congregatione societur. Proinde vobis à verbis durioribus parcite: quia si emissa fuerint, non pigeat ex ipso ore proferre medicamentum, unde facta sunt vulnera. Quando autem vos, qua Prepositus estis, necessitas disciplinae pro malis moribus coercendis dicere verba dura compellit, si etiam in ipsis modum vos excessisse fortasse sentitis, non à vobis exigitur ut veniam postuleatis; ne apud eas, quas oportet esse subiectas, dum nimium fervatur humilitas, regendi strangatur autoritas. Sed tamen petenda via est ab omnium Deo, qui novit etiam, quam plus justè corripitis, quanta benevolenta diligatis.

CAP. LIII. *Ut nulla à parentibus suis sine iustificatione aliquid accipiant.*

**N**ULLATENUS licet forori à parentibus suis, neque à quoquam hornum, nec sibi invicem literas, eulogias, vel qualibet munuscula accipere aut dare sine precepto Abbatissæ. Quod si etiam à parentibus suis ei quidquam direxum fuerit, non presumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit matri; quod si iussit suscipi, in ipsis sit potestate, aut ei, si necesse est, aut cui illud jubeat dare. Quocumque autem, quod Deus non patiatur, in tantum progressa fuerit malum, ut occulte literas ab aliquo, aut qualibet mandata aut munuscula accipiat, si hoc ultrò confessia fuerit, indulgentiam mereatur, & orete pro ea. Si autem celans proditur vel, convincitur, secundum instituta Monasterii Regulae gravius emenderetur. Simili etiam districioni subjeccat, si vel ipsa cuicunque literas, aut munuscula transmittere sacrilego ausu presumperit. Pro affectu tamen parentum aut ejusque

*Cccc 2*

*noti-*

notitia; si aliquas transmittere voluerit literas, aut eulogias panis, matri fuggerat, & si ipsa permiserit, per Posticarias det, & ipsa de nomine illius transmittant cui voluerit ipsa; sine Preposita, aut Posticaria per se nulla præsumat nec dare, nec accipere à quoquam, quod si præsumperit, tribus suppeditacionibus puniteat.

**CAP. LIV.** *Ut nulla cujuslibet alterius filiam in Baptismo excipiat.*

**N**ULLA cujuslibet filiam in Baptismo neque dñitis neque pauperis præsumat excipere. Neque ad enutriendum, neque ad docendum nobilium vel pauperum filia recipiantur, nisi quia in Monasterio sub habita religione, sicut & telique, perleverent.

**CAP. LV.** *Qualiter Provisores Monasterii, vel reliqui viri intra Monasterium debent introire.*

**A**NTE omnia propter custodiendam famam vestram nullus virorum in secretam partem Monasterii, aut in oratorium introeat, excepto Episcopo, Provise, & Presbytero, & Diacono; & uno vel duobus Lectoribus, quos & actas & vita commendat, qui aliquoties Missas facere debeat. Cum vero aut tecta retractanda sunt, aut ostia, aut fenestræ sunt componendæ, aut aliquid hujusmodi reparandum artifices tantum & servi ad operandum, si aliqua necessitas extiterit, cum Provisor introeant; sed nec ipsi fine scientia aut permisso matris. Ipse verò Provisor in intiorem partem Monasterii, nisi pro his utilitatibus quas superius diximus, nunquam introeat; & aut nunquam aut difficile sine Abbatissâ, aut alio honestissimo teste: ut sancte secretum suum, sicut decet & expedit, habeant.

**CAP. LVI.** *Ut neque matronæ seculares ingredi permittantur, vel puella.*

**M**ATRONÆ etiam seu puellæ seculares, sive viri nobiles atque ignobiles in seculari habitu constituti, qui vel ob visitationes parentum, vel orandi seu invitendi gratia ad Monasterium veoient, intrus alter introire non permittantur, nisi hi, qui religiosi & Deum timentes esse evidenter, & quos Mater Monasterii obvitæ metitum dignos judicavent. Cumque partes quas ipsa voluerit circumjacent, protinus aut in salutatorium, aut ad portam redeant; ubi deinceps, si Abbatissâ visum fuerit, illa si voluerit praesente vel reliquis, eulogias accipient;

aut reliquum quod nferre decreverint. Hæ verò quæ ministrant & omnes non alibi nisi in refectorio, ubi decretum est, aliquid accipere præsumant.

**CAP. LVII.** *Qualiter Abbatissâ in salutatorum ad salutandum exeat, vel qualiter ancillæ Domini suos parentes debeat salutare.*

**O**BSEERVANDUM est etiam, ne Abbatissâ ad salutandum in salutatorium sine digno honore sun, hoc est, sine duabus aut tribus sororibus senioribus procedat. Similiter & reliquæ sorores ad salutandum parentes vel quolibet Religiosos, sine duabus aut tribus testibus, quas Abbatissâ iussierit, non procedant. Nec sola cum solo loqui vel momento temporis permitteatur, nec vestimenta eorum ad lavandum vel tingendum, aut custodiendum, vel ad confluendum accipiunt. Si quæ tamen de alia civitate ad requirendam filiam suam, aut ad Monasterium visitandum venerit, si Religiosa est, & Abbatissâ visum fuerit, debet ad convivium vocari; reliquæ verò penitus nunquam. Quia sanctæ Virgines & devote magis Christo vacantes pro universo populo orare debent, quam corporalia convivia preparare. Si quis verò germanam aut filiam suam, vel quilibet parentem aut sibi cognatam videre voluerit, præsente Preposita vel qualibet seniori ei colloquium non negetur. Episcopi, Abbates, vel reliqui Religiosi, quos magna vita commendat, si petierint, debent causa orationis introire. Observandum est etiam, ut janua Monasterii opportuni horis salutantibus patear.

**CAP. LVIII.** *Ut convivium nulli preparetur.*

**C**ONVIVIUM etiam his personis, hoc est, Episcopis, Abbatibus, Monachis, Clericis, secularibus viris; mulieribus in habitu secularium, nec Abbatissâ parentibus nec alicuius sanctimonialis, nunquam nec in Monasterio, nec extra Monasterium præparetis. Nec Episcopo hujus civitatis, nec Provisor quidem ipsius Monasterii convivium faciat, neque Abbatissâ, aut qualibet ulla ex sororibus convivium Episcopi, aut parentis, vel cujuslibet personæ, nullo unquam tempore intervixit sive exterius Monasterii adire præsumat. Sed si aliquis tam de parentibus propinquis, vel quicunque eis voluerit impendere aliquid, quantum decreverit per Portarias in Monasterium transmittat; & ipsa per se secundum fandam consuetudinem fibi ut expedit, præparent.

**CAP. LIX.**

CAP. LIX. *Ne Abbatissā extra Congregationem reficiat.*

**A**BRATISSA, nisi inaequalitate aliqua ante infirmitatem, vel occupatione compellente, extra Congregationem suam penitus non reficiat.

CAP. LX. *Quales ad posticium elegi debeant.*

**A**D portam Monasterij ponatur foros senex & sapiens, quæ sciat accipere responsum aut reddere: cuius maturitas eam non sinat vagari. Quæ Portaria celia debet habere juxta portam, aut duas aut tres juniores in suo solacio; ut venientes semper presentem inveniant, à qua responsum accipiunt. Pro qua re omnes quæ posticium observaverint contestor coram Deo & Angelis ejus, ut nihil de Monasterio permittant dari, vel à foris in Monasterium intus acquisient excipi, extra conscientiam vel confitum Abbatissæ. Tamen ut afflolet, Abbatissa cum à salutatoribus occupata fuerit, Posticariæ præpositæ ostendant quodcumque exhibitum fuerit. Quam rem si implore neglexerint, & illæ Posticariæ, & illæ quæ excipiunt, propter transgressionem sanctæ Regulæ distinctionem Monasterii gravissimam sustinebunt.

CAP. LXI. *De Cellaria Monasterii qualiter effe debet.*

**C**ELLARIA Monasterii eligatur de Congregatione sapiens, maturis moribus, sobria, non multum edax, non elata, non injuria, non tarda, non prodiga, sed timeat Deum: quæ omni Congregationi sit ut mater; curam gerat de omnibus: sine iussione Abbatissæ nihil faciat; quæ jubentur custodiatis: foros non contristet. Si qua foros forte aliqua irrationabilia postulat, non spernendo eam contriferet; sed rationabiliter cum humilitate male potenti deneget. Animam suam custodiatis: menor semper illius Apostolici: *Quia qui bene mensuratur, gradum sibi bonum acquirit.* Infirmarium, infantuum cum omni solicitudine curam gerat: sciens sine dubio quia pro his omnibus in die judicii rationem redditura est. Omnia vasa Monasterii cunctaque substantiam, ac si altaris vasa sacraa conspiciat. Nihil ducat negligendum: neque avaritie studeat, neque prodigabit, vel extirpatix substantiae Monasterii: sed omnia mensuratur faciat, & secundum iussionem Abbatissæ. Humilitatem ante omnia habeat; & cui substantia non est, quod tribuatur, ferme responsio-

porrigatur bonus; ut scriptum est: *Sermo bonus super datum optimum.* Omnia sed, quæ ei iunxerit Abbatissa, ipsa habeat sub cura sua: à quibus tam prohibuerit, non presumat. Sororibus constitutam annonam sine aliquo typho aut mora offerat, ut non scandalizentur; memor divini eloquii, quid mereatur, qui scandalizaverit unum de pusillis. Si congregatio major fuerit, solertia ei dentur, à quibus adjuta & ipsa æquo animo impletat officium sibi commissum. Horis competentibus & dentur quæ danda sunt, & petantur quæ petenda sunt; ut nemo conturbetur neque contristetur in domo Dei.

CAP. LXII. *De ferramentis, aut aliis rebus Monasterii, vel vestibus.*

**S**UBSTANTIE Monasterii in ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus, provideat Abbatissa foros de quarum vite moribus secura sit: & ei singula, ut utile judicaverit, consignet custodienda atque recolligenda. Ex quibus Abbatissa brevem teneat: & dum sibi in ipsa assignata foros vicibus succedunt, sciat quid dat, aut quid recipit. Quæ cellatio five canavæ, five vestibus, vel codicibus, aut postilio, vel lanipendio præponantur, super Evangelio claves accipiant, & sine murmuratione serviant reliquis. Si quæ verò vestimenta, calceamenta, utensilia negligenter expendenda vel custodienda potaverit, tamquam interversor rerum Monasterii severius corrigitur. Indumenta vero cum ipsa nova accipiunt, si vetera necessaria non habuerint, Abbatissæ redundant, pauperibus aut incoliebus junioribus dispensanda,

CAP. LXIII. *Ut ornamenta, vel varia opera in Monasterio non fiant.*

**M**ONEO specialius, ut vestimenta lucida, vel cum putpura, vel bebrina nunquam in usu habeatis, nisi tantum laia & lactina. Plumaria ornamenta & omne polymitum nunquam in Monasterio fiant; nec ulla tinctura, nisi nigra tantum, si necessaria fuerit; propter illud Apostoli: *Nemo militans Deo,* Tim. 2. *implicat se negotiis secularibus,* ut ei placet eis se probaverit. Lectularia vero ipsa simplicia sint. Nam fatis indecorum est, si in lecto religiosis stragula secularia, aut tapetia picta respangleant. Argentum in uia veltro non habeatis, absque ministerio oratorii.

CAP. LXIV. *Ut capita qua mensura ligentur.*

CAPITA nunquam altiora ligentur, nisi quomodo in hoc loco mensuram de inculta fecimus.

CAP. LXV. *Quomodo dormire debent.*

SINGULAE per singula lecta dormiant: lecternia pro modo conversationis secundum dispensationem matris accipiant. Si potest fieri omnes in uno loco dormant: si autem multitudine non finit, denique aut vicentes cum senioribus, que super eas sollicitae sint, pausent. Luminaria jugiter in eadem cella ardeant usque mane. Vestitae dormiant & cinctae cingellis, ut preparatae sint ad opus divinum semper, & facto signo absque mora surgentes festinent invicem se preventire ad opus Dei: cum omni tamen gravitate, & modestia. Adolescentes forores juxta se non habeant lectos; sed permixtæ cum senioribus. Surgentes verò ad opus Dei invicem se moderatè cohortentur, propter somnolentarum excusationes.

CAP. LXVI. *De ordine Congregationis.*

ORDINES suos in Monasterio ita conservent, ut conversionis tempus, ut vite meritum discernit: atque senior non concubet gregem sibi commissum, neque libera utens potestate injuncte disponat aliquid; sed cogitat semper quia de omnibus iudiciis & operibus suis redditura est Deo rationem. Ergo secundum ordines, quos constituerit, vel habuerit, ipsæ forores sic accedant ad pacem, ad unionem, ad psalmum compendium, in choro standum; & in omnibus omnino locis etas non discernatur in ordine, nec præjudicet: quia Samuel & Daniel pueri Presbyteros judicaverunt. Ergo extra has, quas ut maximus altiori consilio Mater prætulerit, vel degradaverit certis ex causis, reliqua omnes ut convertuntur, ita sint; ut verbi gratia, quæ secunda hora diei venerit in Monasterium, juniores se noverit esse illa, quæ prima hora venerit diei, cujusque etatis aut dignitatis sit. Juveniles per omnia ab omnibus disciplina teneantur. Juniores igitur Priors suas diligant. In ipsa appellatione nominatum nulli licet alias puro nomine appellare: sed Priors juniores suas Sorores nominent; juniores Priors suas Nonnas vocent: quod intelligitur materna reverentia. Ubique autem sibi obviant forores, junior à Priore benedictionem petat: transleuantem maiorem minor surgat, & det ei locum

sedendi, nec presumat junior confedere, nisi ei præcipiat senior: ut fiat quod scriptum est: *Honeste invicem præstent.*

ROM. 13.

CAP. LXVII. *De septimanariis coquina.*

SORORES sibi invicem serviant. In omni ministerio corporali, tam in coquina, vel quicquid quotidianus exegerit usus, vicibus sibi, excepta Matre seu Præposita, succedere debent. Nulla excusetur à coquina officio, nisi aut a gritudine, aut in causa gravis utilitatis aliqua occupata fuerit, quia exinde major merces conquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia, ut non cum tristitia hoc faciant: sed habeant omnes solatia, secundum modum Congregationis, aut positionem loci. Egressura de coquina vasa ministerii munda & sana Cellarie consignet, quæ Cellaria iterum intranti consignet, ut sciat quod dat, aut quod recipit. Septimanarie autem ante unam horam refectionis accipiunt singulos biberes & panem, ut hora refectionis sine murmuratione & gravi labore serviant fororibus suis. In diebus autem solemnis usque ad Missas sustineant.

CAP. LXVIII. *Si forori impossibilita injungantur.*

SI forori aliqua fortè gravia aut impossibilitia injunguntur, luscipiat quidem jubentis imperium cum omni mansuetudine & obedientia. Et si omnino virium suarum mensuram viderit pondus oneris excedere, impossibilitatis causas ei quæ sibi praest patienter & opportunè suggerat, non superbiendo, aut resistendo, vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sententia Prioris imperium perduraverit, sciat junior ista sibi expedire, & ex charitate confidens de adjutorio Dei obediat.

CAP. LXIX. *Qualis debet esse modus excommunicationis.*

SECUNDUM modum culpa, & excommunicationis vel disciplina debet extendi mensura. Qui culparum modus in Abbatissæ pendeat judicio. Si quæ tamen foror in levioribus culpis inveniatur, à mensie participatione privetur. Privatus autem à mensie consortio ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut Antiphonam nou imponat, neque lectionem recitet, usque ad satisfactionem: refectionem autem cibi post fororum refectionem sola accipiat; ut si, verbi gratia, forores reficiunt sexta hora, illa nona: si verò forores nona, illa vespera, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

CAP.

CAP. LXX. *De gravioribus culpis.*

**S**I qua antem foror gravioris culpa noxa tenetur, suspendatur à mensa simul & ab oratorio: & nulla ei foror in ullo conjugatur confortio, neque in colloquio; sola sit ad opus fibi injunctum persistens in penitentia luctu; siens illam terribilem Apolloli sententiam, dicentes:

2. Cor. 5.  
*Traditum hunc modi basiunum faciat in interium carnis, ut spiritus salvi sit in dieum Domini. Cibi autem perceptionem sola percipiat, mensura vel hora qua prædicterit Abbatissæ ei competere; neque à quaquam benedicatur transeunte, nec cibus qui ei datur.*

CAP. LXXI. *De bis que junguntur sine iustitione excommunicatis.*

**S**I qua foror præsumpsit sine iustitione Abbatissæ foror excommunicate quilibet modo se jungere, aut logi cum ea, vel mandatum ei dirigere, similem surtiatur excommunicationis vindictam.

CAP. LXXII. *Qualis debet esse sollicitudo circa excommunicatas.*

**O**MNEM sollicitudinem & curam gerat Mater circa delinquentes forores: quia non est spes sanis medicis, sed male habentibus: & idèo uti debet omni modo ut sapiens medicis: imenitere quasi occultas consolatrices, id est seniores & sapientiores forores, quæ quasi secrète consolentur fororem fluctuantem, & provocant illam ad humilitatem & satisfactiōnem; & consolentur eam, ne abundanter tristitia absorberetur: sed sicut ait Apollonus: consummetur in ea caritas, & oretur pro ea ab omnibus.

March. 9.

2. Cor. 2.

CAP. LXXIII. *De bis que sapius corredit non emendaverint.*

**S**I qua foror pro qualibet culpa frequenter correpta, si etiam excommunicata non emendaverit, acrior ei accedat correctio; id est, ut verberum in eam vindicta procedat. Quid si nec ita correxerit, aut forte quod ablit in superbiam elata etiam defendere voluerit opera sua, tunc mater faciens ut sapiens medicus, si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamenta scripturatum divinarum, si ad ultimum ultiōrem excommunicationis, vel plagis virgarum; etiam si viderit nihil suam prævalere industria, adhibeat etiam quod majus est, suam & omnium fororum orationem pro ea: ut Dominus, qui omnia potest est, operetur salutem circa infirmam fororem. Quia si nec illo modo sanata fue-

rit, tunc jam utatur ferro abscessione, ut ait Apostolus: *Auserte malum ex vobis ipsi.* Et iterum: *Injerdil si defecit, dñs ibid. 7.* fecit; ut ne una ovis morbida totum gregem contaminet. Aut tamdiu in cella retrudatur, quoisque bona voluntas illius cognoscatur.

CAP. LXXIV. *Ut non præfumat altera aliam defendere.*

**C**AVEATUR omnino, ne qualibet occasione præfumat altera aliam defendere fororem in Monasterio, aut quasi tueri, etiam si qualibet confundinitatis propinquitate jungatur: nec qualibet modo id à fororibus præfumatur: quia exinde gravissima occasio scandalorum ori potest. Quod si qua hæc transgredia fuerit, tribus supplicationibus punitear.

CAP. LXXV. *De ordine quo psallere debent.*

**D**E Synaxi, id est, de cursu psalmorum & orationum modo Canonico juxta normam Regulæ nostræ quedam in breve sunt distinguenda. Ab octavo Kalendis Octobris crescit cursus usque ad sumnum eius viginti quinque choris: quas tota hyeme, quæ à Kalendis Novembri incipit, & finit in Kalendis Februario, cantandas in nocturnis vigiliis per noctem Sabbati & Dominicæ patres nostri fanxerunt. Duodecim vero choræ in hyeme omni nocte cantandæ sunt, usque ad octavo Kalendas Aprilis: & post hyemem quindecim choræ in sacris Marteryrum vigilias. Et sicut crescit, ita etiam decrebit quinque choris: quæ in primo Sabato quinque choræ augendæ sunt, ut sint viginti, per alium autem Sabbathum una choræ augenda est usque ad Kalendas Novembri, usque totus cursus compleat, id est, viginti quoque choræ psalmorum: qui per tres menses hyemis, numerus complendus est in duabus superdiictiis noctibus, & post hos decrebit per Sabbathum. Primo Sabbatho quinque choræ, & singula per alterna Sabbathæ: quia longius spatiū est ad finem hyemis usque ad æquinoctium veris, in cursu decrebendo, quam crescendo, idèo per alterna Sabbathæ singula decidunt choræ, usque octavo Kalendas Aprilis. Duodecim namque choræ tempore aequaliter in sanctarum noctium cursu, id est Sabbathi & Dominicæ, cantandæ sunt. Octo vero semper reliquis noctibus de æquinoctio veris in æquinoctium cantandæ sunt, id est, per sex menses. De æquinoctio veris in æquinoctium autumni, viginti quatuor psalmi canendi sunt. In omni loco & opere silentii regula magnopere custodiare cente-

confetur, ut omni, quantum valuerit humana fragilitas, quæ ad vitia præcipitate solet cursu oris, mundemur vicio: sedificationemque porius proximorum sive proximarum, pro quibus Salvator noster JESUS Christus sanctum effudit sanguinem, quæm dilacerationem absentium in pectoro concepit, & quam otiosa passim verba ore promamus, de quibus iulio sumus retributori rationem reddituri.

CAP. LXXVI. *Quibus horis reficiant forores.*


**A**SANCTO Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant forores, & ad feram coenent. A Pentecoste autem tota æstate, si labores manuum graves non fuerint, aut nimius servor & statis non perturbat, quarta & sexta feria jejunent usque ad horam nonam; reliquis diebus ad sextam prandeant: qua mensura prandii in Abbatissæ sit providentia & arbitrio, & sic omnia temperet atque disponat, qualiter anime salventur, & quod faciunt forores, absque ulla murmuratio-ne faciant. A Kalendis autem Februarii usque ad Kalend. Novemb. secunda, quarta, sexta jejunandis est. A Kalendis autem Novembis usque ad Natalem Domini, exceptis festivitatibus, omnibus diebus jejunare oportet. A sancta verò Epiphania usque ad caput Quadragesimæ, quarta & sexta feria jejunandum est. A Quadragesima verò usque in sanctum Pascha ad vesperum reficiant. Ipsa autem vespera sic agatur, ut lumine lucernæ non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur.

CAP. LXXVII. *De electione Abbatissæ.*


**Q**UOTIES sancta Abbatissæ ad Deum misericordia graverit, nulla ex vobis carnali af-

fectu, aut pro natalibus, aut pro facultatibus, aut pro parentela aliquam minus efficacem fieri velit; sed omnes inspirante Deo unanimiter sacram ac spiritualem elige, quæ & Regulam Monasterii possit efficaciter custodiare, & supervenientibus responsum cum adficatione & compunctione, & cum sancto affectu sapienter valeat reddere. Ut omnes homines, qui vos cum grandi fiducia pro sua adficatione experti sunt, Deum uberiori benedicant, & de vestra electione, & de illius quam elegisti conversione spiritualiter gratulentur. Illud etiam, quod non credo, nec Deus pro sua misericordia fieri patiar, si quocumque tempore querilibet Abbatissæ de hujus Regulae institutione aliquid immutaret aut relaxare tentaverit; vel pro parentela, vel pro querilibet conditione subjectionem vel familiaritatem Pontificis hujus civitatis habere voluerit, Deo vobis inspirante ex nostro permesso in hac parte cum reverentia & gravitate resistere, & hoc fieri nulla ratione permittere. Te verò sanctam ac venerabilem Monasterii Matrem, & te Prepositam sacra Congregationis coram Deo & Angelis ejus admonemus & contestamur, ut nullius unquam vel minz, vel oblocutiones, & blandimenta molliant animam vestram, & aliquid de sancta ac spiritualis Regule institutione minuatis. Credo tamen de Dei misericordia, quod non pro aliqua negligenter reatum incurreter, sed pro sancta & Deo placita obedientia ad æternam beatitudinem possitis feliciter pervenire. Amen.

*Explicit Regula d' Donato collecta.*



CUJS-



# CUJUSDAM PATRIS REGULA AD VIRGINES.

## DE CUJUSDAM PATRIS REGULA VETERUM TESTIMONIA.

*S. BENEDICTUS* Anians Abbas in Concordia Regularum singulis fermè capitibus *REGULAM CUJUSDAM*, vel ut cap. i.v. §.26. *REGULAM CUJUSDAM PATRIS* laudat.

*SMARAGDUS* Abbas in expositione Regule Sancti Benedicti cap. xxiii. xxviii. & xxix. ex eadem Regula *CUJUSDAM PATRIS* testimonia affert.

*JOANNES TRITHEMIUS* lib. de prop. Mon. cap. v. hanc Regulam ita citat.

*Item in Regula SECVI DEI ad Sorores capitulo XVII. scribitur : Proprii aliquid in Monasterio, &c.*

### Observatio critica in Regulam sequentem.

*Ad hujus incerti Authoris Regulam pro Monachis exaratam observationem, illam pro Monachis Scottis scriptam fuisse, ob rigidam ibidem praescriptam monasticam disciplinam ; atque ob eandem rationem existimamus, Et hanc praeuentem Regulam pro ejusdem nationis Sanctionalibus Feminis compositionem : ita ut utraque Regula unum cundem Autorem habuerit, nemirum S. COLUMBAM Abbatem Hyenam, & Monachorum Scotorum Patriarcham. Neque in hoc multam ab opinione Reverendissimi Calmeti discedimus, qui auguratur, S. Comgellum Abbatem olim S. Columbani extitisse prioris Regula autorem, ob similitudinem disciplina apud Luxovienses Monachos introduxit ; nam in omnibus utriusque sexus monasteriis apud Scottos eadem rigida disciplina observabatur. Nec quidem S. Comgellum scriptissime Regulam monasticam legimus ; sed S. COLUMBAM tot monachiorum Patrem ac Legislatorem agnoscunt omnes Historici, praeftissim Ven. Beda in sua Historia Ecclesiastica. Et quidem in Monastico Scottico plurima reperuntur sacrorum Virginum canobis antiqua, ubi hoc arcta & rigida disciplina olim observabatur, praeftissim in Abernetbenfi partibene atque apud Tintingbamiam & Coldinghamiam, scutis & apud Hebreos sive Occidenteales Insulas, ubi S. COLUMBA pro Sanctionalibus Feminis canobia condidit ; adeoque quemadmodum Monachis, sic & illis normam vita praescripsit. Utet sit ; hoc unum fatendum est, exoticam disciplinam in hac Regula concentram satis manifestare obfletos Scotorum ritus & ceremonias, quales sunt imprimis : preceptum Virginibus datum ad confitenda peccata sua Abbatis vel Proposita, aut Senioribus ad id deputatis : deinde si considererentur tot visitationes cubiculorum & lectorum, severas penas inobedientibus & mormurantibus inflictas, & alia rigida monita, agnoscerem debemus, hanc Regulam XXIV. capita continentem omnino sapere severam Scotorum monasticam disciplinam ; quemvis auctor aliqua cum Regulis S. Benedicti & S. Columbani communia praescribere videntur. Insuper notare velim, autorem revera intellexisse, confessionem Abbatis fallam fuisse sacramentalem ; ibidem enim prohibetur, ne crimina minora vel maxima in confessione revoluta maniflarentur : Crimina minora vel maxima nullatenus manifestent, nisi solo iusto judici, qui omnium confitentium crimina lavat.*

## INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ CUJSDAM PATRIS.

1. *Abbatissa Monasterii qualis esse debet.*
2. *Qualis debet esse Propria Monasterii.*
3. *De Monasterio Portaria.*
4. *Qualis debet esse Cellaia Monasterii.*
5. *De se invicem diligendo, vel filii invicem obediendo.*
6. *De effiduā danda confessione.*
7. *De non manifestandis fororum confessiōnibus.*
8. *Qualiter ad fīgūm Dominicū surgendum est.*
9. *Qualiter in Monasterio silentiū regulam vel diuinā opere, vel ad mensam debentenctiōnē adiudicere: vel ad mensam quoniam fit legēndum.*
10. *De ratione mensa qualiter administrandum vel obseruantur sit.*
11. *Quibus congruentibus horis bytem vel astutis tempore sit reficiendum.*
12. *Quoniam quotidiani diebus manus fit operandum.*
13. *De uterūlibet vel supellectilibet.*
14. *Qualiter in scibola debent dormire.*
15. *De cura infirmantium qualis esse debet.*
16. *De casib⁹ qui per negligētiōnē aut evēntū superveniant.*
17. *De eo quod nūla Monacha in Monasterio debet propriū aliqūd vindicare.*
18. *De culparum excommunicatiōne.*
19. *Qualis debet esse excommunicatiōne.*
20. *De his qua per fidēlā corriptionē curam sapientē correpta emendare videntur.*
21. *De receptione fororis.*
22. *Qualiter invicem se humiliant, vel ordines servant: vel in minacis aliib⁹ qualiter fratres servanda praecepta.*
23. *De mā defendenda proxima vel consanguinea in Monasterio.*
24. *De nutriendi infanticib⁹.*

Explicant Capitula.

## INCIPIT REGULA CUJUSDAM PATRIS AD V I R G I N E S.

### CAP. I. *Abbatissa Monasterii qualis esse debet.*

**A**BRATISSA Monasterii non tam generē quam sapientia & sanctitate nobilis esse debet: ut que fermonem ad erudiendas animas justa eruditio ne lucubrat, propriis actibus non contradicat: plus etenim subjugatae prælatorum actuum formam imitantur, quam doctrinæ illatæ surem accommodant. Debet enim sacræ eloquii opera nocte re facta: ut que ejus imitetur doctrinam ex voce, imitetur cultum ex opere: ne si in aliquo voci opus contradixerit, fructus vocis non obtinere valeat effectum. Sic ergo sit & vox ornata & opere, ut & opus voci, & vox consentiat operi, sit continentia & cæstatis flore compta, & omnium ore laudabilis, omnium desiderabilis imitabilis exemplo. Sit charitatis benevolentia ornata, ut omnium fidelium latifacet corda. Erga peregrinorum & hospitum sollicitudinem præfatio: erga infirmantium curam sollicita: erga inopum & egenorum juvamenta opulenta. Sic delinquentum ignaviam corrigit, ut ad cultum religionis lascivas & leſtas mentes reducat. Sic misericorditer bonitatis dona distribuit; quantenus ex nimia bonitate facinorum fomenta non nutritat.

Sit ergo bonis bona per meritum, sit malis mala per flagellum, quod mediante scientia agendum est, juxta Psalmitæ orationem dicentis: *Bonitatem & disciplinam & scientiam doc me Domine.* In utroque etenim Abbatissæ cavendum est, ne aut nimia bonitatem in subiectarum cordibus vitia nutritat, aut nimia discipline austerioritate ea que leni increpatione sananda fuerant, rigida correptione diripiiantur. Incutitis etenim sic blanda persuasione subveniat, ut eorum fanici antidotis quodammodo medendo curam infundat: fanis verò moribus ea hortando præbeat, ut que agere coepero, meliorando usque ad finem perducant. Nil etenim prodest cœspificare, si in opere bono quod coeprant non studeant perseverare. Habet ergo tot animos mater, quot habet in suo regimine filias; ut juxta omnium mores omnium noverit virtus coercere. Tanta sit in bonis prvidentia, ut nec pietas disciplina, neque disciplina pietati locum tollat. Agat omnium curam, ut de omnibus profectu mercedis recipiat lucra; ut ex corruptione præfentis vite quandocunque erupta tantum laboris recipiat premium, quantis ad vincendum inimicum prædictis præbuit supplementum.

CAP.

CAP. II. *Qualis debet esse Praeposita Monasterii.*

**P**RAEPOSTA Monasterii non ætate senili, sed moribus constituenta est. Multas etenim prolixitas annorum attollit, sed deedes corporis vita ad infantis immaturitatem tepeſcendo reducit. Conſiliuenda ergo est Praeposita moribus gravis, fermone foliis, ingeno fortis, conſideratione vigil, curſu impigra, correptione pia, disciplina moderata, actu caſta: moribus sobria, diſpensatione aqua, humilitate ornata, paciens, mitis, non turbulenta, non iracunda, non superbie vel arrogancia vito maculata, non prodiſa, non garrula, sed omni actu reli- gionis ornata, que ſciat languentium moribus ſubvenire, & tepeſcentium ignaviam excitat: ſuper quam Abbatia requieſcat, ut in nullo ab eius preceptis deviat; ſed in omnibus ſubdita, & in iuſtis senioribus detenta, nihil quod Abbatiz voluntati fit contrarium aut faciat, aut ordinet faciendum, ſed omnia per eius interrogacionem; juxta illud quod ſcriptum eſt: *Interroga patrem tuum, & annuntias ibi: & majores tuos, & dicent.* Interrogandum ſemper eſt, ut in nullo à seniorum confilio anime ſubditæ diligenter; in nullo oves à paſtoris voluntate declinet. Sprevit namque seniorum confilia Roboam, juuenum uſus confilio. Quez res qualis diſpendii fuerit occaſio ſcriptura veritas atrefatetur, qui omnia dominatione undecim tribuum vix cum una tribu inter tot prefūrū ſuſpendia abſeqꝫ mortis erodebat reliquum vite peregit. Debet namque eſt omnium neceſſitatum tam corporis quam animæ provida: ut & ſubdicia preuenti neceſſitatis porrigit, & corda ſubditarum ad laudem creatoris iatonandam ex ſedula admonitione excitando erigat; humiles & propter Christum ſubjectas honorando in ſublime prouechat: ſeſe verò attollentes calligoniaſis flagello ad gradus humilitatis retrahat. Curam in rebus Monasterii, ſeu uafis, ſeu ſupellechilibus ita habeat intentam, ut in nullo negligenter tenebris reperiatur fulſata: ut dum facit laboris omne curam adhibeat, ab omnipotente fructum laboris recipiat. Omnibus Sabbatis poſt horam orationis nonam tam ſeniores quam juuniores Praepoſite lectos omnium fororum viſitent, & faciant propter carum negligentias inquirendas, aut si aliquid inveniatur illicet & fine commeatuſ retentum. Itemque poſt Completam lectos omnium cum lumenaribus viſitent, ut omnia expreſſiuent fenuſ vel tepeſcentem ex oratione agnoſcant. Similiter ad omnes cursus nocturnos hoc eſt facien-

dum, ut ſciant que cum fervote, vel quæ cum tepiditate ad curſum affurgue: & eas quæ tarditate vel ſegnitie culpabiles reperiunt, prout culpa vel ætas fuerit, aut increpatione aut flagello corripiant.

CAP. III. *De Monasterii Partaria.*

**P**ORTARIA ſeu oſtia Monasterii tales eſcē debent, que omnium ſimil mercede adiſcent, ætate ſenili, quibus mundus ſileſ; que jam ex praefentibus pompiſ nihil deſiderent: ſed in toto corde afficta creatori inhaerentes ſingulie dicant: *Mibi autem adhuc Deo benum eſt, Psal. 72: potere in Deo ſper meum.* Quid enim ex praefentibus phaleramentis deſiderent, que perfunditoris contemptis Chriftum amare cooperunt; in quem ſumnum bonum contemplatione mētis ſuſtatu hemifluisse; ut Domino cum Prophetā oreando dicant: *Averte oculis noſtri, ne tibi nra. 110: videant uanitatem, in via tua uocificia nos.* Tale ſemper ſupervenientibus oſtendat exemplum, ut & foris ab extraneis nomen Domini glorificetur; juxta quod Dominus ait: *Sic lucet lux uirginis eorum. Matth. 5: benebituſ, ut videant opera uirginis bona, & glorificent Patrem eorum qui in celis eſt: & intus à confodalibus ſuis mercedis parent luca;* dum omnia vice foris gerunt curam. Sie caute moribus cum virtutum Magistra humilitate exiſtant, ut omnis patientia blandimenta ex colloquio aſſilbi oſtendat. Nunquam ſingulie vel binę ſine tercia teſte loquantur. Nunquam oculos in ſublime attollentes laicos vel clericos intentè aſpiciant: ſed remiſio cum humilitate vultu inclinatis oculis neceſſaria colloquuntur. Pauperum, peregrinorum, & hospitum curam inter omnia habentes: quia in hiſ Chriftus recipitur, ſicut ipſe ait: *Quocunq; Matth. 4: tu misericordia fecisti, mihi fecisti.* Foras ali- quid dare, vel cuiilibet ministrare, vel à foris aliquid accipere, nullatenus fine commeatuſ Abbatiz facere prafumant. Et quocunq; à foris accipiunt ex donis vel eleemosynis aliorum, nullatenus ante tea ad cellarium portent, quam ante oratorium deferentes omnis ſimil Congregatio pro eo orent, qui hoc exhibuit. Fabulis, quas ad portam vel à ſecularibus, vel a quibuslibet andierint, nullatenus autem accommodent: & ſi nolentes audierint vel intellexerint, nullatenus confodalibus ſuis referant. Si hominum aliquid, que diximus, transgreſſie fuerint, regulari penitentia caſigentur. Si humili ſatiſfactione pateficiant, prout humilitas confitentis cernitur, ita delinquentis culpa judicetur. Si verò concu- maſtracis crimen occurrit, & modum po-

Dex. 38.

obedientia augebit. Claves ostiorum vel portae nullatenus penes se nocte retineant, sed ad Abbatissam nocte deferentes presentes, & mandatis post secundam recipiant. Idipsum & Cellariz, & pistrices, & cocte implere studeant; ut ab occatu solis, vel cum fuerit apus necessitatis perfectum, usque ad secundam Abbatissam claves retineat; nisi necessitas evenierit, ut per commeatum Abbatissam nocte retineantur, & post secundam denuntribuantur. A signo vespertino usque ad secundam impletam, nullatenus portarum foras aperiantur: neque ulius a foris introitus patet: sed si necessitas talis advenerit, ut post vesperam sit delibandum, per fenestram quae in eadem porta fueti totum deliberetur. Si talis necessitas hospitium vel peregrinorum advenierit, ut hora refecctionis cum fornibus esse non possint, post cum cocis vel ministris, vel cum tecloendi spatiis habuerint, reficiant. Vala vel reliqua utensilia, quae ad apus hospitium bajulant, ac si sacra Deo gubernent atque custodiant: ne per ipsarum neglegentiam ab ipso mercedem non recipiant, cuius res diripiendio non reservant. Intra septa Monasterii vel aula, nullum virorum nanius vel foeminarum edere vel bibere permittant: sed omnibus aduentibus intris in hospitali, prout honestus exigit, per Abbatissam ordinacionem ministrant. Intus vero tantummodum que sacram Deo vorerunt religionem, & la unitate obedientie sub una Regula sunt ligati, edore vel bibere censurantur. Sic semper officiariz agant, ut in omnibus zelum Dei habentes Regule tenorem conservent: ut pro studiis sui vel curaz labore incorruptam recipient mercedem.

CAP. IV. Qualis debet esse Cellaria  
Monasterii.

**M**ONASTERII Cellaria sapientia & religio ex omni Congregatione eligenda est: que nec sibi, nec suis voluntatis, sed toti Congregationi aequaliter & pli placeat dispensando. Nec inde placere studeat, unde & se in ruinam peccati, & alias transgressionis normam consentiendo introducat: id est, nihil extra debitam mensuram pro qualibet familiaritate, pro gratia meriti dispensando distribuat: sciens, quia *justas dominas iustitias a secula dilaxi*, equum tunc *velut igni*. Sit ergo omnibus justa dispensatione grata: sit moribus matura, sit sobria, non edax, non elata, non turbulenta, non injuria, non tarda vel pigra, sed in omnibus artibus bene composita: que Congregationi omni, id est, tam senioribus quam tunc junioribus pro affectu & materno

ordine debet ministrare. Curam de omnibus sibi commissis rebus habeat: nihil tamen sine commeatu Abbatissae facere perfumatur. Sorores tam seniores etate quam juniores nullatenus conturbet; & si aliquae sororum ab ea irrationaliter aliquid poposcerit, leni responsione cum vince humilitatis contra rationem petenti deneget. In infirmitate positis sororibus diligenti cura & promptissimo affectu ministrat. Similiter pauperum curam gerat: in omnibus timorem Domini propone, & sciens se illi exinde rationem redditur, si non pro ejus preceptis implendas haec omnia faciat, memor semper illius qui dixit: *Qui misericordia ministra, me sequatur*. Omni ergo operi bono quod facimus, Domini timorem jungamus. Sic in omnibus curam agat, ut in nullo negligenter damna incurrat. Avaricie & cupiditatis pestem omnino fugiat. Similiter sicut non avara, sic non sit prodiga, id est, sicut domini omnipotentis Dei sub avaricie vitio occultante subtrahere non debet, sic sine justa dispensatione nimis fuenerando communem substantiam non debet diripere; sed omnia per discretionem temperando pensare. Et si non habeat quod ab ea queritur, quod tribuat, sermone leni sine ulla asperitate in responsione procedat; ut dulcedo cordis & vocis responsione patet: juxta illud quod scriptum est: *Favas mellis sermons* Prov. 16. 6*beni*. Et illud: *Sermo bonus super datum Ecol. 18. 8*bonum**. Ita sibi commissum opus ad mercedem non erit pertinere, si omnia cum humilitate & pietate studuerit facere. Et quoniam quod petitur non sit unde tribuatur, nullatenus respondeat se non habere; sed dicat fideli voce, *Dominus dat* Matth. 10. 8*me*. Ea vero que danda sunt, sine mora tribuantur; ne scandali occasio, aut offendit calus ex ipso tarditate generetur; memor semper preceptorum Domini, qui neminem suorum patitur scandalizari.

CAP. V. De se invicem diligendo, vel sibi invicem obediendo.

**D**ILIGERE se ad invicem in Christo Monachis in Monasterio quanta cura debeant, per Evangelium Joannis Dominus demonstrat, cum dicit: *Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem*. *Aliae rem dilectionem nemo habet, quam ut amorem suum ponat quis pro amicis suis*. Et illud: *In hoc cognoscet omnes, quia mei discipuli sunt* Ibid. 13. *superstis estis, si invicem diligatis*. Diligere ergo precipitum ad invicem, ut invicem salvemur: ut per mutuam dilectionem, cum imitemur, qui nos dedit, juxta Apoc. 1. 3*et levare nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Si ergo soror sororem propter Christum

Christum diligt, ut Christum à se per temporem dilectionem non repellat. Quia vera & secundum Christum dilectio est, proximæ malum non operari. Diligitur ergo proxima uon carnis affecta, sed pietatis ministerio: diligatur puritate, diligatur religione, diligatur manuætudine, diligatur charitate: ut in omni semper amore Christus inventetur; & non secundum faculum, sed secundum Deum maneat amor. Sic enim à Domiumo præcipitur: *Dilige proximum tuum sicut teipsum.* Si foror forem diligat sicut semetipsum; nunquam peccati maculam incurrit, sed culto pietatis ac dilectionis ornata æterna premia accipiet. Maneat ergo semper in corde dilectio, ut antiqui holtis livoris virus extinguat; per quem in primordio protoplasma decepto mortis patetecit introitum, sicut scriptum est: *Inuidia autem diaboli mors introiit in eum terrarum.* Diligitur proxima, ne odiu[m] macula cruenta homicidii crimen incurrat, sicuti Joannes Apostolus testatus est dicens: *Qui edit fratrem suum homicida est.* Diligitur proxima, ne per aliqua discordie fomenta reuenta proprii facinoris vinculo non solvatur: sicut Dominus in Evangelio testatus est, dicens: *Si nos dimiserimus hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlegis dimittet vobis peccata vestra.* Remittamus proximus, ut ab omnipotente remittatur nobis. *Datus, inquit, & debitus vobis.* O quam justa commutatio! ò quam pia miseration, dando accepisse, accipiendo donasse! Nulla juriorgum incrementa, nullave nutrimenta retineantur. Sic & Apolotus hortatur dicens: *Efeste invicem benigni, misericordes, donantes unum, sicut & Deus in Christo donauit vobis.* Nihil aliud dare præcipimus, nisi quod nobis dari potimus. Sic & orando dicimus: *Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimissimus debitoribus nostris.* Debitoribus dimittendo nos relaxamus à debito. Solvamus ergo per dilectionem & amorem proximos, ut nos à nostris criminibus pietate & misericordia solvamur Deus. Amen.

#### CAP. VI. De affidâ danda confessione.

**C**ONFESSIO quam crebra & sagaci cura danda sit, mulcorum Patrum juxta scripturnarum seriem traditio demonstravit. Danda ergo confessio semper est, ut veteres centem mentis statum, & peccatorum tenebris quotidianis illecebris fuscatum, rudem semper custodiat: sicut scriptura docuit dicens: *Omni confusione serua te nunc: quia ex ipso vita procedit.* Sic quippe beatus David orando Domino dicebat. *Delictum cognitum tibi feci, & iniustias meas non operni: Dixi*

*confidere adversum me iniustiam meam, & tu remisisti iniustiam peccati mei.* Quantum valet pura & non tarda Confessio, ut sic secura cam sublequatur impetratio! Confessus se aduersum, ut facinorum molem pelleret; de se ingenuit confitendo, glorificavit remissionem recipiendo: dolendo patescit crimen, dando redintegravit spem. Non enim præcessit spei fiduciam quia meminerat se olim per Spiritum sanctum à Domino illuminatum dixisse: *Quia apud te est propitiatio, & propter legem tuam sufficiunt te Domine.* Et iterum: *Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio.* Apud quem misericordiam perennem agnoscit, apud eum copiosam & redemptiōnē. Quartamus ergo ibi misericordia, ubi redemptionē manere jam novimus copiosā. Crefcas dolor post ruinam, ut culpe inveniatur medicina. Confitemini invicem delicta, ut nostra nobis omnipotens dimittat peccata. Sic nos scriptura dicendo hortatur: *Confitemini alternatum peccata vestra, & erate pro invicem.* Quanta clementis iudicis pietas erga nos diffusa dignoscitur, ut quod actibus ærimumolis facinus contractum fult, mutua prece solvatur! Detur ergo mutua orationis folarium; ut invicem orando cupiatut præsidium. Magis etenim copia fructuum habetur, quando ex revelatione delictorum salus acquiritur. *Reuelata, inquit Psalmita, saltem 36. Domine uiam tuam, & ipse te auerteret.* Si revelando peccata nutritur anima, quotidiano ergo studio per confessionem revelentur; ut quotidiana medicina vulnera sanentur. Sed quibus horis congruentibus quotidiana delicta sunt ablenda, à nobis inferendum est. Quidquid post completorium per opacæ noctis spatia mens vel caro per facilitatem deliquerit, post secundam per confessionem curandum est expiari. Quidquid verò diurno actu, vel visu, auditu, cogitatu, tepeſcendo deliquerit, nonæ horæ expleto cursu ut purgetur consendum est. Post verò quidquid à hora nonæ mens maculæ attraxerit, ante completam confitendum est. Illud tamen Abbatissa studere debet, ut post secundam scholam ingrediens peracta oratione nullam foras egredi permitat, nisi prius detur confitatio. Similiter & post nonam, vel ante completorium faciendum est. Hæ verò forores, quæ pro gravibus culpis in penitentia detinentur, in Ecclesia cum ceteris quæ communicant non stent; sed in alia Ecclesia secrete cursum cantent: & expleto cursu egredientes ante fotes Ecclesie, in qua communicantes cursum explicit, stare præcipiantur: & egredientes Congregatione supra humum prostrato rogent pro se Dominum exorari, ut gravia com-

Math. 12.

Sep. 2.

1. Joan. 5.

Math. 6.

Luc. 5.

Col. 3.

Math. 6.

Prov. 4.

Psal. 51.

**Psalm. 10.** commissa contritione delectant cordis ;  
memincentes illud : *Cet contritus & humiliatus Deus non spernit.* Et, in humiliatur membra sunt nostri Domini. In oratione posita semper penitens dicat : *Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniurias meas dele :* ut ira arguentis iudicantis, & in proximo vindictam redendis, per pietatis affectum hanc humili oratione sedetur.

**Psalm. 135.****CAP. VII.** *De non manifestandis fororum confessionibus.*

**A**BRATISSA vel Preposita, vel qualibet seniorum fororum cui ab Abbatissâ fuerit comissum ut confessiones recipiat, crimina minota vel maxima nullatenus manifestent, nisi solo justo judici, qui omnium confitentium crimina lavat. Illa enim quae confessa est sua vulnera verecundè, non ad opprobrium recipiendum, sed ad salutem redintegrandam confessa est, iustum habens testem Deum, à quo & mederi expedit. Ea verò senior quae recipit, cum gravitate & moderatione penes se occultando honestissimè teneat, ne dum alterius vulneri medicinam infundit, sua mentis corrumpt nitorem. Nulla tamen Monacharum vel confessionem recipere, vel penitentiam dare sine ordinatione Abbatissâ presumat ; ne virtutem commissum Abbatissâ celetur, sed omnia per ejus notitiam agantur. Si verò inventa fuerit, quæ hoc propositum Regule violare conetur, gravi penitentia scientia corripiatur ; quia delicti somitem Abbatissâ voluit occultare.

**CAP. VIII.** *Qualiter ad signum Domini- cum surgendum est.*

**Q**UANDOCUNQUE vel diurnis vel nocturnis horis ad opus divinum signum insinuerit, mox cum summa festinatione surgendum est, ac si præco regis infonet, omni opere quod in manibus habebatur postposito ; ut nihil operi Dei præponatur : sed mens ad sonitum præconis intenta, & operi Dei innixa, cum omni gravitate & mansuetudine ad intonans gloriam maiestatis ejus, & pietati ejus gratias referendas festina currat. Et si morosè & segniter veniat post primi psalmi qui in cursu canitur finem, noverit se à suo ordine dum cursus expletum revocari, & in loco ultimo positam, id est, in eo loco qui talibus negligentibus fuerit deputatus, astare, & ibi cum verecundia metu expectare, & post expletum cursum prolixa venia ante eorum fororum egreditur satisfacere. Nam horis omnino non segregentur, ne & somno darentur dormiant, aut in aliquo

maligno hosti adeundi decur occasio. Intus etenim posita nec totum perdit quod cooperat, & verecundia ac metu franguntur, dum ab omnibus videntur. Et quando ceteræ expleto officio foras egrediuntur, illa in Ecclesia pro ipsa tarditate posita duodecim psalmos super cursus seriem cantat. Si verò ex toto cursu suum perdiderit, præcipue nocturnis horis, in quibus nullum alium opus impendit, suppositione damnatur. Horas verò ad cursum procurare iuxta dispensationem Abbatissâ debet, cuicunque ordinatum fuerit; id est, quæ mente sollicita & impensa fuerit ad hoc opus idonea inventa, ut opus Dei non tardetur. Si verò qualibet occasione à justo ordine deviatura fuerit, ut non secundum suum ordinem horæ custodiuntur, suppositione damnatur.

**CAP. IX.** *Qualiter in Monasterio silentii regulam vel diurno opere, vel ad mensam debeant custodiare : vel ad mensam quomodo sit legendum.*

**R**EGULAM silentii omni tempore servandam sanctarum scripturarum series declaravit, dum per Prophetam dicitur : *Celum iustus silentium & pax.* Tacendum namque est ab otiosis & frivolis, & scurribus, & pravis & malitiosis fabulis ; de quibus Propheta orabat dicens : *Pone lls. 32. Dominus custodiam ari mei, & oculum circumfluentis labii mei.* Non declines cor meum in Psalm. 140. verba mala. Cessandum quippe est à fabulis superfluis, ne damnationis per ineffrenatæ mentis ignaviam anima frumentum capiat : quia non solum de scurrili & injurioso sermone, sed etiam de otioso, juxta Domini præceptum, rationem summis reddituri. Quid aliud debeat Monacha studere, quam soli Deo, in quo semel desiderium fixit, & oris sermones & animæ desiderio vacare ? Omnibus ergo horis diurnis, præterquam ad mensam, ab hora secunda usque ad completionem quidquid utilitas sacræ Regule poposcerit, per Abbatissâ commentum loquendum est. Ab hora verò completionis, cum oratio ad somnum capienda datur, nulla omnino loqui presumat, nisi grandis necessitas Monasterii poposcerit. Cui ab Abbatissâ fuerit ordinatum, loqui studeat, vel etiam à Preposita, quæ curam aliarum portat. Ad mensam verò nulla penitus præter Abbatissam, vel cui Abbatissâ præcepit, pro communis necessitate fororum loqui presumat : sed omnes intento animo gratias redentes creatori in cordibus suis cibi ac potus solidæ mensuræ largitione fruantur. Portaria verò quæ pro necessariis causis alloquium expetierit, Abbatissâ, loqui

loqui permittatur : quia forsitan talis supervenient necitas, quia moram habere non debeat. Ante mensam vero semper Capitulum Regulae unum aut amplius, si Abbatissæ placuerit, legatur : ut cum cibis carnem reficit, lectin animalia satiet. Hec omnia cum gravitate animi & moderatione leni fiant, quatenus in his omnibus Dominus delectetur. Fessis vero Domini diebus, id est, Nativitate Domini, vel Pascha solemnitate, ac Theophania, vel Pentecostes, vel si quae sunt alia Domini vel sanctorum Martyrum praincipia facta celebranda, si ex permisso Abbatissæ fuerit, ad mensam loqui non negamus : sic tamen, ut pressa non diffusa voce loquantur ; ne garrulla voce in sonum prouertentes, magis desidia quam latititia judicetur. Et ipsa consubstantia talis sit ex colloquio scripturarum, quæ animæ luctum faciat, non damnum. Silentium vero in pontentia accipientes omnino modis studeant custodire, ut de vera mortificatione mereantur fructum recipere. Dux vero, in quounque loco fuerint positi, nullatenus sine tertia teste loqui præfumantur : sed tres semper positi necessaria colloquantur.

CAP. X. *De ratione mensa qualiter admixrandum vel observandum sit.*

**M**ENSES administratio vel observatio quanta æqualitate vel sobrietate percurrere debet, Abbatissæ scientia est trutinandum : ut in omnibus, sicut dicit Dei ministras, religionis vigent formæ. Ministrandum namque est omnibus equali libratione tam potus quam cibus, prout tempus, sive solemnitates, sive abstinencies, sive quotidiani usus poposcerint. Quotidianis etenim diebus sufficere decimus duo fercula, exceptis pomorum donis : de leguminibus vel de oleribus conferta, seu farina quilibet consipere. Omnibus etenim aquæ mensura ministrandum ; præter si teras infirmor, qua sustinere non valeat, aut ægritudo corporis, aut novelle conversationis novitas improbata sufferre non queat, quod Abbatissæ iudicio penſandum est. Potus vero sicer liquoris, id est, cervisia mensura solita tribuitur : si voluntas Abbatissæ fuerit, si labor, vel fessus dies, vel hospitis adventus pia precautio exigaverit, vini potio augendæ est. Et si duabus vicibus reficiendū sit, præter vini potionem similis Regula servetur. Fessis vero diebus, pro reverentia sacre solemnitatis, pluribus cibis, id est, ternis vel quaternis fercula sunt corpora reficienda : sic tamen, ut si plura sunt cibaria numero, sint minora ; ut corpo-

ra necessario cibo reficiantur, non nimia saturitate damnentur. Sedentes vero ad mensam soores nulla alteram comedenter sublimacione oculorum respiciat, nec alterius mensuram cibi vel potus iniqua consideratione intueatur. Quando in mensam cibus administratur, nulla prius cibum comedat, quam signum ad benedicendum infonet. Abbatissæ vero vigilat, ut confessum cum cibus ministratus fuerit, signum tangere procuret ; & omnes cum signum audierint, una voce benedictionem rogent, quarum vocem Abbatissæ subfequuntur dicens : *Dominus dñe nos benedicere. Hoc ad omnia fercula, vel pomorum ac potus administrationem observandum est.* Illud præcipue decernimus, ut nulla alteri dare ex mensura sua, vel accipere ab altera præfumat, præter Abbatissam, vel Prepositam, cui ab Abbatissæ commissum est. Si vero aut novitate, aut temeritate aliqua hec, quæ supra diximus, fuerit transgressa, disciplina Regule corrigatur pro præsumpta temeritatis audacia.

CAP. XI. *Quibus congruentibus horis bente, vel astatis tempore fit reficiendum.*

**A**B adventu sacrissimæ solemnitatis, id est, ab introitu sancti Pasche, quo immaculati Agni resurrectio celebratur, usque ad sacratam solemnitatem Pentecostes, qua Apostolis Spiritus sanctus fuit diffusus, id est, inquinquaginta dierum spatio, ad sextam horam est reficiendum : similiter & vesperi erit conandum. Quia sacri temporis ratio exigit, ut nullus nec in Ecclesia positus trifiliant demonstret. A Pentecoste vero, si gravis labor non exigat, aut hospitum non cogat adventus, usque ad Quadragesimæ inchoationem, ad nonam, id est, ferme reficiens ; exceptis magnarum solemnitatibus eventibus, aut si labor grandis exigerit, ut duabus reficiat vicibus. Ab inchoatione Quadragesimæ usque ad sacrissimam solemnitatem Pasche, exceptis Dominicis diebus, ad vesperum reficiendum est ; ut ante noctis inchoationem cum statione lucis refectionis impleatur hora. Quando vero administrandum est, singulis ex singulis mensis assurgent, & sic ad coquintæ festinram cum sobrietate venient, ut nullum strepitum pedum, vel vasorum, vel cujuslibet soni excent, & primum ad seniorum mensam simili omnes ministrantur, sic denum ad suam mensam qua fedentur deferant fercula. Preposita mensa gubernet, quomodo ex ipsa mensa mutuatim vicibus, vel etato juniores si fuerint, debeat ministrare.

CAP.

## REGULA

CAP. XII. *Quomodo quotidianis diebus manibus sit operandum.*

**O**PERANDUM namque est omni tempore prater dies festos ; ut habeatur vel proprie necessitatis usus , vel egenis unde detur suffragium . Sic tamen opere manuum insilendum est , ut lectio fructus non omittatur , sed statuto tempore operi detur intentio , ac deinceps lectio divinae vacetur . Operatio manuum ab hora secunda sumat exordium , & in horam nonam finem accipiat : ab hora vero nona lectio usitetur , si aliquando proprium aliquod opus faciendum aut vestimenti confundi vel lavandi , aut quolibet aliud opus , per Abbatissam vel Praepositam commentum faciet . Et si forte opus fortius supervenerit , ut matutius arripiatur operari , vel propter ferventem aitum , hoc Abbatissam arbitrio considerandum est , ut secundum quod tempus exigir , aut fortioris laboris pondus , vel ad sextam , ut justè judicaverit , ab opere sit quietendum , & post quietem vel recessione usque ad vesperum sit operandum . illud inter omnia vel Abbatissa si praesens fuerit coercent , aut Praeposita que ejus vice relinquitur , ut nullam penitus Monacham fabolis otiosis prater necessitatem interrogationem vacare permittat ; sed in ipso opere manuum operis Dei recordatio teneatur ; id est , ut dum exterius per temporalem opportunitatem manus operibus occupantur , interior mens cum lingue meditatione psalmorum ac scripturarum recordatione dulcescat . Ac si violatrix hujus Regulae subulatione delegetur , silentii pena castigetur . Focos vero in schola penitentes , si fuerint , binæ & binæ per hebdomadas facient . Similiter ad caput sororum lavandum per singula Sabbathæ , vel balnearum usus per fessas solemnitates preparant , aut si sunt alia extrema facienda , penitentes facient : ut dum mente humili & contrito corde hec propter timorem Domini faciunt , ab omnipotenti Dei misericordia celerius à suis delictis laventur . Quando ad opera eundem est , illud capitulum psallatum : *Sit splendor Domini Dei noster super nos ; & opera manuum nostrarum dirige super nos ; & opus manuum nostrarum dirige.* Quando vero finitur opus , illud dicitur capitulum : *Benedic nos Deus , Deus noster , & benedic nos Deus , & meruant eum omnes fides terra.* Piltrices vero alternati per vices opus commune faciant : sic tamen , ut minus tribus non sint propter loquendi necessitatem . Et si necesse fuerit ut ibidem maneant , minus quatuor non sint , & una ex eis sequitur sit Praeposita , cuius religioni creda-

tur , quæ & loquendi licentiam habeat . Et panem quem faciunt per vices senior quæ ex eis est , Cellariz representator ; ut omni custodia tutæ in nullo reprehensibili reperiatur . Similiter & quæ in braxatorum ad cervicem faciendam inhabitaverint , una ex eis senior sit Praeposita , quæ secundum Regulam piltricis omnia custodiatur . Coctæ vero per hebdomadas coquintur , ut in unaquaque hebdomada tres vel amplius , si necesse fuerit , ad coquinandum depentur ; ne impositus fine discretione labor , unde mercedem mercari debuit , inde murmuratio fructum reportet . Ingredientes autem pro se orari rogent omnia cunctum sororum , orantes in oratione dicant : *Adjutorium nostrum in nomine Domini , Psl. 103. qui fecit celum & terram , & Adjutor noster Psalm. 78. Deus salutaris noster.* Execentes vero lavent omnium sororum pedes ; & omnia vaia quæ ad necessarium usum habuerunt , lavata Praeposita representant . Similiter pro se orari rogent , & hunc versum in oratione dicant : *Quoniam tu Domine adi- Pslm. 83. visisti me , & consolans es me.* Propter singulas negligentias tam coctæ quam Cellarie viginti quinque palmarum percussionibus quotidianis diebus emendentur , ne minimas parvi pendentibus culpas in majoribus procliviores reperiatur .

CAP. XIII. *De utensilibus vel supelle- cilibus.*

**U**TENSILIA Monasterii , & quæcumque sunt ad commune opus necessaria , Abbatissæ cura disponantur . Et tales in Congregatione quærantur , quarum & sollicitudo animi viget , & conscientie firmitas sit probata ; & ipsi cura committatur , ut que quæcumque necessaria fuerint opportunitate exigente tribuantur . Et sic ipsa uterilia , seu quæcumque eis ad Abbatissam commissa fuerint , cum sollicito timoris studio gubernentur , ut mercedem commissæ curæ recipiant , & non iudicium damnationis incurant , anteponentes illud mentis oculis : *Male- Jer. 48. dictus qui facit opus Dei negligenter.*

CAP. XIV. *Qualiter in schola debeant dormire.*

**C**UM semper religiosæ & Deo dilectæ animæ , tam diurnis quam nocturnis horis paratam Deo mentem preparant , ut quamvis sopore membra torpescant , anima vigore creatoris intenta præconitis pervigil maneat , juxta illud ; *Ego enim Cor. 5. dormis , & cor meum vigilat :* tamen solerti custodia specialiter intuendum , ne per negligentiam matrem folicitudinis subiecta membra damna capiant imbecillitatis .

Pslm. 89. *Sit splendor Domini Dei noster super nos ; & opera manuum nostrarum dirige super nos ; & opus manuum nostrarum dirige.*

Pslm. 64. *Benedic nos Deus , Deus noster , & benedic nos Deus , & meruant eum omnes fides terra.* Piltrices vero alternati per vices opus commune faciant : sic tamen , ut minus tribus non sint propter loquendi necessitatem . Et si necesse fuerit ut ibidem maneant , minus quatuor non sint , & una ex eis sequitur sit Praeposita , cuius religioni creda-

tatis. Proinde ergo decernimus, ut binæ & binæ, præter infirmas & seniores, in lectulis dormiant, sic tamen, ut ad invicem non loquantur, neque se ad invicem, id est, facie ad faciem respiciant; sed una post aliam quiescens dormiat; ne antiquis hostiis, qui ore libenti animas vulnerare cupit, aliquid fraudis jactulando immittat; ut colloquendo mortalia excite desideria. Sic tamen fiat, ut una ex illis semper senior sit: de cuius religione non dubitetur. Juvenulas vero nullatenus simul quiescere censemus, ne in aliquo carnis adverberet & stu delicto rapiantur. Omnes enim, si fieri potest, una domus ad dormiendum capiant, præter si infirmitas aut senilis etas poposcerit, aut culpa dannaverit, aut novitas probata non fuerit, ut in cella separarentur. Omnes vestite & cincti dormiant. In schola quo dormitur per totam noctem inculta ardeat. Ad cursum vero cum festinatione surgentes, signum Crucis fronti inferatur: simulque sub silentio dicatur: *Dens in adjutorium meum intende, Domine ad auxiliandum me festina.*

#### CAP. XV. De cura infirmantium qualis esse debet.

**H**ARUM cura que infirmitatibus detinentur qualis esse debet, proprietas auctoris declarat, cum dicit: *Quocunque voluntate vobis facient bonum, & vos faciet eis similiiter.* Licet hoc in omnibus sit agendum, præcipue tamen in infirmatum cura hec præceptio est exhibenda; quia Dominus dixit: *Infirmus fui, & venisti ad me.* Ita ergo cura infirmis que enda est, ac si presenti Christo ministrare putetur. Reversa etenim quæcumque pro Christo infirmis curam impedit, Christo in infirmis ministrat. Sit tamen Abbatissæ cura, ut separati celum habeant cum omnibus opportunitatibus; ut nullum exteriorem laborem sentiant, que in infirma carne poenam portat. Et si tempus poposcerit, sicut tempus Quadragesimæ, ut certe vitam immutent, infirmis semper cedendum est; ut tam potius quam cibaria uberioris ministrentur. Balnearium usus, vel cura medendi summo adhibeatur studio. Sanis vero, præcipue vero Juvenculis, tardius concedatur. Abbatissæ talem curam de infirmis habeat, quem se recipere à Domino sperat; ut nec à Cellaria, nec à ministra aliquam negligentiam infirmæ sentiant. Decrepita vero etate sessilis talis sit cura, quatenus nulla in eis negligentia, sed juxta arbitrium Abbatissæ, prout euicunque necessarium esse vident, consideratione pia earum imbecillitati conce-

*Cod. Regul. Tom. I.*

datur. Non enim hæ possunt Regule tenori subiacere, sed potius pietatis eas impendendus est affectus.

#### CAP. XVI. De casibus qui per negligenciam aut eventu superveniunt.

**N**EGLIGENTIA culpa, qua per multos casus in multis delinquitur, Abbatissæ Judicio pesanda est, id est, in refectorio, in coquina, in dormitorio, vel in qualibet utilitate aut fregerit, aut perdidit, aut negligenter dimiserit, omnia secundum suum modulum sunt penfanda, & juxta statem vel teneram, vel senilem, vel viridem sunt corrigenda. Quia si in minimis negligentia vitium non corrigitur, mens vitia in minoribus culpis, in majora dilabitur delicta. Si foror, qua in his casibus dilapsa, statim Abbatissæ vel Prepositæ puram deridit confessiōem; & compertum fuerit non sua voluntatis fuisse, quod casu accidit; hoc tantummodo sufficiat, ut hoc quod deliquit & perpetravit, si possibile fuerit, non deneget, & emendet cum veniz satisfactio[n]e. Si vero non sua confessiōne, sed alterius prædicatione cognitum fuerit, prout culpa[m] magnitudine poposcerit, penitentie subjacebit; quia culpam per puram confessiōem non manifestavit. Si vero ex majoribus culpis, quod ad animam maiorem pertinet damnationem, aliquam commiserit, hoc secretius per puram Confessiōnem volens suæ manifestet Abbatissæ: ne dum tempore animi culpam detegere verecundat, cum reatu culpa[m] faciem diaboli interius recondat.

#### CAP. XVII. De eo quod nulla Monachæ Monasterio debet proprium ali- quid vindicare.

**P**ROPRIUS aliiquid in Monasterio nihil habendum: sed potius proprius nomen Domini omnia contemnda. Quid enim proprium aliiquid suum fidelis anima de rebus mundi vindicet, cui mundus crucifixus est, & ipsa mundo? Quæ semel mundo mortua, cur per aliquam temporali rerum cupiditatem, vel desiderium zrumosum denuo incipiet vivere mundo, que contempto mundo cooperat iam vivere Deo? Amputandum ergo est hoc vitium radicatum ab omni Monacha, ut nullam rem vel in vestimentis, seu in calceamentis, vel in quibuslibet rebus sibi vindicet, vel suum esse dicat, nisi quantum ex Abbatissæ iustitione penes se precipitum retinere, ac si custos alarius, non propriæ rei doamina. Et ea quæ sibi ab Abbatissæ fuerint commendata, id est, ad necessitatem præsentem, E e e aut

aut in vestimento , aut in qualibet re , nihil exinde aut dare aut commodare cuiquam presumat ; nisi tantum ab Abbatissâ illi fuerit ordinatum . Quid enim de rebus mundi alteri sorori conferat , quia suas in omnibus voluntates propter Christum in Abbatisse tradidit potestatem ? Omnia ergo quae in Monasterio habeantur sint omnibus communia ; juxta quod in Actibus Apostolorum legimus : *Ex eis erat , inquit , eius omnia communia.* Sic tamen communia sicut habenda , ut nulla aut dare aut accipere , nisi Abbatisse ordinante , presumat : ne cupiditatis aut temeritatis malum incurrens in laqueum , Jude proditoris consorci numeretur , qui solus in numero Apostolorum loculos habuisse refertur , ubi commutantium ac vendientium commercia ponebantur . Quod si hunc vitio aliquia sororum delicta fuerit deprehensa , & post primam , secundam vel tertiam correctionem emendare noluerit , discipline regulari subjacebit .

**CAP. XVIII. De culparum excommunicatione.**

**S**I qua verò soror infligante diabolo contumax , vel superba , seu inobediens , vel murmurans apparuerit ; vel etiam in quocumque casu lapsa seniorum præcepta vel sancte Regule normam violare tentaverit ; hoc secundum præceptum Domini , secretò à senioribus selen vel bis corripiatur . Si emendare noluerit , tunc simul ab omni Congregatione objurgetur . Et si sic emendare noluerit , tunc prout culpa magnitudo poposcerit , secundum Regulum judicetur : id est , aut excommunicari subjaceat , si ejus antea intellectus viguit ; aut si oblitioata & dure mentis tenacitas culpe & improbitatis perseveret , tunc corporali discipline subjacebit .

**CAP. XIX. Qualis debet esse excommunicatione.**

**E**XCOMMUNICATIONIS mensura qualis esse debet , justum scientibus librare judicium culpe modus ostendit . Levioribus enim culpis levior est adhibenda correctio ; gravioribus verò serventior est adhibenda damnatio . Proinde Abbatisse studio est penitendum , ut si aliqua soror in levioribus inveniatur obnoxia culpis , usque ad indiciam sibi hocam mensa privetur . De gravioribus verò seu dierum vel hebdomadarum vel mensium definitio in longius protracta correctione finiatur : ea tamen Regula , ut si amplius quam septem dierum spatium excommunicationis percurrit , quamdui peniti-

tentia sub statuto tempore ordo retentus fuerit , sicut à mensa loco suo privetur , ita & in Ecclesia segregetur ; ut in loco in quo ante fuit , nec psalmum cantet , nec ullum ordinem teneat , usque dum satisfactione humili cum cordis contritione ab Abbatisse vel à senioribus veniam mereatur . Excommunicata verò soror , quae culpis gravioribus existentibus aut cellula recluditur , aut à conformatio Congregationis separatur , à nullo penitus colloquio aut visitationis munus fruatur , nisi tantummodo cui preceptum ab Abbatisse fuerit . Si qua transgressa hanc Regulam fuerit , regulari penitentie subjacebit .

**CAP. XX. De bitis qua per sedulam correctionis curam sepius correpta emendare noluerunt.**

**S**OROR si sepius correpta emendare noluerit , excommunicatione pro modo culpe corrigitur . Si nec sic aliquid proficiat increpantis correctio , tunc verberum vindicta subjacebit . Quid si sic emendare noluerit , sed magis in tumorem superbiz elata , opera vel actus , de quibus corrigitur , defendenter , tunc Abbatisse scientie regimine corrigitur : quia scriptum est : *Qui abiit discipulum , sap. 3. infelix est.* Moderate ergo scientie fanici medendi cura adhibeatur . Si lethale vulnera ac fomenta castigationum , & pietas ac lenitatis unguenta solspitati non redditur , faltem incisionibus amputetur . Et si sic fanies defecta tumorum non amferit , tam excommunicationis sententiam , vel disciplina corporalis poenam incurrat . Et si nec excommunicationis metu , nec flagelli poena frangitur , augatur adhuc pietaris fomes ; ita ut ab omni Congregatione pro ea communis Dominus orationum officio deprecetur : ut quæ laqueo diaboli irretita tenetur , Domini misericordia ac pietate curetur . Quod si nec sic corrigi voluerit , intra septa Monasterii sub penitentie tenore ab omnibus , præter custodibus , segregata , tamdiu caligetur diversis correctionibus , usque dum ejus humilitas omnibus vera credulitate patet : quoniam & invitis sepe falsus praefatur . Nam ideò separanda est à Congregatione , ut suo vitio non maculet innocentes . Tenera verò acta , quæ excommunicata vim nescit , non excommunicatione , sed flagello corrignenda est .

**CAP. XXI. De receptione sororis.**

**S**IN ullo tempore , quod absit à Christiana Religione , soror à leptis Monasterii discesserit , & foras fugiens postea

reco-

recordata pristinæ religionis, & æterni judicij perculsa timore reversa fuerit; prius omnem Monasterio emendationem pollicetur: postea si probabilis ejus penitentia agnoscatur, tunc demum intra septa Monasterii recipiatur. Et si bis aut tertio hoc fecerit, simili pietate faveatur; sic tamen ut in extremo loco inter penitentes recepta tamdiu examinetur, usque dum probabilis ejus vita inveniatur. Si vero post tertium receptionem fugæ culpa maculata fuerit, licet omnem reversionis aditum esse in pulmendum denegandum.

**CAP. XXII.** Qualiter invicem se humiliant, vel ordines servent: vel in mutuis officiis qualiter sint servanda præcepta.

**Q**UANTO se affectu, vel charitatis ministerio in Monasterio animæ politæ debeat diligere, sanctorum Patrum instituta fanxerunt: sed in quibus sit actibus vel officijs demonstrandum, à nobis pro parte iudicandum est. Habet denique latissimum virtutum copia ambitum, quo circumsepta facile hostem sui superret adversantem. Sunt etenim nonnulla, quæ in actu videntur exigua, & tamen vel cultodita vel neglecta, aut tepelcent, aut serveant animi mortuæ gemitantur: ut est humiliatio capitis, vel tormentorum affablis salutatio; quæ aut rigide mentis vel concordie, aut li certe piz, purissimum patetacent affectum. Servandum ergo illi famulis vel tenuibus Christi, ut semper intra mentis illatum ea nutritant, quæ à vera humilitate & charitate noui discedant: in quibus summa constat virtutum. Nam huc nunquam sine vera humilitate vera, manet charitas; ita nunquam absque vera charitate vera manet humilitas. Arripiamus ergo inhiuere fundamentum, ut ad culmen perveniamus virtutum. Sic prius humilitas monstranda tam actu quam affectu, ut post charitatis copia ædificetur. Et quando sibi mucuatim in via vel in quoconque loco occurrerint, cum omni humilitate ab iuvicem hæc tenetis benedictionem rogent. Et si ex eis una senior fuerit, prius junior benedictionem pollulet; tunc demum senior prosequatur. In curu vero posite, prout ab Abbatissâ fuerint ordinatae, vel ad psalmum canendum, vel lectiones recitandas, vel etiam ad communicandum euntes, suum ordinem cultoidant: ne constitutum sibi locum transientes in ambitionis vel arroganzie virtio demagnetur. Abbatissâ vero studendum est, ut per ordinem sicut conversie in Monasterio fuerint, ita in suo ordine coopti-

*Cod. Regul. Tom. I.*

tuantur: præter si uberioris conversatio religionis ineruerit, ut inanice promovetur; vel si gravis culpa exegerit, ut retro regradetur. Si vero aliqua ex fororibus cognoscatur seniorem affectare locum, cum verecunda castigatione repellatur: quia non debiti honoris locum præsumbit, nec religionis commercio, sed ambitionis honorem indebitum conata est arripere. In confessu fororum, si alia supervenerit, que juniores sunt ordine, assurgant, & seniori locum præbeant. Juniores vero seniori nullatenus superbiendo contradicant; sed cum omni humilitate vel interrogata, vel correptæ respondeant. Si labentes in quodlibet delictum junior seniorem asperxit, non exprobrando, sed magis dolendo ad confitendum Abbatissâ vel Präpositâ dirigat: similiter senior juniori faciat. Ad confessionem veniens, prius prostrata supra humum, suam culpam esse dicat: sic postquam furgere jubetur, suam confessionem maneflet. Quando ad aliquod opus fieri committatur rogatur, veniam prius petatur, & sic de opere quod faciendum est committatur rogetur. Quando ad Abbatissam venitur, cum omni humilitate veniam petendo accedatur; similiter quando egreditur, cum venire petitione benedictio queratur. Nulla Monacharum per semetipsum de propria necessitate Abbatissâ fuggerat, sed omnes per Präpositam quidquid necessitatum fuerit Abbatissâ studeant incire. Si Sacerdos vel quilibet Religiosus venerit, ut ei per Abbatissâ commatum sit occurendum, à longè astantes, cum humilitate flentibus gena sub silenti voce benedictionem rogent. Et si ordinatum fuerit ab Abbatissâ, ut cum his aliqua fororum loquarur, cum omni humilitate & modestia ac sobrietate loquendum est: ut in omnibus his virtus humilitatis ac sobrietatis inveniatur.

**CAP. XXIII.** De non defendenda proxima vel consanguinea in Monasterio.

**D**E FENDERE proximam vel consanguineam in Monasterio nullo modo permetti censemus. Quid enim aliam defendat, quæ jam sibi non vivit, sed Christo, quem imitata manet crucifix? quæ propriam animam, ut uberioris saluti jungent, prius perdidit? Quæ ergo proprias perdidit voluntates, ut Christi in illo voluntate in imperiis, cur aliarum delicia defendat, quæ propria crucifix? Et si in veritate rucinavit, & non mundo jam, sed Christo vivi, cur in mundo facinoribus labentes pro qualibet familiaritate defendat? Sit ergo ei requies amor tam in consanguineis, quam in cetera

cetera forore, que ei sanguinis affinitate non jungitur. Maneat ergo in omnibus amor corde clausus, nec quamquam sub disciplina moderamine politam tueri studeat: ne vitium defendendi in alias dimittat. Sit ergo in arbitrio corrigentis, ut quas corrigit sub amoris studio, non propriam implendo voluntatem, sed vita corrigit, inferat disciplinam.

CAP. XXIV. *De nutriendis infantibus.*

INFANTES in Monasterio quanta cura & disciplina sint enutriendi, multis. dicimus documentis. Debent enim nutriti cum omni pietatis affectu, & disciplina ministerio: ne deinde vel lascivia vita sub tenera aetate maculata, aut vix, aut nullatenus possint posse corrigi. Sit ergo in eis tanta cura, ut

nunquam sine seniore hoc atque illuc licet deviare: sed semper ab ejus disciplina retinere, & timoris Dei ac amoris doctrina imbuere, ad cultum instruantur Religionis. Haec lectionis usum; ut sub puerili aetate discant, quod ad perfectam deducunt proficiat. In refectorio per se mensam habeant juxta seniorum mensam politam. Seniores tamen vel duae, vel amplius, de quorum religione non dubitatur, cum eis fedentur, ut semper timore anteposito, si b. metu sanguinorum nutriantur. Quibus vero horis reficiant, vel somnum capant, Abbatissæ arbitrio per fundum est: ut in omnibus virtutum custodia discretio reperiatur.

*Explicit Regula enjusdam S. ad Virginem.*

L E C T O R I.

*In veteri Codice, qui sanctorum Patrium Monastern Sanctorum continet, etiam sequentes duas Constitutiones, altera uelut cuius Regula Lectorium, altera Constitutio Hispanensis secundi, post Regulam S. Isidori legebatur. Eas quaque, quia ad Virginum sanctimonialium curam ac disciplinam veterem pertinent, hoc loco planè exhibere; ut omnes sacra antiquitatis reliquias quibus sunt potest religiifficari, etiam cum ramen. & pulvriudo, representarem.*

(\*) SENTENTIA DE REGULIS DEVOTARUM.

**N**emo ad eas vadat visitandas nisi qui habebit ibi matrem, vel fororem, aut filiam, & propinquas, & consobrinas, sive matrem filiorum suorum. Si autem necellitas fuerit ut videant eas, ut antequam renuncient seculo, intrarent in Monasterium, paterna debetur tis hereditas: aut aliqua causa manifesta est, mittent cum eis probatoe virum statim ac vice r. videbunt eas, ut pariter revertentur. Nemo vadat ad illas, nisi quos supra diximus.

Si eas videre voluerint, primum facient resumptare Patri Monasterii, & ille mittet ad seniores, qui in ministerium virginum delegati sunt: qui occurrentes eis, & cum ipsis volebunt quas necesse habuerint, cum omni disciplina & timore Dei. Cumque eas viderint, non eis loquentur de rebus secularibus. Quicunque de his mandatis præterierit, absque ulla recraltatione negligenter acque contemptus, ager publicè punientiam, ut polidore valeamus regna celorum.

CONCILIO HISPALENSE Cap. XI.

**U**NDECIMA actione cum consensu communis decrevimus, ut Monasteria Virginum in Provincia Basitica condita Monachorum administratione ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christi dictatis virginibus provi-

demus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis adficari possint. Hac tamen circa Monachos caueda servata, ut remoti ab eorum peculiaritate nec usque ad vestibulum habeant accessum.

(\*) Fragmentum hoc, quamvis id *Observationi critice* in Regulam S. ISIDORI HISPALENSIS iam subiuximus, ad mentem tamen Cl. Holstenii ob variantes lectiones hoc residere placevit.

accedendi familiaritate permisum; sed neque Abbati, vel ei qui praechiuit extra eam, quae praefit loco virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem morum pertinet, licet. Nec cum sola que praefit sequenter eos colloqui oportet; sed cum testimonio duarum aut trium fororum: ita ut rara sit accessio, brevis locutio. Absit enim ut Monachos, quod etiam dictu nefas est, Christi virginibus familiares esse velimus; sed juxta ut iusta Regularum vel canonum admodum, longe segregatos atque sejundos, eorum tantum easdem gubernaculis deputamus: constitutes, ut unus Mo-

nac orum probatissimus eligatur, cuius cura in prædia earum rustica vel urbana iipendere, fabricas instruere, vel si quid aliud ad necessitatem Monasterii providere: ut Christi famulae pro anima fute-  
rantur utilitate folicet, iolis divinis cul-  
tibus vivant, operibusque suis inferuant. Sanis qui ab Abbatे præponitur, judicio  
sui Episcopi comprobetur. Vellest autem illa iudei Cenobitis faciant, quibus tui-  
tionem expectant; ab iisdem denuo. ut  
prædictum est, laborum fructus & pro-  
curatio*nis* ullragnum recepturæ.

*Explicit.*

## SANCTI LEANDRI HISPALENSIS EPISCOPI REGULA, SIVE DE INSTITUTIONE VIRGINUM & contemptu mundi ad Florentinam Sororem Liber.

### DE SANCTO LEANDRO HISPALENSI ejusque Regula ad Florentinam Sororem Veterum testimonia.

MARTYROLOGIUM Rom. die xxvn. Febr. item BEDA,  
USUARDUS, ADO, & alii.

Hispali in Hispania natalis S. LEANDRI ejusdem civitatis Episcopi, ejus  
predicatione & industria Wifigothorum gens, adjuvante Recaredo eorum Rege,  
ab Ariana impietate ad Catholicum fidem converja est.

Idem MARTYROLOG. Rom. die xx. Junii.

Hispali in Hispania depositio sancte Florentinae virginis, sororis Sandorum  
LEANDRI & fiduci Episcoporum.

ISIDORUS Hispal. de Script. Eccles. cap. xxviii.

LEANDER genitus patre Severiano Cartbaginensis Provincia Hispania, professione Monachus, & ex Monacho Hispalensis Ecclesiae Provincia Batice con-  
stitutus Episcopus: vir suavis eloquio, ingenio præstantissimus; vita quoque tam-  
tum atque doctrina clarissimus, ut etiam fide ejus atque industria populi gentis  
Gotborum ab Ariana infamia ad fidem Catholicam reverterentur. Hic namque in  
exilio sui peregrinatione composuit duos adversus hereticorum dogmata libros, erun-  
ditione fonsularum scripturarum distinxit, &c. Præterea edidit unum ad Floren-  
tinam sororem de institutione virginum, & contemptu mundi libellum, titulorum  
distinctionibus prænotatum. Floruit sub Recaredo, viro Religioso ac Principe  
glorioso: cuius etiam temporibus narrabili obitu actualis uite terminum clouit.

S. GREGORIUS M. PP. Dial. lib. iii. cap. xxxi.

Sicut multorum, qui ab Hispaniarum parentibus veniant, relatione cognovimus,  
nuper Ermigildus Rex, Livigildi Regis Wifigothorum filius, ab Ariana hereti ad  
fidem Catholicam viro Reverendissimo LEANDRO Hispalitano Episcopo, dudum  
sibi in amicitia familiariter juncto, prædicante conuersus est.

## IDEM Praefatione in librum Job.

Reverendissimo & sanctissimo fratri suo LEANDRO Coepiscopo Gregorius S. S. L. Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic Sedis Apostolica respona constringerent, & te illuc injuncta pro causa fidei Wisigotorum legatio perduxisset; omne in tuis auribus, quod mihi de me dispercebat, exposui, &c. Tunc eisdem fratribus, etiam cogente te, placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Job exponere importuna me petitione compellerent.

## IDEM lib. i. Epist. XII. ad Leandrum Episcopum.

Ea qua in beati Job expositione dicta fuerant, & vobis dirigenda scribitis, nisi portitoris praesentium me festinato congaueasset, cuncta vobis transmittere fine aliquae immunitatione voluisse; maximus quia & hoc ipsam opus ad vestram reverentiam scripsi: ut ei quem pra easteris diligis, in meo judicer labore de uadisse. Praterea si vobis indulgerit tempora ab Ecclesiastice occupatione cognoscetis, quid sit iam faciendum scitis: quoniam etiam absentem corpore, praesentem mihi te temere intueror, quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressam porto.

## IDEM lib. iv. Epist. XLVI. ad eundem.

Quanto ardore videre te sitionam, quia validus me diligis, in tui tabulis cordis leges. Sed quia longo terrarum spatio disjunctum te videre nequeo, unum quod scribi de te dilectorum choristarum feci, ut librum Regula pastoralis, quem in Episcopatus mei exordio scripsi, & libros quos in expositionem beati Job jam diuidum me fasciis cognovisti, sanctitatem vestram transmittere curavi.

## IDEM lib. vii. Epist. CXLVI. ad eundem.

Sanctitatis tua suscepimus Epistolam, solius charitatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinixerat, quod in charta pagina refundebat Boni autem sapientesque viri cum legeretur afferunt, quorum Natura viscera in compositione commuta sunt. Capit quisque amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa Epistola tua mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur & mirabantur singuli, atque iste ignis audientium demonstrabat, qui fuerat ardor dicentis. Nisi enim prius in se facies ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus quanto charitate tua mens arserit, quia sic & alios occendat. Vitam verum veraram, cuius ego semper cum magna veneratione remuniscor, minus noverant, sed eis altitudo vestri cordis potuit ex humilitate sermonis.

## Observatio critica in Regulam sequentem.

S LEANDRUM Hispanensem Episcopum, & S. Isidori fratrem seniorem, ab adolescentia monastica vita cultorem, ac Benedictina disciplina apud Hispanos insignem propagatorem extitisse, consentunt omnes; quamvis in hac praesenti Regula pro Virginibus scripta nullam S. Benedicti mentionem faciat. Nec sicut ex tali silentio aliquid contra S. Episcopi monachatum Benedictinum inferri debet; cum S. Benedictus Regulam suam non pro Sanctorumalibus Fenninis sed pro Monachis scriperit, & prius bac Regula XXI. capitulis contenta potius dicenda sit Exhortatio & Admonitus, omnibus sociis Virginibus data; quatenus illa mundanam pompa contentum, & soli Deo spirituali suo sponso inservire studeant. Habet enim S. LEANDER fororem Florentinam, qua simul cum matre ingressa fuit monasterium extra patriam fitum. Eadem ad perseverantiam exhortatur, piisque & salutaria iurita dedit, qua quidem vita monastica normam rite confidunt. Hanc igitur Regulam Florentinam, pergrata sibi in Christo Filiz & Sorori inscripsit, & imprimis omnium terrenorum contemptum inculcat, nihil in terris esse amore & affectu sacra Virginis Signum afferent, sed ad coelestia ad parandum ait, ubi verum virginitatis primum invenies. Monet vitandas esse laicas mulieres uti organum Sathan; quippe quod amant, hoc faggerunt, & eas rei inserviant aliorum auribus, que in suis defideris versantur. Vitandas quoque viros quantumvis sanctos, ne videndi jugitate aut infamet utriusque sanctitas, aut prebeat. Lectionem afflueant & meditationem rerum spiritualium inculcat, quem carnis prohibet sicuti & balneorum, nisi infirmis, atque silentium mandat sicuti in monasterio perseverantiam; quatenus & multarum societate proficiat, ac eorum affequi.

assequì valeat merita , quorum imitetur exempla . *Santus autem LEANDER* bonum Regulam parocticam piissima forori Florentinæ inscripsisse videtur post aduentum Episcopatum Hispalensem , quem ab anno DLXXV. ad annum DCIII sanctissime rexit .

## INCIPIT IN CHRISTI NOMINE

## S. LEANDRI HISPALENSIS EPISCOPI

de Institutione Virginum & contemptu mundi  
ad Florentinam Sororem Liber.

*LEANDER Dei misericordia pergratae in Christo mihi filie & forori  
FLORENTINÆ.*

**P**REQUIRENTI mibi , foror chariflma Florentina , quibus te dixitiarum cumulis heredem facarem , quae patrimonii forte ditarem ; multe rerum fallacium occurrabant imagines : quas cum ego ut importunas manus manu mentis abigerem , tacitus abeam : Aurum & argentum de terra est , & in terram revertitur ; fundus & patrimonium redditus vilia & transitoria sunt , præterea enim figura bujus mundi . Quidquid enim sub sole conspexi , nihil te dignum , foror , arbitratus sum ; nihil muneri tuo credidi esse gratissimum : omnia mutabunda , caduca , & vanæ fore conspexi . Unde veram esse attendi Saïomonis sententiam , dicentis : *Magnifica opera mea , adificavi mihi domos , plantavi vineas , feci hortos & pomaria , & confrei cunctis generibus arborum , infraxi mihi pisticas aquarum , ut irrigarem silvam germinantium lignorum . Posseculi seruos & ancillas , multamque familiam habui : armens quoque & agnas ovinas , greges quoque caprarum , altra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem . Concessi mihi argenum & annos , & substantias Regum ac provinciarum : feci mihi cantores & cantatrixes , & delicias filiorum dominum : scyphos & urcos in ministerio ad vita fundenda . Et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem . Quam igitur omnem mortalium pompam tali termino concludit , ut diceret : *Cumque me convertissem ad omnia que fecerant manus mea , & labores in quibus fructu saderem , vidi in eternis uanitatem & afflictionem animi , & nihil permanere sub sole .* Et iterum ipse dicit : *Determinans sum omnem industriam meam , quam sub sole studijsq[ue] laboravi , habuerim heredem post me , quem ignore , utrum sapient aut fulgens sit , dominabiente in laborib[us] meis quibus defudatur & sollicitus fui , & est quidquam tam venum ? Unde cœceri renuntiorumque cor meum ultra laborare sub sole . Tali quoque informatus oraculo , non esse me paren-**

tem verum existimares , foror , si te lis ditarem rebus , que stabilitate nulla conservarent : que mundanis subjectæ casibus te destituerent , nudamque relinquerent . Aerumnis quoque te cumularem , & timori metuque subiicerem , si ea que fur auferre poterat , fulcare tinea , ærugo vorare , ignis absumere , terra obruere , tua delere , sol torre , imber secare , glacies stringere , tua germanitati conseruanda esse putarem . His certè rebus humanis implicatus animus à Deo avertitur , & ab illa immobili ac permanentis veritatis forma recedit . Nec potest ad se admittere divini verbi dulcedinem , aut Spiritus sancti suavitatem , pœnus quod tot mundanis agitatur molestia , tot curarum temporalium stimulis verberatur . Si ergo te his nexibus alligarem , talibusque onerarem ponderibus , & mole terrena cogitationis opprimerem , iniamicut me , non parentem deberes testimoniare ; intertempore , non fratrem esse sentires . Eja foror chariflma , quoniam quidquid axe coelii cocluditur , terrena iustinent fundamenta , & telluris super faciem volvitur , nihil dignum quo ditari posses invenimus ; supra cœlos , querendum est , unde manus virginitatis auxisti ; ut ibi præmium & patrimonium virginitatis invenias . Ex compensatione enim integratatis meritum agnoscitur , & de sua retributione penfatur . Quanto enim vilis putaretur , si transitoris terrenisque ditaretur muneribus ; tanto præclara est virginitas & excellens , que calcatis abdicatisque mundanis voluptatibus , dum in terris Angelorum servat integratatem , Dominum Angelorum fortita est portionem . Quæ ergo est virginitatis hereditas ? nonne ea , quam dicit plamista ? *Dominus pars hereditatis mea ? Psalmus 15.* Et iterum : *Portio mea Dominus ?* Vide Psalm. 118. foror quantum profeceris : vide quām summum tenetas spicem : ut multorum gratiam

gratiam beneficiorum in unum eandemque inveneris Christum. Sponsus est, frater est, amicus est, pars hereditatis est, amicus est, Deus & Dominus est. Habet in eo sponsum, quem diligas : *Sponsus est enim forma pro filio benissimum.* Est verus frater quem teneas : adoptione enim & tu ejus filia, cuius filius est ille natura. Est amicus de quo non dubitas : ipse enim dicit : *Una est amica mea.* Habet in eo hereditatem quā ambias : pars enim hereditatis tuae ipse est. Habet in eo pretium quod agnoscas : quia sanguis ejus redemptio tua est. Habet in eo Deum à quo regaris : Dominum quem metuas & honores. Totam sibi in Christo prærogativam virginitatis vindicat : ut ante quam tremunt Angeli, cui servient potestates, cui virtutes obtemperant, cui coelestia & terrestria genuflectunt ; hunc sibi virgo sponsum vindicet ; ad hujus thalamum ornata virtutibus properet : hunc cubili cordis, casto cubili confoveat. Et quid amplius ei conferre potuit, cui se Christus sponsum tribuit, sanguinem suum dotis ac munericis titulo compensavit ? Solet ergo qui uxores ducunt dates trubere, conferre præmia, & ad vice perpendi pudoris sua tradere patrimonia ; ut emissi potius quam duxisse videantur uxores. Tuus, virgo, sponsus dotem tibi sanguinem suum dedit ; eo te redemit ; eo te suæ copulae sociavit : ut pudorem non perdas, & habeas præmia. Quanto enim munificentis est dotis præmium, tanto cit̄ amor immensior. Multum enim diligit, quam proprio sibi sanguine despnnavit. Et ob hoc suum corpus vulneris iictū & telo gladii maluit speriri, ut tuam sibi integratatem emeret, pudicitiam conservaret. E contrario enim curavit hominem : ut sicut mors ejus vita est nostra, ejusque humilitas nostra est superbit medicina ; sic & vulneribus ipsius nostra integritas empta est, qui ideo ferri se vulnera voluit, ne malleo universis terre nos feriret.

**3. Cor. 7.** *Prius enim empi estis,* ait Apostolus, *natus fieri servi bonisum.* Cur virgo dare vis corpus viro, quod jam est redemptum à Christo ? Alius te redimit, & alii nobis cupis ? alterius pretio libertatis militas, & spontanea te servitute condemnas ? Si mundus omnis titulo dotis scribitur, quid pretiosius sanguine Christi, quo redemptus est mundus ? Appende mercedem & pretium, ut videas plus valere qui redemit, quam id quod redemit. Quanto itaque pravè intelligit virgo, quæ conterupto captore metem sequitur : & sanguine Christi postposito, mundum qui redemptus est amplectatur. Non sum idoneus eloqui,

foror amantissima, præmia virginitatis est enim ineffabile donum, absconsum oculis, celatum auribus, Intelligentie obseratum. Quod omnes esse sperant Sancti, & post resurrectionem cuncta prestolatur Ecclesia fieri, vos jam estis. *Corripit huc*, ait Apostolus, *inducti in corruptionem.* Sed revera post resurrectionem corporis. Ecce vos incorruptionis gloriam jam seitis. Vos istam jam in præsenti seculo partem gloriae possidetis. Quanta est enim beatitudine, quæ vobis reponitur in futurum ? quæ vobis corona manet in æternum : quæ incorruptionis gratiam, ad quam multi pervenire desiderant, hic habetis ? Gaudete ergo talem te esse, qualis Dei formata es manibus. Ille ergo integræ condit utique, quam integratitatem dedit ; quæ ad integratitatem præmia parvavit. Perversi enim naturæ corrumpunt homines, quam Deus formavit integræ. Etsi offensa humani generis primæ haec danatae originis causa ; dum protoplasti esse noluerunt, quod fuerant conditi : idcirco incurruerunt in se & in prele dannari. Reparata castimonie in vobis retentaculum, ô virgines, quod perdiderunt in paradiiso priui homines. Vos enim conditionem fervoris primigeniarum hominum, quæ tales perfuerant, quales illi sunt instituti. Sed cavete exempla eorum. Heu proh dolor, foror chardimana, fuge primorum hominum exempla : horrefice serpentes antiquissimi filia ; ne incipiat tibi germinare spinas & tribulos viciaria terra, & quæ pro insigni virginitatis lilia rosasque parturire debet, urticam & paleam producat : istam, que urat, illam, que lacret. Vos enim estis prima delibatio corporis Ecclesiaz. Vos itaque ex tota Christi corporis massa oblationes Deo accepta, & in supernis altaribus consecrata. Pro vestro enim proposito, & pro fide sua, omnis Ecclesia nomen virginitatis indepta est, dum in ea melior pars & propenor vos ellis, quæ animæ corporisque vestri integratatem Christo dedicatis. Et licet in omnibus suis generaliter membris fide maneat virgo, tamen suorum parte membrorum, quod ellis vos, non incongrue virgo etiam corpore : genere scilicet illius locationis, quo aut totum à parte, aut pars nominatur à toto. Meditate ut columba, sanctissima virgo, & mente pertracta, quæ in futuro tibi maneat gloria ; quæ non adquievisti carni & sanguini ; neque corpus illud sanctissimum prostrasti corruptioni. Age ergo, cogitare præfume, intellige, quibus te amplexibus cupiat Christus, quæ mundi caecisti illecebras : quo te desiderio chorus ille expoliet virginem, quam ipisis gradibus properantem coelorum ardus vident,

vident, quibus chorus ipse virginis per-  
venit ad Christum. Gaudet & Maria  
mater Domini, apex & specimen vir-  
ginitatis, incorruptionis mater, que vos  
exemplo suo genuit, & manet integra :  
vos documento suo peperit, & dolores  
nescivit : genuit sponsum, & virgo est.  
Felix ille venter, qui novit gignere,  
non corrumpi. Beata illa fecunditas,  
que pariendo implevit mundum, hære-  
ditavit cœlos, nec amittit velamina vir-  
ginitatis. Ardeat cor tuum foror, igne  
illo, quem Christus misit in terram. Ex-  
citez te flamma ignis ejus, & chorus ille  
virginus prosequens Mariam. Ipsam er-  
go oculo mentis fulsice : ipsos comitare  
choros : ipsi te animi desiderio jungle,  
ibi festina ; ibi propeta : ibi reposita est  
corona posita, quam reddet tibi Dominus ju-  
stus iudex in illa die. Senti fratris animum  
tuos desiderare profectus, senti fratris  
concupiscentiam: velie te esse cum Chri-  
sto. Qui eti in me non habeo, quod in  
te perfidere volo, perdidisse me doleam,  
quod te tenere desidero : erit mihi inter-  
rim quedam portio remissionis, si tu qua-  
pars melior nostris es corporis, in via  
peccatorum non steteris ; si quod tenes,  
firmissime teneas. Heu mihi, si alias  
accipias coronam tuam. Tu apud Chri-  
stum tutamen meum ; tu charitissima  
meum pignus ; tu hostia mea sacratissi-  
ma, qua expiari à colluvione peccati non  
dubito. Si tu accepta es Deo ; si tu  
callo cubili cum Christo cubaveris ; si tu  
Chilli amplexibus fragrantissimo virgi-  
nitatis odore inhaeseris, profecto pecca-  
to : si membrum fratris obtinebis pro reatu  
gerimen indulgentiam, quam poposceris.  
Non te contristabit, qui te sive copula-  
vit societas. Sinistra ejus, in qua est  
honor & gloria, sub capite tuq : & de-  
xtera ejus, in qua est longitudine vitæ,  
amplexabitur te. Talibus sponsi oblate  
amplexibus, meam veniam postulans ob-  
tinebis. Amor tuus in Christo erit indul-  
gentia mea : & quantumcumque  
spem remissionis habeo, si foror quam di-  
ligo, ad nuptias Christi transferit ; atque in  
illio terribili metuendoque judicio respi-  
rimentum aderit, ubi de factis, arti-  
bus, vel de commissis disculpio fuerit :  
ubi de meis dispendiis, heu mihi, sum  
cogendus reddere rationem, tu solarium  
meum, tu respiramentum meum. Et  
vindicta que mihi debetur pro negligen-  
tia mea, fortem castitatem tuæ sedebitur  
intercessione. Defendes me profectu tuo  
à meo reatu operis, si tu Christo adhes-  
seris, & si tu illi placueris, ego unde ei  
displaceo non gravabor, dum tibi indul-  
get, mihi parcer : nec perire fratrem  
sinet, cuius spondit fotorem. Per te  
forte mihi donabitur chirographum quod

2. Tim. 4.

Cœc. 2.

*Cod. Regul. Tom. I.*

contraxi : dum te Christus fovet chari-  
tate, me non puniit pro criminis. Mis-  
tere foror non tantum tui, sed & mei ;  
ut unde tibi restat gloria, faciem mihi  
vel venia concedatur. Multa in tua  
erunt virgines comitatu : cum iis facile  
imperabis pro me quod poposceris. Imo  
ipsa mater & dux virginum Maria suum  
interpellabit pro tuo merito filium : &  
ne te contristet pro me orantem, me  
eriget forte jacentem, & conscientie  
reatu merentem consolabitur. Non con-  
fundatur spes mea per te ad Deum. Meo  
igitur horizonte, meo ministerio, Del  
quidem dono, sed meo obsequio, hanc  
tenet professionem. Si ergo mihi inte-  
gritas tua causa venia, quæ tibi erit causa  
coronæ. Avele quæ oculos à mundi  
fallis inanibus. Cœlos aspice, ubi est  
sponsus tuus. Illuc anin um dirige, *ali col. 3.*  
*Christus est in Dei dextera sedens. Omne enim in Ioh. 3.*  
quæ in mundo est, concupiscentia carnis, &  
concupiscentia rerum est. Quæ furtus sunt  
quare : ubi est vita tua, illuc sunt &  
desiria tua : ubi est sponsus tuus, ibi sit  
& thesaurus tuus. Nolo te moveri vo-  
luptate facili : nolo te fulgore carnis  
decorari. Cito nrovet alienam libidinem  
caro ornata : & aspectus juvenum in se  
provocat, quæ se componit ut ornata  
procedat. Placere velle oculis alienis,  
affactus est meretricis : & ad sponsi cele-  
stis refertur injuriam, si ita incedas ut  
oculis libidinosis placeas. Esto quoq  
judex inter nubentes & virgines : spem  
utriusque considera : quis quam teneat  
viam ultima. Virgo studet placere Deo ;  
nupta siccule. Virgo servat integratem  
qua natura est ; nupta corruptitur. Et  
quale est, ubi non permanet integra, ut  
exipt esse natura ? Primum divino operi  
irrogatur injuria, dum quod ille forma-  
vit integrum, libidine corruptitur, li-  
bidine maculatur. In vos Deus cognoscit  
opus suum ; quas tener sacerulum, & non  
corrupti ; quas tales Deus recipit,  
quales fecit. Omnia itaque restauranda  
sunt in resurrectione, quæ nunc percunt  
de corpore. Virginitas femel perdita,  
nec hic reparatur, nec in futuro recipi-  
tur. Verum est quod Deus præcepit  
nuptias ; sed idcirco, ut inde nasceretur  
virginitas : ut multiplicata virginum suc-  
cessione, lucraretur in prole, quod perdi-  
derant nuptiae. Et radix & fructus  
nuptiarum virginitas est. De conjugio  
certe nascitur virgo : quæ si non cor-  
ruptitur, ad nuptiarum additur præ-  
mium. Habent nuptæ unde levant,  
si sui fructus celesti horreo reponantur.  
Tu quoque communium parentum cu-  
mulabis merita : tuis utrique honoribus  
munerabuntur : te prole Christo adhes-  
rente, ipse recipiat in fructu, quod in  
cespi-

F f f

celite perdiderunt. Recole, mea soror, humanarum nuptiarum eximias, & clade oculos, ne videoas vanitatem. Prima pericula nuptiarum haec sunt: corruptio, corruptionis fastidia, pondus uteri gravidati, dolor partus plerunque ad discrimen mortis perveniens: ubi & munus nuptiarum perit & fructus; dum simul mater cum prole deficit, & omnis illa pompa nupcialis mortis trahatur termino. Quam putabant causam esse letitiae, quis eam occasionem interinendi invenit? Quid ager post mortem, que totam letitiam nuptiarum depavit? Que viro placere voluit, non Deo, quid ager dum exit a seculo? Que sollicita fuit quomodo placeret mundo, quam poterit habere partem cum Christo? Que primum non bene viris se distrahant, simulque cum proficia libertatem perdunt, quando capivam virginitatem suscepta dote addicunt. Quid misera illi remanet, que pudorem venditat? Quod si fortis mundi, ut fieri solet, casu perdat donationem, tunc & pudore caruit, & amissit preium. Vides quam nuda & destituta in utroque remansit! Pro viro certe gemino timoris addicta periculo, times bonum perdere, timet malum habere. Quis ergo inter haec mediis est locus letitiae? Quas formas lenocinii meditatur ut placeat oculis? quibus peregrinis odoribus infici vestem? & ut oblectet sensus, cutem mentitur aliena. Que fuso illitam varlo adulterat figura faciem: ne sit ipsa que nata est; & decipiat virum specie silena, non propria. Vide si non malifici genus est, excogitare artem qua provocet libidinem alienam. Et que sic corrumpit faciem, quam putas corruptum habet mentem? Triplex committit adulterium: mentis, que talem meditata est fraudem: corporis, que figura mutavit speciem: vestitus, que non proprio, sed alieno fragrat odore. His malis virgo neficia, sexum habet, & sexus necessitatem ignorat. Feminea fragilitas oblita rigore virili subsistit, atque infirmum sexum virtute solidavit: nec addixit servituti corpus, quod lege naturae viro subjecet. Felix virgo, que corpus trahit ex Eva, non peccata! Illa peccati merito audit; Sed viri postestate eris, & in doloribus paries. Tu virginitatem adepta, a tali jugo excusisti cervicem; nec presa jugali necessitate curvaberis ad terram, sed in sublimi erecta celos suspicis; ut unde illa vetitum praefumendo cecidit, ibi tu licita contempnendo contunderes. Eva gustavit de illicito, & virginitatem perdidit. Licebat nubere virginis, sed que non nuplit, Angelis adiungit. In resurrectione enim non radiet;

veque axores dicunt: sed erant scutis Angelii Dei. Vide, virgo que non nubet, Angelis comparatur. Licet enim gignere filios; sed que hanc spreverunt necessitatem, Christum dicentem audiunt: Beatis filiorum que non genuerunt. *¶* *Natura quae nos* *Lug.* *23.* *aduenerunt.* E contrario illic dicitur nuptis: *Vt fragmentibus & membranis in illa dicitur.* Itaque virginis sensus pro filiis reputantur. Quid ergo querit quos pariendo doleat, qui pro habet sensus, quibus meditando congaudeat? *Propter timorem illi. 26.* *nam Domine,* inquit, *in uero accepimus,* & *particulum Spiritum salutis.* Ecce felix concepito, incorrupta progenies, utilis partus: ubi & proles bona cogitationis editur, & ignoratur dolor. Tota felicia germina, quot sancte cogitationes, toties concipi, quoties sancta meditatione Spiritum divinum capit. Concepcionis enim superna virtutes parit. Et ne putas te esse sterilem, tot filios habebis, quot virtutes protuleris. Una S. Spiritus conceptione multos edes partus. Primus partus virginis, verecundia virtus; secundus patientia, tertius sobrietatis, quartus temperatia, quintus charitatis, sextus humilitatis, septimus castitatis, ut impleatur quod legitur; quia sterilis peperit septem. *a. Reg. 2.* Ecce una septiformis Spiritus conceptionis septem partus edidisti. Non das, illi. 56. ecce ego lignum aridum, quia bac dicas Dominus exsiccus: qui custodierit requiem meam, & elegerint que uisu, & tenuerint fadus meum, dabo eis in domo uera & in maris meis locum, & uomen melius a filiis & a filiabus: uomen sempiternum dabo eis, quod non perirebit. Vides, amantisima foror, quod principalem in Regno Dei virgines tenent locum? Et non in merito. Mundi enim contempluerunt habitum, id est pervenientes ad celeste regnum. Vite caelidis beatitudinem hic incipiunt, que generare in doloribus filios nesciverunt: & que contagia libidinis, & foeda conjugii figura repuunt, recte Christi nuptias impetrarunt. Nolo movearis pomptacis nuptarum incessibus, clementerque stipato comitatu. Hos incursum plerumque insidiatores pudicitiae, quos custodes castitatis putabant. Et cum se ambiri tot virorum formis vident, hoc in mente venit, quod cum viris in lectulis agunt propriis: & quod experta sunt in singulis, hoc in plurimis meditantur. Non verebor invidiam, si locutus fuero veritatem. Feriant me labore, quas momorderit conscientia, dummodo proficientibus loquar, quid cavere debeant in eis, que solo nitente opere carnis. Certum est, mi foror, que nitorem velutum compofuerit, odore peregrino fragraverit, fuso mutaverit oculos, faciem candore alieno obduxerit, brachia

beachia circulus iostruxit aureis , digitis annulos inferuerit , & distinctione gemmarum fidere radiaverit fulgore manibus , aures metallo adgravaverit , colla margaritis & vario gemmarum abscohererit tegmine , caput ponderaverit auro : certum , iquam , est , hanc non esse castam : quæ ad hoc se ita composuit , ut multorum seriat oculos , multorum animos moveat , illiciatque mentes . Quæ etiæ metu viri non gerat stuprum in aperito , fornicatur tamen interius animo . Illa vero casta est , quæ de simplici habitu bonisque moribus placet viro , & de bono castimonie Deo . Harum habitum exprimit Petrus Apostolus , & cultum vestium , vel equitatatem morum sua pingit præceptione , cum dicit : *Sic in mulieris non exterior ornamenti aut auri , aut vestis cultus , sed cultus cordis . Eadem ergo & Paulus Apostolus iostulit , dicens : Si mulier & mulieres cum versetudine & sobrietate ornantes se , non in cassis crinibus , aut auro , aut marginis , vel vesti pretiosa : sed quod decet mulieres , promittentes pietatem per opera bona . Quas diffonare ab iis præceptoriis & discrepare comperteris , velut gehennæ duces , & inferni comites fuge . Hoc enim suadebunt quo plene sunt , quæ etiæ non verbo , ipsa tamen habitu & coquuntur flagitia . Et quæ auro coruscaverit , & radiaverit gemmis , tanquam simulacra declina ; idolumque estimato , non hominem , quæ à Deo bene conditam formam vario præsumpti stuprare figmento . Unde & scriptura dicit : *Falax imago , & vasa est pulchritudo , mulier timens Deum ipsa laudabitur .**

#### CAP. I. Ut videntur laica mulieres .

**P**RÆCOR te , foror Florentina , ut fœminæ , quæ tecum non tenent præfessionem unam , ad tuam non accedant societatem . Quod enim amant , hoc suggerunt : & eas res tuis insinuabant auribus , quæ in eorum versantur desideriis : *Heu mihi foror , corrumpunt mores bonus colloquia mias . Cum sancto sanctus tris : looge à te .*

*1. Cor. 15. fit foror , & tuus peruerso peruerseris .*

*Psalm. 17. Quid io unum agit nupta , & virgo ? Illa te non sequitor , quæ virum diligit . Propositum tuum fugit : quod etiæ amare se fixerit , mentitur ut decipiat . Quid tecum agit , cum qua communi collo*

*Chriilli jugum non duci ? dispar habetu , dispar affectu . Organum satanae hoc cibi canet , quod illecebris fœculi moveat , & fœmitas diaboli impinguat . Fuge Sirenum cantus , mi foror : ne dum pruidentibus auribus oblectamenta delectaris audire terrena , avertaris à recto itinere : & aut in dexteram illidaris scopulo , aut in sinistram Charybdis deglutiari risca .*

*Cod. Regul. Tosc .*

Fuge Sirenum cantus , & à lingua malefudentis sepi aures tuas . Muni cor tuum scuto fidei , dñm tñi propositi dispares videris ; & frontem tuam trophaeo arma crocis contra eam que professioni tuae dispar est .

#### CAP. II. Ut viri sancti videntur .

**J**AM quali fuga viros fugias , foror Florentina , tu judica , si tam sollicitè fœminas fœculi declinabis . Quisque vir , si sanctus est , nullum tecum gerat familiaritatem ; ne videndi jugitate aut infametur utriusque fœlicitas , aut pereat . Decidet enim à charitate Dei , quæ perpetrandi mali operis occasionem præbuerit , decidet à charitate proximi , quæ etiæ malum non agit , opinione tamquam pessimam famam outrit . Dispar enim sexus in unum locatus , eo titillatur instinctu quo nascitur : & naturalis moverat flamma , si complicita attigerit . Quis colligavit ignem in sinu suo , & non comburetur ? Ignis & stupa fibi utraque cootaria , in unum redacta flammas nutrunt . Viri fœxus & fœminæ diversus , si conjungitur , quod lex naturæ provocat , commovetur .

#### CAP. III. Ut declinare virgo debet juvenes .

**E**T si taliter viri declinandi sunt sancti , ne utrorumque bonis moribus offensio subrepatur ; qualiter fugiendi sunt juvenes , & tenebrosas vias temporalis vite sequentes ? quos ad hoc diabolus obiicit , & virginis opponit oculis , ut formas eorum , quos per diem viderit , virgo meditetur in nocte . Quod si & contradicat mentis ratio , talesque imaginaciones ab animo respuit , recens tamen visio & corporalis inspectio exhibet memorie formas : quas videndo didicit , ut etiæ paululum talis imaginatio oblectet mentem , occurret etiam per somnum , quod viderit oculi . Sic diaboli sagittis pechus virgino vulerotur , & infigunt cordi amor noxious ; ut quod in nocte recordata est , cum amore velit iterum videre in crastinum . Et sic intrat fathanæ sagitta usque ad intimum cordis perianus oculorum : sicut dicit Propheta : *Intravit morte per fœneras nostras .* Nec jer. 9. enim subrepit diabolus ad iosteriora mentis , nisi per sensus cordis . Si pulchrum aliquid video , quod coocupiscentiam moveat ; si oblectet aures turpis cantus ; si adoratum nidor attigerit fragrans , si gustum illecebrosum sapor commoverit ; si tactus mollem & nitidam contigerit formam , tunc oblatione sensibili carnis movetur illecebra . Dei enim opus

*Fff 2*

*uter-*

## REGULA

uterque est sexus. Amandi sunt certè viri, ut opus Dei; sed absentes, pro operibus bonis, & propter Deum qui eos fecit; non propter pulchritudinem corporis.

CAP. IV. *De abstinentia.*

**Q**uid ad te de cibis, soror Florentina, puto, loquar; quæ fragilitate corporis nec tantum accipis, quantum ratione doceris? Manent tamen in animo, ut eti infirmo corpori aliquid relaxandum est à rigore, interim non solvatur animus, si corpus infirmi meretur aliquid indulgentius. Nullus est enim usus edendi culpabilis, sed concupiscentia, sed immoderatio: si plus quam opus est sumptus; si desideres, fine quo vivere possis. Triplices certè est gula: intemperantia: si quod non licet, avidius appetas; si licita quæque exquisitis impendis preparata accurias queras; si tempus edendi licitum non suffices. Primi generis homines ob hoc Paradisi delicias & immortalitatis præmia perdiderunt, quia illicita concupierunt. Esau verò pro eo quod avidius ambuit licita, primogeniti perdidit primicia. Et quia edendi tempus non servant animalia, ideo sunt irrationabilia. Probavimus ergo triplicem excessum intemperantia: dum primi homines gustaverunt de illico: dum Esau lenticule appetitu perdidit primogenita: dum edendi tempus non servant animalia, & sunt irrationabilia. Non est igitur abstinentia, avide vorans etiam viles cibos.

**E**stim. 5. *Sepulchrum patens est guttar coram apit Psalmita.* Namque & ille mollis & dissolutus est, qui contemptis presentibus, pretiosis ac peregrinis epulis delectatur. Piscis per illecebram hamo capitur. Avis objecta escæ in decipulam cadit. Bestiae quæ naturali virtute sunt rigidæ, cupidine cibi in foveam protinus; & quas non emolli natura, decipit esca. Tu vero temperantiam, & parsimoniam, seu oraculo seu exemplis disce majorum. Oraculo: quia dicit Dominus: *Non gravesceris carda vestra in crapula & ebrietate.* Exemplis: quia David cupitam aquam soluit bibere, quam periculum alieni esse sanguinis intellexit: vel quia Daniel contemptis dampibus regis, leguminibus vixit. Similibi accepta quæ sunt comitibus tuis communia, & aliorum non sis intemperatio- nis causa: & quibus forma tibi debes hortamento ac vita bona documento, scandali non efficiaris occasio.

Loc. XI.  
S. Reg. 2.  
Diss. 14.

CAP. V. *Ut virgo singula non loquatur tam singulo.*

**N**ULLUS te singularem alloquatur: nec tu præter duarum aut trium testimoniū alloquaris aliquem singularem. Memento sponsi tui Salvatoris nostri, qui certè non verebatur labem peccandi, attamen in montibus cum Moysi & Helia voram tribus, Petro & Jacobo & Joanne, locutus est testibus. Sic & cùm suscitaret archifynagogi filiam, eos adhibuit testes, ut falsi rumoris non daret occasionem. Mirabantur autem & discipuli, quod ad puteum Jacob loqueretur cum muliere. Et revera non mirarentur, nū quid viderent inusitatum: & nū illi abiissent cibos emere, non loqueretur circa eos Christus cum muliere.

CAP. VI. *Ut jugiter virgo oret & legit.*

**L**ECTIO tibi sit assidua, jugisque oratio. Dividantur tibi tempora & officia, ut postquam legeris ores, postquam oraveris legas. Sic alternes perpetim hæc duo bona, ut ab iisdem nullo sis tempore otiosa. Quod si aliquid manibus operandum est, vel certè sustentaculis ciborum corpus reficiendum, alia tibi legat: ut dum manus vel oculi intenti sunt operi, pascat aures graria sermonis divini. Si quidem oramus & legimus; & lubricam mentem à surreptionibus diaboli vix retrahimus; quanto proclivius humanus animus reptat ad vicia, si lectionis & orationis assidua retentaculo non frenatur? Lectio te doceat, aliquid orando petat: postquam vero oraveris, iterum legendo inquire quod postules.

CAP. VII. *Ut carnaliter non legi debet veteris testamentum.*

**V**ETUS testamentum legens non temporis illius nuptias, sed prolis numerolitatem confiderat; non enim carnium & sacrificia sanguinolenta, crimina mortis carnis expiata, uni viro multarum uxorum permisit consorts. Licevit enim illo tempore, quod isto non licet, & sic per legem concessæ sunt nuptiæ, sic per Evangelium virginitas prædicata. Gens enim erat Hebreæ ab omni discreta consorts populorum, & ad propheetandum Christum Ecclesiæ deputata. Ne periret, cunctis permisæ sunt nuptiæ, causa prolis propagandæ. Et quia carnalis erat populus, carnium crapula paesciebat. Sacrificia certè idcirco pecudum litabantur, quia verum sacrificium, hoc est, Christi corpus & sanguinem figurabant. Venit veritas, umbra discessit: venit verum sacrificium, & cessavit hostia

hostia pecudum. Venit virgo virginis filius, & virginitatis praebevit documentum. Omne enim quod in veteri testamento legeris, quamvis opere gestum fuerit, spiritualiter tamen intellige, & de historie veritate intelligentia spiritialis sensum cape. Jam pro peccato non occiditur homo corpore: sed necem quam illi carni dabant per gladium, nos carnalibus vitiis imponitibus per penitentiae usum. Cantica cantorum juxta auditum aurium ne sentias; quia carnalem illecebram terreni amoris insinuant, quæ per species actionis Christi, & Ecclesie charitatem figurant. Merito à veritibus isti libri prohibiti sunt legere carnalibus: hoc est, Heptateuchum, & Cantica cantorum: ne dum eos spiritualiter nesciunt, libidinis ac voluptatum incitamento solvantur.

CAP. VIII. *De jejunii modo.*

**J**EJUNIA certè valido corpori imponenda fuit: & quos rebellis caro lege victorum impugnat, jejunio attenuandi sunt fugi. Subjuganda est jejuniis caro rigida, & eatenus refreranda, ut legitimis & imperitis animis subjaceat ut ancilla. Et quam debilitavit jugis infirmitas, si eam jejuniis temperes, tantumque sumas, quantum saluti sufficiat, non peccabis. Meliorem tamen judica eam, qua salutis robore infirmitatis non eget remedium. Nec debet feandalizari qua sana est, si remissius vel indulgentius quæ infirma est alitur: sed magis eo se meliorem sanctioreisque esse considereret, quod fragilioribus rebus non indiget, quibus eget infirmitas. Illa autem quæ infirmitatis obtentu meretur aliquid lenius, sit præ ceteris humilius: doleatque se non posse, quæ alia possunt; & abstinentiam tempore laxatam non reputet virtuti, sed infirmitati.

CAP. IX. *De usu vini.*

**V**INO secundum Apostoli utere regulam.  
Tim. 5. Ait enim Timotheo: *Medico vino utere propter flauschum tuum;* & frequenter tuas infirmitates. Dum enim dicit modicum, medicinaliter bibendum fore monstratur, non ad ebrietatem. Nam alio loco idem sic dicit Apostolus: *Viam distixisti, omnes vitium distixisti.* Ebrietas enim mortale est crimen: inter homicidia, & adulteria, vel fornicationes reputatur. Sic ejicit à Regno Dei vini temulenta, quemadmodum facinus adulterii, vel homicidi, vel aliorum criminum flagitia. Confirmat hoc dum dicit Apostolus:  
Tit. 2. *Nolite errare: neque fornicarii, neque idololatrie, neque servientes, neque adulteri, neque moles,* ne-

que masculorum concubantes, neque fures, neque avori, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei possident. Vide quantum sit execranda ebrietas, ut etiam à Regno Dei suos amatores ejiciat. Quam etiam terribiliter Prophetæ iocreper vino deditos vide, dicit enim: *Va qui potenter illi, effus ad bibendum viuum;* & *viri fortes ad misericordiam ebrietatem.* *Va qui consurgens manu ad ebrietatem felandam;* & *poterant usque ad vesperam,* ut vino efficiat. Bibit viuum Noë, atque ebrietate sopitus, pat. Gen. 9. te corporis virecundiori denudatus est: ut noveris sic confiternari animum humandum vino, & rationem humanam mentis obtundit, ne leipsum quidem meminerit, multo minus etiam Deum. Et licet illa Noë ebrietas ac nudatio mysterium Christi passionis & mortis contineat, tamen ad literam errorem facti insinuat. *Loth Gen. 19.* vino crapulatus incestum inculit filiarum, nec sentit errorem: de quo incentivo concubitu naevuocatur Moabites & Ammonites. Et Dominus dicit, *Moabites & Ammonites Dom. 13. non intrabunt in Ecclesiam meam usque in decimam generationem.* Senti quantum sit fugienda vini satietas, ut etiam Patriarchis scandali & culpe causa extiterit. Ergo & virgo quæ virtute corporis viget, bene facit si omnino se à vino abstineat. Invalidam verò & imbecillam pro medicina decet uti vino, nona pro temulenta.

CAP. X. *Quatenus uti virgo lavare debat.*

**B**ALNEO non pro studio vel nitore utaris corporis, sed tantum pro remedio salutis. Uttere, inquam, lavacro quando poscit infirmitas, non quando suaferit voluntas. Quod enim necesse non est, si egeris, peccabis. Scriptum est: *Et carna caram se fecerit in concipi.* *Reco. 13. fecerit.* Cura carnis veniens ex concupiscentia habetur in inicio; non ea quæ saluti, reparandæ convenit. Quapropter non te illicit lavare sepius carnis voluntas, sed infirmitatis imperet necessitas. Cares enim culpa; si quod necesse est egeris.

CAP. XI. *Quod peccatum sit virginis ridere.*

**E**STO in Deo gaudens letitia animi tranquilla & moderata: juxta quod ait Apostolus: *Gaudete in Domum semper,* Phil. 4. *iterum duo gaudere.* Et alio loco dicit: *Frustra autem Spiritus est gaudium.* Talis Gal. 5. jucunditas non perturbat mentem ridendi freditate, sed sublevat desiderii animam ad supernam quietem; ubi possis audire: *Intra in gaudium Domini mihi.* Qua. *Mash. 87.* le fit cor virginis plerumque tibi monstra-

stratur. Neque enim impudenter virgo rideret, si cor castum haberet. Speculum cordis facies est homini: non ridet lascivus, nisi quæ corde lasciva est.

*Matt. 12.* *Ex abundantia animi cordis,* ait Dominus, *se loquitur,* ergo ex abundantia vanitatis peccatoris ridet facies virginis.

*Red. 2.* *legitur vide:* *Rifum reputari errorum;* & *gaudis dixi, quid fructu decipis?* Et iterum ibidem: *Rifus dolore misetur;* & *extrema gaudi iudicium occupat.*

*Matt. 5.* *ait:* *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Verum & Apostolus insinat latitantibus dicit: *Rifus vestes videntur in lumen.*

*Jacob. 4.* *Rifum ergo, foror, ut errorem fuge, & temporalem latitudinem commuta in lectum;* ut beatificeris, si peregrina in mundo luxuris: quoniam qui secundum Deum lugent, beati sunt, & ipsi consolabuntur. Peregrinari te in mundo scito; nec hic habere patriam, sed in celo. Si tali desiderio ardebas Christi servus, ut diceret: *Cupio diffidere, & esse cum Christo;* quanta amoris flagrantia virgo debet accendi, quam uberes lacrymas desiderio sponsi sui effundere, donec ad amplexum Christi valeat pervenire: & ubertim flere non desinat, usquequo Christum, quem videre cupit, attingat. Lugebat ille se peregrinum in hac vita,

*Palm. 119.* qui moriens dicebat: *Hu me, quod incolatus meus prolangatus es a me.* Nam exultans te cœlestis sponsus & charissimus excipiet amplexibus, si te sui desiderio, flagrare didicerit, & si absente eo feveris, ille te præfensa consolabitur.

#### CAP. XII. Qualiter habeantur ancilla virginitatem professæ.

*Quas* tibi fecit, aut fecerit ancillas condicio, & forores professio, jam non pro nexus servitutis exulceres, sed pro paritate professionis honores. Quæ ergo tecum in Christo virginitatis stipendius militat, pari tecum libertate exultat. Nec sic vos provocamus ad humilitatem, ut illas superbia erigamus: quas dum tu accipis ut forores, gratias illæ tibi sint famulae, præbeantque obsequium non servitute addicte, sed liberæ charitate.

*Ephes. 6.* Quoniam quidem *non est personarum accessus apud Dominum,* scilicet, in distributione fidei, ubi pariter confutatur dominus & ancilla; ubi non eligitur domina, & reprobatur ancilla; æqualiter baptizatae, simili Christi corpus & languinem sumunt. Nam & Patriarchæ dum essent sanctissimi, quantum ad res terrenas & temporales, discernebant inter servos & filios; illos famulos; hos dominos judicabant; quod vero ad specie futuri munus attinet, ex æquo filii & vernaculis confubebant, quos una circumcidione signabant.

#### CAP. XIII. De discretione senioris erga personas singulas.

*Q*uod quidem sub una professione ma-  
nentibus omnia erunt communia omniibus, verum est, & legitur: scilicet, si omnes æqualiter valent. Attamen interest quædam discretio senioris, providentis quid unaquæque poscit. Sic enim dividendum est, prout unicuique opus est. Quæ potuit honorari in mundo, & dives sicut in seculo, blandius so-venda est in Monasterio: & qua relictum in seculo vestem pretiosam, cultiorem in Monasterio meretur. Quæ verò sub penuria vixit in seculo, & tegumento vi tüque eguit, grata ferat in Monasterio nec alget, nec cfuriat: nec murmur-ret, si ea tractetur indulgentius, quæ vixit in seculo deliciatus. Nam si prout cuique opus est non dividitur, sit superba in Monasterio, quæ fuit vilis in mundo; & quæ erat potens in seculo, humiliatur in Monasterio. Sic agit, qui discretè non sapit, ut superbi faciat ex vilii censu conversus, & dolore stimulet honesto loco natas. Et si sufficit unde omnibus tribuatur æqualiter, nulla est unde murmuraret: quoniam discretio senioris dividet unicuique prout opus est. Sed dicit: cur conversa est, nisi ut fiat humili ex potestate? Si ergo illa ex incito ad humilitatem descendit, illa ex paupere quod humiliaretur non habuit, forsitan si superbit. Charitas autem omnis temperat, atque ad eundem pacis pertrahit limitem; ut nec illa infletur, quæ reliqua potentiam; nec illa frangatur, quæ fuit pauper, vel ancilla. Laudanda cameo est senior, si discretè cum singulis se gesserit, & unicuique prout opus est, diviserit. Illa sicut dicta de ueste, cibo, potu, vel opere pro invalidis ac delicatis: ut quæ durius ferre non potest, tractetur lenius. Ceterum si circa eas quæ ferre potuerint, factura est senior prout viderit, & quibus con-sulit pro uero delicate vitz, vel corporis fragilitate, non eas præferas honore seniorum, si posteriorē conversus sunt tempore. Dum ergo ad te meus, foror Florentina, sermo dirigitur, derivavimus orationem studiis plurimum; nulli tamē jugum imponimus, sed quod ho-nestius est suademu.

#### CAP. XIV. Ut virgo æqualis sit & in paupertate & in abundantia.

*N*unc ad te loquendo revertar, foror Florentina, pro qua me familiaris cura sollicitat. Hoc hortor itaque æqualem re & uniformem habere semper animum: ut nec adversitate frangaris, quæ patien-tiam

tiam & penuriam Job sapis : nec eleveris prosperitate , quæ Patriarchas divites opibus , sed humiles animo fuisse legis. Beata enim eris , si & in adversis & prosperis semper Deo gratias eggeris ; & vite illius propteritatem fumum vaporēque illico evanescētem credideris. David certè regnabat , & cùm abundaret thauris , ac manus fortis infinitis populis imperaret , humilem se canit , & dicit :

*Psalm. 87. Pauper sum ego , & in laboribus a juventute mea . Et ipse iterum ad hitam Saul dicit : Vitis incedam , & vobis appareo ante Deum qui elegit me , pauper quam patrem vobis.*

*Psalm. 117. Iacobum. Similiter idem dicit : Iacula ego sum in terra & peregrinus , sicut omnes patres mei . Terrenis ergo nunquam delectata rebus , etiam si se vita commoda ingent , non eis animo innitaris , nec de mundanis gaudeas lucris ; & non contristaberis dannis. Etenim scriptum est :*

*Psalm. 51. Divitiae si affluant , nolite eorū apponere. Cum amore enim possella cum dolore utensis pereunt : & inde tribulari quemquam necesse est , unde carnaliter gaudet. Tu adinstar coelestis sponsi honorari in seculo fluge. Ne velis ab aliis dici , aut esse prælator , quæ legis : Si quis vult inter nos esse magister , sit vester servus , quoniam & ipse Salvator , dum à turbis ut rex fieret quereretur , seipsum abscondit. Quomodo enim ab homine regnum aciperet , cui cum Patre regnum perpetuum manet ? Sed quia venerat docere humiliatorem , hominum declinavit honorem. In forma enim Dei manens semetipsum pro nobis humiliavit : & cui coelestis servient ac terrestria , pro mortali bus factus est pauper ; ut ejus inopia nos ditarentur. Tu ergo insiste vestigis , quibus præcessit sponsus ; & passibus indefessis ducem sequere coelestem : ne dum factis suis probat esse dissimilem , in coelestibus regnis nolit habere consortem. Etenim ista dicimus , ut parvipendas , aut ne pro magno cupias lucra terrena : vel ne altimes magnos , quos in seculo propiscis divites. Quod enim habere possunt & mali , libenter debent contempnere boni. Dat enim malis Deus temporales divitias , quibus negat æternas , dat eas certè & bonis , sed quos novit non superbisse ex eis. Boni propitio Deo fiunt divites , propitio Deo fiunt pauperes : in utroque Deo gratias agunt , qui voluntatem Dei libenter accipiunt. Malis quando tribuuntur divitiae , penitenter tribuuntur , ut male de eis gaudent : & quando subfracturunt , penitenter auferuntur , ut male de eis doleant , utraque justo ad gloriam ; utraque impi ad vindictam. Quid ad te , quæ habes Regulam quam sequaris ? Virginitatem itaque & paupertatem Mariæ*

prospice : quæ tam dives in Domino fuit , ut Mater Domini esse mereretur , & tanto rebus paupercula , ut partus tempore nec obitetricis , nec ancillæ uteretur solatio , ipsum quoque diversorum tam angustum , ut præsepe assumeret pro culnabulo. Sed & Joseph , cui fuerat sponsata , cùm esset justus , erat tamen & pauper : ita ut viatum & vestitum artificio quereret. Certè faber ferrarius fuisse legitur. Habet exempla , normam sequere : ne te velis divitiarum periculis committere. *Quoniam qui volant divites fieri , insidunt in tentationem & laqueum diabolis , & delicia multa inutilia & nociva , qua merent hominum in interitum. Has à se levante auferunt , quibus in Domino devous est animus. Et plerunque contemptores suos magis appetunt divitiae , quād sequaces. Quare , inquit , *Matt. 6. Regnum Dei , & hec omnia apponentur vobis.**

*Cap. xv. De indulgentia & prohibitions carnium.*

**E**SUM carnium infirmitatis tua obtinet nec prohibere tibi audeo nec permettere. Cui tamen suppetit virtus , à carnis sc̄ abstinat. Nam dura est conditio , nutritre contra quem dimicis : & carnem propriam sic alere , ut sentias contumaciam. Quod si talibus utitur virgo , qualibus & seculares utuntur , dat sensum , ut ea agat , quæ à seculari bus aguntur. Quid poterit caro nutrita carnis nisi erumpere ad libidinem , miserisque animam crudelitate luxurie debaccare ? Unde & quidam auctor ait , *Deliciosa finis corruptio. Et Apostolus voluptuosam viduat sic notat : ut dicat : Quia autem in deliciis est , uerens mortuus est. Tim. 5.* Quod si abstinentia marcidum corpus vig à lege peccati , quæ habitat in membris nostris , prohibemus ; quid faciet quæ sic obruit terram carnis fuit , ut ei possit spinas & tribulos germinare ? Fomenta vitiorum , effus carniū : nec solum carnium , sed & nimia satietas aliorum ciborum. Quoniam non culpatur esse qualitas , sed quantitas reputatur in vito. Quidquid enim accipitur nimis , hoc aggravat animam : & abundantiori cibo extensus stomachus obtundit animę sensus. Virgo tantum fana debet esse , non rigida : pallida gestare ora , non rubentia : quæ suspiria cordis emittat ad Deum , non ruget cruditates ciborum. Quibus ergo vires corporis opus sunt , habeant carnis usum : scilicet , qui metallū effodiunt ; qui in agone terreno certant ; qui construunt celorum culmina ædificiorum ; vel in diversis opificiis labore desudant corporis ; his reparandarum viuum aptus est usus carnis. Virgo quæ magis

*magis defectus sustinet corporis, bona virgo est.* Ad quos usus carnes sumet, nisi ut miserum corpus faciat viciorum inandet? Verum si cogit infirmitas, medicinaliter sumenda sunt carnes. Medicinaliter enim est, quod non gravat, sed relevat: quoniam & ipsam medicinam ita artis ipius periti impendunt, ut sensim adhibita non concerent infirmum, sed allevent. Unde & illa vera est intentio Philosophorum; *Ne quid nimis.*

CAP. XVI. *Ut in Monasterio quo capit virgo permaneat.*

UT enim in Monasterio permaneas sollicitate admoneo, multarum enim societate proficies; & virtutes aliarum viendo eris virgo virtutum. Et si interdum pro varietate voluntatum oriarur quedam Congregationi similitas; & nonnunquam murmurationibus carnalium tristentur spirituales: non tamen deerunt quas in bonis actibus imiteris. Et certe tolerare carnales, probatz virtutem est: imitari vero spirituales, spes est maxime. Erudiant carnales spiritualium patientiam, & dant quae sanctae sunt bonarum documenta virtutum: ac sic animae proficiunt utraque sunt utiles, & quas patienter tolerat, & quas imitatur suae. *Viter.* Libenter, inquit Apostolus, *sufficiens insipientes, cum sis sapientes.* Et ipse idem dicit: *Debet autem vas qui firmiores effici, imbecillitates infirmerum sufficiere, & non vobis placere.* Unusquisque autem proximo suo placeat in bonum ad adiutorium. Non enim te carnalium scandalizent murmurations; sed consoletur proficientiua vita: & que nefcis quantum demoreris in saeculo, debes esse patiente pro cœlestis glorie dono.

a. Cap. 18.  
Rom. 15.

CAP. XVII. *Qualiter vita fugiatur privata.*

FUGO quoque privatam vitam; nec vellis imitari eas virginis, quae in urbibus per cellulas demorantur: quas multimoda cura constringit; prius placendi saeculo, ne foedo prodeant amictu; & domesticia opprime sublicitudine, dum pro vita sublido fatigunt, minus que ad Deum pertinent querunt. Privatam enim vitam de usu gentilium traxit Ecclesia, quos dum non quiverunt Apostoli ad normam sue vice traducere, Ecclesie venienti ex gentibus permisserunt private vivere, propriisque rebus uti. Ceterum qui sub Apostolis crediderunt ex Hebreis, tandem normam, quam nunc tenent Monasteria, servaverunt. Quiere quod legitur in Actibus Apostolorum, & verum esse quod dice probabis: *Maliitudo,*

86. 4

inquit, *credentium erat cor unum, & anima una.* Nec quisquam eorum qua præfidebat, suum aliiquid esse ducbat, sed quaque possessores agernta erant, vendebant, & pretius eorum penabant ante pedes Apostolorum: & distribuabant prout unicuique epar erat. Vide, quod viventes in Monasterio regulariter, Apostolorum teneant vitam: nec dubitet eorum aliqui inerita, quorum imitantur exempla.

CAP. XVIII. *Ne peculiare virgo in Monasterio quid possidet.*

PECULIARE, quod in Cœnobii pro magno habetur crimen, tu pro grandi vite contagione. Adulterium certe est; quia conscientia integritatem usurpat rei pravitate maculat. Furti crimen est: quoniam dum omnia que habentur in Monasterio, omnibus sunt communia, habere una latenter praesumit, quod à ceteris ignoratur, & aliud publicè cum omnibus utitur, aliud furtivè abscondit. Fraus est manifesta: quia non reponit in commune, quod possidet; sed exiguum parvitatem privatim occultat fraude. Unum crimen, sed plura contagia. Tanta nequitas malum velut gehennæ evita præcipuum; & quasi iter cave ducens ad infernum. Inde usque ad malum proditoris & Domini traditionem Judas erupit, quod furti crimen tractus cupiditate commisit. Denique cum haberet cum Apostolis quidquid illis esset commune, non fuit contentus communionis sufficientia. Sed quid dicit de eo Evangelium? *Fat erat, & leculos Ioh. 12, babens, ea que mittebantur portabat.* Nec non Ananias & Saphire exempla recole; & Aet. 5, qui offerentes Apostolo partem pretili, partem vero celantes, presenti sunt iudicio damnati; & pro terrore sequentium non est dilata facinoris ultio. Quae autem à communione Monasterii privata secessit, necesse est ut à cœlestis vite consortio separetur. Quidquid manus tua attigerit, seniori ostende; in commune reponere. Noli quidquam transportare seorsum: quia nimium Judee proditoris exempla cavenda sunt.

CAP. XIX. *Ne virgo jurare debeat.*

NUNQUAM jurare, sed semper verum dicere, pari observa studio. Nam sicut carnalibus pro terrore fraudis jurare permisum est, sic prohibita sunt spiritualibus, etiam dum sibi bene consilii sunt, sacramenta. Sit, inquit, *sermo Iac. 5, 12, Eff., eff.; Non, non;* *quod autem plus eff., à malo eff.* Cave itaque jurare in bono, quia de malo est. Et propterea dicitur esse à malo, eo quod jurandi necessari-

necessitas ex infidelitatem conscientia. Ejus autem hominis jurandi extorquetur necessitas, cuius fides manet in dubio. Tu vero, quae simplicitatem cordis debes ostendere labiis, cur te spontaneo alliges Sacramento? Tolle jurandi usum in bono, & non perjurabis in malo. Loquerere veritatem ex corde, & aberit Jurandi necessitas. Legimus enim: *Ne affreas iurationi, quoniam multe causae in illa*

Ind. sp.

**CAP. XX. Ne sola virgo cum sola loquatur.**

**N**OLOI assumere unam loquendi familiaritatem, & declinare alia. Sed quod scire uni urile est, sciatur ab omnibus. Audi Dominum quid dicat: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: quod in aure audiatis, prædictate super terra.* Hoc est, si quid vobis in secreto mentis fuerit revealatum, palam dicite: & quod corde conceperitis, omnibus manifestate. Si bonum est quod loqueris, cur una tantum, & non omnes potius informentur? Si turpe est, nec cogitare, nec loqui debes, quod alia erubescit se re. Non jam de bono est, quod singulariter virgo loquitur. *Omnia enim qui male agit, ait Dominus, ollis lucem.* Unde & ille Philosophorum prudentissimus dixit: *Omnia recte facta in luce se amant collatorvi.* O virgo ideo occulte loqueris, quia non est unde publicè gloriari. Sed si aures & oculos humanos fallis, numquid Dei cognitionem fallere poteris? Pulchritudo & aliud sit: *Quod vis Deum nescire, nec agere, nec cogitare.* Sit ergo tibi conscientia innocua, sermo liber à culpa. Reipudiare nec audire te, nec cogitare defecet; multo minus loqui, vel agere.

Math. 17.

John. 5.

**CAP. XXI. Ne velit virgo reverti ad seculum.**

**J**AM ad portum navem orationis dirigimus, & emenso dictorum pelago in littore quiescendi anchoram ponimus: statu tamen charitatis tuae iterum in fluctibus vorborum reverhor. Te queso, soror Florentina, per beatam quoque Trinitatem unicam divinitatis obtestor: ut quae de terra tua & de cognatione tua cum Abraham egressa es, cum uxore Loth non respicias retro; ne efficiatis exemplo malo documentum aliarum ad bonum: & ne in te aliae videant, quod in te caveant. Illa vero alia facta est conditum sapientia, sibi vero simulacrum stultitiae, sibi enim nocuit maledictum, aliis profuit exemplum contrarium. Ne te unquam reverti ad genitale solum solliciti cogitatio: ubi si te Deus habitare voluisse, non inde ejiceret.

Cod. Regul. Tom. L

Sed quia utile proposito tuo fore prosperxit, bene sicur Abraham à Chaldeis, & tanquam Loth te abstraxit à Sodomis. Denique errorem meum ipse factor, ne communem matrem sœpe allocutum; nosse cupiens si vellet reverti ad patriam: illa autem, quae se noverat Dei voluntate causa inde salutis exiisse, sub divina obtestatione dicebat, nec velle se videre, nec unquam visuram illam patriam esse, & cum magnis dicebat fletibus: *Peregrinatio me Deum feci agnoscere: peregrina morar;* & ibi sepulchrum habeam, ubi Dei cognitionem accepi. Teste JESU hoc in ejus experientia desiderii memor sum, ut etiam diu viweret, patriam illam non reviveret. Tu, queso, cave, soror Florentina, quod mater timuit, & malum quod illa experita fuit, tu prudenter evita. Miserum me doleo, qui ibidem communem fratrem transmissi Fulgentium, cuius pericula jugi formidinem pertimes o. Tuttotamen erit, si tu fecuror & absens pro illo oraveris. Ea inde etate abstracta es, ut vel si ibidem nata fueris, non memineris. Nulla est recordatio que moveat doloris animam; & beata es, que ignoras quid doleas. Ego tamen expertus loquor, sic perdidisse statum & speciem illam patriam, ut nec liber quisquam in ea superfit, nec terra ipsa solita sit ubertate secunda, & non sine Dei iudicio. Terra enim cui cives eripiunt, & concessi extraneo, mox ut dignitatem perdidit, caruit & iecunditate. Vide, soror Florentina, quod te pavens incertusque conveniam, ne te se pens præcipiat à Paradiso, & in eam ponat terram, que spinas & tribulos germinat, de qua turfum si velis manum extendere, & lignum vita edentium assumere, non permittatis attingere. Testor enim te cum Propheto, & consilio JESU Christo admoneo, dicens: *Audi filia & uide: & inclina aures tue, & obliviscere populum tuum, & dominum patrem tuum, quia concupivit Rex speciem tuam:* & ipse est Dominus Deus tuus. *Nemo tecum muerit manum suam in atrium,* & resipuerit retro, apud eum Regem Dei. Noli ab Iacob avolare nido, quod invente turror, ubi reponat pullos suos. Simplicitatis filia es, que turture matre nata es. In eadem una persona complorium necessitudinum uteris officio. Turturem promate respice. Turturem pro magistris attende, & que te Christo quotidie affectibus generat, chariorem quia nata es repura matrem: ab omni procella, ab omni mundano turbine in ejus te sinibus conde. Sit tibi suave ejus lateri adhucere. Sit tibi dulce ejus gremium jam provecte, quod eari intanti gloriosum. Postremo charitatem te germanam qualo,

G g g

quælo, ut mei orando memineris, nec  
junioris fratris Isidori obliviscaris: quem  
quia sub Dei tuitione, & tribus germanis  
superstibus parentes reliquerunt  
communes, leti, & de ejus nihil formi-  
dantes infantia ad Dominum conseruantur.  
Quem cum ego ut verè filium habeam,  
nec temporale aliquid ejus charitati præ-  
ponam, atque in ejus pronus dilectione  
recumbam, tanto cum chariis dilige,  
tantoque JEsum exora pro illo, quanto

nostri eum à parentibus terrenis fuisse di-  
lectum. Certus sum quod flectat pro  
nobis aures divinas tua virginalis oratio.  
Et si paclum quod cum Christo pepigili  
servaveris, bene agenti tibi debetur cor-  
ona, & exhortanti Leandro preflabitur  
venia; & si perleveraveris usque in  
finem, salva tris. Amen.

*Explicit Regula S. Leandri ad Florenti-  
nam Sororem.*

## EPITAPHIUM BEATORUM LEANDRI, ISIDORI & FLORENTINÆ.

**C**RUX hæc alma gerit sanctorum corpora fratrum,  
LEANDRI ISIDORIque piorum ex ordine vatum.  
Tertia FLORENTINA soror devota perennis  
Et posita amborum consors sic digna quietcit,  
ISIDORUS medio disjungit membra duorum.  
Hi quales fuerint libris inquirito Lector,  
Et cognosce illos bene cuncta fuisse locutos,  
Dogmate sanctorum cernens creyisse fidèles  
Æterno Domino, quos impia jura tenebant.  
Utque viros credas sublimes vivere semper  
Aspiciens sursum pictos contendere videre.

Obiit felicis memoriae LEANDER Episcopus  
die III. Kalend. Martias æra DCXLI.

---

## BEATI ÆLREDI ABBATIS RIEVALLENSIS REGULA SIVE INSTITUTIO INCLUSARUM.

---

### DE BEATO ÆLREDO EJUSQUE REGULA.

CENTURIATOR ANGLUS lib. de Scriptotibus Britannicis  
cent. II. num. XCIX.

**ÆLREDUS** Rievallenſis ( **ETHELREDUM** plures vocant ) Cisterciensium  
Monachorum in Rievalle Eborensis Diaconis Abbas, genere, doctrina, &  
incul-  
pata vita moribus, ut Copagravus habet, præclarus emicuit. Solitaria vita ar-  
dere totus inflammatuſ, talis ac tantus evolit, ut brevi socios sua professionis om-  
nes, omnibus vita ornamentiſ superaret. Accessit ad bac literarum cognitio, qua  
tanto illi ad omne genus doctrina incitamento fuit, ut nullum scientia genus in-  
tegrum

tallum relinquere. Davidi Scotorum Regi familiarissimis olim, cum adhuc adolescentis esset, Episcopatum, & alios mundi honores recusabat, ut ad exercitia virtutum, maximis ad Evangelii predicationem expeditius haberetur. Variis ad tumultuaria certamina principum motus, potissimum ulti nulla spes pacis expectabatur, mira solebat industria compescere, atque ad optatum perducere finem. Vir erat idem, atque alter Bernardus, ingenuo mitis, adiutor ipsius, & confilii modestissimus: diversique Aurelii Augustini confessiones pro incunabulo semper habebat thesauro. Composuit inter cetera; De institutione inclusarum librum i. qui incipit: Jam pluribus annis.

Eadem hæc postea transcripere POSSEVINUS, PITSELIS, & BIBLIOTHECA CISTERCIENSIS auctor nuperissimus.

### Observatio critica in Regulam sequentem.

Quemadmodum piissimus Grimalicus pro sponte incarceratedis Monachis Regulam monasticam conscripsit: sic etiam B. ÆLREDUS, ÆLREDUS, sive AILREDUS, natione Scotus, utpote ab infante in aula S. Davidis Scotorum Regis, quasi in monasterio, una cum Henrico S. Regis filio piissimo bonis literis moribisque eruditus pro sacris Virginibus sponte inclusi bane presentem Regulam scripsit. Postquam enim S. ÆLREDUS ad iussu atatem pervenisset, relata aula, oblatum sibi Episcopatum recusavit, & ad Cistercienses Monachos configiens, tandem monasterii Rievaulensis, vulgo Revesby in agro Lincolnensi, solo virtutis nomine creatus est Abbas secundus ante medium facili duodecimi, anno MCLXVI. defunctus. Dux igitur piissimus Abbas debita pietate & eximis doctissimis, tamquam alter S. Bernardus, monasterium regeret, ad sororem suam in quadam Sandionianam Cisterciensium cenobio sponte incarceratedam sapientis rogatus misit hoc sequentia salutaria monita, ex quibus confecta est hac Regula, omnibus eremitica vita cultoribus per quam necessaria; hoc enim seculi focius & præcedens non solum Viri singulari pietate dulci sece cellulæ includere voluerunt, sed etiam sacra Virgines atque piissima Matrona hoc vita genus amplexa sunt; prout historia monastica Sanctorumque vita multa præbent exempla: Numquam tamen legimus, hujus generis Viros vel Feminas in unum monasticum Ordinem vel Congregacionem coactiisse. Quisquis autem haec salutaria monita perlustraverit, inventet, illa loqui non solum de Inclusis in aliquo monasterii angulo, sed etiam de his, que in villis vel agris eremiticam vitam ducebant, quibus interdicitur vetularum confabulatio & consortium, prout & armentorum nimis sollicitudo, de quorum aliamentis sapius alebantur. Vult enim piissimus Abbas, ut tales Virgines eremitica non tam corpore quidam mente & sensibus essent inclusi, omninoque rerum temporalium sollicitudinem abieciant, vicium & vestitum labore manuum acquirent, vel ut ante reclusionem quovis alio honesto modo provideant necessaria sustentationis. Hinc prohibet accessum faminarum cum elemosinis vel oblationibus ventientium; admittit tamen obsequium unius matrona vel ancilla, qua tamen esse debet probata vita & sancta fortitudinis. Quod patrem spiritualem sive barum Eremitorum confessorem attinet, omnino requirit, ut talis eligatur, qui proœlia statis est & probata virtutis, quem inclusa raro accedere debent, nec frequenter colloquia etiam spiritualia cum ipso miscere. De reliquo S. ÆLREDUS sequitur dispositionem a S. Benedicto prescriptam, quoad jejunium, cibum, potum, cubile, vestes; utpote & ille eximus Benedictiana disciplina cultor, cuius præfens Regula perpètrum S. Augustino attributa fuit, qua LXXVIII. capitulis constat, quorum maxima pars continet potius morales exhortationes, quim prescriptas leges monasticas.



# BEATI AELREDI ABBATIS RIEVAL- LENSIS REGULA, SIVE INSTITUTIO INCLUSARUM AD SOROREM.

## PRAEFATIO.

**J**AM pluribus annis exigis à me, soror, ut secundum modum vivendi quem arripiusti pro Christo, certam tibi formulam tradam, ad quam & mores tuos dirigere, & vitam religiosi, & vitae religiosi possis exercita ordinare. Utinam à sapientiore id peteres & impetrare: qui non conjectura quilibet, sed experientia dicidisset quod alios diceret. Ego certè, qui carne & spiritu tibi frater sum, quoniam negare non possum quidquid injungis, faciam quæ hortaris, & ex diversis patrum Institutis aliqua quæ tibi videtur necessaria excerpens, ad compendendum exterioris hominis statum certam tibi regulam tradere curabo: pro loco & tempore quædam adiiciens; & spiritualia corporalibus, ubi utile viderit, interferens.

### CAP. I. Quomodo est instituta eremita vita.

PRIMUM oportet te scire, qua causa, quave ratione vita hac ab antiquis vel instituta sit vel usurpatur. Sunt quidam quibus inter multos vivere pernicisum est. Sunt & alii, quibus eti perniciose non est, tamen dispendiose est. Sunt & nonnulli, quibus & nihil horum timendum est; sed potius habitare magis estimant fructuolum. Itaque antiqui, vel ut vitarent poriculum, vel ne patenterit dispendium, vel ut liberius ad Christi anhelarent & suspirarent amplexum, singulariter vivere elegerent. Hinc est quod plures in eremo soli sedebant, vitam mannum suarum opere sustentantes. Illi vero, qui nec hoc secundum sibi inter solitudinis libertatem & vagandi potestatem arbitrabantur, includi potius, & intra cellulam obstruso exitu contineri tutius estimabant.

### CAP. II. Quod non sufficit reclusio corporis & membrorum, nisi ad sit reclusio mentis & sensuum.

QUIS tibi visum fuit, cùm te huic institutioni voveres? Nam multi rationem hujus ordinis vel ignorantes, vel non curantes, membra tantum intra parietes cohibere satis putant esse; cùm mens non solum per vagationem dissolvatur:

coris & sollicitudinibus dissipetur, immundis etiam & illicitis desideriis agitur; sed etiam lingua tota die per vicos & civitates, per foros & nundinas otiosè discurrant.

### CAP. III. De periculo & casu reclusarum ex confabulatione veterarum.

VIX aliquam inclusarum hujus temporis folam invenies, ante cujus fencistram non anus garrula, vel nūgigerula mulier sedeat, quæ eam fabulis occupat, rumoribus aut distractionibus pacat, illius vel illius Monachi, vel Clerici, vel alterius cuiuslibet ordinis viri formam, vultum, moresque describat: illecebroſa quoque interferat, puellarum laſciviam, viduarum, quibus licet, quidquid libet, libertatem; conjugum in vires fallendis explendisque voluptatibus astutiam depingat: os interea in illius each-hosque diffunditur, & venenum cum suavitate bibitum per viscera membra que diffunditur.

### CAP. IV. Qualiter imprimitur in imaginatione quod praecepsit in confabulatione.

SIC cùm discedere ab invicem hora complevit, inclusa voluptatibus, anus cibariis onerata recedat. Reddita quieti misera eas quas auditus induxerat, in corde veritatem imagines, & ignem premissa confabulatione concepimus vehementius sua cogitatione succedit: quasi ebrius in psalmo titubat, in lectione cadit, fluctuat in oratione. Refusa mundi luce ceterum mulierculæ addentes novam veteribus, non cessant donec captivam liberius dæmonibus illudendam exponunt. Nam manifestior fermo non jam de ascendenda, sed potius de satienda voluptate procedens, ubi, & quando, & per quem possit explorare quod cogitat, in commune exponunt. Cella utitur in prostibulum, & delicato qualibet arte foramine, aut illa egreditur, aut adulteri ingreditur. Infelicitas hec, ut si pene probatur, pluribus causa viris in hoc nostro saeculo communis est.

### CAP. V.

CAP. V. *De loquacitate, avaritia aliquarum reclufarum congregantium ut distribuantur pauperibus.*

**S**UNT aliae, quæ licet turpia declinent, loquaces tamen loquacibus assidue sociantur, nimium curiositati lingua & aures tota die otio rumoribusque dedentes. Aliae non multum ista curantes, quod ferè vitium per omnes hujus temporis serpit inclusa, pecunie congregandæ, vel multiplicandis pecoribus inhiant: tantaque cum hac sollicitudine in his extenduntur, ut eas matres vel dominas familiarium æstimant, non Anachoretas. Quærunt aliquibus pascua pastores, qui procul, qui custodiunt greges: fructus vel pretium, vel pondus, vel numerum à custodiibus experti. Sequitur emptio, & venditio; ut numerus nummo cumulum exigat, & avaritia ultim accendat. Fallit enim tales spiritus nequam, pro impertiendis elemosynis, vel orphanis alendis, pro advenientium parentum vel amicorum charitate, & religiosarum femininarum susceptione, hoc utile ac necessarium suadens. Non est hoc tuum: ad quam magis pertinet, ut pauper cum pauperibus itipem accipias, quam relictis omnibus tuis pro Christo aliena querere, ut eroges. Magnæ infidelitatis signum est, si inclusa de crastino sit sollicita: cum Dominus dicat:

Mat. 6. 33. *Primum querite Regnum Dei, & haec omnia adiicientur vobis.* Quapropter providendum est, ut mens omni rerum temporali cura exuatur & exoneretur sollicitudine.

CAP. VI. *Quod reclusa de proprio labore vivat, vel aliunde antequam recludatur sibi procuret provideri, nec doceat, nec hospites recipiat, nec puellas, sed habeat probatam matronam & ancillam.*

**Q**uid fiat, videat inclusa, ut fieri potest, de labore manuum suarum vivat, hoc enim perfectum est. Si autem aut infirmitas, aut teneritudo non permettit, antequam includatur, certas personas querat, à quibus singulis diebus quod uni diei sufficiat, humiliter recipiat; nec caula pauperum, vel hospitium quidquam adiicit. Non circa cellulam ejus pauperes clament, non orphani plorent, non vidua lamentetur. Sed quis, inquietus, hoc poterit prohibere? Tu fede, tu race, tu sustine: mox ut scient te nihil habere, sequé nihil recepturos, vel fatigati discedent. Inhumaniæ hoc clames. Cæterum si præter necessarium vitium & vestitum aliquid habes, Monacha non es. Quid ergo erogabis? Præcipitur carmen

inclusæ ut quidquid de labore manuum suarum vitium superfuit, mitrat cuidam fideli, qui pauperibus eroget. Nolo ut infidatrix pudicitie vetula mixta pauperibus accedit propriis, deferat ab aliquo Monachorum vel Clericorum eulogias, non blanda verba in aure susurret, ne pro accepta eleemosyna osculans manum in aure insibiles. Cavendum præterea est, ut nec ob susceptionem religiosarum femininarum quolibet hospitalitatis onus inclusa suscipiat. Nam inter bonas plerumque etiam pessima veniunt, quæ ante inclusæ fenestræ discubentes præmissis valde paucis de religiosis sermonibus ad secularia devolvuntur, inde subtexere amatioria, & noctem ferè totam insomnem ducere. Sanè tu tales devita, ne cogaris audire, quod videre horreæ; foræ enim videbuntur amara cùm audiatur, vel cernuntur, que sequuntur dulcia cùm cogitantur. Si scandalum times, eo quod nec pauperibus erogas, non suscipsis hospites; cùm omnes tuam nuditatem didicerint, non erit qui reprehendat. Si vero nec pro pauperibus, nec pro hospitibus te velit pecuniam esse, multo utique minus occasione grandioris familiæ. Itaque eligatur tibi aliqua apus, non garrula, non vaga, non licetiosa, non nuggerula; sed qui bonus mores excollunt, & ab omnibus habuerit testimonium veritatis. Hæc olliū cellulæ custodiatis, & quod debuerit vel admittat, vel conservet. Habeat sub eura sua fortioriem ad onera sustinenda puellam, que aquam & ligna comportet, coquat fabas aut olera; aut si hoc infirmitas exegerit, preparet potiora. Hæc sub virga disciplina custodiatur, ne forte ejus lascivia tuum sanctum habitaculum polluantur, propositum blasphemetur. Pueris & puellis nullum ad te concendas accessum. Sunt quedam inclusæ, que in dendis puellis occupantur, & cellulam suam vertunt in scholam: illa sedet ad fenestræ, illæ in portico resident, illa intuetur singulas, & inter puellares motus nunc irascitur, nunc ridet, nunc minatur, nunc percutit, nunc blanditur, nunc osculator, nunc flentem vocat pro verbere proprius, palpat faciem, stringit collum, & in amplexum ruens nunc filiam vocat, nunc amicam. Qualiter inter hæc memoria Dei, ubi secularia & carnalia, etiæ non perficiantur, moventur tamen, & quasi sub oculis depinguntur. Tibi utique duas illæ sufficiant ad colloquium & ad obsequium.

CAP. VII. *Quod qualibet religiosa, maxime virgo & reclusa debet parum, & illud ordinatè loqui.*

SILENTII gravitatem inclusa servandam præcipue suademos. Est enim in ea quies magna, & fructus multus. Nam cultus iulitiae silentium, sicut ait Hie-temas: *Bonum est cum silentio expectare salutare Dri.* Et iterum: *Bonum est viro cum portaverit jugum, ut sedeat solus & taceat.* unde scriptum est: *Audi Israël & tace.*

*Tren. 3.*

*Deut. 17.*  
*Psalm. 31.*

*Jacob. 3.*

Eac ergo, quod ait Prophetæ: *Dux custodiā vias, ut non dilinguas in lingua mea, posui ori meo custodiū.* Sic inclusa timens easam lingua, quam secundum Apostolum Jacobum, *nemo bonum domare potest,* ponat custodiā ori suo, sola sedeat, & taceat ore, spiritu loquatur: & credat se non esse foliam, quando sola est; tunc enim cum Christo est, qui non dignatur in turbis esse eum ea. Sedeat ergo sola, taceat Christum audiens, & cum Christo loquens. Porf̄t custodiā ori suo, primam ut raro loquatur; deinde quid loquatur, quibus & quomodo loquatur, attendat. Raro loquatur, id est, certis & constitutis horis, de quibus postea dicemus. Quid loquatur, id est, quod ad animæ salutem vel necessitatem corporis facit. Quibus loquatur, certis personis, & quales ei fuerint designatae. Quomodo loquatur, id est humiliiter, modetate, non alta voce, nec dura, nec blanda, nec mixta risu. Nam si hoc ad quemlibet virum honestum non pertinet, quanto magis ad sciemnam? quanto magis ad virginem? quanto magis ad inclusam? Sede ergo soror mea & tace, si compelleris loqui, parum loquere, humiliiter & modeste; sive de corporalium rerum necessitate, sive de animæ salute sermo incubuerit.

CAP. VIII. *Quod non debet loqui nisi probato Confessori, seni, & raro: nec eum tangat, nec de manu conferat, nec solus sibi loquatur aliquis, nec manuscula tribuat.*

AM nunc personas quibus loqui debet, designemus: Foelix illa quæ nec maritum admisit, nullum virorum videre volens, nec alloqui. Sed, quæ nunc reclusarum hoc sequitur exemplum: Sufficiunt illis quæ modo sunt, si hanc corporalem castitatem conservent, si non onusto ventre non extrahantur, si non fletus infamis partum ediderit. Quibus perpetuum, ne cum viris loquuntur indicere non possimus silentium, cum quibus honestius loqui possint videamus. Ergo si fieri potest, provideatur in magno Monasterio vel Ecclesia Presbyteri aliquis senex, matus motibus, cui taro nisi

de confessione, & animæ ædificatione loquatur: i quo consilium accipiat in dubiis, in tribulationibus consolationem. Verum quia inclusum membris malum illud quod timemus plerunque suscitat, & emollit emortuam senectutem, nec ipsi manum suam tangendam præbeat, vel palpanda. Nulla vobis de macie vultus, de exilitate brachiorum, de canticis asperitate sit cura.

CAP. IX. *Quod non propter sororem, sed propter alias adolescentulas hoc scribit præcavenda esse reclusarum.*

HÆC tibi, soror, gratias Deo, dicenda non fuerant. Sed quia nec solum propter te, sed etiam propter adolescentes, quæ similiem vitam tuo consilio atripere gesint, hanc tibi formulam tradi voluisti, hac interfendera putavi. Si aliqua magni nominis vel bonæ æstimationis persona, Abbas scilicet vel Prior, cum inclusa loqui voluerit, aliquo praefente loquatur.

CAP. X. *De personarum colloquio evitando.*

NULLAM certè personam te frequentius visitare vellim, nec cum aliquis te crebrevis visitante familiare vellim te secretum habere. Periclitatur enim fama virginis crebra certè alicujus personæ salutatione, periclitatur & conficiens. Nam quanto siepius eundem videris vultum, vel vocem audieris, tanto expressus ejus imago tuae memorie imprimitur. Et ideo inclusa etiam facie velata loqui debet cum viro, & ejus cavere conspectum, cui-com timore solum debet præstare auditum. Nam candem viri vocem sapere admittere quibusdam periculorum esse non dubito. Adolescentium & subæclarum personarum devita colloquio: nec onquam tecum, nisi tu audientiam quælibet propriæ loquatur: & hoc si certa necessitas poposcit. Cum nullo itaque advenientium, præter Episcopum aut Abbatem, vel magni nominis priorem, sine ipsis Presbyteri licentia vel præcepto loquaris: ut difficultas loquendi tecum tibi præster quietem. Nunquam inter te & quemlibet virum, quasi occasione exhibenda charitatis, vel nutriendi affectus, vel expetenda familiaritatis aut amicitiae spiritualis, discurrant nuntii: nec eorum manuscula literasque suscipias, nec illis tua dirigas, prout motis est, puta zonas, manufilia, que diverso flamme & subtegmine varia fuit, & cetera quæ hujusmodi adolescentibus Monachi per Clericos mittunt: quod somentum est amoris illiciti, & magni materia mali.

CAP.

CAP. XI. *Quod reclusa debent propriis  
manibus laborare, ut inde pivat,  
vel pauperibus eroget.*

**O**PERARE proinde ea quae vel necessitas poscit, vel praescribit utilitas, & eorum premium tuis usibus cedat; quibus si non egoeris, aut necessaria Ecclesia, aut pauperibus, tunc diximus, tribuas. Ornet etiam omnes motus, omnes sermones inclusi verecundia, que lingua competat, iram mitiget, injuriam caveat. Quam enim pudore decet honeste honesta loqui, quampe impudenter est ut inhonesto, licet lacifera injuria aut stimulata furore, loquatur?

CAP. XII. *Quod non debet improprietate responderet.*

**I**NCLUSA igitur litiganti non respondeat; detrahenti non impropereat, lacessienti non contradicat: sed in omnibus, que in publico vel in occulto aut ediscantur, aut susurrantur, ex conscientia senioris arte contemnatur, dicens cum Apollonio: *Misi autem pro minimo eis ut a vobis judicaretur.* Super omnia enim inclusa iudicetur, ut tranquillitatem spiritus & pacem cordis jugiter retinens, illum sui pectoris aeternum habeat inhabitatorem: de quo scriptum est: *In pace sedis est locus eius.* Et alius Dominus per Prophetam: *Super quem, inquit, requiescat spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & timendum sermone messi?* Hunc sacra illum mentis statum; non solum stulto loqua evertunt, sed & pervertunt. Nihil tam esse tibi oenseo lectandum quam silentium.

CAP. XIII. *De tempore loquendi &  
tacendi.*

**J**AM nunc tempus loquendi, ac tacendi tempus distinguamus. Igitur ab Exaltatione sancte Crucis usque ad Quadragesimam post completorum usque ad aurorem silentium tenet; & tunc dicta prima, si aliud de diurna necessitate voluerit suggerere serventi, paucis hoc faciat verbis: nihil evanquam posse usque ad tertiam loquatur. Inter tertiam verò & nonam his qui supervenerint, prius si admittendi sunt, competenter respondeat, & ministris, quod placuerit, injungat. Post nonam sumpto cibo omne colloquium & dissolutione materiam caueat; impingatur ei illud quod scriptum est: *Sedis populus manducaet & bibet;* & fastigemus ludem. Porro vespertina laude soluta, cum ministra usque ad tempus collationis de necessariis conferat. Tempore vero Quadragesimæ inclusa semper silentium tenere debet;

sed quia hoc durum impossibileque putatur, cum Confessore iao & ministrariis quam alii temporibus loquatur, & cum nullo alio nisi forte aliqua reverenda persona ex aliis Provinciis supervenerit. Post Pascha vero usque ad tempus predictum à completoriō usque ad solis ortum silentio custodito, cum horam primam in divinis obsequiis celebraverit, cum ministris suis loquatur si oportuerit, cum supervenientibus inter nonam & vesperam. Finita hora vesperum disponat cum ministris quod opus fuerit usque ad collationem.

CAP. XIV. *Quod vitandum, & habeandum exercitium.*

**H**IS inspectis operi manuum, lectioni & orationi certa tempora deputentur. Otiolitas quippe inimica est anima, quam præ omnibus cavere debet inclusa, est enim omnium malorum parens, libidinis artifex, pervagationum altrix, nutrix vitiorum, fomentum acediae, tristitia inventivum. Ipsa pessimas cogitationes feminat, affectiones illicitas quaxit, fascinat desidianam. Ipsa quietis fastidium parit, horrorem incutit celae. Nunquam te improvisa, nunquam te spiritus inveniat otiosum. Sed quia mens nostra, quæ in hac vita subditæ est vanitati, nunquam in eodem statu permanet, otiositas exercitorum varietate fuganda est, & quies nostra quadratum operum vicissitudine fulcienda. Itaque à Kalendis Novembriis usque ad Quadragesimam, secundum testimoniū suum, plus media nocte repauset & sic furgens cum qua potest devotione, secundum formam Regule Beati Benedicti, nocturnas vigilias celebret; quibus mox succedat oratio, quam secundum quod eam Spiritus sanctus adjuvet, aut procelare debet aut abbreviare; taceat autem he prolixior oratio fastidium pariat, utilius est enim spiritus orare breviter, quam semel minis prolixè; nisi forte orationem devotio inspirata; ipso nesciente quia orat, prolongaverit. Post orationem in honore Virginis debitum solvas officium, sanctorum commemorationem adiiciens. Cave autem ne de numero psalmorum, vel commemoratione aliquam tibi legem imponas; sed quamdiu te psalmi delectant, utere illos: si tibi ceperint esse onerosi, translat ad lectionem: quæ si fastidium ingerit, surge ad orationem. Sic ad opus manuum his fatigata pertransiens, ut salubri alteratione spiritum recreet, & pelas acediam. Finitus commemorationibus, quarum numerum proportioni, vel voci necessitas extorquet, sed inspirans devotione dicit, tempus quod restat usque

## REGULA

usque ad auroram operi manuum cum psalmorum modulatione defervat. Albescente aurora matutinas laudes cum horae primæ hymnis persolvat: & sic in alternatione lectionum, orationum, psalmorum quoque, prout ea devotio variaverit, tertiam expectet: qua dicta in opere manuum usque ad horam nonam occupetur. Cibo autem sumpto, & gratiarum actionibus Deo solitus, ad praescriptam consuetudinem redeat spiritualibus exercitiis, opus corporale intermittens usque ad vespertas. Facto autem parvo intervallo aliquam lectio- nem de vita Patrum, vel institutis vel miraculis eorum, sibi secretius legat: ut orta ex his aliqua compunctione, in quodam fervore spiritus completorium dicat: ut cum pleno pectore devotionis lectulo membra compo- nat. Illa fane que literas non intelligit, operi manuum diligenter insisteret: ita ut eum paulatim fuit fatigata surgat, & genua flecat, & breviter ore Dominum Iuum, & statim opus quod intermisserat refutat: & hoc faciat scilicet tempore utroque lectionis & laboris; Dumini- cam orationem crebrius inter opera ea- dem repetens, & si quos psalmos voluerit interserens.

CAP. XV. *De tempore Paschali in quo ad vigiliis surgere debet.*

**A**PASCHA vero usque ad prædictas Kalendas, sic surgat ad vigilias, ut finitis nocturnis hymnis & orationibus, parvissimo intervallo præmisso, matutinas incipiatur. Quibus expletis usque ad plenum solis ortum, orationibus vacet & psalmis: & tunc dicta prima sacrificium diurni operis inchoet usque ad horam tertiam: in lectione & oratione usque ad sextam spiritum occupet, post sextam sumpto cibo pauset in lectulo suo usque ad nonam: & sic usque ad vespere manibus operetur. Post vesperam vero orationibus vacet & psalmis; horam collationis ita temperans, ut ante solis occasum lectulus membra recipiat. Cavendum enim est omni tem- pore, ne totam diei lucem nox antequam dormitur etat suis obducat tene-bris, & dormire cogatur cum vigilare debet.

CAP. XVI. *De tempore Quadragesimali qualiter est jejunandum, & de vir- tute jejuniæ.*

**D**E tempore Quadragesimali locuturi, primo excellentius ejus credimus commendandam. Cum multa sint Christianorum jejuna, omnibus excellit Qua-

dragesimale jejunium, quod divina au- thoritate non singulis quibuscumque per- sonis, non illius vel illius ordinis homi- nibus, sed omnibus indicitur Christianis. Habet autem testimonium excellentia à lege, à Prophetis, & ab Evangelio. Nam Moyses famulus Dei jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut legem Domini accipere mereretur. Helias autem Propheta cum man- ducasset de pane subincinio, aquamque bibisset, quam Angelus ei ministraverat, jejunavit quadraginta diebus & quadra- ginta noctibus, & tunc vocem Domini audire promeruit. Dominus & Salvator noster cum jejunavit quadraginta diebus & quaginta noctibus, superavit tentac- tum, & accesserunt Angeli & mini- strabant ei.

CAP. XVII. *De virtute jejuniæ.*

**E**ST ergo jejunium contra omnia tenta- menta & peccabilem statum in omni tribulatione utile refugium, omnibus nostris irrefragabile fulcimentum. Quante autem virtus sit jejunium ipse Christus non tacuit, cur demonem, qui lunati- cum invalerat, ejective nou potuerat: *Hoc genus, inquit, demoniarum non potest.* *Matt. 17, 22.*

CAP. XVIII. *De significatione Quadra- gesimæ.*

**I**CET autem religionis comes semper debet esse jejunium, sine quo casti- tatis tuta esse non potest; hæc tamen Quadragesimalis observatio magnum in fe- cononet Sacramentum. Primus locus habitationis nostræ paradisi fuit secun- da mundus iste plenus æternis: tertius in celo cum Angelis & spiritibus. Sig- nificant autem illi quadraginta dies to- tum tempus ex quo pulsus est Adam de- paradisi, usque ad ultimum diem, in quo plene liberabuntur ab hoc exilio. Hic autem sumus in timore, in labore, in dolore projecti à facie oculorum Dei, exclusi à gaudiis paradisi, jejunii ab ali- mento celesti: semper autem debemus han- chæ miseriam nostram considerare & de- plorare, & ostendere in operibus nostris, quod sumus advenz & peregrini in mun- do. Sed quia hoc facile non potest hu- mana frigilitas, constituit Spiritus san- ctus tertium tempus quo id faciamus, & quasdam observationes in Ecclesia fieri ordinavit, quibus ipsius tempo- ris causam animadvertere valeamus. Nam ubi ostendit nos pullos esse, addi- cto morti, propter verbum quod dixit Dominus ad Adam, cum expulseret de pa- radiso,

Gen. 3.

Psalm. 83.

radiso, cum cinerum aspergione dicitur vobis: *Pulvis es, & in pulvorem revertaris.* Ut sciamus etiam quod in hoc exilio negatur nobis visio Dei, oppandi velum inter nos & sancta sanctorum. *Veniam ut tibi reducamus ad memoriam, quod longe sumus ab eorum societate de quibus scriptum est: Beati qui habent in domino tua Dominum, in saecula saeculorum laudes tuas.* usitatum verbum laudis intermittimus. \* Quod vero nos ipso hoc altiori jejuniu constringimur, recordari nos facit, quod in hac vita celesti pane non satiarur. In hoc ergo tempore omnis Christianus aliquid reddere dicitur solitis obsequiis, & diligentius acque frequenter circa cordis & oris custodium occipi. Sed inclusa maximè institutionis temporis hujus rationem multò melius intelligit, quanto tam in propria vita sua expressius recognosur. In his prouide sacris orationibus Christo praecipue placere desideramus, totam se Deo uerat acque sanctificat: omnes delicias respuerat, omnes confabulationes abjurare, & quasi dies nupriarum hoc tempus existimans, ad amplexus Christi omni aviditate suspirat. Frequentius solito inuenit orationi, crebrius se pedibus IESU prostrat, crux nominis illius repetitione compunctionem excitet, lacrymas provoco, cor ab omni vagitatione compescat. Finitis itaque sacris vigiliis intervallum, quod à nocturnis laudibus dividit matutinas, orationi, meditationi obseriat. Dictaque post matutinas prima usque ad plenam tertiam psalmis a lectionibus vacet. Tertia vero horae laude completa operi mannum usque ad boram nonam devora infistat, breves per intervalla orationes inferens. Dicta post vespera corpus reficiat, & sic tempus completorum pfallens expectet.

#### CAP. xix. De cibi & potus qualitate & quantitate.

JAM de cibi & potus qualitate vel quantitate ex abundanti quidem tibi legem imponere, foro, quæ ab ipsa infancia usque ad senectute, quæ nunc tua membra debilitat, parcissimo cibo vix corpus sustentas: prius aliis cum quibus id utile futurum arbitraris, certam de his prescribere regulam tentabo. Beatus Benedictus libram panis & heminum potus concedit Monacho: quod nos inclusi delicioribus non negamus: adolescentibus tamen in corpore robustis ab omni quod inebriare potest abstinentia utissimum est. Panem nitidum & cibos delicatos quasi inmundicit venenum evitare. Sic necessarii consulat, ut & fa-

*Cod. Regul. Tom. I.*

mem repellat, & appetitum non fatet; Itaque quæ ad periectionem abstinentium progredi non valent, libra panis & hemina laitoris potus contente sint, five bis comedant. five semel. Uenom habeant de oleribus vel leguminibus pulmentum, vel cerré de farinacis cui modicum olei, vel butyri, vel lacticis inciens, hoc condimento fastidium repellat. Et hoc ei, si ea die extenuata est, sufficiat. Ad cenam vero parum laetis sibi vel pisces modicum, vel aliquid hujusmodi si præsto fuerit apponat: uno genere cibi contenta cum pomis & herbis crudis, si quas habuerit. Hæc ipsa si semel comedet in die prælibato pulmento polluti apponi. In vigilis sanctis tamen & quatuor temporum jejuniis, omnium etiæ feriarum quarta & sexta, extra Quadragesimam, in cibo Quadragesimali jejunet. In Quadragesimam vero unum quotidie ei sufficiat pulmentum. Et nisi infirmitas impedit, feria sexta in pane & aqua jejunet. Ab Exaltatione sancte Crucis usque ad Quadragesimam semel in die hora nona reficiat. In Quadragesima dicta vespera jejunum solvat. A Pascua usque ad Pentecosten ad sextam prandeat, & ad prandium silentium teneat: quod etiam tota astare faciet, præter ferias, quarta & sexta & solennibus jejuniis. Diebus autem quibus jejunat, licet ei in astare pro somno meridiano, & in rei maritimas & primam modicum quietis indulgere corporculo.

#### CAP. xx. De vestimentis & calceamentis.

PORRO talia ei vestimenta sufficient, quæ frigus repellant, grossioribus pelliculis utatur & pellibus propter hygiæmen: propter astatem autem unam habeat tunicam utroque vero tempore duas de fibropacio camillas vel staminas. Valem capitis non sit de panno subtili vel pretioso, sed mediocri nigro: ne videatur colore vario affectare decorem. Calceamenta, pedules, caligas, quantum fatis fuerit, habeat. Et paupertatis sua cultus solicite consideret, ut etiam aliquantulum minus habeat quam indulgeret ibi posse julta necessitas. Hæc, foro charillima, de exterioris hominis conversatione, non pro antiquitatis fervore, sed pro hujus nostri temporis spatio, te compellente, conscripsi; infirmis temperaturam quandam modum vivendi proponens; tortioribus ad perfectiora pre-grediendi libertatem relinques.

H h h

CAP. xxx.

CAP. XXI. *Quare solitudo est hominum conforto praferenda propter conseruationem thesauri virginitatis.*

**S**ED jam nunc audiat & intelligat verba mea quæcumque abrenuncians mundo vitam hanc solitariam elegere, abicondit desiderans non videri, & quasi mortua seculo in spelunca Christo confepeliri. Primum tibi solitudinem hominum debas preferre confortio diligenter attende. *Virgo*, inquit Apostolus, *cogitat que sunt Dni, quomodo placet Deo, ut sit sancta torpe ac spiritu.* Voluntarium hoc sacrificium est, oblatio spontanea, ad quam non lex impellit, vel necessitas cogit, non surget præceptum. Unde Dominus in Evangelio: *Qui potest capre capiat.* Quis potest? Ille certè, cui Dominus hanc inspiraverit voluntatem, & præstiterit facultatem. Primum igitur, o virgo. bonum propositum tuum ipsi inspiravit cum summa devotione cordis commendata; intensissima oratione depolcens, ut quod impossibile est per meritum, facile fentias per gratiam. Cogita semper quām pretiosum thesaurum in quo fragili valculo portes; & quām mercedem, quām gloriam, quām coronam virginitas servata ministret. Quām insuper planam, quām confusionē, quām damnationē importet amissa, indeſin. a te animo revolve. Quid hoc pretiosius theſtalu, quo cœlum emittit, quo Angelus delectatur, cuius ipse Christus cupidus est, quo illicitur ad amandum, & ad præstandum prouocatur? Quid? audeo dicere, ſeipſum & omnia tua. Itaque nardus virginitatis tua etiam in celestibus dans odorem suum, facias ut compiceat Rex decorum tuum, & ipse est Dominus Deus tuus. Vide qualem tibi ſponſum elegere, qualem amicum attuleris. Ipſe est Speciosus forma pro filio hominem. Speciosior etiam ſole & ſuper omnem ſtarum pulchritudinem. Spiritus ejus ſuper mel dulcis, & haereditas ejus ſuper mel & flavum. Longitudo in dextera ejus, & in finifta ejus divitiae & gloria. Ipſe te jam elegit in ſponsam: ſed non coronabit niſi probatum. Et dicit scriptura: *Qui non eſt tentator, non eſt probatus.* Virginitas aurum eſt, cella formax, conſilator diabolus, ignis tentatio, caro virginis was luteum in quo aurum reconditur, nec was ulterius à quolibet artifice reparatur.

CAP. XXII. *De contemplatione virginis in confederatione ſponsi, five beata Maria, & sanctorum virginum, ne corrumpatur libidine, nequitate aliena, ſed etiam propria.*

**H**EC virgo jugiter cogitans preiosissimum virginitatis theſtalu qui tam utiliter poſſidetur, tam irrecuperabilitet amittitur, ſumma diligentia, ſummo cum timore cultodiat. Cogitet fine intermissione ad cujus ordinatur thalamum, ad cujus preparatur amplexum. Proponeat ſibi agnum, quem leui haliet quoquecumque ferit. Contempletur beatissimam Mariam præcedentem & præcenitem dulce illud cum virginitatis tympano choros virginum canticum; quod nemō potest canere niſi utriusque ſexus virginis: de quibus ſcriptum eſt: *Hi sunt Apoc. 14, qui cum mulieribus non sunt coinquiati: virgines enim sunt.* Nec ſic hoc dictum afflimes, quālē non vir ſine muliere, aut mulier ſine viro poſſit ſeedari? cūm deſtantum illud ſcelus, quo vir in virum vel ſexu in ſexu in ſexu, omnibus flagitiis damnabilius judicetur. Sed & abſque aliena carnis confortio virginitas plerumque corrumpitur, caſtitas violatur: ſi vehementior afflus carnem conuicti volūtatem ſibi ſubdidet, & rapuerit membra. Cogitet virgo ſemper omnia ſua ſanctificata Deo, incorrupta Christo, ſpiritu ſancto dedicata. Indignum judicet quod Chrifli eſt tradere latante, & virginea ejus membra erubescat vel ſimplici motu maculari.

CAP. XXIII. *Quomodo eſurient debet famam deliciarū reputare, & paupertatem divitias.*

**I**T AQUE proinde in virginitatis fuze cuſtodiā totum animum tendat, cogitationes expendat, ut virtutis hujus perfectionem eſurēt, famam deliciarū putet, divitias paupertatem. In cibo, in potu, in ſomno, in fermone ſemper timet, diſpendium caſtitatis: ne liplus debito carni reddiderit, vires prebeat adverſario, & occulto nutriat hoſtem. Sedens igitur ad menſam, decorum pudicitie mente revolvat, & ad ejus perfectionem ſuſpirans, cibum fastidiat, potum exhorreat: eciam quod ſumendum necelitas judicaverit, aut ratio dictavebit, cum dolore aut pudore, aliquando cum lacrymis ſumat. Si ei ſermo fuerit cum aliquo, ſemper metuat aliiquid audiare, vel quid modicum ferentiam caſtitatis obnubilat: deferrandam ſe à gratia non dubitet, ſi vel unum verbum contra honestatem proferat.

Cap.

**CAP. XXIV.** *Quod lectum intrans debet cogitare si in aliquo offendit, & dolere.*

**P**ROSTRATA lectulo pudicitiam tuam commenda Deo, & sic signo Crucis armata tevolve animo, quomodo de illo vixisti: si verbo, si opere, si affectu Domini tui oculos offendisti: si levior, si otiosior, si negligenter debito fuisti: si plus cibo crudior, potu dissolutor metas necessitatis excessisti. Si subreptum tibi aliquid horum deprehendens: suspira, pectus tunde; & hoc sacrificio vel pertinio tuo reconciliatum sponso sponsus excipiatur.

**CAP. XXV.** *Quod contra carnis tentationem recurrat ad Beatam Virginem, & sanctam Agnetem & Angelum ejus pro adjutorio.*

**S**I vigilanti subito, aut quiete soporis, aut arte tentatoris calor corporis suerit excitatus, & in somnium calidus hostis injunxit, diversisque cogitationibus quietem pudicitiae inflaverit, prospuerique delicias, vita duriotis hororem incusserit, veniat tibi in mentem Beata Virginis, quæ in tenera ætate tam crebro reportavit de impiaissimo hoste triumphum. Cogita Agnetem beatissimam, à qua aurum, argentum, vestes pretiosissime, lapides pretiosi, & tota secularis gloria pompa, quasi quedam stercora sunt reputata. Vocata ad tribunal non absuit; blandiebatur iudex, contempnit; minabatur, irritis; magis metuens ne parceret, quam ne puniret; sedcumque lupanar vertu in oratorium: quod cum virgine ingredens Angelus lucem infudit tenebris, & insectatores pudicitiae morte multabat. Si igitur & tu oraveris, & contra libidinis incensorem lacrymarum tuarum arma levaveris, non certe Angelus tuo casto deerrit cubiculo, qui prolibrio non defuit. Merito Beatam Agnetem ignis iste materialis nequivit adurere, cui carnis flamma tuerat, quam ignis succenderat charitas. Quotiescumque nequam spiritus illicita queque suggererit, vehementer incubuerit zetus: illum qui scrutatur corda & tenes scito esse præsentem, & sub eius oculos esse quidquid agis vel cogitas. Habe proinde reverentiam Dominum, quem tibi assistere non dubites, & deprædatori responde: *Angelum bates amarem, qui nimis zelo custodit corpus meum.* Adjuvet conatum tuum in tali necessitate discreta abstinentia: quia ubi multa carnis afflictio, aut nulla aut parva aliqua potest esse delectatio.

*Cod. Regul. Tom. I.*

**CAP. XXVI.** *Quod castitas ab adolescentibus sine magno desiderio & maceratione servari non potest, cùm in agris & semibus frequenter periclitatur.*

**N**EMO se palpet, nemo blandiatur sibi, nemo le tallat. Nunquam ab adolescentibus sine magna cordis contritione & carnis afflictione castitas conquiritur, vel servatur, quæ plerumque in agris vel semibus periclitatur. Nam licet continentia donum Dei sit, & nemo possit esse continens, nisi Deus det, nec ullis nostris meritis donum hoc, sed ejus gratuitæ sit gratis adscribendum; illos tamen tanto donec indignos judicat, qui aliquid laboris pro eo subire detrectant. Volentes inter delicias casti esse, inter epulas continentis, inter pueros & pueras converfari & non tentari: in commissationibus & ebrietatibus fidelis distendi humoribus & non coquinari: ligate vitum suum cum flammis & non exuri; difficile hoc utrum aut impossibile tu viseris.

**CAP. XXVII.** *De Monacho se propter castitatem in aquis immergente, & rufus affligente & orante, stimulum carnis extinguere negescunt.*

**N**OVI ego Monachum, qui cum iniunctio sua conversionis, tam naturalibus incentivis, tam violentia visitiose consuetudinibus, tam suggestione calidi hostis & tentatoris, pudicitiam suam periclitari timeret, & erexit se contra se, & adversus suam carnem favigissimum concipiens odium, nihil magis quam quod eam afflictaret, expeteret. Itaque inedia macerabat corpus, & quæ ei de se debebantur subtrahens, etiam motus ejus simplices comprimebat. Sed cum iterum nimia debilitas sibi plus indulgete compelleret; ecce caro rufus caput erigens, acquistam, ut putabatur, infelabat quietem, perisque se frigidis aquis injiciens, tremens aliquamdiu pfallebat & orabat. Sæpè etiam illicitos sentiens motus, urticis fricabat corpus, & nudus carni speriens incendium incendio superabat. Et cum hoc omnia non sufficerent; nihilominus eum spiritus fornicacionis urgeret; tunc quod solum superfiuit, prostratus ante pedes Iesu orat, plorat, supirat, rogat, adjurat, obtestatur, ut aut occidat vel sanet: clamat crebro, non abiyo, non quieteo, nec te dimittam nisi benedixis mihi. Praestatur ad horam tefrigarium, sed negatur securitas. Quiescentibus enim paululum carnis stimulis, affectiones illicitæ pectus invadunt. Deus meus, quas crucis, quæ tormenta tunc est pertulit miser ille, donec tanta infusa est

H h 2

ei

ei dilectio castitatis , ut omnes , quae sentiri possunt vel cogitari , quasvis iniijceret voluptates , & tunc quoque recessis ab eo , sed usque ad tempus : & nunc senectuti morbus accessit , nec sic tamen sibi de securitate blanditur.

**CAP. XXVIII.** *Contra illos , qui dicunt esse frigidos , vel impotentes , & isto modo se cum mulieribus ponunt , duplex malum cunulantur.*

**U**NDE non parum pudet quorundam impudicitia , qui cum in foribus semuerunt , nec sic suspectarum personarum volunt carere consortio : eumque , quod dictu nefas est , eodem lectulo cubantes , inter amplexus & oscula de sua castitate se dicunt esse securos , quos frigescere corpore ad celos tepecentia membra deficiant. Infelices illi & prae cunctis mortalibus miseri , quibus cum defit sceleris perpetrandi facultas , adhuc manet in ipsa seditione facultas . Non quiescit turpe desiderium , quanvis frigiditas neget effectum. Vident tamen utrum verum dicat aut mentiatur iniquitas sibi , & dum nititur velare unum , duplex in se prodat flagitium , cum & ferè decrepitos nocturnum aliquando plasma deludat , & emotu tam sententiam interstium hoc malum siue inquietum.

**CAP. XXIX.** *Quod virgo nunquam debet se reputare securam , sed semper debet cogitare de scriptura divina.*

**T**E, soror , nunquam volo esse securam , sed timere , semperque tuam fragilitatem habere suspectum , adinstrar pavida columba frequentate tivos aquarum , & quafi in speculo accipitris cernere supervolantis eligiem & cavere. Rivi aquarum sententiae sunt scripturarum , quae de limpidissimo sapientia fonte profuentes , diabolicarum suggestorum produnt imaginem & sensum , quo caveantur & excludantur. Nihil enim magis cogitationes excludit inutiles , vel compescit lascivias , quam meditatio veteri Dei : quod sic ad animum suum virginem debet affluescere , ut aliud nolens , non possit aliud meditari. Cogitanti de scripturis somnus obrepit : evigilanti primum aliquid de scripturis occurrat : dormientis somnia memoria aliqua de scripturis condiat.

**CAP. XXX.** *Quod rigor abstinentia non debet omitti timore futuri languoris vel infirmitatis , cum ob hoc corpus do-metur.*

**S**ED quidam à salutaribus exercitiis detrahuntur timore , ne videlicet pro-

pter nimiam abstinentiam vel vigillas immoderatas incidant in languorem , & ita efficiantur alii oneri , sibi autem dolori. Haec excusatio nostra in peccatis nostris. Quam pauci sunt hodie , quos talis fervor ignivit , omnes sapientes sumus , omnes providi , omnes discreti & prouci oderamus bellum , & sic mortuum corporis , antequam sentiantur formidamus ut languorem animæ , quam præsentem sentimus , territi negligamus : quasi tolerabilis sit , flammam libidinis quam in ventris tolerare rugitum ; aut non multò melius sit continuo languore carnis vitare lasciviam , quam fanum & incolument in ejus redigi servitutem. Quid enim intereat , utrum abstinentia an languore caro superbiens comprimitur , castitas conservetur ? Sed remissio , inquit , cavenda est ; ne forte occasione infirmitatis incurramus illecebras voluptatis. Certè si languet , si agrotat , si torquenter viscerá , si aretebit stomachus , que libet delicia oneri magis erant quam delectationi.

**CAP. XXXI.** *De adolescente , qui fuerat incontinens , veram penitentiam agentem , & cum dolore stomaci Christum in bora mortis vidente.*

**V**IIDI hominem , qui cum poenitentiam suam vi confuetudinis oppressus continebat non posset ; tandem in se tenuus supra modum erubuit : & mox conculuit cor intra eum , & in meditatione ejus exarctus ignis. Deinde fulibrice irascens sibi , invective gravissima irritus in seipsum , & bellum indicens corpori , etiam ei qua necessaria videbantur admittit. Succedit gravitas levitati , loquacitati silentium. Nemo enim postea vidit sicutem , ridentem nemo confixit : nemo ex ore ejus otiosum sermonem audivit. Temporales consolationes , & quidquid carni suave putabatur , ita contemplie & exhorruit , ut nullam sibi requiem , nullam in cibo vel potu consolationem indulgere ei pateretur. Cogitationum suarum ita sollicitus & scrupulosus erat , ut in hinc solo nimius videbatur. Ita demissio vultu oculisque dejecis stabat , sedebat , ut timens & tremens divinis tribunalibus videretur afflire. Talibus armis gloriosum rerulit de tyranno triumphum. Nam gravissimum stomachi incurrens incommode , post diuturnum languorem , cum jam dormitionis ejus hora instaret. Sine , inquit , ecce Jesus venit.

CAP. XXXII. *Quod discretio, quæ est mater virtutum, non est abicienda.*

**H**Æc dico, ut discretionem, quæ omnium virtutum & mater & nutrix est, detegam : sed vitiorum materias gulam comprimamus, requiem corporis, lenitatem & effeminatorum familiaritatem atque convictum intra metas necessarias cohibeamus ; quia si pè falsò nomine discretionis palliamus negotium voluptatis. Vera enim discretio est animam carni preponere, & ubi periclitatur ultraque, nec sine hujusmodi incommodo illi potest falsus confestere, præ illius utilitate istam negligere. Hæc diximus, ut quanta tibi debeat in consideranda pudicitia esse licitudine, adverteres : quæ cum omnium virtutum flos sit & ornamentum, sine humilitate tamen arct atque marcescit.

CAP. XXXIII. *De buntalitate servanda à virgine, ne deveniat in superbiam carnalem vel spiritualem, vel vanitatem.*

**H**Oc est certum haud securum peccatorum omnium fundamentum, ex quo quidquid ædificas, ruinæ patet. *Initium omnis peccati superbia,* quæ Angelum de celo, hominem de paradiſo expulit. Hujus pessime cum multi sint rami, omnes tamen in duas species dividuntur, in carnalem scilicet & spiritualem. Carnalis superbia est de carnibus, spiritualis est de spiritualibus superbire. Carnalis postea in duas subdividitur species : in jaçtantiam scilicet & vanitatem. Vanitas est, si ancilla Christi intus in animo suo gloriatur se nobilibus ornata natalibus ; si se divitii paupertatem præstolite pro Christo delectetur ; si se pauperibus & ignobilibus praeferte conetur ; si se contempnisse divitum nuptias quasi aliquid magnum admiretur.

CAP. XXXIV. *De vanitate & inani gloria, mobilitate vel divitiis, vel aliis deletabilibus rebus vitandis.*

**E**ST etiam quedam species vanitatis in affectata aliqua pulchritudine etiam intra cellulam delectari, parietes variis picturis & celaturis ornare, oratorium pannorum & imaginum varietate decolare. Hæc omnia quasi professioni tuae contraria cave.

CAP. XXXV. *De ornamentiis cellæ vitandis.*

**Q**UA enim fronde de divitieis vel natilibus gloriariis, quæ illius vis sponsa videri, qui pauper factus est cum esset dives ; pauperem matrem, pauperem familiam, domum etiam pauperculam, & præcepit vilitatem elegit ? Itane gloriam tibi est, quod Dei Filium hominum filis præstulisti ? quod secundum catenam pro viteinitatis decoro sprevisti ? quod atemus coeli divitias atque delicias martyriis sanctorum commutasti ?

CAP. XXXVI. *De ornamentiis virtutum acquirendis.*

**S**i gloriari in Domino, servias ei cum timore. Sed illam te nolo quasi sub specie devotionis sequi gloriam in picturis, vel sculpturis, in pennis avium vel bestiarum, aut diverforum florum imaginibus variatis. Sint hæc illorum, qui nihil intus in quo gloriorunt habentes, exterius sibi comparant in quibus delectentur. *Omnis gloria ejus filia regis ab Psalmo 45.* intus, in frontis aureis circummissa variatibus. Si autem tu jam filia Regis es, utpote filii Regis sponsa, patrisque vocem audisti dicentes : *Anti filia, & ut ibidem, & inclina aurem tuam :* sit tua omnis gloria ab intus. Vide ut gloria tua sit testimonium conscientie tue. Ibi sit pulcherrima virtutum varietas ; ibi diversi colores sic convenient & sic coniungantur sibi, ut alterius pulchritudinem alter augeat ; & qui in sua natura minus lucet, alterius collatione lucidior appareat.

CAP. XXXVII. *Nota copulum castitatis & buntalitatis, prudentiae & simplicitatis, misericordie & justitiae, fortitudinis & modestiae.*

**J**UNGATUR castitati humilitas, & nihil erit splendidus. Prudentie societur simplicitas, & nihil erit ludicus. Copuletur misericordia justitia, & nihil erit suavius. Adde fortitudini modestiam, & nihil erit utilius. In hac varietate tua mentis oculos occupa. Hanc in anima tua omni studio forma : cui si fimbrias aureas addas, vestem polymitam, in qua te sponsus cum summa dilectione conspiciat, texuisti. Fimbria extrema pars, quasi finis est vestimenti. *Fines autem præcepit caritas est de 1. Tim. 1. corde puro, & conscientia bona & fide non fidia.*

CAP. XXXVIII. *Quod ornamento altaris sicut corporalia debent esse linea & alba, sic & corpus vestrum.*

**I**N his gloriis, in his dilectionibus, intus non foris, in veris virtutibus, non in picturis & imaginibus. Panni linei candidi tuum adornem altare, qui castitatem suo candore commendent, & simplicitatem praemontrent. Cogita quo labore, quibus tensionibus terrenum in quo erexit linum, colore exuerit, & ad talen candorem pervenerit, ut ex ea ornetur altare, Christi corpus veletur. Cum terreno colore omnes nascimur: *Quoniam in iniuris conceperam sum: & in peccatis conceperam me mater mea.* Primum igitur, charissima, linum aquis immergitur, nos in aquis baptismatis Christo conserpemur: ibi delectur iniquitas, sed neccum sanatur iniquitas. Aliquid candoris receperimus in peccatorum remissione, sed neccum plene terreno colore exuimus pro natura, quae restat, corruptione. Post aquas linum siccatur: quia neccesse est, post aquas baptismatis corpus per abstinentiam maceratum illicitis humoribus vacuetur. Deinde linum malleis tunditur, & caro nostra multis temptationibus fatigatur. Post hoc linum ferreis aculeis discerpitur, ut deponat superflua; & nos discipline ungulis rasi vix necessaria retinemus. Adhuc post hoc lino suavior stimulorum leviorque purgatio; & nos viatis cum magno labore pessimis passionibus, à levioribus & quotidianis peccatis simplici confessione & sanctificatione mundantur. Jam tune à nentibus linum in longum producitur, & nos in anteriora looganimitate extendimur. Porro ut ei perfectior accedat perfecio & pulchritudo, ignis adhibetur & aqua: & nobis transendum est per ignem tribulationis & aquam compunctionis, ut perveniamus ad refrigerium castitatis. Hec tibi oratori tui ornamenta representent, non oculos tuos varietatibus mentitis pascant. Sufficiat tibi in altari tuo Salvatoris in cruce pendens imago, quae passionem suam tibi representet, quam imiteris: expansis brachis ad fuos te invitit amplexus, in quibus dilectionis: nudatis uberibus lac suavitatis infundat, quo consolentis.

Psalm. 16.

CAP. XXXIX. *De confederatione virginitatis & humilitatis Beatae Mariae & Beati Joannis Evangelista, & de ipsorum commendatione.*

**E**T si hoc placet ad commendandam tibi virginitatis excellentiam, virgo Mater in sua, & virgo discipulus in sua, juxta crucem cernantur imagine, ut cogites quam grata sit Christo utriusque Iesus virginitas, quam in matre & preceterius ibi dilecto discipulo consecravit. Unde eos pendas in cruce tanto fodere copulavit, ut illam discipulo matrem, illum matr filium delegaret. O beatissimum hoc testimonio Joannem, cui totius humani generis decus, opes mundi, gloria ecclie, misericordia refugium, afflictorum solatium, pauperum consolatio, desperatorum erexit, peccatorum reconciliatio, postremo orbis domina, ecclie regina, testamenti auctoritate committitur. Hac tibi praebeant incentivum charitatis, non spectaculum vanitatis. His enim omnibus ad unum neccesse est ut contendas: *Quoniam unus es, et non multiplicatus.* Illud est unum, quod non inventitur, nisi in uno, apud unum, cum uno: *Apud quem non est transversus Jacob, nec vicissitudinis obumbratio.* Qui adberet ei, i. Cor. 6. unum cum ipso spiritus efficitur, transiens in illud unum, quod semper est, & cujus anni non deficit. Adhuc ista charitatis quasi specialis est ornatus finis & finbia.

CAP. XL. *De caritate babenda in dilectione Dei & proximi tibi non nocendo; nec noceat cupiendo & benefaciendo.*

**V**ESTIS quippe nuptialis ex virtutum varietate contexta oportet ut fimbriis surcis, id est, charitatis splendoribus ambiatur, quae omnes virtutes continet & constringat in unum, & suam singularem claritatem impertiens, de multis unum faciat, & cum multis uni adhucereat: ut jam omnia non sint multa, sed unum. Charitas autem in duo dividitur, in Dei videlicet dilectionem & proximi. Porro dilectio proximi in duo subdividitur: in innocentiam & beneficentiam: videlicet ut nulli noceas, beneficias quibus potueris: scriptum est quippe: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris:* Et hæc innocentia. Et Dominus in Evangelio: *Omnis, inquit, & quicumque valde ut facient vobis bonum & vos facite illis:* hæc beneficentia. Quantum ad te duo ista pertinent, diligenter adverte. Primum, ut nulli noceas;

noceas : deinde , ut nulli velis nocere . Primum illud facile tibi , cum nec id possis , nisi forte lingua percuseris . Secundum illud non erit difficile , si propositum attendas rurum si professam dilexeris nuditatem . Non enim tibi poterit erga aliquam esse male voluntatis materia , ubi cupiditas nulla ; ubi nihil diligitur , quod possit auferri ; nihil tollitur ; quod debeat amari . Demum bene velis omnibus , profis quibus possis . In quo , inquis , cum mihi non liceat vel modicum quod egenitibus tribuam , poscidere ?

**CAP. XL.** *De exemplo Maria & Martha , & vita aeterna & contemplativa .*

**A**gnosco conditionem tuam , charissima . Dua sorores erant Martha & Maria : laborabat illa , vacabat ista & illa erogabat , ista petebat : illa prestatbat obsequium , illa nutriebat affectum . Denique non ambulans vel discurrens hue atque illuc , hoti de suscipiendo hospitibus sollicita , non cura rei familiaris distenta , non pauperum clamoribus intenta , sedebat ad pedes IESU , & audiiebat verbum illius . Hoc pars tua , charissima , quæ seculo mortua atque sepulta , surda debes esse ad omnia seculi blandimenta audienda , ad loquendum muta & nec debes distendi , sed extendi : impieri , non exhausturi . Exequatur par tem suam Martha , quæ non negat bona . Mariz tamen melior prædicatur . Nunquid invidit Martha Maria ? Illa potius isti . Ita etiam quotquot optimè videntur in seculo tuam vitam emularentur , non illarum tu . Ad illos spectat elemosynarum largitio , quorum est terrena possessio , vel quibus credita est resum Ecclesiasticarum dispensatio .

**CAP. XLII.** *De dispensatione rerum Ecclesiasticarum .*

**Q**UAE enim factofanciis Ecclesiis à fidibus collata sunt ; Episcopi , Sacerdotes & Clerici dispensanda suscipiunt , & non recordenda ; non possidenda , sed eroganda . Quidquid habent , pauperum est ; viduarum & orphanorum , & eorum qui altari defeviunt , ut de altari vivant . Sed ea quæ in usus servorum Christi Monasteriis conseruntur , à certis personis dispensari oportet ; ut quod necessitatibus supererit fratrum , non includatur marlupiis , sed hospitibus , peregrinis atque pauperibus erogetur .

**CAP. XLIII.** *Quod claustrales non debent babere curam de pauperibus .*

**E**t hoc illorum interest , quibus pars est Martha commissa , non qui salutari otio vacant cum Maria . In claustris nulli debet esse pro pauperibus sollicitudo , nulla pro hospitibus suscipienda distensio : quippe quibus nulla debet esse de crastino cura , nulla cibi vel potus providentia : nutriantur potius in crocibus , spiritualibus pascentur . Altius autem hi qui contemptibiles sunt constituti ad judicandum , amplexantur stercore . Ipse quippe sunt boves , quorum piget stercorebus lapidatur .

**CAP. XLIV.** *Quod contemplati non debent desiderare temporales administrationes .*

**S**unt enim quidem qui circa spiritualia delides & pigri instar populi peccatoris super manna caeleste naucent , viuentesque alios circice temporalia occupatos invident , detrahunt , murmurant , & pro stercorebus , quibus ipsi feedantur , zeli & amaritudinum stimulos ferunt : de quibus si forte aliquam temporalium dispensationem futuerit adepti , convenienter dicitur potest : Qui narrari erant in Thera , q. tunc , ampliata sunt ferre . Cùm igitur nec illis , qui in Cenobiis sunt quibus in Martha non parva communio est , tunc plurima occupari conceditur & quanto minus tibi , quæ te totam de seculo exuisti : cui non solum possidere , sed nec videré , nec audire licet quæ seculi sunt ?

**CAP. XLV.** *Quod reclusa debet , si fuit alia quid supererit , erogare .*

**S**i enim nihil tibi quisquam dedit ad erogandum , unde habebis quod eroges & si ex tuo aliiquid habes labore , da non tua sed alterius manu . Si aliunde tibi provenit vietus , unde tibi aliena distribuere ; cum nihil tibi supra necessarium licet usurpare ? Quid ergo beneficium impendes proximo ? Nihil diutius bona voluntate , ut ait quidam Sanctus : hanc largire . Quid humanius pietate ? hanc impende . Quid utilius oratione & hanc largire .

**CAP. XLVI.** *Qualiter debes in corde dolere de necessitatibus aliorum & pro eis orare .*

**I**taque totum mundum uno dilectionis simu complectere , ubi simul omnes qui boni sunt considera , congratulare & ubi

ubi mali, intuere & luge. Ibi occurrant animo miseria pauperum, orphanorum gemitus, viduarum defolatio, tristium miscitudo, necessitates peregrinantium, pericula navigantium, vota virginum, tentationes Monachorum, Praetatorum sollicitudo, labor militantis. Omnibus peccatis tuae dilectionis aperias. His tuas impende lacrymas: pro his tuas preces fundas. Hec elemosyna Deo gratiolor, Christo acceptior, tuae professioni aptior, his quibus impeditur fructuor. Hujus munus beneficii tuum propositum adjuvat, non perturbat: dilectionem proximi auger, non minuit: mentis queriem servat, non impedit. Quod nihil est appetendum ut habeatur ad largendum: cum nihil habere sit perfectum. Quid his plura dicamus? Cum sancti ut perfecte possent proximos diligere, stauderunt in hoc mundo nihil habere, nihil vel sine appetitu possidere. Agnosca verba Beati Gregorii. Vide quam contra multi sapient: ut enim charitatis impleant legem, querunt ut habeant quod erogent: cum ejus perfectionem ipsis adscribat, qui nihil habendum, nihil vel sine appetitu possidendum arbitrantur.

CAP. XLVII. *De dilectione Dei, & contemplatione predictionis & prophetationis adventus Filii Dei, & annuntiationis Angelica, plenitudinis gratia, visitationis, & prophetationis Elisei & Joannis, partus virginis, jubilationis Angelorum, adoratione pastorum.*

Hil de proximi dilectione praemissis, de dilectione Dei pauca subjungam. Nam ille utraque foror Deum proximumque dilexit; specialiter tamen circa obsequium proximorum occupabatur Martha: ex divina vero lectionis fonte hauriebat Maria. Ad Dei vero dilectionem duo pertinent, affectus mentis, & effectus operis. Et opus hoc in virtutum exercitio; affectus spiritualis gustus dulcedine. Exercitium virtutum tamen certo vivendi modo, in jejuniis, in vigiliis, in opere, in dilectione, in oratione, in paupertate, & ceteris hujusmodi commendatur: affectus salutari meditatione nutritur. Itaque, ut ille dulcissimus amor Iesu in tuo crescat affectu. triplici meditatione opus habes: de præteritis scilicet presentibus, & futuri: id est, præteritorum recordatione, de experientia presentium, de consideratione futurorum. Cum igitur mens tua fuerit ab omni

cogitationum forde virtutum exercitio purgata, jam oculos defacatos ad posteriora retorque. Ac primum cum Beata Maria ingressa cubiculum, libros quibus virginis partus cum Christi prophetatur adventus, evolvet. Ibi adventum Angeli praefolore, ut videoas intrantem, audias salutarem: & sicut repleta stupore & extasi, dulcissimam dominam tuam cum Angelo salutante salutes, clama dicens: Ave grata plena *Luc. 1.*  
Dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Hoc plenus repetens que fit hac gratiae plenitudo, de qua torus mundus gratiam mutuavit. Quoniam *Verbum Ioh. 1.*  
caro factum est, & habitat in nobis plena gratia & veritas. Contemplare & admirare Dominum, qui terram impletavit & celum, inter unius pulchra viscera clauditur; quam Pater sanctificavit, Filius fecundavit, obumbravit Spiritus sanctus. O dulcis domina, quanta inebriabar dulcedine, quo amoris igne accendebaris, cum sentires in mente & ventre tanta maiestatis presentiam? Cum de tua carne sibi *Col. 2.* carnem assumetur, & membra, in quibus corporaliter omnis plenitudo divinitatis habitat, e tuis sibi membris aptaret? Hac omnia propter te, Virgo, ut virginem, quam imitari posuisti, diligas virginis fructum cui nuplisti. Jam nunc cum dulcissima domina tua in montana confunde, & sterilis & virginis suavem intuere complexum, & salutationis officium: in quo servulua Dominum, praeco judicem, vox verbum, intus in anilia viscera conclusus in virginis utero clausum agnovit, & indicibili gaudio salutavit. Beati ventres in quibus totius mundi falus exoritur, pullisque tenebris tristitia semper laetitia prophetatur. Quid agis o Virgo? accurre, queso, accurre, & tantis gaudis admiscere: prostrernere ad pedes utriusque, & in unius ventre tuum sponsum amplectere, amicum verò ejus in alterius utero venerare. Hunc euntem in Bethleem cum omni devotione prosequere, & in hospitium diversens cum illa afflire, & obliquere parenti, locatoque in praefepio parvulo erumpe in vocem exultationis, clamans cum Esaiā: *Puerulus natus est nōs, & filius datus est nobis.* Amplexere dulce illud praesepium: vincet verecundiam amor, timorem depellat affectus, ut sacratissimum pedibus figas labia, & oscula geminas. Exinde pastorum excubias mente pertracta, Angelorum exercitum admirare, coelesti melodiz tuas interponne partes: corde limul & ore decantare: *Gloria in excelsis Deo.* *Luc. 2.*

C.O.

**CAP. XLVIII.** *De Magorum adoratione, juga Christi in Egyptum, de latrone à latere Christi dextro crucifixo, qui parvulum Iesum viderat cum duceretur in Egyptum, & petierat; Memento mei Domine cum veneris in regnum tuum.*

**N**Oti in tua meditatione Magorum munera præterite: nec fugientem in Egyptum incomitatum relinque. Opinare verum esse quod dicitur, *cum à latronibus deprehensum in via, & adolescentuli coiudam beneficio acceptum.* Erat, ut dicunt, principis latronum filius, qui preda potius cum parvulum in matris gremio comperisset, tanta ei in ejus speciosissimo vultu splendoris majestas apparuit, ut eum supra hominum esse non ambigens, incalescens amore amplexatus est eum. Et ô, Inquit, beatissime parvolorum: si aliquando se tempus obtulerit mihi misericordi, tunc memetamei, & bujus temporis noli oblivisci. Ferunt hunc esse latronem, qui ad Christi dextram crucifixus est, cum alterum blasphemantem corripiuerit dicens: *Niger in times Denus qui in eadem damnatione es?* Et nos quidem iusti, non digna damnatio fadis recipimus: hic autem nihil male fecit: conversus ad Dominum, even in illa que in puerulo apparuerat intuentis majestate, paci sui non immemor: *Memento, inquit, mei cum veneris in Regnum tuum.* Itaque ad incentivum amoris non inutile arbitror hac ut opinione, remota omni affirmandi temeritate.

Loc. 25.

**CAP. XIX.** *De contemplatione Christi in Nazareth, & in Jerusalem, in obsequendo Matris & Josephi.*

**P**RÆTERA nihil ne tibi suavitatis zelitas accessurum, si eum apud Nazareth poculum inter pueros contempseris? si oblequentem Matri, si operanti nutricia afflentem intuearis? Quid si duodenem cum parentibus Hierosolymam ascendenter, & illis redeuntribus, & nescientibus in urbe remanentibus per triduum cum matre quæsieris? O quanta copia fluens lacrymis, cum audieris matrem dulci quadam increpatione filium verberantem: *Fili quid fecisti nobis sic!* Ecce pater tuus & ego dolentes queremus te.

Loc. 1.

*Cod. Regul. Tom. I.*

**CAP. L.** *De confideratione baptismi, jejuni & tentationis Christi.*

**S**I autem virginem vis sequi quoconque ferit, delectet altiora ejus & secreta scrutari: ut in Jordanis flumine audias in voce Patrem, in carne Filium, in columba videtas Spiritum sanctum. Ibi tu ad spirituales initiatas nuptias sponsum suscipias datum à Patre, purgationem à Filio, pignus amoris à Spiritu sancto. Exinde solitudinis tibi locuta dedit, sanctificavit jejenum, ibi subeundum docens cum calido holle, conflictum. Hæc tibi facta & protacta, & quomodo facta diligenter attendes. Dilige à quo facta sunt, & imitare quæ facta sunt.

**CAP. LI.** *De muliere in adulterio deprehensa.*

**O**CCURrit jam nunc memoriz mulier illa deprehensa in adulterio, & Iesu rogatus sententiam, quid eggerit, quidue dixerit, recordare. Cùm enim scribens in terra terrenos eos non calefacte proddidisse; *Qui sine peccato est, inquit, vestrum, primas lapides in illam mittat.* Cùm vero omnes sententiam terruissent & expulserit de templo; imaginare quam prius oculos in illum levaverit; quam dulcem sua voce sententiam absolutionis ejus protulerit. Puta quod suspiraverit, quod lacrymatus sit; cùm dicteret: *Nemo te condemnabit mulier qui nisi Rom. 3. ego te condemnabo.* Felix, ut ita dicam, hec que in adulterio deprehensa mulier, quæ etiam de præteritis absolvitur, securo efficitur de futuris. Iesu bone te dicente, non condemnabo, quis condemnabit? *Deus qui iustificat, quis est qui Rom. 8. condamnet?* Audiatr de cetero vox tua, *Vade, & jam amplius noli peccare.*

**CAP. LII.** *De muliere lacrymis pedes ejus rigante.*

**J**AM nunc domum ingredere Pharisi, & recumbentem ibi Dominum tuum attende. Attende cum illa beatissima peccatrice ad pedes ejus, lava lacrymis, terge capillis, demulce oculis, & fove tunguentis. Nonne iam facili illius liquoris odore perfunderis? Si tibi ad fisus negat pedes, infia, ora, & gravibus lacrymis oculos attolle, imisque suspiriis & inenarrabilibus extorque quod petas. Luctare cum Deo sicut Jacob, ut ipse se gaudeat superari. Videbitur tibi aliquando quod avertat oculos, quod aures claudat, quod desideratos pedes abscondat.

I i i

## R E G U L A

414.

**S**ed Tu nihilominus opportundis, impotunis; clama: *Usquequo exortis faciem tuam a me?* Usquequo clamabo *Ego non exaudies?* Redde mihi, Iesu bone, latrarium salutaris tuum, quia dixi cor meum: *quoniam faciem tuam, faciem tuam requirebam.* Certè non negabit pedes suos virginis, quos osculando prebuit peccatrici.

Psalm. 11.  
12.  
13.  
14.  
15.

**C**AP. LIII. *De Paralytico per tegulas invellio, non solum corporaliter, sed spiritualiter curato, tunc hoc non petret, nam cui vult miseretur.*

Math. 9.  
10.

**S**ED domum illam non præteribis, ubi per tegulas paralyticus ante pedes ejus submittitur; ubi pietas & potestas obviauerunt sibi, *Fili,* inquit, *remittens tibi peccata tua.* O mira clementia! O indicibilis misericordia! Recepit felix remissionem peccatorum, quam non petebat, quia non præcesserat confessio, non meruerat satisfactio, non exigebat contrito. Corporis salutem petebat, non animæ & salutem recepit corporis & animæ. *Vellere,* Domine, vita in voluntate tua. Si decreveris salvare nos, non es qui audieras dicere: *cur ita facis?* Pharisæi, intra te quid murmuratis? *An oculis tuis nequam es,* quia ipso bonis sum? Certè miseretur cui ualseris: pioremus & oremus ut velet. Bonis etiam operibus pinguefaciat oratio, augentur devotione, dilectio exercetur. Levetur pure manus in oratione, quas non sanguinis immunditia maculavit, tactus illicitus non fecidavit, non exasperavit avaritia. Levetur & cor sine ira & disceptatione, quod tranquillitas fedavit, pax compofuit, puritas conscientie animavit. Sed nihil horum paralyticus iste legitur premisso, qui tamen legitur remissionem peccatorum meruisse. Huc est ineffabilis ejus misericordie virtus, cui sicut blasphemum est derogare, ita & hoc sibi præsumere stultissimum. Potest cuicunque vult hoc ipsum efficaciter dicere, quod dixit illi Paralytico, *dimituturus tibi peccata tua.* Sed quicunque sine suo labore vel contritione, vel confessione, vel etiam oratione sibi hoc dicendum expectat, nonquam ei remittentur peccata sua.

Math. 9.

**C**AP. LIV. *De receptione Christi in domo Martæ & Maria, & Martha ministrante, & effusione unguenti, & condemnatione Pharisæi.*

Joan. 11.

**S**ED excendum est hinc, & ad Bethaniam veniendum, ubi sacratissima foderæ amicitie auctoritate Domini concentratur. *Dilegebat enim Iesu Martham,*

*& Mariam, & Lazarum,* quod hospitalis amicitie, qua illi familiariori adherebant affectu, detineri nemo est qui ambigit. Tertes sunt lacryme illæ dulces, quibus lacrymatus est cum lacrymantibus, quas totus populus amoris interpretatur indicium. *Videte, inquit, Jean. 11. quomodo amat eum.* Et ecce ponunt ei *ca-* Jean. 12. *nam ihi, & Martha ministrabat.* Lazarus autem erat unus ex discipulis suis. Maria autem sumpsit alabastrum unguenti, & fratre alabastro effusus super caput Iesu. *Gaudetque* huic interesse convivio, sanguinorum distingue officia. Martha ministrat, Lazarus discumbit, ungit Maria. Hoc ultimum tuum est. Frange igitur alabastrum cordis, & quidquid habes devotionis, quidquid amoris, quidquid desiderii, quidquid affectionis, totum effunde sponsi tui caput, adorans in Deo hominem, & in homine Deum. Si fremtit, si murmurat, si proditor perditionis vocat devotionem, non sit tibi cura. Ut quid, ait, *perditio haec est pater haec angustias venerandi malorum,* & *dei pauperibus.* Pharisæus murmurat invidens posnienti & murmurat Judas invidens effusione unguenti. Si judex accusatum non recipit, accusatam absolvit. *Sicut,* inquit, *iam,* *Bonum spiritu operata es in me.* Laboret Martha, ministrat, paret hospitium peregrino, efficiunt cibum, vestem algenti; ego solus Marthæ, & illa mihi totum præsteret quod habet; & me quidquid optat expectet. Quid enim? Tu Marthæ consuls relinquentes pedes, quos tam dolciter oscularunt & avertendos oculos ab illa speciosissime facie, quam contemplatur? amo- vendum auditum ab ejus suavi sermone, quo reficitur?

**C**AP. LV. *De obviatione puerorum cum ramis palmarum, clamantium:*  
*Oferantur in excelſis.*

**S**ED jam furgentes easmus hinc. Quod, inquis? Certè ut infidelicem aeterno celi terrene Dominum comiteris tanta fieri pro te obſtruēscens, puerorum laudibus tuas jungas, clamans & dicens: *Oferantur filii David, Benedicti qui uenit in nomine Domini.* Jam nunc ascende cum eo in concaculum grande stratum, & salutaris econtra interesse deliciis gratulate.

**C**AP. LVI. *De Cana Domini, & de bis quae ibi gesta sunt, quare beatus Joannes supra pedes ejus recubuit.*

**V**INCAT verecundiam amor, timorem excludat affectus; ut faltem de misericordia

Matt. 26. 8.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

eis mensie eleemosynam præbeat mendicanti. Vel à longe sta, & quasi pauper intendens in divitem, ut aliquid accipias extende manum: famem lacrymis prode. Cum jam surgens à ecclia linteo se præcinxit, posuitque aquam in palvum, cogita quæ majestas, quæ potestas hominum pedes abluit & extertit: quæ benignitas proditoris vestigia facris manibus tangit. Specta & expæcta, & ultima omnium tuos ei præbe abiendos: quia quem ipse non lavat, non habebit partem cum eo. Quid modo felixne exire? Sulfine paululum: Videsne quisquam ille est, rogo te, qui supra pectus ejus recumbit, & in sinu ejus caput reclinat? Felix quicumque ille est. O ecce video: Joannes est nomen ejus. O Joannes, quid ibi dulcedinis, quid gratia & suavitatis, quid lumiois & devotionis ab illo hauriam fonte dicto. Ibi certè omnes tibi scientie & scientie: ibi fons misericordia, domicilium pietatis, & favus æternæ suavitatis. Unde, tibi & Joannes, omnia ista? Nunquid tu sublimior Petro, Andraza sanctior, ceteris omnibus Apostolis gravior? Speciale hoc virginitatis privilegium est; quia virgo es electus à Domino antequam ires cum matre dilectus. Jam misericordia exulta virgo, accede propius, & aliquam tibi hujus dulcedinis portionem vindicare non differas. Si ad potiora non potes, dimittit Joanni pectus, ubi eum vinum lexit in divinitatis cognitione inebriet: tu currentis ad ubera humanitatis, lac exprime quo nutriaris. Inter hec sacratissima illa oratione discipulos commendans Patri dixerit: Peter seruus es in nomine tuo. Inclina tu caput, ut & tu merearis audire: Vols ut ubi sum ego, & ibi finies meum.

Coloc. 2.

Iona. 17.

Ibidem.

Math. 26.

Luc. 21.

guttas lambe, & pulverena pedum illius lingue. Noli dormire cum Petro, ne merearis audire; Sic non perfici nos heres Matth. 26. vigilare mecum!

CAP. LVIII. Qualiter proditor ad eum copiendum venit, qualiter Petrus gladio percussit, sed postea negavit.

SEN ecce jam proditorem præuentem impiorum turba subsequitur, & osculum præbente Juda manus injiciunt in Dominum tuum: tenent, ligant, & illas dulces manus vinculis astringunt. Quis ferat? Scio, occupat nunc eorum tuum pietas: omnia viscera tua zelus inflamat. Sine, rogo, patiatur qui pro te patitur. Quid optas gladium? quid irasceris? quid indignaris? O si instar Petri cujuslibet aurem abscederis, si ferro brachium rueris, si pedem truncaveris, ipse reficiet omnia. Qui etiam siquidem occideris, absque dubio suscitabit.

CAP. LIX. Qualiter male tractatur, coram Pilato falso accusatur, & falso judicatur, flagellatur, & corona spina coronatur.

SEQUAR potius eum usque ad atrium Principis Sacerdotum, & speciosissimam ejus faciem, quam illi ipsis illiniunt, tu lacrymis lava. Intuere quām pilis oculis, quām misericorditer, quam efficaciter tertio negantem respexit Petrum, quando ille conversus & in se reversus flevit amarè. Utinam, bone JESU, tuus me dulcis repiciat oculus, qui te toties ad vocem ancillæ procacis carnis meæ pessimis operibus affectibusque negavi. Sed jam manè facta traditur Pilato, ibi accusatur, & tacet: quoniam tangam ovis ad accidionem ducitur, & sicut agnus coram Ioh. 15. 33. tendente se, sic non apernit os suum. Vide, attende, quomodo stat ante Præsidem inclinato capite, demissis oculis, vultu placido, sermone raro, paratus ad opprobria, promptus etiam ad verbera. Scio, non potes ulterius sustinere, nec dulcissimum dorsum ejus flagellis atteri, nec faciem alapis eadæ, nec venerandum illud caput spinis coronari corona spinea; nec dexteram, quæ cælum & terram continet, arundine dehonestari, tuis oculis alpicere poteris. Ecce educitur flagellatus, portans spineam coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit Pilatus: Ecce homo. Verè homo est, quis dubitet? Testes sunt plagiæ virgarum, livor ulcerum, fæditas sputorum. Jam nunc cognosco Zabule quia est homo. Verè Ilii 2. homo

CAP. LVII. Qualiter post coronam ad orandum ad montem Oliveti occedit,

BONUM est tibi hæc esse. Sed exequendum est: præcedit ipse ad montem Oliveti, tu sequere. Et licet assumptio Petro & duobus filiis Zebedæi ad secreta fecesserit, vel à longe intuere quomodo in se nostram transtulit necessitatem. Vide quomodo ille cuius sunt omnia, pavere incipit & trædere, Tristis est anima mea, inquiens, unque ad mortem. Unde hoc Deus meus? compateris mihi exhibens hominem, ut quodammodo videaris nescire quod Deus es, prostratus in faciem oras; & factus est fadus tuus, sicut guttae sanguinis decurrentes in terram. Quid das? accurre, & suavissimas illas Cod. Regul. Tom. I.

Iona. 15. 21.

**Psalm. 9.** homo est, inquis. Sed quid est, quod in toti injuriis non irascitur ut homo, non movetur ut homo, non suis tortoribus indignatur ut homo? Ergo plus est quam homo, si quis cognoscit illum. Cognoscitur certe homo impiorum iudicia sustinens: sed cognoscetur Deus pietatum faciens. Serò animadvertisisti Zabulem.

**CAP. IX.** *De consideratione Poffonii  
Cristi, & deceptionis diaboli, qui  
eum hominem solum esse  
credebat.*

**Q**uid tibi per mulierem visum est agere ut dimitatur? Tardè locutus es. Sedet pro tribunali iudex, prolatæ sententia jam portat propriam crucem, ducitur ad mortem. O spectaculo! Videsne? Ecce principatus Iesu. 93. 61. *calum!* Videbas? Ecce principatus Iesu. 44. 7. *per humerum ejus.* Hæc est virga aquilæ, virga regi tui. Datur ei vinum selle mixtum. Exiit vestimentis suis, & inter milites dividuntur. Tunica non scinditur, sed forte transit ad unum. Dulces manus ejus & pedes clavis perforantur, & extensus in cruce inter latrones suspenditur.

**CAP. LXI.** *Quomodo pendit in cruce  
inter calum & terram, ut ima  
summis reconciliaret.*

**M**EDIATOR Dei & hominum inter celum & terram medius pendens imma superius unit, & celestibus terrena conjugit. Stupet calum, & terra miratur. Quid tu? Non mirum si sole contristato tu contristaris; si terra tremisce, tu contremiscis; si scissis faxis cor tuum scinditur: si flentibus juxta crucem mulieribus, tu lachrymaris.

**CAP. LXII.** *De mira patientia in passione,  
reddendo bonum pro  
malo.*

**V**ERUM in his omnibus considera illud dulcissimum pectus, quam tranquillitatem servaverit, quam habuerit pie-tatem. Non suam attendit injuriam, non peccatum reputat, non sentit conuenientias. Sed illis potius à quibus patitur, ille compatitur: à quibus vulneratur, ille medetur: vitam procurat, à quibus occiditur. Cum qua mentis dulcedine, cum qua spiritus devotione, in qua charitatis plenitudine clamat: *Pater ignote illus?*

**CAP. LXIII.** *Oratio peccatoris ad  
Cristum.*

**E**cce ego, Domine, tuæ maiestatis adorator, non tui corporis interfector; tuæ mortis venerator, non tuæ passionis irritor; tuæ misericordia contemplator, non infirmitatis contemptor. Interpellet itaque pro me tua dulcis humanitas, commendet me Patri tuo tua ineffabilis pietas. Dic ergo, dulcis Dominus: Pater ignote illi. At tu, virgo, tu major es apud virginis filium confidentia, à mulieribus que longè stant, cum matre virgine & discipulo virgine accede ad crucem, & perfusum pallore vultum continuo intuere. Quid ergo. Tu sine lacrymis, amantisime Domine lacrymas videbis? Tu sic sis oculis manus, animum pertransit gladius doloris? Tu Lec. 2. sine singulatu audies dicentem matri: *Atuler ecce filius tuus,* & Joanni: *Ecce Ioh. 19. mater tua;* cùm discipulo matrem committeret, latroni paradisum promitteret? *Tunc unus ex milibus lancea latu ibidem,* ejus operis, & exiit sanguis & aqua. Fellinga ne tardaveris: *comede sanguim cum Cane. 5.* mellis tuo: bib vinum tuum cum latte tuo. Sanguis tibi in vinum vertitur, ut incubieris: in lac aqua mutatur, ut nutritur; facta sunt tibi in petra flumina, in membris ejus vulvora: & in mactria corporis ejus caverna, in quibus instar columbe latitarris & deoscularis singula. Ex sanguine ejus sicut sunt *Cast. 4. 1.* coccine labia tua, & eloquim tuam dulce.

**CAP. LXIV.** *De Decurione.*

**S**ed adhuc expecta, donec nobilis ille decurio veniens extractis clavis manus pedesque dissolvat. Vide quomodo felicissimi brachiis corpus complectitur, ac suo strinxit pectori. Tunc dicere potuit vir ille sanctissimus: *Fasciatus Cast. 1. 16.* myrra dilectus meus mibi, inter ubera mea conuenerat. Sequare tu pretiosissimum illum cali terræque thesaurum, vel pedes porta, vel manus brachiaque sustenta, vel certe deflentes minutatim pretiosissimi sanguinis stillas curiosius collige, & pedum illius pulverem lingue. Cerne præterea quod dulciter beatissimus Nicodemus sacratissima vulnera ejus tractavit digitis, sovit unguentis, ut cum sancto Joseph involuit sindone, collocavit in sepulchro.

CAP. LXV. *De Magdalena.*

**N**OIS præterea Magdalene desetere comitatum; sed paratis aromaticibus, cum ea Domini cui sepulchrum visitare memento. O si quod illa oculis, tu in spiritu cernere merearis! nunc super lapidem revolutum ab ostio monumentum Angelum residentem: nunc intra monumentum, unum ad caput, alium ad pedes, resurrectionis gloriam predicantes: nunc ipsum JESum Mariam flentem & tristem tam dulci respiciensem oculo, tam suavi voce dicentem, *Maria*. Quid hac voce dulcior? quid suavius? quid jucundius *Maria*? Kumpuntur ad hanc vocem omnes capituli catacœla, ab ipsis medullis elicuntur lacrymæ, singultus atque suspiria ab imis trahuntur visceribus, *Maria*. O beata, quid tibi pro meritis suis, quid animi, cum ad hanc vocem te proterveres, & reddens vocem salutantem inclamas, *Rabbi*? Nam plura dicere lacrymæ prohibent, cum vocem occulatas affectus, omnesque animæ corporisque sensus nimis ardor absorbeat. Sed & dulcis JESU, cur a fratratissimis ac desideratissimis pedibus tuis sic atrox amantem? O verbum durum! *Noli*, inquit, *me tangere*. Ut quid Dominus? Quare non tangam desiderata illa vestigia tua pro me perforata clavis, perfusa sanguine? non tangam? non deculosabor? An inimicior es eo, quia glorioſor? Ecce non dimittam te, non recedam à te, non parcam lacrymis, peccatis suspiris, singultibusque rumpetur nisi tangam. Et ille: *Noli me tangere*, noli timere. Non austur tibi bonum hoc, sed differtur. Vade tamen & nuncia fratibus meis quia furexi. Currit, cito volens redire. Redit cum aliis mulieribus. Quibus JESUS occurrentis blanda salutatione, dejectas sic erigit tristes, sic consolatur. Adverte. Tunc est datum quod ante fuit dilatum. *Accesserunt enim & tenerunt pedes eius*. Hic quamdiu potes, virgo, morare. Non has delicias tuas somnus interpolet, nullus exterior tumultus impediatur.

**C**AP. LXVI. *De confidatione mundi & rerum praesentium, & ut vilescent, quasi statim mors sequatur, qua est principium futurorum & finis praesentium.*

**V**ERUM quia in hac misera vita nihil stabile, nihil aeternum est, nunquam in eodem statu permanet homo: necesse est, ut anima nostra dum vivimus, quadam varietate pascatur. Unde à præteriorum recordatione ad expe-

rientiam praesentium transeamus; ut ex his quoque, quantum à nobis sit Deus diligendus omnes intelligere valeamus. Hæc omnia revolve animo; ut in eum totus tuus refolvatur affectus, vilescat tibi mundus, omnis amor carnalis fordecat. Neſcas te esse in hoc mundo, quæ ad illos, qui in cœlis sunt & Deo vivunt, tuum amorem transflisti. *Ubi Math. 6. est abfarsus tuus, ibi & cor tuum*. Noli cum argenteis simulacris vili marſuplio tuum includere animum, qui nunquam cum nummorum pondere poterit transvolare ad cœlum. Puta te quotidiane mortuoram, & de crastino non cogitabis. Non te futuri temporis sterilitas terreat; non futurae famis timor tuam mentem deiçiat: sed ex ipso tota fiducia tua pendeat, qui ares pafit, & liba uofit. *Math. 6. Ipse fit horreum tuum, ipse apotheca, ipse marſupium, ipse divitiae tuæ: ipse folus sit tibi omnia in omnibus*. Et hæc interim de presentibus satis sint.

CAP. LXVII. *De mortis conditione, qua d cunctis timetur, non timenda d fidelibus.*

**Q**UI autem tanta suis praefat in presenti, quanta illis servat in futuro? Principium futurorum & finis praesentium mores. Hanc cujus-natura non horreret? cujus non expavescit affectus? Nam bestie fuga, latibus, & allis mille modis mortem carent & vitam tenent. Jam nunc diligenter attende, quid tua tibi respondeat conscientia, quid presumit tides tua, quid spes promittat, quid expectet effectus: si vita tua tibi oneri est; si mundus fastidio corporeos labores assumit. Hoc unum dico omnibus mundi hujus praefare deliciis, horribus atque divitiis, si ob conscientię serenitatem, fidei hæmitatem, spei certitudinem, mortem non timeas. Quod ille maximè poterit experiri, qui aliquo tempore sub hac servitute suspirans in liberioris conscientiae auras evalit. Hæc sunt futurae beatitudinis tue primitiae salutares; ut morte superveniente naturalem horrorem fides supereret, spes temperet, conscientia repellat.

CAP. LXVIII. *De securitate & confortatione justi in morte, & qualiter Angeli cum eo affun-*

**E**T vide, quomodo mors beatitudinis principium est, laborum meta, peremptoria victorium. Sic enim scriptum est: *Beati mortui qui in Domino moriorunt*; Apoc. 14.1  
Illi 3 amodo

*amodo enim jam dicit spiritus ut requiescam  
a labefactis suis.* Unde Propheta repro-  
borum ab electorum morte discernens :  
*Omnis igitur inquit, reges dormient in gloria in  
domo sua.* *Tu autem proiulus es de sepulcro  
tunc quasi spiritus iustitiae, pollutus & obvolutus,*

Mai. 14.

CAP. LXIX. *De anima egrediente, & ubi  
collocatur.*

**D**ORMIUNT quippe in gloria, quorum  
mortem bona commendat conscientia.  
Palm. 115. tis. *Quoniam protissa est in conspectu Domini  
mors sanctorum ejus.* Dormit facie in gloria, cuius dormitioni assistunt Angeli, occurunt sancti, & concives suum praebentes auxilium, & impertientes solatum, hostibus se opponunt, obstinantes repellunt, resellent accusantes : & sic usque ad finum Abrahæ sanctam animam comitantes in loco pacis collocant & quietis. Non sic impi, quos de corpore quasi de fœtenti sepulchro pessimi spiritus cum instrumentis infernalibus extrahentes, pollutos libidine, obvolutos cupiditate injiciunt ignibus exurendos, tradunt vermis lacernando, aeternis factoribus deputant suffocandos.

Prov. 10.

*Verè expectatio iustorum latitia, spes autem  
impiorum peribit.*

CAP. LXX. *De regie aeterna & gloria  
sanctorum qualis sit.*

**S**ANE qualis sit illa requies, que pax illa, que jucunditas de finu Abrahæ, que illic quiescentibus promittitur, & expectatur ; quia experientia non docuit, filius explicare non poterit. Exspectant felices, dauer implorant numerus fratrum suorum, ut in die Resurrectionis duplices flore induiti corporis pariter & anime perpetua felicitate fruantur.

Apoc. 6.

CAP. LXXI. *De consideratione dies judicii, judicis irati, damnatione mali-  
orum & salvatione iustorum.*

**J**AM nunc intuere dies illius terrorem, quando virtutes calorum movebuntur, elementa ignis calore solvantur, patebunt inferi, occulta omnia nudabuntur. Veniet desuper judex iratus, ardens furor ejus, & ut tempetas currus ejus : ut reddat in ira vindictam, & vastationem in flamma ignis. Beatus qui paratus est occurtere illi. Quis tunc misericordia finis erit, quos nunc luxuria fodat, avaritia dilipat, extollit superbia ? Existit Angeli, & separabunt mali de medio iustorum : istos à dextris, alios à sinistris sta-

Math. 14.  
2. Pet. 3.

Mark. 13.

tuentes. Cogita te nunc ante tribunal inter utramque hanc societatem assistere, & nequid in partem alteram separata. Deflecte nunc oculos ad finitiram judicis, & miseram illam multitudinem specta.

CAP. LXXII. *De confusione & pa-  
norum.*

**Q**UALIS ibi horror ? quis timor ? quis factor ? quis dolor ? Stant miseri & infelices stridentes dentibus, nudo latere palpitanter, aspectu horribiles, vultu deformes, dejecti praे pudore : praे corporis turpitudine & nuditate confusi latere volunt, & non datur : fugere tentant, & non permittuntur. Si levant oculos desuper, judicis imminent furor : si deponunt, infernalis putei eis ingeritur horror. Non sufficit criminum excusatio, nec de iniquo iudicio aliquis poterit esse causatio. Cum quidam decretum fuerit, iustum esse ipsum eorum conscientiam non latebit.

CAP. LXXXIII. *De dilectione Dei, que hoc  
separat bonos à mala vita & operibus  
impiorum.*

**C**ERNE nunc quam amandus sit, quale ab hac damnata societate prædestinando discernit, vocando separavit, justificando purgavit. Rerumque nunc ad dexteram oculos, & quibus te glorificando sit infesturus adverte.

CAP. LXXIV. *De gloria bonorum.*

**Q**uis ibi decor ? quis honor ? quis felicitas ? que securitas ? Alii die judicariis sede sublimes : alii martyris corona splendentis : alii virginitatis flore candi : alii eleemosynarum largitione foecundi : alii doctrina & eruditione præclarci : uno charitatis fædere copulantur. Lucet eis vultus IESU Christi, non terribilis, sed amabilis : non amarus, sed dulcis : non terrens, sed blandiens.

CAP. LXXV. *De dubio boni existentis  
in hoc saeculo, qualiter judicabitur,  
& quomodo se debet conver-  
tere ad Deum.*

**S**TA nunc in medio neficiis, quibus te judicis sententia deputabit. O dura expectatio ! Timor & tremer uenit. Psalm. 14: sunt super me, & conseruant me tenet. Si me sinistris sociaverit, non cauferet in iustum : si dextris adscripterit, gratia ejus

*Fili. 49.* ejus hoc non meis meritis est impo-  
tum. Verè Domine *vita in voluntate*  
*tua*. Vides ergo quantum in amore ejus  
tuus extendi debet animus, qui cum  
juste possit in impio prolatam in te quo-  
que retroquerre sententiam, mitibus te  
maluit ac salvandis inferre. Jam te  
puta sancte illi societati conjunctam vo-

*Mach. 48.* cis audire decreum: *Venite benedicti*  
*Patris mei*, *percipite regnum*, *quod vobis*  
*paratum est ab origine mundi*. Misericordia  
audentibus verbum durum, plenum ira &

*Mach. 49.* furoris: *Diseidete à me maledicti in ignem*  
*eternam*. *Tunc ibunt hi in supplicium eternum*:  
*iusti autem in vitam eternam*. O dura se-  
paratio! O miserabilis conditio!

**CAP. LXXVI.** *De visione Dei post judici-  
cium, & qua sit interim gloria hic  
potest colligi.*

**S**UBLATIS verò implis ne videant glo-  
riam Dei; iustis quoque singulis fe-  
cundum gradum suum & meritum An-  
gelicis ordinibus insertis, fiet illa glo-  
riosa processio Christo precedente capite  
nostro, omniibus membris suis sequenti-  
*z. Cor. 15. bus, & tradetur Regnum Dei & Patri*: ut  
ipse regnet in ipsis, & ipsi regnent cum  
ipsò, illud percipientes regnum, quod  
*Math. 25.* paratum est illi ab origine mundi.  
*34.*

**CAP. LXXVII.** *De gloria & gaudiis  
paradisi.*

**C**uius regni status nec cogitari quidem  
potest à nobis, multo minus dici  
vel scribi. Hoc sciendum, quod omnino  
nihil aberit, quod vel adesse; nec  
quidquam aderit, quod vel abesse de-  
bet. Nullus igitur ibi luctus, fluctus  
nullus: non timor, non dolor, non  
diffidens, non invidia, non suspicio,  
non ambitio, non adulatio, non detrac-  
cio, non zagritudo, non senectus, non  
mors, non paupertas, neque tenebris:  
non edendi, vel bibendi, vel dormien-  
di illa necessitas: nulla fatigatio, de-  
flectio nulla. Quid ergo boni ibi est,  
ubi nec luctus, nec fluctus, nec dolor  
est, neque tristitia? Quid potest esse  
nisi perfecta laxitia, nbi nulla tribulatio,  
nulla tentacio, nulla temporum muta-  
tio, vel aëris corruptio, zelus vehemen-  
tior, nec hyems alperior? Quid  
potest esse, ubi summa quædam rerum  
temperies, & mentis & carnis vera ac  
summa tranquillitas? Ubi nihil quod ti-  
meas, ubi nulla discordia, nulla invidia,  
nulla suspicio, nulla ambitio, nulla  
adulatio, detractio nulla, quid potest  
esse nisi summa & vera dilectio? Ubi

nolla paupertas, nulla cupiditas, quid  
potest esse nisi bonorum omnium plen-  
tudo? Ubi nulla deformitas, quid potest  
esse nisi vera pulchritudo? Ubi nullus  
labor vel defectio, quid erit nisi requies  
summa & fortitudo? Ubi nihil est quod  
gravet vel oneret, quid est nisi summa  
facilitas? Ubi nec senectus expectatur, nec  
morbis timetur, quid potest esse nisi vera  
sanitas? Ubi neque nox, neque tenebris,  
quid erit nisi lux perfecta? Ubi mors &  
omnis mortalitas absorpta, quid erit nisi  
vita eterna? Quid est ultra quod qua-  
ramus? Certè quod his omnibus excel-  
lit: id est, visio, cognitio, & dilectio  
creatoris. Videbitur in se, videbitur  
in creaturis suis regens omnia sine solli-  
cititudine, sustinens omnia sine labore,  
impertiens se & quadammodo dispersiens  
singulis pro sua capacitate sine sui di-  
minutione vel divisione. Videbitur ille  
vultus amabilis & desiderabilis, in quem *1. Pet. 1. 12.*  
*desiderant Angeli propicere*. De cuius ple-  
nitudine, de cuius lumine, de cuius  
luavitate quid dicetur? Videbitur Pater  
in Filio, Filius in Patre, Spiritus san-  
ctus in utroque. Videbitur non per specu-  
lum & in enigmate, sed facie ad faciem.  
Videbitur enim sicuti est, im-  
pleta illa promissione qua dicit: *Qui de Joan. 14.*  
*ligat me, diligeret à Parce meo, & ego dilige-  
gam eum, & manifestabo ei misericordiam*. Ex  
hac visione illa procedit cognitio, de  
qua ipse ait: *Hec est vita eterna, ut cognoscas te unum Deum, & quemvis sis JE-  
sus Christus*. Ex his tanta nascitur dilec-  
tio, tantus ardor paterni amoris, tan-  
ta dulcedo charitatis, tanta fervendi  
copia, tanta desiderii vehementia; ut  
nec satietas desiderium minuat, nec de-  
siderium satietatem impedit. Quid est  
hoc? certè quod *scilicet non vidit, nec auris 1. Cor. 2. 9.*  
*audivit, nec in cor veniens ascendit, que  
preparauit Deus diligencias* se.

**CAP. LXXVIII.** *Conclusio in contemplatio-  
ne divini amoris ex beneficiorum pra-  
teriorum Christi memoria, & pra-  
sentia experientia, & expectatione  
futurorum.*

**H**ec tibi, soror, de beneficiorum pra-  
teriorum Christi memoria, de pra-  
fensione experientia, de expectatione  
futurorum quedam meditationum spiri-  
tualium semina preseminare curvi, ex  
quibus divini amoris fructus uberior ori-  
tur & crescat, ut meditatio affectum  
exerceat, affectus desiderium pariat,  
lacrymas desiderium excitet, ut sint la-  
crysme tuæ panes die ac nocte, donec  
appareras in conspectu ejus, & suscipi-  
ris ab amplexis ejus, dicasque illud,  
quod

*Cant. 1. 10.* quod in Canticis scriptum est : *Dilectus  
mensus mihi, & ego illi.* Habes nunc sicut  
petiti corporales constitutiones, quibus  
inclusa exterioris hominis mores com-  
ponas. Habes formam prescriptam,

qua interiorem hominem, vel purges &  
vitiis, vel virtutibus ornas. Habes in  
triplici meditatione quomodo in te di-  
lectionem excites, nutrias, & accen-  
das.

## VERSUS NOTABILES.

*Dulcia sunt animæ solatia, que tibi mando.  
Nam profundit minimus, nisi serves hæc operando.*

**S**i quis igitur in hujus libelli lectione  
profecerit, hanc labori meo vel stu-  
dio vicem impendar ; ut apud Salvato-  
rem meum, quem diligo, apud remu-  
neratorem meum, quem expecto, apud

judicem meum, quem timeo, pro pec-  
catis meis intercedat.

*Explicit Regula B. Ælredi.*



CODI-

CODICIS  
REGULARUM  
APPENDIX,  
IN QUA SANCTORUM PATRUM  
*EXHORTATIONES*

AD MONACHOS ET VIRGINES  
De Observantia Vitæ Religiosæ,

Collectæ olim a. S. BENEDICTO Anianensi Abbatæ.  
*Scilicet :*

S. ATHANASII ALEXANDRINI Liber de Observationibus Monachorum.

EJUSDEM Exhortatio ad Sponsam Christi.

S. BASILII M. Admonitio ad Filium spiritualem.

EVAGRII Monachi Sententiae ad Monachos.

EJUSDEM Sententiae ad Virgines.

FAUSTI LIRINENSIS Sermones iv. ad Monachos.

S. EUCHERII Exhortatio ad Monachos.

EJUSDEM Sententia ad Monachos.

EJUSDEM Admonitio ad Virgines.

S. CÆSARII Epistolæ ii. ad Cæsariam Abbatiſſam.

EJUSDEM Epistola hortatoria ad Virginem Deo dedicatam.

NOVATI Catholici Sententia de Humilitate & Obedientia.

S. PAULINI ad Monachos de Pœnitentia.

EUTROPII Abbatis Epistola de Districione Monachorum.

INCERTI Sermones ii. de decem Virginibus.

LUCAS HOLSTENIUS VATIC. BASIL. CANONICUS  
& Biblioteca Prostulus ex duobus Manuscriptis Floriacensibus  
Serenissima Regina CHRISTINÆ edidit.

SERENISSIMÆ  
ET  
SAPIENTISSLIMÆ  
CHRISTINÆ  
ALEXANDRÆ.  
SUECORUM, GOTHORUM  
ET  
WANDALORUM  
REGINÆ  
HASCE SANCTORUM PATRUM  
Exhortationes ex Codicibus ejus Manuscriptis  
in publicam lucem prolatas  
*Offert, Dicat, Consecrat*  
MAJESTATIS EJUS DEVOTISSIMUS  
LUCAS HOLSTENIUS

OBSER-



# OBSERVATIO CRITICA IN APPENDICEM AD CODICEM REGULARUM.

**I**N bac quidem Appendice continentur insignes quedam Abortationes SS. Patrum, quæ, etiam si non Monachorum Regule appellari possint, attamen ad monasticam vitam rectè dirigendam omnino pertinent; cum paraceticam doctrinam utriusque sexus Monachis accommodatam compleantur. Hec Abortationum Opuscula eruit HOLSTENIUS ex duobus vetustis Codicibus in lectissima Biblioteca Serenissimæ Suecorum Regiae conservatis, cui etiam & hanc Appendicem consecravit.

Existimat quoque doctissimus Editor, has Abortationes ex SS. Patribus collectas esse idem Opus, quod S. BENEDICTUS Anianus compoſuit, atque Collectioni Regularum Monasticarum adjunxit; prout ex vita ejusdem sanctissimi Abbatis constat, ubi exerte dicitur, illum præter Regularum Codicem alium nihilominus compoſuisse Librum ex SS. Doctorum Homiliis. Quod sane assertum satis quadrat in hoc præsens Opus ex Patrum variorum Opusculis contextum, & partim Monachos partim Sanctorum aperte studiens, & ideo dignissimum, ut Codici Regularum adjungatur; quamvis in ipso MSS. Codice Colonensi inventum non fuerit. Nam Codices illi MSS. olim pertinebant ad Monasterium Floriacense, atque eadem manu scripti erant, ac ipse Codex Regularum. Adeoque simillimum vero videtur, bac pia Opuscula ab ipso S. BENEDICTO Aniano collecta fuisse, atque ipsi Codici Regularum assuta ad maiorem disciplinæ monasticae perfectionem procurandam. Estetut quoque Hugo Menardus in suis eruditissimis notis ad vitam sanctissimi bujus Abbatis, se reperiisse ad calcem vetusti Codicis Floriacensis, ex quo eruit Concordiam Regularum, etiam tale Opusculum sed manutum, quod ideo cum ipsa Concordia non edidit, quia in fine deerant quedam folia. Quemadmodum igitur piissimus Abbas Anianus ad calcem Concordie Regularum appendere voluit sententias & testimonia quorundam SS. Patrum, qui non Regulas monasticas scripserunt, sed selectam asceticam doctrinam ad evitanda vita & excipiendas virtutes tradiderunt: sic etiam veritati consentaneum videtur, quod Codici Regularum monasticarum adjecterit integra Opuscula SS. Patrum, ex quibus tales sententias desumpserat. Notum quippe est, Concordiam Regularum solummodo continere selectas sententias & testimonia ex ipsis Regulis monasticis collectas; pari quoque modo & Opusculum illud Concordie Codici assutum solummodo comprehendebat farraginem sententiæ excerptam ex his integris Sermonibus, & Abortationibus, quæ hanc Appendicem aptè consueverunt.

I N C I P I T L I B E R  
**S A N C T I A T H A N A S I I**  
**E P I S C O P I A L E X A N D R I A E**  
 De Observationibus Monachorum.

**E**T si gloriari in Christi licet, quod hujusmodi principis sitis initiati, ut sit inchoatio vestra perfectio, & ad veram vivendi frugem gradus interpositos prævolantes, apice ipsius culminis occupato, disciplina summa teneatis; ut in votis habere debet imitari quisque vos potius quam posse credat institui: mihi tamen hujus licentiam prærogativæ paternus adscriptus affectus, & amplectenda mihi velut expulstionis exactio; qui dum me auditis non solum libenter, sed etiam avide, impudentem me vestro amore fecistis. Præcedentes duco, & ultra mensuram meæ possibilatatis extensus quos sequi cupio ducere compellor. Pergam igitur per tramitem vite vestre, & quasi qui primis litterarum imbuatur elementis depictis, adumbratas præfigurationibus notas filio imitatore calcabo, accedentibus ad speranda beati instituti præmissa que sequenda sunt.

Primum abstinentia cura, jejunii patientia, orandi assiduitas, legendi, vel si quis adhuc literarum expers sit, audiendi fit desiderium cum cupiditate discendi. Hæc enim sunt prima quasi laetentia in Dei agnitione crepundia: quibus homo admonitus ortus fui, divini tramitis ingredi viam velle incipiat, dum posse confuescat. Et quidem ista tradens; non de vulgi promiscua fide loquor, quem omnipotens Dei misericordia intinuata confessio, & innocentie singularis infillata doctrina venia sola efficit esse contentum. Quamquam Dominus noster, sicut legimus, omnes velit salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: tamen quia præminentis gratia cuncti capaces esse non possunt. (*Nou*

*Rom. 3. 6. enim omnes qui ex Israeli sunt, Israelite sunt;*

Nam & Iisnael à consilio fraternali hereticis excluditur, & compugnantes Jacob atque Esaü unius uteri claustra ruperunt) vel contenti puto aquæ vive, nos in holocaustum nostri hostiam voluntariae oblationis aptemus, desiderantes escas & parantes ac primatis prævertamus,

illis ad mensuram venir hanc sententiam largientes; *Omnis creatura Dei bona, &c. 1. Tim. 4. nubil abiciendum quod tam gratiarum aliene 4.* percipitur. Nos ad præmium glorie illo labore nitentes: *Bonum est non manducare Rom. 14. carnem, neque bibere vinum. Et rursum 12. 1.* Omnis qui in agone contendit ab omnibus *1. Cor. 9. 24.* abstinet, & id quodem ne corruptibilem ceterum accipiat, non autem incorruptum. Abstinentia enim continentia nutrita est, qua innupta five nupta facilius possibilatatis frena patitur, si non deliciarum calcaribus incitetur. Quam sic eos, qui ad summa nituntur, vel cupio vel mandando colere, ne putent, in aliis crimen esse nupissime, scientes scriptum esse: *Bonum est subire & melius est non subire. 1. Cor. 7.* Qui hoc enim illicitum credunt, ipsis 25. præmium sul laboris immuniunt. Illicitis enim cavere, jugum necessitatis est; permitta vincere munus arbitrii. Malis abstinere, disciplina merces est; bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperii. Illud legis indultum est terminis; hoc gratis refutatum est incrementis.

Jejuniorum quoque non sit volenti. bus certa mensura: sed in quantum possibilitas valet, nisi laborantis extensa; quæ præter Dominicam diem semper sint solemnia, si votiva sunt. His lese Moyses beatissimus præparans affitibus Dei dignus ingressit. His prædictas per Jonam Ninivite milias in placidam rufus flexere sententiam. His Bæthulie populus Assyria obfideone conclusus, & usque ad deditiōnem sui experta plurima virtute conterritus, ab Holofernis tumultibus minis constantis manu ferimur vindicari. His Mardochæus Amman crudelē superbia preparato fibimet ligno, accepte poente conversione suspendit. His Iesus Salvator noster in carne hominis quam assumperat eruditus, suadelas diaboli tentantis obtudit: quas eti aliter potuisset expellere, docendos tamen ibi populus voluit hac imitatione formare.

Orationibus verò ita frequenter instantium est, ut vix eas aliquod tempus interpolet. Scriptum est enim: *Orationi inflata, vigilantes in ea.* Et iterum: *Querite & inventietis; pulsate & sperpete eis.* Per has amicus dormiens excitatur; & quamvis omnem familiam sopor altus obfederit, deponit tamen sibi panes ac porrigi importunus expostulator extorquet.

Hoc, si fieri potest, sola legendi intercapito disrupat. Cujus rei cura in Canonis ponenda est monumentis: non quod apocrypha debeat nos præterim ignorata damnare; sed quod ad scientiam Dei digestam canonis seriem putemus posse sufficere. Illa enim si consentiant, supervacua sunt: si dissident, vitanda sunt. Sine legendi autem studio nemo ad Deum valebit esse intentus. Primum, quod hujusmodi opera ab aliis actibus caducæ occupationis abducunt: & diverorum exemplorum insinuata cognitio vel bonorum appetentiam, vel malorum facit esse cautelam. Neque enim alias Petrus-Apostolus admoneret: *Preparari semper estote ad rationem reddendam ad omnes presentes vos de verbis fidei vestra & spei vestre.* Et Apostolus: *Non ceßamus pro vestris erantes, ut impleamini agnitionem ejus in omni sapientia & intellectu spirituali.* Et rursus: *Verbum Christi habite in vobis abundanter in omni sapientia.* Nam & in veteri testamento similem hominibus curam sacre preceptionis inculcavit eloquium. Sic enim David ait: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cæsarea pestilentie non sedidit: Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabatur die ac nocte.* Et ad Iesum Nave Dominus loquitur: *Non recedes liber iste de manibus tuis, & meditaberis in eo die ac nocte.* His quoque se negotiis malarum cogitationum lubrica frequenter interferunt: & quamvis ipsa sedulitas animum ad Deum præstet intentionem, efficit tamen in se mordax facili cura sollicitum. Quod si hæc frequenter & importunè patitur religioso labore dedit, nunquam profecto illis carebit otiosus.

Nunc quoniam studiorum membra digessimus; morum augmenta cumulamus. Illud autem non extra communitatem puto, ut sit viætus facilis, vilisque vestitus: cum & hac tegendi corporis gratia reperta sint, non ornandi; & illa sustinendre animæ potius quam obruenda. His igitur que supra ostendimus actibus manipulatus omne odium deponat inimici. Nec hoc tantum fine contentus, similitates amore commutet;

item patienter frano; avaritiam abstinentiam vincat imperio; ac præcipue linguam custodia taciturnitatis obseciat; ne in litigium contentiosa fetvescat; ne in maledictum procax incurrit; ne in obrectationem maledicta serpat; ne in jurationem facilis prolabatur, ne in mendacium ficta dissimulet; ne in circumventione astuta calleat: ne in elatione superba jacletur; sedulo servans tempus tacendi & tempus loquendi, omne otiosum verbum obnoxium scias esse rationi. Nam ideo & David beatissimus ori suo custodiam deposit: & conditum sale sermonem beati Pauli pagina sacra constituit & nullum indomabile membrum esse quam linguam testifica Jacobi præcepta signarunt.

Sit igitur qui hujusmodi viam scandit, tacitus, mitis, benignus; & quia charitatis insolubilis nexus habetur, abiendus in studio parili semper alium judicantis potiorem. Hoc enim frano astrinxit invidiam, quam vicine sibi elationis siipius incitatam judicio, dum gratias referendi sibi honoris appetit, notam mileri livoris incurrit. Nec premium à Deo unusquisque percipit, si ab hominibus id requirit. Deus enim superbie *acob. 4. 6.* refusa, humilis autem dat gratiam: qui cum de hujusmodi studio discipulos erudit, ipsum pronunciat maximum, qui minimus velit esse cunctorum. Esto, ab aliquibus frater tuus propensius honoretur, nec illos minus amicos habeas, nec hunc emulum prælatæ venerationis attendas. Quinino judica circa te augmentum illius honoris accrescere, sciens scriptum: *Si enim glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra: vos autem effis corpus Christi & membra.* *1. Cor. 14.* Nam quisunque aliquem vestrum diligit, omnem dignitatem Deo, in quem vos colitis, adscribit. In hoc mite silentium placet; in hoc affabilitas blanda diligitur: hanc ruditus & innata simplicitas, hanc scientia eruditam commendat: hujus in jejunii iugitate patientia, hujus in abstinentiæ virtute contemptus, hujus in lectionis assiduitate sedulitas pro divinorum numerum diversitate laudatur. *Hec autem, 1. Cor. 3.* sicut scriptum est, *operatus unus auge 10. 8.* idem spiritus dividens singulis prout vult. *Sicut enim corpus unum membra habet multa, omnia autem membra de corpore uno cum sint multa, corpus unum sunt: ita & Christus.* Omnes enim vos in unum corpus baptizati sumus. Singuli vobis potestis omnium bonorum summam prelumere, si nullus se incipiat in eo quod alteri præcellit efferre. Sed cum vos invicem nexus altrictæ charitatis attingatis, tunc eos qui foris sunt, &

& in seculari adhuc actu mundanibus vinculis colligantur , nolite attentioris vita austerioris dampnare , scientes scriptum : *Nolo judicaris , ne judicemini.* Et iterum : *Tu quis es qui judicas alienum seruum ? Dominus tuus stat aut edidit.* Potens est enim statuere illum Deus. Magis benignis adhortationibus , & illiciente blandimento via veritatis ostensa nobrem erroris aperire ; ut non trahi incipias unusquisque , sed sequi pedetentim. Semper duriora flectenda sunt , ne viribus inclinata curvatio , priusquam in circulum veniat sarcis fragmen offendat. Hic enim siue scandala vulgi gignuntur , dum ad religionis jugum censorum arrogatur imperium. Vita nostra jubeat , Lingua persuadeat ; quia plus auctoritas gestat exemplum , & ingerit appetentiam sui morum lenis formatio. In omni igitur actu vestro quasi speculo relincente fulgete , ubique circumsepe , ubique solliciti ; ne quid litora inveniat , ne quid rumor falsus infligat.

Feminas probatas & religionis florido deditas cum mensura venerationis honorate : ut nec austeriora inhumana , nec sedulitas sit remissa. Accessus ad vos invicem vester non ingeffus sit , sed innatus ; quem causa fecerit ; non quem supervacuitas relaxarit. Plures audite cum pluribus : aut si quando alterius sexus frequenter dectit , vel annorum cufusdam probata gravitas , vel celebritas loci , vel ratio temporis id honestet ; qui praecepit vobis atas , hora , solitudo vitanda sunt. Non quod mihi fas sit de his , qui vere semper devota Deo pectora dicaverunt fecus extingere aliquid ; sed ut ex abundantia sic vitiis omne , quod fingi potest , tanquam possit & credi. Caveamus ne in nullo fame nostrae vulnera serpat nata ab occasione tulipio. Ipsa fame semina priusquam linguis notriuantur intereant. Non tantum vobis hedes facti , sed possibilis etiam releganda mendacia. Beata enim vita est & praedelar , de qua nil licet falsificari. Nec enim ego hoc iudicium meum austeriorus censor arripui ; sed celeste imperium monitor blandus assum-

pta . Cor. 11. 12. Nam sic ait Apostolus : *Zelatus vero , despudi vesti vix virginem castam exhibere Christo.* Sciens scriptum esse : *Non ponatis offensionem vel scandalum fratri.* Et iterum : *Sime offensione estote Iudeis & gentibus , & Ecclesia Dei.* Et iterum : *Non blasphemetur nomen nostrum.* Et iterum : *Ut quid libertas nostra iudicetur ab inferno , fideli conscientia ?* Et iterum : *Omnia autem vestra honesta sint.* Et iterum : *Commentarii deus nosmetipsos in omnem conscientiam hominum muniam coram Deo.* Et iterum : *Provideamus*

*tora non solam eoram D.o.s , sed et suam eoram hominibus.* Et iterum : *Ut is qui ex ad-Tit. 2. 8. verso est confundatur , nihil habens de nobis dicere malum.*

Neque me praterit secularis livoris invidia in obsecrationem semper religiosi ardere , & mordacem malignis ruminibus dentem impressum dicacitatis infigere. Utatur sua mundus natura , dum nihil in nostra inveniat disciplina. Falsitas ex more jaetetur , dum ne verissime quidem possit esse quod dicitur. Nemo ideo debet contemnere vulnus infamia , quia semper confusus rumor simulari : fed ideo intentius praecavere , quod soleat etiam ficta compunere. Nemo ab obsecrationis metu redditur obsecrandi solemnitate securus ; neque est negligenter causa sollicitudinis continua materia. Sit igitur pudoris ac verecundiae vestra tuta & circumspecta custodia. Necessarius est domo & ruga egressus , quem aut religionis ratio extulerit , aut ad substantiam virtutis caula exercendi operis ordinariat ; à muneribus cunctis nisi que ad quotidiani cibū annuque vestimentū suppetant , ablinentes ; scientes scriptum esse : *Habentes autem almenta 1. Tim. 6. 8. & quibus regemur his contenti finis.* Et iterum : *Ut bonis & amabilis ad eos qui foris 1. Thes. 4. sunt , & nullus aliquid desideret.* Ne quidem præbenha eleemosynæ gratia ultra supradictos victim ab ullo quippiam præsumatis ; scientes scriptum esse : *Si enim vos 2. Cor. 8. junctis prompta est , secundum id quod non habet 12. acceptum est , non sequitur id quod non habet.* Sic illa Evangelici sermonis divina sententia anum pauperem inter largitione locupletum munera gemina tantum era intentem magnifica accepta largitione dedit. Quia non potest parum esse quod totum est ; neque quisquam amplius dedit , quam qui sibi nihil reservavit. Haec si cui prater vos nimium videbuntur adstricta , qui Dei clauilia pulsare tentaverit , prout ratio sua tulerit , relaxabit : ne quis forte aut connexus sit conjugie , aut liberis impeditus. Habet prater haec arcta sublantia plura quæ sequantur. Neque se repulsu eredat , sed adiu alterius vocations admissum , sicut scriptum est : *Unusquisque in qua vocatione vocatus est , in ea permaneat.* Non tam proponens curam patrimonio quam religioni in caducis magis occupatus intendat , agnoscentis scriptum esse : *Et possidentes tamen non possidentes.* Si 1. Cor. 7. quem tamen pollicitatis compede felicior 30. natura si intelligatur absolverit , causam hærendi in mundo , nisi ignarus est Dei munerum , non habebit. Cur enim vivendi voluntate non solvat , quod morienti lege rumpendum est ; faciens de forte

forte mercedem, ut de necessitate vir-  
tutem augeat? Quinim qui in sua re  
familiari de parvis magna, de vilibus  
pretiosa, eterna facit de caducis; folus  
est cum pervenerit, ut sempiternus pa-  
trimonii sui possit esse possessor. Si avar-  
us non est, debet terminanda contem-  
nere: si avarus est, debet desiderare  
perpetua, sciens scriptum esse: *Nolite  
thebaucare vobis thesauros in terra, ubi rina  
& rubigo exterminant, & ubi fures effodunt &  
furantur. Thebaucate autem vobis thesauros  
in celo, ubi neque timea, neque ardo ex-  
terminant, ubi fures non effodunt nec fu-  
rantur.*

*Matt. 6.  
19.*

Hoc ei qui non caret filiis hortamen-  
tum est; qui caret, imperium. Ita vos  
cuncta congrua temporibus, apta perso-  
nis, referat exemplis, condita blandi-  
tiis, hortamento mites ingerite: facilius  
potest persuadere qui facit. Neque enim  
aliquis horum omnium fructu invidi eis  
cujusquam estimatione fraudandi. Erat  
vobis certe corpus firmum, aetas inte-  
gra, rudes animi, quamvis angusta pro  
humani generis varietate substantia:

pacebat vel negotiandi usus, vel stu-  
dium militandi: diversae artes, & in-  
numeræ in aliis mundi augendæ fa-  
cilitatis officia. Postremo non deerat  
vel pauper uxori, quæ vivendi pararet  
voluptatem, & insita humanis sensibus  
pignorum blandimenta. Quæ vos omnia  
quidem corpore & castis sensibus respue-  
ntes divine sententie formam religiosæ  
aliis custoditis, dicente scriptura: *Quicunque plus me fecerit domum, aut axe-  
m, aut filios, non est me dignus.* Vefra *Matt. 10.  
37.* igitur intuentes exempla, nec illi de  
meritorum summa angusta sui estimatio-  
ne desperent, qui substantia parili ad  
studium vite huic advenerit. In hoc  
ergo, filii charillimi, viyendi tramite  
constituti; *Vacate & videte, quoniam sua Ps. 35. 9.  
vix si Dominus.* Diles noctesque lectioni-  
bus atque orationibus ducite; & mei  
semper, quem in opere & scientia aborti-  
tivum omnium Sacerdotum Praeceptorem  
tanti vobis habuistis eligere, memento.  
*Vigilate, stete in fide, confortamini, em. 1. Cor. 16.  
me vestra in caritate fiant, & Deus paci erit vobiscum.*

## EJUSDEM S. ATHANASII EXHORTATIO AD SPONSAM CHRISTI.

**Q**UANTAM in coelestibus beatitudi-  
nem virginitas sancta possideat,  
præter scripturarum testimonia,  
Ecclesiæ etiam confuetudine edocemus:  
quia discimus peculiare illi sublîstere me-  
ritum, cuius specialis est consecratio.  
Nam cùm universa turba credentium  
paria gratia dona percipiat, & eisdem  
omnes sacramentorum benedictionibus  
gloriantur; ista proprium aliquid pre-  
cæteris habent, cùm de illo sancto &  
immaculato Ecclesiæ grege, quasi san-  
ctiores prioresque hostia pro voluntatis  
sue meritis à sancto Spiritu eliguntur,  
& per summum Sacerdotem Dei offerun-  
tur altario. Digna revera Domino ho-  
stia tam pretiosi animalis oblatione, &  
nulla magis ei quâm imaginis sue hostia  
placitura. De ejusmodi enim Apostolum  
principiè dixisse reor: *Obsecro autem vobis,  
fratres, per misericordiam Dei, ut subibetis  
corpora vestra bestiam virginitatem, sanctitatem,  
Dei placitum.* Possidet ergo virginitas  
& quod alii habent, & quod alii non ha-  
bent: dum & communem & peculiarem  
obtinet gratiam, & proprio, ut ita di-  
xerim, consecrationis privilegio gaudet.  
Nam & Christi sponsas virgines dicere  
Ecclesiastica nobis permittit auctoritas; dum  
in sponsarum modum quas conse-

crat Domino velat: ostendens eas vel  
maximè habituras spirituale connubium,  
qua subterfugerint carnale consortium.  
Et dignè Deo per matrimonii compara-  
tionem spiritualiter copulantur, qua  
ejus dilectionis causa humana connubia  
spreverunt. In his quâm maximè imple-  
tur illud Apostoli: *Qui autem abberet Ds. 1. Cor. 6.  
miserus erit spiritus eis.* *17.*

Grande est & immortale, & penè  
ultra naturam corpoream, sopire luxuri-  
am & concupiscentiaeflammam adoles-  
centia facibus accensam animi virtute  
restringere, & spirituali conatu vim ge-  
nuinæ oblationis. excludere, vivere  
contra humani generis morem, despicer  
solatia conjugum, dulcedinem contem-  
nere liberorum, & quæcumque præsen-  
tis vita esse commoda possunt, pro ni-  
bilo sive futura beatitudinis computare.  
Magna hec, ot dixi, & admirabilis vir-  
tus est, & non immortè pro magnitu-  
dine laboris sui ingenti præmio destinata.  
*Dabo, inquit Dominus, spadonibus meis in Ioh. 56. 4.  
dabo mea, & in mero locum nominatum  
melarem à filiis & filiabus Israël, nomen et-  
ternum dabo eis, quod non deficit.* De qui-  
bus spadonibus Dominus in Evangelio  
repetit dicens: *Sunt enim spadones, qui Matt. 19. 12.  
sufficiunt.*

*Rom. 12. 1.*

Apoc. 14.  
4-

*scipios castraverunt propter Regnum celorum.* Magnus quidem est pudicitiae labor, sed magius premium: temporalis custodia, sed remuneratio eterna. De his enim & Beatus Joannes Apostolus loquitur, quod *Sequuntur Agnum quicunque jerit.* Quod ita intelligendum puta, nullum eis locum in caelesti aula claudendum, & cuncta eis divinarum mansionum habitaacula referenda.

Sed ut illustrius virginitatis meritum clareat, & quam Deo digna sit manifestius possit intelligi; illud cogireetur, quod Dominus & Salvator noster Deus, cum propter humani generis salutem hominem dignaretur astumero, non alium quam virginalem elegerit uterum. Et hujusmodi plurimum sibi placere monstraret, & pudicitiae bonum utique sexui intimaret, virginem habuir matrem virgo mansurus; in se viris, & in matre feminis praebevit virginitatis exemplum: quo demonstraretur in utroque sexu beatam integratem divinitatis haberet, & plenitudinem incruisse; dum totum in matre fuit, quidquid habebatur in filio. Sed quid ego fatago excellens ac sublimi pudicitiae meritum revelare, & gloriose virginitatis bona ostendere; cum de hac re plerosque per ora si non neficiam, & ejus beatitudinem manifestissimis rationibus comprobasse, & nulli sapienti venire in dubium posse, eam rem majoris esse meriti quam sit amplioris laboris? Quisquis enim pudicitian aut nullius premii, aut parvissim estimat, certum est illum aut ignorare, aut non voluntarium ferre laborem. Unde illi semper castitati derogant, qui eam aut non habent, aut habere coguntur invitit.

Nunc itaque quoniam paucis licet, tam laborem quam meritum integratissimum ostendimus; ne res, quae grandi virtute constat, & ingenti premio destinatur, carere fructu suo positis, diligentius exercitandum est. Quanto enim quecumque species pretiosior fuerit, tanto maiori sollicitudine custoditur. Et quoniam multe sunt quae bono proprio carrent, nisi aliarum rerum juventur auxilio; ut est mellis species, quae nisi ceterarum custodia & favorum cellulis conservetur, & (ur verius dixerim) nutritur, naturalem gratiam perdit, & subfistere per se ipsam non potest. Sicut & vim species, quod nisi boni odoris vas sit, & reparatis crebrius picibus foveatur, genuina vim suavitatis amittit. Attentius ergo providendum est, ne forte & virginitati alia sint necessaria, sine quibus nequaquam fructum adferre

sufficiat; & tantus nihil proderit labor, dum vanè prodesse creditur, quod absque rebus necessariis possidetur. Nisi enim fallor, ob caelestis regni premium pudicitiae servatur inregritas, quod sine eternae vita merito omeniose consequi posse fatis certum est. Eternam vero vitam non nisi per omnem divinorum preceptorum custodiad promereri posse scriptura testatur dicens: Si tu ad Vitam 13. *viram venire, serva mandata.* Vitam ergo 17. non habet, nisi qui cuncta legis mandata servaverit: & qui vitam non habuerit, caelestis regni non potest esse possessor, in quo non mortui, sed vivi quique regnabunt. Nihil ergo virginitas sola proficit, quae caelestis regni gloriam sperat; nisi & illud habuerit, cui perpetua vita promittitur, per quam caelestis regni premium possidetur. Aore ergo omnia pudicitiam integratamente servantibus, & ejus remuneracionem à Dei aequitate sperantibus mandatorum, sunt custodienda precepta; ne gloriose castitatis & cocontinentiae labor in irritum deludatur.

Supra mandatum vel preceptum esse virginitatem sapiens & legens nullus ignorat, Apostolo dicente: *De virginibus 1. Cor. 7. autem preceptum Domini non habeo, consilium 25. autem do.* Cum ergo obtainende virginitatis consilium dat, non preceptum statuit; supra mandatum vel preceptum eam esse professus est. Quicunque ergo virginitatem servant magis quam preceptum est faciunt. Tunc enim proderit amplius fecisse quam iussum est, si quod iussum est facias. Cupiens divinum implere consilium, ante omnia serva mandatur: volens virginitatis premium consequi, vita amplectere merita, ut tua remunerari castitas possit: nam ut vitam praeflas remuneratio mandatorum; ita est contrario eorum generat prævaricatio mortem. Er qui per prævaricationem in mortem fuerit deputarus, virginitatis coronam sperare non poterit; neque pudicitiae premium expectare constitutus in pena.

Tres enim species sunt, per quas caelestis regni possesso introitum. Prima est pudicitia; secunda mundi contemptus; terria vero justitia: quae ut conœxit plurimum se possidentibus præstant; ita divise prodesse difficile posunt: dum unaquaque earam non propter se tantum, sed propter aliam effigitatur. In primis ergo quaritur pudicitia, ut facilis subfequatus mundi contemptus: quia ab illis mundus contemno levius potest, qui matrimonii nexibus non renentur. Mundi vero contemptus exposcitur, ut justitia

justitia conservetur ; quam implere difficilè possunt , qui secularium bonorum & mundanarum voluntatum negotiis implicantur . Quisquis ergo possidet primam speciem pudicitiae , & secundam , quæ est mundi contemptus , non obtinet , penè sine causa possidet primam , quando secundam non habet , propter quam prima quaesita est . Et si primam & secundam habeat , cui tertia , quæ est justitia , desit , frustra laborat : quoniam superiores duæ propter justitiam præcipue requiruntur . Quid enim prodest propter mundi contemptum pudicitiam habere , & propter quod eam habeas non habere ? Vel cur res mundi contemnas , si justitiam , propter quam pudicitiam & mundi contemptum habere te convenit , non custodias ? Quia ut prima species propter secundam est ; ita prima & secunda propter tertiam : quæ si non fuerit , nec prima nec secunda proficiet .

Dicis forsitan , doce ergo me quid sit justitia ; ut eam si cognoverimus facilius implere sufficiam . Dicam breviter ut valeo , & verborum utar simplicitate communium : quia causa de qua agimus talis est , quæ disertioribus facundis sermonibus nequaquam debet obscurari , sed simplicioribus eloquentia narrationibus pandi : res enim in commune necessaria communi debet sermone monstrari . Justitia ergo non est aliud quam non peccare . Non peccare autem est legis precepta servare . Praeceptorum autem observatio duplice genere custoditur : ut nihil eorum quæ prohibentur facias , & cuncta quæ jubentur implere contendas .

Psalm. 53.  
15.

Hoc est quod dicit : *Recede à malo , & fac bonum* . Nolo enim putes in hoc confitare justitiam , ut malum non facias ; cum & bonum non facere malum sit , & in utroque legis prævaricatio committatur . Quoniam qui dixit : *Recede à malo* : & ipse dixit , *Fac bonum* . Si à malo recesseris , & non feceris bonum , transgressor es legis ; quæ non tantum in malorum actuum abominatione , sed & in bonorum operum perfectione completur . Neque enim hoc solum tibi præcipitur , ut vestimentis suis non spoliies indumentis ; sed & ut spoliatus operias tuis : neque ut habenti panem non auferas suum ; sed ut non habenti tuum libenter impertiarias : neque solum ut pauperem suo non pelas hospitio ; sed ut pulsum & non habentem recipias tuo . Praeceptum enim nobis est , *Flece cum flentibus* . Quomodo cum illis flemus , si in nullo eorum necessitibus participamus , nec aliquod eis in his propter quas lacrymant causis præbemus auxilium ? Neque enim flentum nostrorum Deus infructuosum quæ-

rit humorem : sed quia lacrymæ doloris indicium sunt , vult te ita alterius angustias sentire ut tuas ; & quomodo tibi in tali tribulatione si es subveniri cuperes , ita alteri subvenias propter illud : *Quicumque vultis ut faciant vobis homines* Mat. 7. 11. *bona , ita & vos facite illis similes* . Nam cum flente flere , & nihil , cùm possis , flenti conferre , subsannationis non pietatis indicium est . Denique Salvator noster cum Maria & Martha Lazaris sō. Ioh. 11: toribus flevit , & immensæ misericordiaz affectum lacrymarum contestatione monstravit , & vera pietatis indicia mox opera subsecuta sunt , cùm suscitatus Lazarus , cuius causa fundebatur , sōtoribus redditur . Hoc fuit piè cùm flentibus flere , occasionem fletus auferre . Sed quasi potens , inquietus , fecit . Verum nec tibi impossibile aliquid imperatur . Implevit omnia qui quod potuit fecit .

Sed , ut dicere coepерamus , non sufficit Christiano à malis se abstinerre , nisi etiam bonorum operum officia perficerit . Quod illo vel maximè testimonio comprobatur ; quod communiat Dominus aeterni ignis reos fore : qui quavis malis nulli gererint , non fecerint omne quod bonum est , dicens : *Tunc dicas res hīs qui ad finēstram sunt* : Matth. 4. *Discedite à me maledicti in ignem eternum* , 41. *quem preparavit pater meus diabolus & Angelus ejus : effrōvi enim , & non dediſis mīhi manducare , &c.* Non dixit : discedite à me maledicti , quia homicidium , quia adulterium , aut quia surta fecistis : non enim quia malum fecistis ; sed quia bonum non fecerant , condemnantur & aeterna gehennæ suppliciis addicuntur : nec quæ quæ prohibita sunt admisissent ; sed quæ quæ præcepta erant implere no luere . Unde advertendum est , quam spem habere possint , qui adhuc aliquid eorum faciunt , quæ prohibentur ; cùm etiam rei sunt , qui non fecerunt , quæ jubentur . Nolo enim tibi in hoc blandiaris , si aliqua non feceris , quia aliqua feceris ; cùm scriptum est : *Qui univerſam legem seruaverit , offendat autem in uno , factus est omnium reus* . Adam enim semel peccavit , & mortuus est : & tu te vivere exigitas illud sapere committens , quod alium dum semel perpetrasset occidit ? An grande illum commississe crimen putas , unde merito pena damnatus sit actiori ? Videmus ergo quid fecerit contra mandatum . De fructu arboris edit . Quid ergo ? Propter arboris fructum Deus hominem morte mulctavit ? Non propter arboris fructum , sed propter mandati contemptum . Ergo non agitur de qualitate peccati , sed de Cod. Regul. Tom. I.

Rom. 16.  
15.

transgressions mandati. Et qui dixit Adze, ut de arboris fructa non ederet; ipse tibi praecepit; ut non maledicas, non mentiaris; non detrahias; non detrahentem auscultes; ut omnino non iures; ut non concupiscas; non inuidies; non sis tepidus; non sis avarus; ut nulli malum pro malo reddas; ut inimicos tuos diligas; ut maledicentibus benedicas; ut pro calumniatoribus & pro persecutoribus tuis ores; ut percutienti maxillam alteram praebetas; ut in iudicio seculari non litiges; ut si quis tua auferre voluerit, grata ter amitas; ut nec iracundiz, nec zeli, nec litoris malum intra pedius admittas; ut crimen avaritiae fugias; ut omnis superbiz ac jaetantie malum caveas, & humilis ac mitis Christi viwas exemplo: malorum consortia in tantum vitans; ut cum fornicatoribus, aut avaris, aut maledicentibus, aut invidis, aut detractoribus, aut ebriosis, aut rapacibus nec cibum capias. Quem si in aliquo contempseris, si pepercit Adze, parcer & tibi. Imo illi magis parcendum fuerat, qui adhuc rudis & novellus erat, & nullius ante peccantis & propter peccatum suum mortis retrahebatur exemplo: tibi vero post tanta documenta, post legem; quomodo indulgere possit ignoro.

An tibi de virginitatis prerogativa blandiris? Memento Adam & Evarum virginis deliquisse, nec integratatem corporis profuisse peccantibus. Virgo quae peccat, Evaz non Mariz comparanda est. Non negamus in presenti tempore penitentie remedium; sed hortamus magis premium sperare debere, quam veniam. Turpe est enim illis delicti indulgentiam postulare, quae palmam virginitatis expectant; & illicitum aliquid incurrente, quae se etiam a licitis caltravere. Licitum quippe est matrimonii intre consuetum. Et ut laudantes sunt, quae propter Christi amorem & caelestis regni gloriam copulam contemplerint nuptiarum; ita damnanda non sunt, quae propter innocentie voluntatem, nondum Deo devote remedio Apostolico abutuntur. Ergo, ut diximus, quae connubia defensant, non illicita, sed leita spernunt. Ejusmodi autem si jurent; si maledicant; si detrahant; si detrahentes patiantur audire; si malum pro malo redditant; si cupiditatis in alienis, aut avaritiae in propriis crimen incurvant; si zeli aut litoris venena possideant; si contra legalia & Apostolica instituta indecens aliquid aut loquantur aut cogitent; si in carne placendi studio compte & ornate procedant; si aliqua quae, ut affoleret, illicita sunt faciant, quid proderit

etis specieesse quod licuit, & exercere quod non licet? Si vis prodeles tibi quod licitum contempsti; vide ne quid eorum quae non licent facias. Stultum enim est timuisse quod minus est, & non timere quod majus est: aut ab his non vitari quae prohibentur, si subterfugeantur quae conceduntur. Dicit enim Apostolus: *Insuper cogitat que Domini sunt, ut sit sancta corporis & spiritus.* Que autem nupta est, cogitat que sunt dominii mundi, quomodo placent vro. Non potest placere viro assertit, cogitando quae mundi sunt: innuptam verò Deo, eo quod nulla cura illi sit seculi. Dicit ergo mihi quae virtus non habet, & tamen quae sunt mundi cogitat, cui placere desiderat? Nonne incipiet illi nupta preponi? quia illa cogitando quae mundi sunt, complacet vel mariti: ista verò non marito, quem non habet, potest placere, nec Deo.

Sed nec illud silentio præterire nos convenit, quod dixit: *Insuper cogitat que Domini sunt, quomodo placet Deo, ut sit sancta corporis & spiritus.* Quae sunt ergo *sunt sancta, quacunque justa, quacunque amabilia, Phil. 4. 8 quacunque bona fama.* Si que virtus, si que laus discipline. Ita sunt Domini, que sancte & veræ, & Apostolice virgines die noctuque sine ullo temporis inter-  
vallo meditantur & cogitant. Domini est regnum celorum, Domini est Resurrexio mortuorum; Domini immortalitas; incorruptio Domini est; splendor solis, qui sanctis promittitur, Domini est, sicut in Evangelio scriptum est: *Tunc iusti fulgebunt facit sol in Regno meo.* Paris carum. Domini sunt plures sanctiorum in caelestibus mansiones; Domini est fructus tricelimus, & sexagesimus atque centesimus. Hec cogitant, & quibus possunt operibus premeri, quae Domini sunt cogitare. Domini est etiam lex novi & veteris Testamenti; in quibus oris ejus eloquia sancta resurgent; quae si que virgines sine intermissione meditantur, quae Domini sunt cogitare; & completerut in eis illud Propheticum: *Fundamenta aeterna super petram solidam:* Ecccl. 16. mandata Domini in corde mulieris sancta. Secundum quirit: *quomodo placat Deo:* Deo, inquam, non hominibus: ut sit sancta corpore & spiritu. Non dixit, ut sit sancta membro aut corpore tantum; sed, ut sit sancta corporis pars est: corpus vero omnium compago membrorum est. Cum ergo dicit, ut sit sancta corpore, ex omnibus membris eam sanctificari debere testatur. Quia non proderit exterorum sanctificatio membrorum, si inveniatur vel in uno corruptio. Et jam non tristitia

sancta corpore, quod ex omnibus constat membris, quae vel unius fuerit co-inquinatione polluta.

Sed ut quod dico manifestius & lucidius fiat; esto, sit quæcunque omnium membrorum sanctificatione purgata, & lingua tantummodo peccet, qua aut blasphemet, aut falsum testimonium dicat; nunguid liberabunt omnia membra unum? an propter unum judicabuntur & cetera? Ergo si nec aliorum membrorum sanctificatio proderit, cum in uno sit vitium; quanto magis si diversorum flagitio peccatorum omnia corruptantur, unius nihil proderit integritas? Unde queso te, virgo, neque in sola tibi pudicitia blandians; ne in unius membris integritate confundas: sed secundum Apostolum soli Deo conserva corporis sanctitatem. Munda ab omni inquinamento caput: quia crimen est illud post christianis sanctificationem, aut croci, aut alterius cuiuslibet pigmenti suco vel pulvere sordidari; aut auro vel gemmis cuiuscunq[ue] terrene speciei comi: quod jam caelestis ornatus splendore resulget. Grandis quippe divinitate contumelia est: mundans & secularis ornamenti prælatio. Munda frontem, ut humana non divina opera erubescat, & illam confusione recipiat, que non peccatum, sed Dei gloriam Ecol. 4. 15. parit, scriptura dicente: *Ego causabo adducens peccatum: & eis confusio adducens gloriam.* Munda collum, ut non aurea reticula capillis portet, & suspensa monilia, sed illa potius ornamenta circumferat, de quibus scriptura dicit: *Abstinueritis & fides non deficiat a te, suscende autem illa in corde velut in celo tuo.* Munda oculos, dum eos ab omni concupiscentia retrahis, & ab intuitu pauperum nunquam avertis, & ab omnibus fucis liberos ea qua a Deo facti sunt sinceritate cultodias. Munda linguam a mendacio:

*Sept. 1. 11. quia et quod meneatis occidit animam.* Mundanda eam a detractione, a juramento, ab adulacione, a perjurio. Nolo præpostum ordinem putes, quod prius a juramento, quam a perjurio linguam dixi debere mundari: quia tunc perjurium facilis effugies, si in toto non jures.

*Phil 3. 14. Impleatur in te illa sententia: Cabide longam tuam a male, & latia tua ne lagunato dolam.* Et memor esto dicentes Apo-

*Rom. 12. 14. Stoli: Benedic, & nolite maledicere: sed*

*1. Pet. 3. 9. illud crebrius recordare: Vide te quis malum pro bono alieni reddat, neque maledicendum pro maledicto: sed a contrario benedicentes: quia in hoc vocatis es, ut benedictionem hereditatem possideas.*

*Et illud: Si quis autem in lingua non offendit, hic perfectus es.*

*Cod. Regul. Tom. I.*

Dominum confiteris, rogas, benedicis, & laudas, alicuius polluantur forde peccati. Nescio qua conscientia & lingua quis Deum rogar, qua aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. Labia sancta exaudit Deus; & ipsis annuit cito precibus, quas lingua insinuata pronuntiat. Munda aures, ut non nisi sermonibus sanctis & veris auditum præbeant; ut numquam obsecra, aut turpi, aut secularia verba suscipiant, aut aliquem de altero audient derogantem, propter illud quod scriptum est: *Sepi antresegi, & nos audiire linguam regiam: ut cum eo habere partem possis, de quo dicitur, quoniam auditu & visu justus erat; hoc est, nec auribus, nec oculis delinquebat. Manus ne porrecte ad accipendum sint, ad dandum autem collecte, nec ad feriendum parate, sed ad omnia misericordie & pietatis opera satis prompte. Munda pedes, ne latam & spatiosem pergent viam, quæ ducit ad splendida luxuri & pretiosa convivia; sed arduum magis & angustum gradiantur iter, quod tendit ad calum: quia scriptum est: Iter rectum facite pedibus ue-*

*lta. 37. 14. fris: Agnoscet tibi à Deo artifice non ad uitia, sed ad virtutem membra formata; & cùm universos artus mundaveris ab omni forde peccati, & toto fueris sanctificata corpore, tunc tibi castitatem intelligas profuturam, & cum omni fiducia palmam virginitatis expecta.*

Quid sit sanctam esse corpore, breviter quidem, sed plenè exposuisse me arbitror: nunc quod sequitur, & spiritu, nosse debemus: hoc est, ut quod opere nefas est fieri, nec fas sit cogitatione concipere. Illa enim est sancta tam corpore quam spiritu, que nec mente nec corde delinquit; sciens etiam cordis esse inspectorem Deum: & idcirco fatigat ut omni modo etiam animum cum corpore mundum habeat a peccato, sciens scriptum esse: *Omnis infidelis serva cor suum.* *Prov. 4. 25. Et icerum: Diligit Dominus sancta corda; acceperunt sancti easem ei omnes immortali.* Et alibi: *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum misserunt.* *Mat. 5. 8. videbar: quod de illis dici arbitror, quos conscientia in nulla redarguit culpa peccati. De quibus & Joannem in Epistola dixisse reor: Si cor nostrum 1. *Jean. 3. nos non reprehendit, fiduciam habemus ad te.* Deum, & quæcunque petierimus accipiemus ab eo. Nolo existimes te crimen fugisse peccati, si voluntatem non sequatur effectus; cum scriptum sit: *Quicunque vero Man. 5. 27. derit maliciem ad concupiscentiam eam, jam machatus est in corde suo.* Nec dicas, cogitavi quidem sed non perfeci: quia etiam concupiscere nefas est. Unde Beatus Petrus præcepit dicens: *Animas ue-**

*1. Pet. 1. 18. llii a.*

*fras*

Apoc. 14.  
4.

Ibidem.

*bras castificantes*, qui si nullam animæ constitucionem nosset, nec castificari eam desiderasset. Sed & locum illum quo continetur: *Hi sunt qui se cum mulieribus non coinqnaaverunt, virgines enim permauerunt: hi sequuntur Agnum, quicunque jerit.* Attentius considerare debemus & animadvertere, si solius integratissimæ pudicitia merito ipsi divino comitatui copulentur, & per omnia calorum tabulata discurrant: an & alia sint, quibus adjuncta virginitas tantæ beatitudinis gloriam consequantur. Sed unde hoc scire poterimus? De sequentibus, nisi fallor, in quibus scriptum est: *Hi empi sunt ex hominibus primis deo & agno, & in ore ipsorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt.* Vides ergo quod non in uno tantum membro Dominicis referantur inherere vestigia; sed illi qui præter virginitatem ab omni contagione peccati immaculatam gessenter vitam. Idecèrò virgo vel maximè nuptias spernit, ut dum securior est, facilius, quod etiam à nobentibus queritur, ab omni se delicto custodiatur, & universa legis manda perfriciat. Nam si non nubat, & canihilominus faciat, à quibus & nuptiæ esse jubent immunes; non nupille quid prederit? Quamquam enim nulli Christianorum peccare licet, & omnes quicunque spiritualis lavacri sanctificatione purgantur, immaculata decurrente conveniat vita; ut Ecclesia quæ sine macula, sine ruga, sine aliquo ejusmodi esse describitur, possint viceribus intimari: multo magis tamen hoc virginem implore necesse est, quam nec mariti, nec filiorum, nec alterius necessitatis causa prohibet, quominus divinam scriptoram perficiat; nec aliqua, si peccet, poterit excusatione defendi.

O virgo, serva propositum tibi magno præmio destinatum. Praeterea est apud Deum virginitatis & pudicitiae virtus, si non aliis peccatorum & malorum lapibus infirmetur. Agnosce statum tuum, agnosce locum, agnosce propositum. Christi sponsa diceris; vide ne quid indignum eo, cui despontata videbis, admittas: cito scribet repudium, si in te vel unum viderit adulterium. Quacunque enim humanorum sponfaliorum pignoreibus sub barratur, statim à domesticis, à familiaribus, ab amicis sponsi sollicitè & diligenter requirit & à servulis, quales juvenis habeat mores, quid potissimum diligit, quid accipiat, quo usu vivat, qua se conluctudine regat, quibus utatur dapibus, quibus præcipue rebus delectetur & gaudet. Quæ cùm didicerit, ita se in omnibus temperat, ut sponsi moribus suum obsequium, sua

jucunditas, sua diligentia, sua vita concordet. Et tu quæ Christum sponsum habes, à domesticis & familiaribus ejus, sponsi tui mores interroga, & strenue ac solerter inquire, in quibus præcipue delectetur, qualem compositionem in te vestrum diligat, cujusmodi concupiscat ornatum. Dicat tibi ejus familiarissimus Petrus, qui ne nuptiis quidem corporalem permittit ornatum, sicut in Epistola sua scriptum: *Mulieres similes subiecta ut 1. Pet. 3. 1. sis suas, ut si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucifugant: considerantes in timore Dei castam conversationem vestram, quarum sit non extrusus capillatura, aut circumdatio auris, aut indumentum vestimentorum cultus; sed qui absens curdis est homo, in incorruptionib[us] quei & modesti spiritus, quod est in conspectu Dei locuples.* Dicat & alius Apostolus Beatus Paulus, qui ad Timotheum scribens Episcopum, eadem de fidelium foeminarum disciplina testatur: *Mulieres similes in babitu ornato 1. Tim. 2. 9. cum verecundia & sobrietate, ornantes se, ne inutris crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueste pretiosa: sed quod debet mulieres promittentes castitatem per bonum conversationem.*

Sed forsitan dicis: Cur hæc siisdem Apostoli virginibus non iusserunt? Quia non necessarium judicabant: ne talis virginibus commonitio potius injurya quam emendatio videtur? Sed nec eas unquam tanæ temeritatis fore credidissent, ut ne nuptiis quidem concessa carnalia ornatamenta & terrena præsumerent. Revera ornare se & componere virgo debet: nam quomodo sponso suo placere poterit, nili composta & ornata præcessit? Ornetur plane, sed interioribus ornamentis, & spiritualiter non carnaliter componatur: quia Deus non corporis sed anime decorem in illa considerat. Ergo & tu, quacunque animam tuam à Deo diligi & inhabitari concupisces, omni eam diligentia compone, & spiritualibus indumentis exorna. Nihil in ea dedecorum, nihil scandale appareat. Resplendeat auro Iustitiae, gemmis resuleat sanctitatis, ac pretiosissima pudicitiae margarito coruscet. Pro bysso & serico, mulericordiæ & pietatis tunica vestiatur; secundum quod scriptum est. *Induite ergo vos, fons electi Dni, sancti & Col. 3. 12. dilecti, vestera misericordie, benignitatem, humilitatem, &c.* Et non decorem ceruisse aut alterius pigmenti querat, sed innocentiam & simplicitatis candorem habeat. Roseum verecundia colorem, & purpureum ruboris pudorisque polleat. Celesti abluator nitro doctrinæ, & lamentis spiritualibus emundetur. Nulla in ea malitiez, nulla diaboli macula relinguatur; & ne quando male redoleat odore pecca-

peccati , unguento suavissime sapientiae & scientiae perfundatur.

Hujusmodi Deus querit ornatum , & animam taliter compositam concupiscit. Memento te Dei filiam dici secundum quod ait : *Audi filia & vide*. Sed & tu ipsa quotiescumque Deum patrem nominas , Dei te filiam esse testaris. Ergo si Dei filia es , vide ne quid eorum facias , quae Deo Patri incongrua sint : sed age omnia quasi filia Dei. Cognosce quomodo huius seculi nobilium filie se gerant , quibus affluecant moribus , quibusve se disciplinis instituant. Tanta quibusdam verecundia est , tanta gravitas , tanta modestia ; ut ceterorum hominum ritum intuitu humanae ingenuitatis excedant : & ne quam honestus parentibus suis per lapsum suum infamiae inurant notam , alteram sibi quodammodo inter homines consuetudinis studeant facere naturam. Et tu ergo originem tuam nobilitate adverte : agnoscit non hominis , sed Dei filiam , & divine nativitatis nobilitate decoratam. Ita te exhibe , ut in te caelestis nativitas pateat , & ingenuitas divina clarecat. Sit in te nova gravitas , honestas admirabilis , stupenda verecundia , mira patientia , virginalis incessus , & vera pudicitiae habitus , & sermo semper modestus , & suo in tempore profrendus : ut quisquis te viderit , admiretur & dicat : Quæ hec novæ inter homines gravitatis patientia est ? Quæ pudoris verecundia ? Quæ honestatis modestia ? Quæ maturitatis sapientia ? Non eit illa humana institutio , nec disciplina moralis : caelestis mihi aliquid in terreno corpore redolet. Puto quod habite in quibusdam hominibus Deis. Et cum te Christi famulam esse cognoverit , majore stupore tenebitur , & cogitabit qualis ille sit Dominus , cuius talis ancilla est .

Si vis ergo esse cum Christo , & partem habere cum Christo , Christi tibi exemplo vivendum est , qui ab omni malitia & nequitia ita fuit extraneus , ut nec inimicis quidem vicem reddere , quin potius & pro ipsis oraret. Nolo enim eas animas Christianas existimes , quae aut fratres aut forores non dico oderunt , sed quæ proximos totu' corde & conscientia coram Dei testimonio non diligunt ; cum Christianis Christi similitudine inimicos etiam amare necesse sit. Si sanctorum cupis habere confortium , à realitate & nequitia cogitatu' peccus emunda. Nemo te circumveniat , nemo te fallaci sermoni seducat. Non nisi sanctos & iustos & simplices & innocentes & pueros caelestis

aula suscipiet. Nullum apud Deum habet malitia locum. Ab omni nequitia & dolo mundum esse necesse est , qui cupit regnare cum Christo. Nihil tam contrarium , nihil tam execrabile Deo , quam aliquem odisse , aliquem velle lacerare , nihil tam probabile , quam omnes amare. Quod Propheta sciens testatur dicens : *Qui diligis Dominum edite melum*. psalm. 96.

Vide ne in aliquo humanam gloriam diligas ; ne & tua inter illos portio computetur , quibus dictum est : *Quemadmodum patetis credere , gloriam ab initio querentes ?* Et de quibus per Prophetam dicitur : *Auge ois mala , auge mala gloriae terrae*. Et alibi : *Confundimini a gloriacione vestra , ab eprobrio in conspectu Domini*. Nolo enim illas respicias , quæ seculi non Christi sunt virgines ; quæ propositi sui & professionis immemores gaudent in deliciis , in opibus delectantur , & corporez nobilitatis origine delectantur. Quæ si profecto Dei filias se esse credentes , nunquam post divinos natales nobilitatem admirarentur humanam , nec gloriarentur in patre quolibet honorato : si Patrem Deum se habere sentirent , nobilitatem carnis non amarent. Quid tibi in generis nobilitate blandiris , & complaces ? Duos homines fecit ab exordio Deus , ex quibus totius generis humani Silva descendit : mundanam nobilitatem non nature æquitas praestitit ; sed cupiditatis ambitio. Certè omnes per divini lavaci generationem aequales efficiuntur , & nulla inter eos potest esse discripcio , quos nativitas secunda generavit ; per quam tam dives quam pauper , tam liber quam servus , tam nobilis quam ignobilis Dei efficitur filius ; & terrena nobilitas splendore caelestis gloria adumbratur , & nusquam omnino jam comparet : dum qui retro in secularibus honoribus impares fuerant , caelestis & divinae nobilitatis gloria æquilatera vestiuntur. Nullus jam ignobilitati locus , nec degener quisquam est , quem divinae nativitatis sublimitas ornat , nisi apud illos , qui non putant humanis caelestia præponenda : aut si putant , quam vanum est , ut se illis in minoribus preferant , quos sibi in majoribus pares sciant , & quasi infra se positos in terra existiment , quos sibi aequales in caelestibus credunt ? Tu autem quæcumque Christi , non seculi virgo es , omnem præfentis vite gloriam fuge , ut eam quæ in futuro promittitur consequaris.

Contentionum verba , & animositatis causas evita ; discordiarum quoque & litium occasiones subterfuge. Nam si juxta Apostoli doctrinam , *Servum Domini* 2. Tim. 2.

*litigare non saperet*: quanto magis Dei ancillam? cuius quo verecundior est sexus, animus debet esse modestior. Linguan à malloquio cohibe, & ori tuo frenum legis impone; ut tunc, si forte loquaris, quando tacere peccatum sit, cave ne quid quod in reprehensionem veniat diccas. Lapis emillus est sermo prolatus; Quapropter diu antequam proferatur cogitandus est. Beata quippe labia sunt, quæ nunquam quod revocare ietum velint emittunt. Pudica mentis sermo etiam debet esse pudicus, qui edificet semper magis, quām aliquando destruet audientes, secundum quod praecepit Apostolus dicens: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*; sed si quis bonus ad edificationem fici, ut deo granum audiatur. Pretiosa Deo lingua est, quæ non sine divinis rebus novit verba construere & sanctum os, unde celestia semper eloqua proferuntur. Absentium obrectatores quasi malignos scripturæ auctoritate deterre: qui hoc inter virtutes per-

Ephes. 4.  
29.

Psl. 14. 5. sedi hominii Propheta commemorat, si ante conspectum iusti malignus ad nihilum deducatur, qui contra proximum non probanda protulerit. Non licet tibi alterius vituperatione patienter audire; quia nec ab aliis optas recipi tuam. Injustum quippe est quidquid contra Christi Evangelium venit, si alteri quod tibi ab alio heri molestemum est, patiaris inferri. Semper linguam tuam de bonis loqui assuefce, & auditum tuum ad bonorum magis laudem, quām ad malorum vituperationem accommoda.

Mat. 7. 12.

Vide ut omnia quæcunque benefacis, propter Deum facias; scens ejus rei tantum te à Domino recepturam esse mercedem; quam ejus timoris & dilectionis causa perficeris. Sancta magis esse quām videri stude: quia nihil profest & iutari quod non sit: & duplicitis peccati reatus est, non habere quod creditur, & quod non habeas simulare.

In jejuniis magis quām in epulis delectare, illius viduæ memor, quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus Deo serviens die ac nocte. Et si vidua quidem in Iudea talis erat; quem nunc virginem convenit esse Christi? Divine magis lectionis convivium dilige, & spiritualibus te saturari dapibus concupiscit; & illos potius quære cibos, quibus anima magis quām corpus rehiciatur. Carnis & vini species quasi caloris fomenta & libidinis incitamenta fugi; & tunc, si forte, vino exiguo utere cùm stomachi dolor & nimia corporis compellat infirmitas. Iracundiam vince; animositasem cohibe;

& quidquid illud est, quod post factum penitentiam ingerit, velut proximi criminis abominationem declina. Satis tranquillam & quietam convenit esse mentem, & ab omni perturbatione furoris alienam, quæ Dei habitaculum esse desiderat; qui per Prophetam testatur & dicit: *Super quem regnescam alium*, nisi Psalm. 66. super humilem & quietum, & tremorem ter. 2. *ha mea*? Omnim opérum & cogitationum tuarum speculatorum Deum crede, & cave ne quidquam quod divinis oculis indignum sit, aut opereris, aux cogites.

Cùm orationem celebrare desideras, talem te exhibe quasi quæ sis cum Dominō locutura. Cùm psalmum dicas, eius verba dicis agnoscis; & in compunctione magis animi quām in tinnulae vocis dulcedine delectare. Lacrymas enim pfallentis Deus magis quām vocis gratianam comprobat: sicut Propheta dicit: *Servate Domino in timore*, & exultate Psalm. 11. *et cum tremore*. Ubi timor & tremor est, ibi non vocis elatio est, sed animæ flebilis & lacrymosa dejectio. Omnibus actibus tuis diligentiam adhibe; quia scriptum est: *Maledictus homo qui facit Jer. 48. 16. apud Dominum negligenter*. Crescas in te cum annis gratia, crescas cum ætate iustitia; & fides eo perfectior videatur, quo senior es: quia Dominus noster Jēsus, qui nobis vivendis reliquit exemplum, proficiebat non *carne* tantum corpora, sed & *sapientia* & *gratia* spirituali coram Deo & Luc. 2. 25. *hominibus*. Omne tempus in quo te non meliorem senseris, hoc te æstima perdidisce. Cœptum virginitatis propositum ad finem usque conserva; quia non inchoasse tantum, sed perfectissime virtutis est: sicut in Evangelio Dominus ait:

*Qui perseveraverit usque in finem hæc salvus* Mat. 25. erit. Cave ne cui vel concupiscendi occasione tribuas: quia sponsus tuus Deus zelans est: criminosior est enim Christi adultera, quam mariti. Unde pulcherr Romana Ecclesia Apostolico sine dubio, cuius sedem obtinet, spiritu animata, tam severam nuper hujusmodi sententiam statuit, ut vix vel penitentia dignam judicaret, quæ sanctificatum Deo corpus libidinosa coquinuatione violasset.

Est ergo omnibus vivendi forma; esto exemplum: præcede & in actu quos in castitatis sanctificatione præcurras. Virginem te in omnibus exhibe; nihil corruptionis obijciatur capiti tuo, cuius corpus integrum est; ut & tua sit inviolabilis conversatio. Et quoniam sicut in exordio Epistole prefati sumus, te Dei sacrificium factum; quod utique sanctitatem suam etiam aliis impertit; ut quis-

quisquis ex eo dignè sumpererit, sanctificationis & ipse sit particeps: ita ergo & per te, quasi per divinam hostiam sanctificentur & exterez; cum quibus te ita in omnibus exhibeas; ut quisquis vietam tuam aut auditu contigerit aut visu,

santificationis viva sentiat; & in tantum sibi intelligat gratiam ex tua conversatione transfundiri, ut dum te imitari concupiscit, Dei sacrificio & ipse sit dignus.

*Explicit.*



## SANCTI BASILII CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPI ADMONITIO AD FILIUM SPIRITUalem.

### PROE M I U M .

**A**udi fili admonitionem Patris tui, & inclina aures tuas ad verba mea, & accommoda mihi liberenter auditum tuum, & corde credulo cuncta que dicuntur auseulta. Cupio enim te instruere que sit spirituallis militia, & quibus modis regi tuo militare debebas. Intensissime ergo andat sensus tuus, & animam tuam nullus pregravet somnus; sed ad vigilandum ex-

cita tam, & ad studium intelligendi settimoni meum. Verba enim ista sunt ex me, sed prolatæ ex divinis fontibus. Neque enim nova doctrina instruam te, sed ea quam didici a patribus meis. Hanc enim si immiseris in eorū tuum, in pace dirigentur itinera tua, nec ad proximabit ad te ullum malum, sed procul abscedet a te omnis adveritas anime.

### CAP. I. De militia spirituali.

**S**I ergo cupis, fili, militare Deo, illi soli militabis. Sicut enim qui militant regi terreno omnibus iussis ejus obediunt; sic & qui militant regi caelesti, debent caelestia custodire precepta. Miles terrenus quocunque loco mittitur, paratus ac promptus est, neque se uxoris vel liberorum gratia excusare audebit. Multo magis miles Christi sine aliquo impedimento regis sui debet imperio obedire. Miles terrenus contra hostem visibilis pergit ad bellum; tecum vero hostis invisibilis quotidie pralando non definit. Illi contra carnem & sanguinem est dimicatio; tibi vero adversus spiritualia via in caelestibus eluctatio. Ille contra carnalem hostem carnibus armis utitur; tu vero contra spiritalem hostem spiritualibus armis indiges. Ille in pectio galeam ferream gestat; sed tua galea Christus sit, qui est caput tuum. Ille lorica ne vulneretur inductus est: sed pro loricâ sis fide Christi circumdatus. Ille contra adversarium suum mittit lanceam & sagittas; tu contra adversarium divina eloquia faculare, & percutiens eum verbis Propheticis dicio: *Dominus noster adiutor ejus, & ego deinde invictus ero.* Ille

donec pugna geritur, arma à feme tiplo non proiecit, ne ab adversario vulneretur: ita & tu numquam debes esse fecundus; quia tuus hostis hoste illius est astutior. Illius quidem hostis ad tempus dimicat; tuus vero hostis, quandiu in studio vite hujus consistis; tecum pugnare nobis cessat. Illius arma laboriola & gravia sunt ad portandum; tua vero arma volentibus portare suavia ac levia sunt. Ille cum superaverit adversarium, ad domum conjugis ac liberorum reveretur: tu vero hoste prostrato in illud caeleste regnum cum omnibus sanctis intrabis. Ille pro labore terreno terrenum accipit donarium: tu vero pro spirituali labore caeleste recipies premium. Celeste enim donum expectet Monachus, qui terrenos actus à feme tiplo proiecit, ne implicet se negotiis secularibus militans Deo. Difficile namque est servire duobus dominis; nec potest quisquam serviens mammonem spiritualia armis portare, sed jugum Christi suave ac leve à feme tiplo repellit ac proiecit: & quidquid grave & onerosum est anima sua fuit, hoc ei videtur suave ac leve. Istiusmodi vir à propriis armis vulneratur, & cum diligit

diligit periculum ; incidit ad mortem. Tu autem considera cui regi te ad militandum probasti : & quanto superius est rege terreno imperium caeleste , tanto præcellentior est gradus excellentiæ tuae terreno milite. Turris excelsum construere cogitas ; prepara ergo tibi sumptus ad structuram , ut coptum ædificandum impediunt,

clum ad perfectum deducas : ne quando prætereuntibus venias in râsum , & graviterentur de te inimici tui. Hæc turris non ex lapidibus construitur , sed ex virtutibus animæ : nec auri , nec argenti indiget sumptibus ; sed conversatione fidelis : nam terrenæ opes plurimum ad ædificandum impediunt,

## CAP. II. De virtute animæ.

**U**NUS prosector sit tibi , fili , si domino uni servire desideras , ne aliqui in vita tua placere conceris ; nisi illi soli : nec occupes in diversis rebus animum tuum ; sed abscede à te carnalem amorem , ne à te Dei timorem excludat. Omne virium expelle ab anima tua ; ut virtutes animæ conquerere possis. Audi igitur quæ sit virtus animæ , & quæ maximum ei conferat lucrum. Virtus animæ est diligere Dominum , & odire quæ non diligit Deus. Virtus animæ est & patientiam sectari , & ab impatiencia declinare. Virtus animæ est castitatem corporis quæ animæ custodiare. Virtus animæ est vanam gloriam contemnere , & omnia caduca calcare. Virtus animæ est humilitati studere , & timorem superbie abominari. Virtus est animæ veritatem amplecti , & omne men-

dacium fugere. Virtus est animæ iram cohibere , & furorem reprimere. Virtus est animæ pacem diligere , & invidiam execrari. Virtus animæ est ab omni stupiditate declinare , & sapientiam divinam amplecti. Virtus animæ est omnem voluptatem carnis subiungere menti. Virtus animæ est avaritiam spernere , & voluntariam assumere paupertatem. Has igitur virtutes facilè poteris obtinere , si secularium rerum curas neglexitis , & caducis ac terrenis rebus caelestia præpofueris : & si voluntas tua in laudibus Dei fuerit occupata , & judicia ejus die ac nocte impensius meditatus eris : eris autem *Tanquam lignum quod planatum est Psal. 1. p. secus decursus aquarum* , & omnes fructus spiritalis orientur ex te , & ex servo amicus vocaberis Dei.

## CAP. III. De dilectione Dei.

**E**X tota igitur virtute tua diligere Domini ; ut in omnibus actibus tuis placeas illi. Si enim qui conjugium contraxerit , settinat placere uxori sua ; multò magis Monachus omnibus modis debet placere Christo. *Qui diligit Dominum , eius precepta custodit.* Deus enim non se vult verbis tantummodo diligere ; sed ex corde puro & operibus iulit. *Qui enim dicit : diligo Deum , & mandata eius nos custodit , mendax est.* Hujusmodi enim vir fallit semetipsum , & à semetipso seducitur. Deus enim non verborum sed cordis inspectör , & diligit eos , qui in simplicitate cordis serviant ei. Si terrenos parentes cum tali affectu diligimus , qui in ram parvo tempore pro nobis sustinuerunt laborem : nonne magis nobis caelestis amandus est ? Nam & circa nos , quod fuit eorum obsequium , Christi est beneficium ; qui omnium dispensator optimus est. Nam antequam nasceremur in hoc sieculo , parentes nobis sua prævidentia antepræparavit , quorum obsequio nutriemur. Sed & matris ubera tunc lacte replentur , quando infans fuerit natus. Ergo magis omnibus diligamus Deum , qui nos & propinquos no-

stros propriis manibus fixit ; & cuncta bona quæ erga nos geruntur quotidie ejus beneficiis adscribamus. Nam & parentes nostros qualis propriæ vilcezza diligamus , si accedere nus ad servitium Christi non prohibent : si autem prohibent , nec sepultura illis à nobis debetur. Christus diligendus est super parentes : quia non tribuunt nobis parentes ea quæ Christus tribuit. Et quis beneficia ejus congrueret enarraret ? Vel quantum nobis tribuit , & quotidie præzebat non definiri ? Videns enim Deus innumeris peccatis nos obnoxios , non despexit , sed liberavit ; ne cum alienati ab eo in diversis erroribus vagaremur , in præcipitium mortis non duxit , sed ad vitam perperuam revocavit. Et cum ingratii beneficiorum ejus fugeramus ab eo , ut pater clementissimus exquisivit nos : & cum in fede sublimi federet , nostri gratia descendit ad terras , & in tanta humilitate venit , ut servilem formam assumret ; & qui in pugillo suo continet orbem terrarum , pannis in præsatio involutus est : & qui cælum palma metitor , non habuit ubi caput reclinarer. Cum esset dives , pauper est

est factus, ut nos ditaremur in illo : & qui in nubibus venturus est ad iudicandos vivos & mortuos, judicium hominis pertulit : & cum sicutibus sit fons aeternalis, cum sicut sit postulavit aquam a Samaritanâ muliere : & qui in carne proprio nostram esurientem saturavit, esurivit cum tentaretur in extremo : & cui ministratur cum Patre ab Angelis, hominibus ministrare dignatur : & manus ejus per quas virtutes plurimas operatus est, pro nobis confixa sunt clavis : & ori ejus per quod salutarem doctrinam annuntiavit hominibus, pro cibo fel dederunt : & qui nullum laxit vel nocuit, cæsus &

opprobrio pertulit ; & cuius mutu omnes mortui resuscitati sunt, voluntate sua mortem crucis sustinuit. Et ideo haec omnia passus, ut nobis vitam aeternam donaret. Et cum nobis immensa beneficia præstet, nihil exigit a nobis, nisi ut tempora nostra impolluta ei servemus, ut semper in nobis habitet, & nos permaneamus in illo. Non postulat a nobis aurum, aut argentum, vel quidquid hujusmodi ; nam & si fuerint nobis ita, dispertiri egentibus precipit : nos ipso querit, nos desiderat, in nobis requiecerit cupit.

#### CAP. IV. De dilectione proximi.

**A**CCEDAMUS ergo ad eum, & copulemur in affectu ejus, & ut nos ipsum amemus & proximos. Qui diligit, inquit, proximum, filius Dei vocatur. Qui autem est contrario odit, filius diaboli nuncupatur. Qui diligit fratrem suum, in tranquillitate est cor ejus : fratrem vero odiens tempestate maxima circumdatutus est. Vir benignus etiam patitur injuriam, pro nibilo ducit : ini quis eriam proximi actus contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, serenissimo vultu procedit : vir autem odio plenus ambulat iracundus. Tu autem fili benignitati stude in vita tua, & proximum tuum habent tanquam unum ex membris tuis. Omnem hominem iudica fratrem tuum. Memento quod unus artifex ac verus est, qui condidit nos. Non moveas cuicunque scandalum in vita ; & non quod tibi utile est, sed illi, faci-

to. Quod tibi accidere non vis, nec ei cupias evenire. Si eum videris in bonis aëribus conversantem, congratulare ei, & illius gaudium tuum ducito : & si aliquid patiatur adversum, compatiere ei, & illius tristitiam tuam deputa : Omnen malitiam expelle ab anima tua, & odiorum flammæ non comburent cor tuum. Contra impotentem aut subiectum tibi noli iracundia commoveri : sed tamquam tuum membrum proprium eum habeto in omnibus. Ne diligas fratrem tuum simulato corde, nec eum labii osculans ex alia parte insidias facias ei. Dolosus enim vir pacifica verba profert ex ore, & in abdito mentis supplante proximum suum meditatur. In his ergo operibus ad iracundiam provocatur Deus. Puritas enim que placet in conspectu Domini, respuit omne quidquid simulato corde efficitur.

#### CAP. V. De studio pacis.

**T**U autem omnem simulationem longè fac a te, & ne cupias supplantare proximum tuum, neque mordere aut laniare membrum tuum. Quod & si quandoque ut homo iratus fueris, ultra solis terminum non producas iracundiam tuam ; sed & reconciliare ad pacem, & deprime omnem furorem ab anima tua. Qui enim amplectitur pacem in mentis sua holopirio, manionem præparat Christo ; quia Christus pax est, & in pace requiescere cupit : vir autem invidus omnibus modis execratur. Vir pacificus in tranquillitate est semper cor ejus : invidus autem similis navis cum jactatur a fluctibus maris. Homo pacificus fecuram possidet mentem : invidus autem in perturbatione est semper : qui autem secatur pacem, tutus est semper undique ac munitus. Nam invidus ut lupus ra-

*Cod. Regul. Tom. I.*

pax infant inaniter. Pacificus est ut vinea honesta abundans fructu copioso : Invidi autem opus indigentia ac miseria detinetur : & quantum pacificus gaudens in Domino delectatur ; tantum invidus tabescens ad nihilum redigitur. Ex abundantia leticit pacificus homo dignoscitur : ex vultu marcido & furore pleno invidus demonstratur. Pacificus homo confortium Angelorum merabitur : invidus homo particeps demoniorum efficietur : & sicut pax secreta mentis illuminat ; ita invidia occulta cordis obsecrat. Pax enim effugat & perturbat omnem discordiam : invidia autem iracundiam cumulat. A splendore autem pacis effugiat omnis caligo : & ubi obfederit invidia, ibi obscuritas & exteriores tenebra. Sectare ergo, fili, desiderabile nomen pacis ; ut fructus pacis possis

M m m acqui-

acquirere, & execrare invidiam; ne malorum fructibus replearis. Rationabile namque animal creavit te Deus, ut possis discernere inter bonum & malum, ut

quæ sint optima eligas, & inutilia repucas, omnia examines, quæ sint bona teneas, ab omni specie mala abstineas.

### CAP. VI. De patientia,

**F**ili patientiam arripe, quia maxima est virtus animæ, ut velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. Retributionem patientię tuę ne queras ab homine, ut in futuro possis accipere ab eterno Domino æternam re-

tributionem. Patientia grandis est medela animæ: impatientia autem est pertinacia cordis. Per patientiam enim expectatur futurorum bonorum spes; & quod non videtur, quasi quod videtur amplectitur.

### CAP. VII. De continentia & castitate,

**C**ASTUM te in omnibus serva, fili, ut videas Dominum in gloria consitentem. Ab omni pollutione mundum sit cor tuum, & ne des inimico aditum eundi ad te. Ab aspectu nefando averte oculos tuos, & ne delecteris pulchrorum vultibus sceminarum; ne per talen oblationem ultima exfolvas supplicia. Memento cui dedicasti membra tua, & ne commisceas illa meretricibus. Reflexe amorem ab amore mulieris, neque ab amore Domini te amor excludat. Noli minima contemnere, ne paulatim diffusa in malo. Non te similes simpliciter accedere ad virginum domus, nec velis cum eis uti longis & otiosissimis fabulis; ne per plurimas fermocinationes utrorumque mens polluantur. Noli, fili, graviter terre sermones meos, nec stultum arbitris eloquium meum: sed credite mihi & gratanter accipe verba mea. Si ad sceminarum domus importunè accesserit Clericus, vel Monachus, & virgo patiarur hujusmodi introire ad se; flatim immutant pristinam dignitatem, & quod Domino polliciti sunt sua voluntate amittunt. Nec enim poterunt hu-

jusmodi mansionem in se Domino præparare; sed defolabuntur ut lignum aridum: Numquid virginitatem Dominus extorquet invitè? Hoc enim munus voluntarie Christo offertur in propria voluntate. Nec enim licitum est profanari aliquid quod Domino promissum. Non peccabis, homo, si non voveris votum: si enim vovisti, jam ne facias moram reddere illud, quod Dominus quasi suum requirit illud à te; nec pollutione vult misericordi membra tua, quæ sibi jam dedicata sunt. Vide ergo ne te seducat corporis pulchritudo, & decorem animæ tuae amittas. Ne improbo oculo tuo intrueris speciem mulieris, ne intret mors per beneficas tuas. Ne aperias aures tuas ad perficienda verba eorum, nec concupisces nequitiam in anima tua. Mulieris carnem non velis tangere, ne per tactum ejus inflammetur cor tuum, & spiritu tuo labaris in perditionem. Sicut enim scenum proximans igni comburitur; ita qui tangit mulieris carnem non evadit sine damno animæ sua; & licet corpore castus evaserit, mente tam & corde corruptus abscedit.

### CAP. VIII. De seculi amore fugiendo.

**D**ic mihi quæso, fili, quis fit profectus animæ, amare carnis pulchritudinem? Nonne sicut scenum cum à seruore æstatis perculum fuerit, arescit, & paulatim pristinum decorem amittit? Similis est etiam species humanae naturæ: succedente sibi lenocitate omnis decor pristinus deperit; & quos in amorem sui antea concitabat, postmodum odio eorum afficietur. Nam cùm intervenerit mors, tunc penitus omnis pulchritudo delebitur; & tunc cognosces, quia vanitas, quod ante inaniter diligebas. Cùm videris totum corpus in tumorem & setorem esse conversum; nonne in-

tuentes maximo horrore concuteris? Nonne claudis narres tuas non sustinens fastorem durissimum? Ubi est postmodum omnis illa oblectatio? Requite si est aliquod pristini decoris vestigium. Ubi est suavitatis luxurie, & conviviorum opulentia? Ubi sunt blandimentorum verba, quæ corda simplicia mollicebant? Ubi sunt sermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant? Ubi est immoderatus risus & otiosus? Ubi est effrenata & inutilis omnis lætitia? Velut fluxus aquæ transiens nusquam comparuerunt. Hic est finis carnis pulchritudinis quam amabas: hic oblationis terminus corpo-

corposis. Reflecte igitur animum tuum ab his obsecenis amoribus, & omnem amorem coverte ad splendidissimam pulchritudinem Christi ; ut radii fulgoris ejus illustrent cor tuum, & omnia obsecritas caliginis expellentur a te. Hæc pulchritudo diligenda est, fili, quæ latitiam spiritalem amoebibus confusivit infundere. Hic decor omnibus modis amplectendus est, unde nobis setenitatis tranquillitas acquiritur. Devitemus pernicioſas pulchritudines ; ne omnium malorum geœra i oos irrogentur. Multi enim admirantes mulierum species à veritatis via naufragaverunt. Plerique ornamenti earum oblectati, perniciem animarum suarum perpetri sunt, & à perfectionis fastigio in profundum inferni demersi sunt. Caveto ergo, fili, species per quas plurimos cernis perire. Quæso ne bibas poculum, unde multis peripicis interiisse : ne percipias cibum quem edi in aliorum perniciem videris. Ne ince-

das iterum, quò naufragium perpetuum sunt plurimi. Devita laqueos, per quos captos cæteros feneris. Postula tibi à Domino cor prudens & pervailem sensum ; ut noo ignoreas fraudes & astutias inimici, & in retia ejus non incidas pes tuus. Sapiens non corporis decorem desiderat, sed animæ i insipiens hominæ speciem in carnalibus ornamentiis amplectetur. Sapiens vir contemptam mulierem respuit ; stultus vero concupiscens eam miserabiliter supplantabitur. Vir prudens ab imprudente femina avertit oculos suos : luxuriosus autem vir intuens eam solvetur ut cera à facie ignis. Tu autem cave omniaibus modis species pernicioſas ac talias pulchritudines ; quia deturpatum anima, si earum decorem attendas. Christus non in corporis decore, sed in animæ delectatur. Illa ergo dilige, fili, in quibus delectatur Christus.

### CAP. IX. De avaritia fugienda.

**E**T ne pecuniarum cupiditat te subiicias, ab omni avaritia declina cor tuum ; ut non condemnneris sicut adulter & idolorum cultor. Noli amare mammæna ; ne offendas eum, cui membra tua & mentem pariter dedicasti. Ne petas ea quæ te avocant & separant à Domino. Noli diligere opes terrenas, ne amittas cælestes. Multi cupientes aliena, & suis priuati sunt. Alienatae sunt à nobis seculli hujus facultates ; nostra aetem posseſſio Regnum colorum est. Noli appetere aliena ; ne à tuis fias extraneus. Quotidianum viatum sufficiere tibi contentus esto : quidquid superfluum est proiice abs te tanquam propositi tui impedimentum. Ne cupias fieri locuples ; ne in tentationes incidas, & in laqueos diaboli. Caveto avaritiam ; quia radix omnium malorum ab Apostolo nominata est. Pecuniarum cupidus jam animam suam venalem habet ; si enim invenerit tempus, pro nihilo perpetrabit huincidium ; & sicut qui effundit aquam super terram, ita est ei effundere sanguinem proximi sui. Plerique per avaritiam ardorem in mortis periculum

Job 7.

1. Reg. 15. incidentur. Propter avaritiam Achacum suis omnibus lapidatus est. Propter avaritiam Saul alienus à Domino effectus est, & ad extremum de culmine regali expulsus est, & ab inimicis suis peremptus. Et Achab propter avaritiam invasit vipeam Naboth ; & hujus rei gratiam in prælio vulneratus defunctus est. Dominus noster & Salvator à corde Pharisæorum vulebat pecuniarum amorem

God. Regul. Tom. I.

excludere : sed quia illi erant cupidissimi, salutaris ejus monita deridebant. Nam & illum divitientur cùm Dominus votans ad Regna colorum facultates suas vendete præcepisset, aviditus intrare non permisit. Et Iudee peccatus avaritiae ardore exarsit, ut Dominum largitorem sibi cunctorum bonorum in manus traderet impiorum. Avarus enim vir inferno finalis est. Infernus igitur quantoscumque devoraverit, nunquam dicit sati est ; sic eti omnes theâtri terre confuxerint in avarum, non satiabitur. Alienum te facito, fili, ab. hoc vitio, & voluotariam paupertatem libeote assume. Noli esse desidiosus & piger ; sed labora manibus tuis, ut habeas unde tribus indigeto. Secundum possibilitas tem tuam mediocriter porrige : tantum enim expetitur à te ; quantum tibi fuerit creditum. Nemo enim exigit à te, quod ipse minimè possides. Eleemosynam iniquitate acquista, abominatio est coram Christo ; sed acceptum est illi, quod fuerit fideliter acquisitum. Fili, non habet haec artem misericordia bona. Sunt enim oonulli, qui diripientes aliena, præstare se eleemosynam simulant ; & cùm alios premant, alii miseriæ se fingont : sed Deos non delectatur in operibus eorum, & simulationem cordis eorum excretatur ac respuit. Tu autem, fili, licet exiguum de tuis laboribus porriges ; hoc gratum est & acceptum coram Domino. Non te velis factare cùm portigis eleemosynam indigentes ; & illo cuj forneras, ne te arbitrari

arbitreris esse meliorem : sed in omnibus operibus tuis humilia te coram Domino : quia nō exit gratum Deo , quidquid ef-

ficitur cum superbia : quod autem sit humiliter , acceptum est ei.

### CAP. x. De studio humilitatis.

**F**ILI , p̄ te omnibus humilitati stude , quod est omni virtute sublimius ; ut ad perfectione fastigium possis confendere : cūm juste institutiones non aliter nisi per humilitatem implentur , & multorum temporum labores per superbiam in nihilum depudentur. Vir humilis Deo est similis , & in templo pectoris sui gestat eum. Superbus autem cūm sit Deo odibilis , diabolo similis est. Humilis verò liec̄t ia habitu videatur vilissimus , glorioſus est in virtutibus. Superbus autem homo , eti⁹ decorus videatur aspectu & clarius , fed tamen iniutilē eum manifestant opera ipsius , & per os , ineflus & motus dignoscitur ejus superbia , & ex verbis ejus publicabitur levitas ipsius. Cupit semper laudari ab hominibus , & virtutibus , qui⁹ bus alienus est , se prædicare gesit. Non se patitur cuiquam esse ſubjectum , fed

semper primatum cupit , & ad maiorem gradum ſe conatur immergere ; & quod ex meritis obtinere non potest , ambien- do festinat invadere ; ambulans ſemper tumens ut uter vacuus & inanis. Et ſicut navis absque gubernatore cūm ja- catur à fluctibus ; ita & iſ levis circumfertur instabilis inter omnes actus ſuos. Humilis ē contrario respuit om- nem honorem terrenum , & ultimum ſe effe judicat omnibus hominibus. Nam eti⁹ mediocris appetat in vultu , emi- nens apud Dominum intuetur. Cum conſummataverit omnia manda Domini , nihil ſe feciſſe teſtatur , & omnes vir- tutes anime ſuæ celare festinat : fed di- vulgat Dominus omnia opera ipsius , & proſert in medium , & mirificat geſta ipsius , & exaltabit & clārum faciet eum , & in tempore precum ſuarum quod poſtulat impetrabit.

### CAP. xi. De oratione.

**E**T tu , Fili , cūm acceſſeris ad precan- dum Dominum , proſterne te humili- liter in conſpectu ejus. Ne poſtules quidquam , quaſi ex gratia meritorum tuorum : & ſi eſt tibi etiam conſientia boni operis aliqua , cela illam ; ut te ſi- lente multipliciter reſtituatur à Deo : & peccata tua citò produc in medium ; ut deleaf Dominus illa , cūm conſefus fuerit ea. Nec te velis juſtificare cūm ad orandum acceſſeris ; ne ſicut Phariseus ab illo exēas condenatus. Memento Publicani , vel qualiter pro ſe oraverit , & amulare eum , ut veniam peccatorum tuorum invenias. Non clamore vocis orabis eum , qui occultorum eſt cognitor : ſed clamor cordis tui pulſet aures ejus. Ne longitudinem verborum pro- trahas ante eum : quia non in multilo-

quio , ſed ex mente puriſima placabitut Dominus. In tempore orationis omnem maliciam cordis proijice ab te , & remi- te ſi quid habes adverſus proximum tuum. Eſt denique quoddam genus fer- pentis , quod cum vadit ad bibendum aquam , antequām accedat ad fontem evomit venenum : imitare ergo hujus serpentis aſtutiam , & omne venenam amariſſimum proijice ab anima tua. Re- Matth. 18. mitte conſervo tuo centum denarios ; ut tibi dimittatur debitum decem mil- lium talentorum : & qualem cupis erga te eſſe Dominum , talis eſto ipſe erga conſervum tuum. Quodcumque opus inchoaveris , primò invoca Dominum ; & ne definas gratias agere cūm perfe- ceris illud.

### CAP. xii. De Vigiliis.

**Q**UERE Dominum & invenies eum , nec dimittas cūm teneris ; ut co- puletur mens tua in amorem ejus. Hoc ſtude in vita tua , ut orationem puram oſferas Deo. Cogitationes non conetur- bent eorū tuum , nec in diversis locis vel rebus rapiat̄r mens tua. Memento enim te , fili , ſub Domini conſpectibus ſtare , qui occulta cordis proſpicit , & abdita

mentum novit. Vigilanter ergo affiſte in conſpectu Domini in tempore oratio- nis vel psalmorum. Non te opprimat ſomnus anime , & ne diſonans fit ſenſus & lingua ; ſed conforſantia ſint , & utro- rumque proferant verba. Sicut imposſi- bile eſt ſervire duobus dominis , ita nec duplex oratio poterit ascendere ad Do- minum. Ne tibi ullum tempus , fili ,

otio-

otiosum vel vacuum transeat: tam in diebus quam in noctibus vigilare te convenit, ut imminentem tentationem faciliter effugere possis. Si enim cogitationes folidae conturbaverint cor tuum, & si te coarctaverint quod est illicitum perpetrare; per orationes ac vigiliis deplorantur ab anima tua. Oratio munimentum grave est animæ. Per orationes purissimas omnia nobis; quæ sunt utilia tribuantur à Domino & cuncta quæ noxiæ sunt, procul dubio effugiantur. In tempore psalmodie sapienter psalle, fili, & spiritales cantus vigilanter cane coram Domino; ut virtutem psalmorum faciliter possis advertere. Omnis namque duritas cordis eorum dulcedine mollietur: tunc dulces habebis fau-  
**Psalm. 118. ces**, gaudensque cantabis: *Quoniam delicia sanctibus meis eloquias tua Domine, super mel & suorum sri mes!* Sed non poteris sentire hanc dulcedinem, nisi cum summa vigilancia ac sapientia cantaveris. Fauces enim, inquit, escam guttabunt; sensus autem verba discernit. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro; ita & divinis eloquias interior homo pascitur ac nutritur. Sed in his omnibus vigiliis fandis indiges, fili. Haec sunt namque vigiliae inotiles, per quas iudicatur & deperit anima, cum vigilaverit quis circa cogitationes turpissimas, vel ad getendum contrarium aliquid, vel ad perpetuandum faciat. Sed tu talibus insiste

vigilis, ut possis effici sanctus. In omnibus actibus & moribus tuis conveniente vigilare, ne quando oppressus somno placere hominibus gestias. Præterquam Domino soli ne studeas placere alteri. In omne opus quod cogitas facere cogita Dominum primum; & si secundum Dominum est quod cogitas diligenter examina: & si est rectum coram Deo, perfice illud: si vero adversum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua. Quotidie actus tuos discute curiosius; & si te peccatis obnoxium senseris, ad penitentiam citè confuge. Nolo ut protrahas peccatum tuum de die in diem: sed si quid cogitaveris malè, in Deo penitentiam age, & velociter de corde tuo feca illud. Ne velis dicere: Non est grande hoc facinus, quod cogitavi tantummodo: quia in conspectu Domini manifesta & aperta sunt omnia. Ne ut spinas ac tribulos in te crescere sinas cogitationes malas, neque tamquam minima negligas ea: quia enim spernit minima pulsatim defuerit. Noli spernere mortuum serpentis; ne venenum ejus conspergator in cortuum. Abscinde virginitas spinarum de agro cordis tui, ne desigant in te altas radices. Seito quod cor tuum ager est Domini, excolle eum cælestibus disciplinis, & non sinas in agro Domini zizania seminari. Si igitur taliter vigilaveris, facile poteris ascendere ad perfectionem.

## CAP. XIII. De jejunio.

**A**D vigilandum autem multum jejunium proderit. Sicut enim miles plurimo onere prægravatus præpeditur; ita Monachus ad vigilias cum escarum largitate torpefit. Non enim possimus vigilare cum fuerit dapibus venter noster onustus; sed oppresi somno vigilium fructus amittimus, & maximum detrimentum animæ nostræ acquiremus. Vigilis ergo copula jejunium; ut cunctis animæ virtutibus horere possis, & caro tua subiecta sit animæ tuz, & ancilla tua famuletur dominuz sibi. Ne præbeas vires corpori tuo; ne bellum adversus spiritum exerceat; sed semper subiecta sit caro spiritui, & obtemperet iussis spiritus. Noli incrassare ancillam, ne contemptui habeat dominam suam, sed ut in omnibus ejus obsequiis mancipetur. Sicut enim equis sunt frena imposita; ita jejaniorum frena imponamus

corpori nostro. Nam quemadmodum auriga, si equorum frena laxaverit, rapidissimo curfu cum eo in precipitia deferuntur; ita & anima, si corpori suo non impofuerit frenum, uterque ad inferni precipitia devolvitur. Esto peritissimus auriga corpori tuo; ut per traitementum rectum possis pergere. Etsi enim plurimæ non solum animam, sed & corpus nostrum plurimum iadunt. Sepè enim per ciborum aviditatem stomachi franguntur vires; nec non abundantiam fanguinis & cholericarum ægritudines plurimas per escarum largitatem perpetuuntur. Sicut enim ista sunt animæ & corpori contraria; ita etiæ medelæ sunt utriusque temperata jejunia. Quantum vero possumus mundi delicias & ciborum opulentiam fugiamus; ne quando cruciati in flamma gutta aquæ queramur, nec refrigerium consequamur.

## CAP. XIV. De crapula fugienda.

**F**UGIAMUS ebrietatem ; ne in retia luxurie incurramus. Vinum enim nobis Dominus ad leticiam cordis , non ad ebrietatem creavit ; pos quantum gula exigit , sed quantum natura imbecillitas postulat. Et Apostolus Timotheo modico precipit nisi vino ; & hoc propter dolorem stomachi , & propter ejus frequentissimas infirmitates. Ne igitur nos quod ad medelam corporis nostri tributum est , ad perniciem deputemus. Plurimi namque maximam per vinum debilitatem contraxerunt , nec potuerunt consequi pristinam firmitatem , qui primum gulæ non temperaverunt ardorem. Plerique per vinum homicidium perpetraverunt ; nec ipsam mortem recusaverunt. Alii per vinum à dæmonibus capti sunt : nec est aliud ebrietas , quam manefestissimus

A. Tim. 5.

dæmon. Ebriosus putat se boni aliquid agere cum per præcipita devolutus fuerit. Per violentiam armatur os ad maledicta & convictio proximorum , & immaturatur mens , & lingua balbutit. Quisq[ue] quid minus habetur quam dæmonium ebrietatis ? Hujusmodi enim vitæ cum se putat bibere , bibitur. Sicut enim pescis , cum avidis fancibus properat ut glutiat escam , & repente hamum inter fauces reperit hostem : vel sicut aves cism per escam capiuntur in retibus ; ita ebriosus intra se vinum suscipit inimicum , quod intra eum morans impellit ad omne opus fardillimum ; & homo rationabilis ut irrationalib[us] animal capit. Tu autem in omnibus exhibe te lobrium , ut te sobrietas in omnibus castum exhibeat.

## CAP. XV. De vitanda superbia.

**S**ED caveto hoc , fili , ne per ciborum abstinientiam mergaris in superbiam , & ne inferis adverius eos , qui jejunii qui mensuram non valent obtinet : ne quando videaris escis carnibus abstine-re , & viciis peccatis tuom replere. Grandis namque est confusio animæ , que cum sibi subjecerit carnem , ipsa sit subiecta vitiis. Quid prodeit ventrem ab escis refecare , & animam passionibus obruire ? vel carnis aiorem vincere , & in corde livoris stimulos machinati ? Verus enim continens tam à corporis quam animæ se passionibus abstinet ; quia in utriusque substantiæ homo constare videtur. Nulla est enim perfectio in una parte esse sublimem , in alia esse prostratum ; in una parte fulgere , & in alia videriorum caligine occupari. Qui enim

castus cupit esse corpore , castus debet perseverare & spiritu : quia nihil proderit castum esse corpore , & mente corruptum. Civitas si fuerit in una parte munita , ex alia vero destruxta , adicium ad se hosti præbebit. Et navis si fuerit fortissima compage solidata , & unam in se habuerit tabulam perforatam ; repleta aquarum fluidibus mergetur in profundum. Verus enim continens , cuncta que vana sunt spernit , nec ullam gloriam lectatur humanam ; furorem iracundiae reprimit , execrationem despicit , poenam sustinet deterritum , quam dilovit vinculum charitatis ; non detrahit ciò proximo , nec libenter audit detrahentem ; cupit semper declinare à vitiis , & ad virtutes animæ semetipsum invigilat.

## CAP. XVI. De lingua compensanda.

**T**ALEM te exhibe , fili , cum volueris exercere jejunium , & cum te ablinueris , abstine & linguam tuam ab illis verbis. Omne blasphemiam longè fac à te , nec superflui sermones procedant de ore tuo : quia & pro otiosis verbis in die judicii reddituri sumus Deo rationem. Nec ad maledicendum quempiam affuefas linguam tuam , que ad benedicendum & ad laudandum Dominum creata est. De quibus ignoras rebus in conventu noli proferre sermonem ;

sed opportuna verba procedant à te cum opportunum tempus inveneris ; ut te audientibus cunctis gratiam præbeant. Ab omni vapiloquo tempora linguam tuam ; ne quando qui audiunt horrescentes obturent aures suas , & sit tibi confusio coram omnibus. De quibus molestiam non pateris , noli contendere acriter , nec insuecas confuetudini penitentia : quia mos qui longo usu fuerit confirmatus non parvo labore vitatur.

## CAP. XVII. De vano gaudio fugiendo.

**N**OBISSIMI dissolutis labiis risum proferre : amentia namque est cum strepitu ridere ; sed subridendo tantummodo mentis latitiam indica. Nec in modum parvuli jocari velis assidue : quia non convenit ei , qui ad perfectionem nititur , jocari ut parvulus. Esto in malitia parvulus , & vir perfectus in sensu. In quibusdam te exhibe senem , & in quibusdam te exhibe parvulum. Parvuli namque est ludere ; perfecti vero viri lugere ; sed praesens luctus latitiam generat sempiternam ; jocus autem remissorem efficit animam , & negligenter erga Dei precepta , nec delicta sua potest ad memoriam revocare ; sed obliviscens ea non se infligat ad penitentiam , & ita paulatim ab omnibus bonis privabitur. Nullum enim habebit accessum cordis compunctionis , ubi fuerit immoderatus risus ac jocus. Ubi vero fuerint lacrymae , ibi spiritalis ignis accenditur , qui secreta mentis illuminat , & virtus cuncta exurit. Tunc aviditate celesti anima flagrans , Christi amori copulatur : & in terris degens de celestibus & supernis jugiter meditatur , calcat sicuti voluntates , & ad premia se futura extendit , nec ulla seculari cura ab amore eam segregat Christi ; sed ut figura quadam inter homines versari videtur , & tota ejus conversatio de celestibus intelligitur. Mors illi praesens tamquam vita ipsa est dulcis : cupit dissolvi , & esse cum Christo , quem in carne vi-

vens intra suum portaverat templum. Vide ergo quantum lucrum afferant fictus & lacrymæ , & quantam penitentiam praebat risus ac jocus. Qui enim rideat hic delectatur , postmodum sibi amat : qui autem hic lugere voluerit , gaudet in posterum. Nam & Salvator noster beatos appellat lugentes ; & qui nunc latentur , here eos dicit in novissimo. Non te ergo delectet puerilis jocus vel risus , sed lectionum spiritualium cantus. Non te solvant in risum verba inania , sed proferant ex te gaudi risum perfectorum virorum virtutes ; ut ad eorum spectaculum vitam tuam moreisque componas. Perfectus enim ille dicitur , non qui in tate , sed qui in sensu perfectus est : non enim tibi obest puerilisetas : si fueris mente perfectus : nec senilis tibi proderit etas , si fueris per sensibus. Nam & David cum puer esset , & perfectum cor haberet in Domino , in Regem electus est : & Saul cum seniliitate esset perfectus , quia in fe malitiæ perfectam habuit , de culmine regali expulsus est. Vetusissimi jam erant Presbyteri qui Sathanam violare conati sunt : quos Daniel adhuc parvulus detegit eorum scelere condemnavit : & Dominus noster ingressus Hierosolymam à parvulis collaudauit. Nam & arbor licet sit multorum annorum , si fuerit in fructuosa abfcinditur : si autem novella fuerit fertilis , colitur ut magis proferat fructus.

## CAP. XVIII. De malorum contubernio vitando.

**P**ERFECTORUM vero virorum confortio fruere , & contubernio abstinentium delectetur anima tua , & a colloquiis eorum ne avertas aurem tuam : verba enim vice sunt verba eorum , & incolumitas animæ iis qui ea libenter attendunt. Sicut enim sol oriens effugat caliginem , ita sanctorum doctrina à sensibus tuis expellit tenebras. Talium virorum , quoque , ne devites confortia ; ut eorum motionibus mens tua erigatur ad celum , & fluxam seculi gloriam pro nibilo possis despicer , & virtutes animæ haeriant sensus tui. Devita viros , quos erga mandata Dei vides negligentes ; qui mortui sunt virtutibus , & videntur vivere passionibus : quia latentur in propriis voluntatibus , & gaudio carent divino. Cum hujusmodi viris nec sic tibi ulla commixtio , nec velis cum eis sermocinari assidue , nisi poteris colummodo ab erroris itinere revocare eos : ceter-

rum si non vales , devita ut publicum hostem : sapè enim per unam ovem morbidam grex totus polluitur ; & modica pars fellis magnam dulcedinem in amaritudinem vertit , & fermentum medicum <sup>to 1. Cor. 5. tam mafiam corruptit.</sup> A talli enim fermento Dominus tibi attendere præcipit. Fermentum hoc nequissimum hominum doctrina intelligitur : nam eti in habitu quis videatur esse clarus & nobilis , & dulcia verba tibi proferat eleganter ; similitudo cordis ejus ex sublequentibus actibus intelligitur : non enim ex verbis , sed ex fructibus homo comprobatur. Denique quam plurimi callide virtus sua celare sellant , & apud quosdam videntur esse mirabiles ; sed floribus amilis fructus qualis est ostenditur : cum vero diu intra suum fervaverunt serpentem , attacti morsi ejus intumescunt , & palam fiunt omibus : quia nihil occultum est , <sup>Matt. 10. quod non reveladatur.</sup>

## CAP. XIX.

## CAP. XIX. De ira cohibenda, &amp; differenda poenitentia.

**S**I quis tibi intulerit mala ; ne velis ira-  
sciri ei , aut retribuere illi , etiam si  
possis : sed dole potius pro eo , quia  
Dominus irasceret ei . Qui enim patien-  
ter pertulerit mala , in futurum corona-  
bitur : qui vero intulerit mala , in die  
mala ut reus damnabitur . Ne pro car-  
nalibus damnis frangatur animus tuus ;  
nec vigorem patientie tuę res emollient  
caducat : sed time potius damnum , si à  
proprio tuo retardaveris . Et quando  
te peccatis obnoxium senseris , ad peni-  
tentiam citò converti ne confundaris ;  
qui enim hic penituerit , in novissimo  
non penitebit : clementer enim Domi-  
nus ad penitentiam confugientes susci-  
pit . Et ne misericordia Domini fretus  
peccatis peccata adiicias ; neque velis  
dicere ; donec vigerat̄ aetas mea , carnis

concupiscentiam exercebo , & postremo  
in senectute malorum meorum peniten-  
tiam geram : pius namque est Dominus  
& multum misericors , nec ultra facino-  
rum meorum memorabitur . Noli taliter  
fili , cogitare : quia summa stultitia  
est haec mente apud Dominum concipere:  
cūm & impium sit talem licentiam à Deo  
expectare quempiam . Noli , inquam ,  
sic cogitare , cūm nescias quia die mori-  
turus sis . Quis enim novit hominum  
diem exitus sui ? non enim omnes in fe-  
nestręe privabuntur hac luce ; sed in  
diversis astribus in hoc mundo migra-  
bunt ; & in quibus astribus vocabitur ho-  
mo , in iisdem necesse est reddere ratio-  
nem . Nemo enim in inferno confitebi-  
tur Domino ; sed nec tu cunctis ad  
penitentiam converti .

## CAP. XX. De morte cogitanda.

**S**EMPER ante oculos versatur ultimus  
dies . Cūm enim diluculō surrexeris ,  
ad vesperum te ambigas pervenire : &  
cūm in lectulum ad quiescendum mem-  
bra tua polueris , noli confidere de lucis  
adventu : ut facilius te possis refrenare  
ab omnibus vitiis . Semper cor tuum  
promissa cælestia meditatus ; ut ipsa te  
ad virtutis viam provocent . Esto nunc  
talis in operibus bonis , qualiter te vis  
futurum postmodum . Omnia terrena  
quæ possides in cælestia mansiones trans-  
fer ; ut cūm illuc fueris proscitus , fru-  
stris bonis cælestibus . Bonorum operum  
sumptus tibi in itinere prepara ; ut incun-  
ctanter libenterque cūm vocatus fue-  
ris , pergas ad Dominum . Tunc cūm à  
carnis vinculo anima tua absoluta fuerit ,  
mox in occursum tuum Angelorum cho-  
rus occurret : omnes sanctorum agmen  
in tuis miscebitur complexibus , & te ad  
adorandum verum judicem perducant . Tunc tibi fieri pax per girum & summa  
securitas ; nec timebis ultra jacula ignita  
diaboli . Non tibi terrorem incutiet  
barbarorum immanitas , nec formidabis  
hostes ferociissimos , qui cupiunt animas  
jugulare , non corpora , non ferrum ,  
non ignem , non faciem truculentam tor-  
torum , non famam , non situm , nec

ullam ægritudinem carnis : nec metues in-  
vidiam hominū ; nec infidias malignorū ,  
verba venenata mulierum luparum : nec  
ultra adversabitur caro contra spiritum  
tuum : non timebis periculum maris ,  
nec ullos casus adversos : sed haec omnia  
sedabuntur . Cum anima tua abjecerit  
farcinam carnis , tunc Spiritus sanctus  
tribuet tibi in cælestibus mansionem ,  
eul paulo ante intra corporis tui hospiti-  
um feceras mansionem ; & lætus gau-  
densque expectabis diem judicii futuri , in  
quo singulorum anima recipient merita  
pro suis operibus . Sed frustra tunc pec-  
catores & impii penitebunt , fornicato-  
res & adulteri ululabunt , nec ullam re-  
quiem poterunt invenire . Rapaces &  
avari flebunt amariter , nec malorum  
fuorum veniam consequentur . In luctu  
maximo detinebuntur omnes qui carnis  
suz voluntates fecuti sunt . In mortore  
& fletu maximo in sempiternis erunt  
qui vitiis & passionibus servierunt . Et  
cūm hi omnes pro suis criminibus gehen-  
nae ignibus emanciperint ; justis tempi-  
terna præmia tribuentur à Domino : *Quæ s. Cor. 2.9.  
sicut non vidis , aet auris auditis , nec in  
cor humus ascensit , que preparavit Deus  
diligentibus se.*

EVAGRII MONACHI  
SENTENTIAE  
AD EOS QUI IN COENOBIIS  
& Xenodochiis habitant fratres.

**H**EARTES Dei audite sermones Dei, coheredes autem Christi percipite eloqua Christi, ut datis ea cordibus filiorum vestrorum; verba autem sapientum doceatis eos. Pater bonus erudit filios suos: pater autem nequam disperdet eos. Fides initium charitatis: finis autem dilectionis scientia Dei. Timor Domini custodiet animam: coecincentia autem bona confortat illam. Sufferentia viri generat spem: spes autem bona glorificabit eum. Qui servituti subiicit carnes suas impavidus erit: qui autem nutrit eas, dolebit super illas. Spiritus fornicationis in corporibus iotemperantium: spiritus autem pudicitiae in animis abstinentium: Secessio cum charitate purificat eum: separatio autem cum odio perturbat illud. Melior millesimus in charitate, quam solus cum odio in abditis & speluncis. Qui alligat memoriam malitiae in animam suam, similis est ei, qui abscondit ignem in paleis. Ne dederas multas corpori tuo, & non videbis iohannisphantas malas: sicut enim extinguit hammam aqua; sic phantasma turpia extinguit esurias. Vir iracundus terribitur: mansuetus autem intrepidus erit. Ventus validus fugat nubes: memoria autem malitiae fenium a scientia. Qui orat pro inimicis, hic immemor est malitiae: qui autem parcit linguis, non contristabit proximum suum. Si exacerbaverit te frater tuus, induc eum in dominum tuum, & ad ipsum te plegeat ut introire; sed manduca cum eo panem tuum: hoc enim faciens, eripies animam tuam, & noo erit tibi offendiculum in tempore orationis. Sicut charitas gaudent paupertate, sic odium delectatur divitias. Non potierit dives scientia, & camelos non introibit in foramen acus: sed oīhil horum impossibile est apud Dominum. Qui diligit pecuniam, oīn videbit scientiam; & qui congregat illum, contenebrabitur. In tabernaculis humilium conmorbabitur Dominus: in domibus autem superbiorum

multiplicabitur maledictum. Inhonoret Deum qui transgreditur legem ejus: qui autem custodit eam, glorificat factorem suum. Si zemularis Christum, beatus efficiens: morte autem ejus morietur anima tua, & oīn contrahes a carne tua malitiam: sed erit processus tuus sicut ortus stellæ; & resurrectio tua, tamquam sol fulgebit. Vix iniquo in die mortis, & injustus peribit in tempore malo. Quemadmodum enim evolavit corvus ē oīdo suo, sic immunda anima ē corpore suo. Animas justorum deducunt Angeli: animas autem malorum fulcipient dæmones. Quocunque ingressa fuerit malitia, ibi & ignorantia: corda autem justorum implebuntur scientia. Immisericors Monachus, iōops erit: enutriens autem pauperes hæreditabit thesauros. Melior est paupertas cum scientia, quam divitiae cum ignorantia. Ornamentum capitis coronæ; ornamentum autem cordis scientia Dei. Posside scientiam, & non argentum; & sapientiam super divitias multas. Julti hæreditabunt Dominom: sancti autem nutrientur ab eo. Qui miseretur pauperibus, exterminat iram: & qui nutrit eos, implebitur bonis. In corde mansoero requiescit sapientia: fides autem impaviditatis anima bene operans. Fabricatores malorum percipient excedem malam: fabricatoribus autem bonorum dabitur merces bona. Qui ponit laqueum comprehendit in eo: & qui occultat illum, disperiet ab eo. Melior est sagularis mansuetus, quam Mooachus furiosus & iracundus. Scientiam disperdit iracundia; longanimitas autem congregat eam. Sicut ventus sofer vehemens est in peñgas, sic furor in corde viri. Qui orat frequenter effugiet tentationes: negligens autem cor cooturbabunt cogitationes. Non te delectet vinum & te oīn illiciat caro. Ne eoutrias carnes corporis tui, & cogitationes turpes deficieat te. Ne dieas: hodie fefus dies, & bibamus vīnū, & crastino Pentecoste, & manducabo carnē: eo quod noī est

est festivitas apud Monachos in terra ad replendum ventrem suum. Pascha Christi transitus à malitia est. Pentecoste autem eius, resurrectio anime. Pentecoste Domini, fonsitatio charitatis: qui autem odit fratrem suum, cadit in ruina magna. Festivitas Dei oblitio malorum: remittentem autem malitiam apprehendit luctus. Festivitas Dei scientia vera: qui autem intendit falsae scientiae, morietur turpiter. Melius est jejunium cum mundo corde, quam epulatio in immunditia anima. Qui disperdit cogitationes malas de corde suo, similis est ei, qui alludit parvulos ad petram. Monachus somnolentus incidit in mala: qui autem vigilat, sicut passer volabit. Ne dederis te in vigiliis narrationibus supervacuis, & non abiicias sermones spirituales: quoniam Dominus insipicit cor tuum, & non te flatuit innocentem ab omni malo. Somnus multus incrassat cor: vigilie autem bona accunt mentem. Somnus supererudit tentationes: qui autem vigilat effugit eas. Sicut ignis liquefacit ceram, sic vigilie bona cogitationes malas. Melior est vir dormiens, quam Monachus vigilans in sermonibus vanis. Somnium Angelorum iustificat cor; somnium autem demonum conturbat illud. Penitentia & humilitas exercent animam: elemosyna autem & mansuetudo confirmaverunt eam. Memento semper patris tui, nec obliviscaris judicium aeternum, & non eris delictum in anima tua. Si spiritus acedat ascenderit super te, ne reliquias domum tuam, & non declines in tempore tristitiae: sicut enim quis conficit argentum, sic splendidum fiet cor tuum, si perseveraveris. Spiritus radii abigit lacrymas: spiritus autem tristitia contributat orationem. Cupiens divitias follicitus eris multum, & amplectens illas lugebis amarissime. Non remoretur scorpius in finu tuo; sic nec cogitatio mala in corde tuo. Occidere genima serpentum ne parcas, & non partures cogitationes eorum. Sicut enim aurum & argentum probat ignis, sic cor Monachi tentatio. Aufe a te superbiam, & vanam gloriam, & jauntingam longe facio a te. Qui enim expectita privatur gloria contrastabitur: qui vero adeptus est, fieri superbus. Ne dederis superbiam cordi tuo, & ne dixeris in confectu Domini, potens sum; ut non Dominus derelinquit animam tuam, & maligni demones humiliant illam. Tunc enim de aere conturbabont te iniici, noctes autem terribiles suscipiant re. Conversationem Monachi custodit scientia: qui autem ab ea discedit, incidit in latronos. De petra spirituali manat flu-

vus; anima autem bene agens bibit ex eo. Vas electionis anima mundu: immunda autem replebitur amaritudine. Absque laete non enuetetur infans: & sine impassibilitate non exalabitur cor. Charitatem antecedit impassibilitas: scientiam autem precedit dilectio. Scientia adiicietur sapientia: impassibilitatem vero generat prudentia. Timor Domini generat sapientiam: fides autem Christi donat timorem Dei. Sagitta candens incendit animam; vir autem operator boni extinguit eam. Clamorem & blasphemiam averatur scientia: sermones autem dolofos fugit sapientia. Suave clemel, & dulcis favus: scientia autem Dei dulcor ambobus. Audi Monache sermones patris tui, & ne irritas facias eruditiones ejus. Cum miserit te obaudi ei, & quantum ad mentem comitere cum eo: hoc enim modo effugies cogitationes malas, & maligni demones non pravalebunt adversum te. Si credideris tibi pecuniam non dispersgas illam: & si supereruperas fueris, non detineas apud te. Malus dispensator contributabit animas fratum; & memor malicie non miserebitur eorum. Qui disperdit substantiam Monasterii, fraudat Deum: & qui negligit eam, non erit impunitus. Iniquus dispensator, distribuit male, fluxus autem ut dignum est dispensabit. Qui male loquitur de fratre suo exterminalabit: negligens autem egentem non videbit lumen. Melior est secularia in infirmitate serviens fratri, quam Anachoretes qui non miserentur proximo suo. Inspiri Monachus negligit instrumenta artis sue; sapiens autem curam habebit illorum. Ne dixeris, hodie maneo, & cras exibo: quia non in sapientia cogitationi de hoc ipso. Circuitur Monachus meditabatur sermones falsos; proprium autem ludificabit patrem. Qui exornat vestimenta sua, & implet ventrem suum, hic pacit cogitationes turpes, & cum sanctis concilium non habebit. Si introiveris vicum, non proximaveris mulieribus; & non moratus fueris sermocinari cum eis, quemadmodum enim si quis glutiat hamum, sic abstrahet anima tua. Longanimes Monachus impassibilitate gaudebit: qui autem exacerbat frarres suos, odibilis erit. Mansuetum Monachum diligit Dominus; turbulenta autem repellit a se. Piger Monachus murmurabit: & somnolentus dolorem capitum fingit. Si contristatus fuerit frater tuus, consolare illum; & si dolet, condole illi: hoc enim sciens latrificabis cor ejus, & thelaurum magnum tibi cumulabis in calvis. Monachus, qui dissimulat custodiare sermones patris, maledicet canis patris sui, & derogabit vita.

Vita filiorum ejus : Dominus autem annullabit eum. Qui occasionem querit, separabit se à fratribus ; patrem autem suum incubabit. Ne dederis auditum tuum fermoribus qui sunt contra patrem tuum, & non solcites anigam inhortantis illum ; ut non Dominus irascatur in operibus tuis, & delect nomen tuum de libro vivorum. Qui obedit patri Monasteri, diligat semetipsum : qui autem contradicit ei, incident in mala. Beatus Monachus, qui custodit precepta Domini : & sanctus, qui servat sermones patrum suorum. Piger Monachus multa detrahit patietur : si autem perfitterit in audacia, & habitum suum adiicit perdere. Qui custodit dinguam suam dirigit vias suas : & qui servat cor suum implebitur scientia. Monachus bilineis turbat fratres ; fidelis autem agit quietem. Qui confundit in sua continentia, hic cadet : qui autem humiliat se ipsum, exaltabitur. Ne dederis se saturati ventris, & non implearis somno nocturno : hoc enim modo efficeris mundus. & spiritus Domini superveniet in te. Pfalentis viri conquiet et indignatio : & qui longanimes est, interitus erit. Ex mansuetudine generatur scientia ; ex ferocia autem inscitia. Sicut aqua dat incrementum plantationi ; sic humiliatio sapientia exaltat eos. Qui investigat conivia, extinguit lumen ejus ; anima autem ejus videbit tenellas. Pondera in statera paneri tuum, & bibe ad mensuram aquam tuam ; & spiritus formicationis fugiet abs te. Da senibus vinum, & agrotanicibus offer escas ; eo quod contriverant carnes juventutis sue. Non supplantes fratrem tuum, & in ruina ejus ne congratuleris : Dominus enim coghoicit eum tuum, & tradet ie in die mortis. Monachus prudens impavidus erit : Impudens autem exhaustus mala. Oculum nequiam excacabit Dominus ; simplicem autem eripiet à tenebris. Sicut lucifer in celo, sicut palma in paradyso ; sic in anima mansueta sensus pulsus. Vit sapiens scrutabitur sermones Dei, insipiens autem iridebit eos. Qui odit scientiam Dei, & reicit considerationem, similis est ei ; qui lancea pungit cor suum. Melior est scientia Trinitatis super scientiam incorporalium, & consideratio ejus super rationes omnium saeculorum. Cani senum mansuetudo ; vita autem illorum scientia vera. Juvenis mansuetus multa suffert : pulchram autem senem quis sustinebit ? Videlicet iniquum senem elatum ultra tempus suum : spem tamen non hauit junior, quam ille. Qui scandalizat saeculares non erit impunitus : & qui exacerbat eos, inhonorablem nomen suum. Cons.

Todi Regul. Tom. L

turbanter Ecclesiam Domini exterminabit ignis : resistenter autem sacerdoti degeneret terra. Qui amat pacem, manebat abit savum ejus : & qui colligit eam, implebitur melle. Honora Dominum, & cognoscet incorporela ; & servi illi, & tibi nobis tibi rationes saeculorum. Citra scientiam non exaltabitur cor, & arbot non floreat sine humore. Carnes Christi actum virtutes : qui autem mandat eas, efficitur impossibilis. Sanguis Christi consideratio factorum, & qui bibit illum, illuminabitur ab eo. Peccatum Domini scientia Dei : qui autem recubuerit super illud, predictor erit divinorum. Plenus scientia, & actor honorum obviauerunt sibi : medius autem inter utrumque stetit Dominus. Qui acquisivit dilectionem, acquisivit thesaurum ; accepit autem a Domino gratiam magnam. Concilia demonum cognoscit sapientia : astutiam autem illorum inveneravit prudentia. Non spernas decreta tua, quae posuerunt patres tui : fidem autem baptismi tui oon derelinquas, & non repellas lignaculum spiritale : ut adsit. Dominus animas tuas, & protegat te in die malo. Sermones hareticorum hunc mortis : qui autem suscipit illos, perdet animam suam. Nunquam ergo, filii, audi me, & non accedas ad olla virofutili misericordum ; neque ambules super laqueos eorum, ut non caparis. Separata animam tuam à scientia falsa : euenum ego sapere locutus sum ad eos ; ienebros autem sermones eorum investigavi, & venenum aspidum inventi in eis. Nod est prudentia, & non est sapientia in viis eorum. Omnes qui suscipiunt eos peribunt, & qui diligunt eos implebuntur malis. Vidi ego patres dogmatum illorum, & id deferens commisi cum illis. Inimici enim Domini obviauerunt mihi, & daemones in verbis concitataverunt adversum me, & non vidi lumen verum in sermonibus eorum. Vir inendarum excidet a Deo : seducens autem proximum, incidet in mala. Melior est paradiſus Dei super horrum oluscum, & fluvius Domini super fluvium magnum contenetur apud terram. Fidelior aqua est eccliesis, super aquam Aegyptiorum Egiptium, & haustorium de terra. Sicut enim qui rotas ascendunt, denique descendunt ; sic qui exaltant verba sua humiliantur. Sapientia Domini exaltat cor, intellectus autem ejus purificat illud. Rationes providentiae obscurae, & vix intelligibles considerationes judicij, & vir autem bene agens cognoscit eas. Qui purificat te cognoscet naturas intelligibles, rationes autem incorporealium cognoscet Monachus mitis. Qui creverunt dicit Trinitatem, blasphemat Deum : & qui

Nad 3

Iperdit

spernit Christum ejus, non cognoscit eum. Considerationes creaturarū dilatant cor: verba autem prudentiz & judicij exaltant illud. Scientia incorporalium elevat sensum, & sancte Trinitati applica-

bit eum. Mementote ejus, qui dedit vobis in Domino proverbia luculenta, & non obliuiscamini animam ejus humilem in tempore orationis.

## EJUSDEM EVAGRII MONACHI SENTENTIÆ AD VIRGINES

**D**ilige Dominum & amabit te; & servī illi & illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam sicut matrem Christi; & ne exasperes canitatem ejus que peperit te. Dilige frōres tuos sicut filii matris tuæ; & non derelinquas viam pacis. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis; & post secundam horam opus tuum. Ora sine intermissione; & memento Christi qui genuit te. Conventus virorum devita; ut non fiat idolum in anima tua, & erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum: projice abs te viros omnes, & non vives exprobabilem vitam. Animositatem & iram longè facito à te; & memoria malitiae non demoretur apud te. Ne dicas hodie coœdo, & craftio non comedam: quoniam non in sapientia facis hoc. Erit enim noxa corpori tuo, & dolor stomacho tuo. Edere carnem non bonum, & bibere vinum non optimum offerre autem oportet te ista infirmantibus. Virgo turbulenta non salvabitur; & quæ in delitiis agit, non videbit sponsum suum. Ne dicas, contristavit me famula, retribuam ei; propriea quod non est servitus in filiabus Dei. Non des auditum tuum verbis vanis, & narrationes verularum fuge circumventium. Ferias ebriosarum ne video, & in nuptiis alieni non abieris: immunda enim apud Dominum omnis virgo faciens hæc. Aperi os tuum verbo Dei; & cohibe à multiloquio linguam tuam. Coram Deo humiliata te iplam; & exaltabit te dextera ejus. Ne avertaris à paupere in tempore tribulationis; & non deficiet oleum lampadæ tuæ. Omnia fac propter Dominum; & noli quædere ab hominibus gloriam: quoniam gloria hominis sicut flos steni; gloria autem Domini manet in æternum. Virginem manuetam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis est. Obaudiens virgo misericordiam subsequetur: contradicens autem, valde insipiens. Murmuros virginem. desperdit Dominus; grata autem liberat à morte. Turpis rufus, & exprobriatus impudicitia: omnis autem inopia ta-

libus implicabitur. Quæ exornat veste suas etiam pudicitia excidet. Non commoreris secularibus, ut non avertant tuum cor, & irrita faciant confilia julta. Lacrymis in nocte roga Dominum, & nemo sentiat orantem te, & invenies gratiam. Concupiscentia deambulatum, & desiderium alienarum domum avertit statum animæ, & corruptit promptam voluntatem ejus. Fidelis virgo non formidabit, quæ autem infidelis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, & livor devorat eam. Quæ contemnit fororem infirmam, & à Christo longè erit. Ne dicas meum hoc, & tuum illud: in Christo enim Iesu omnia communia. Non inquiras vitam alterius, & ruine fororis tuæ non congaudeas. Subministra autem indigentibus virginibus; & in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbum de ore tuo in Ecclesia Domini; & ne extollas oculos tuos: etenim Dominus cognoscit tuum cor, & omnes cogitationes tuas inspicit. Omnem malam concupiscentiam repelle à te; & non contristabunt te inimici tui. Pfalla de corde tuo, & non moveas tantum lingua tuam. Fatua virgo diligit argutum; prudens autem apponet & panem suum. Sicut impetus ignis difficile compescitur; sic anima virginis vulnerata vix sanabilis. Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, & mundam orationem longè faciant à te. Gravis tristitia, & intollerabilis acedia; lacrymæ ad Dominum validiores utrorumque. Fames & scisces marcescere facit concupiscentias malas; vigilia autem bona purificat sensum. Iras & animositatem avertit dilectio; memoria autem malitiae cōsumunt munera. Qui detrahit forori suæ occulte, deforis stabit à thalamo sponsi, & clamabit ad januas ejus, & pon erit qui exaudiat eam. Virginis immisericordis extinguitur lampada, & non videbit aduentem sponsum suum. Vitrum cadens à faxo communetur; & virgo adjuncta viro non erit innocens. Melior mulier mansueta virgine animosa & iracunda.

Quæ

Quæ attrahit in sibi sermones viri, similis est circummittenti laqueum collo suo. Sicut margarita in fundibulo aureo; sic virginitas cooperata reverentia. Canticorum & tibiae resolvunt animam, & disperdunt fortitudinem ejus, quam custodi per omnia, ut non exprobabilis fias. Non delecteris in isto, & vituperantibus non lateris: quoniam Dominus derelinquet eas. Non exprobabis sororem tuam edentem, & in abstinentia tua non exalteris: non enim leis quid cogitavit Dominus, aut quis stabit in conspectu ejus. Quæ miseretur liventibus oculis suis, & tabescientibus carnibus suis, non letabitur super impudicitate animæ. Gravis abstinentia, & vix dirigibilis castitas: sed nihil dulcissimæ cœlesti sponsio. Animæ virginum illuminabuntur: animæ autem immundarum videbunt tenebras. Vidi viros corruptentes virgines in doctrinis suis, & vanam facientem virginitatem eorum. Tu autem audi, filii, doctrinas Ecclesiæ Dei, & nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit calum & terram, & providit omnibus, & legitatur in eis; & non est Angelus non capax malicie, & non est diabolus natura malus: utrumque enim liberi arbitrii se-

cit Deus. Sicut homo ex corpore corruptibili & anima fulibili rationabili; sic enim & Dominus noster natus est sine peccato, manducans manducavit, & crucifixus, crucifixus est: non erat visu ficta in oculis hominum. Erat mortuorum resurrectio, & mundus transfigit ille: & nos spiritualia accipimus corpora. Nulli hereditabunt lumen; impi autem inhabitabunt tenebras. Virginis oculi Deum videbunt: aures autem virginis audient verba ejus. Virginis os oscularib[us] sponsum suum: odoratus autem virginum in odore unguentorum ejus curiet. Manus virginis palpabunt Dominum; & castitas carnis acceptabilis illi erit. Virginis anima coronabitur, & cum sponso suo vivet semper. Volumen spiritale dabitur ei, & cum Angelis in celis feriabitur. Inextinguibilem accendit lampadem, & oleum non decinet in vasis ejus. Accipiet divitias æternas, & hereditabit Regnum Dei. Mei sermones, filii, dicti sunt ad te; verba autem hæc servet cor tuum. Memento Christi custodientis te; nec oblivicia adorandum & unius substantiam Trinitatem.

*Explicit.*

## F A U S T I A B B A T I S L I R I N E N S I S S E R M O N E S A D M O N A C H O S .

### S E R M O P R I M U S .

**A**D haec locum charissimi, non ad quietem, non ad securitatem, sed ad pugnam, & ad certamen convenimus. Ad agonem hoc procellossum: ad exercenda cum vitiis bella confundimus. Vitis enim nostra hostes nostri sunt, de quibus scriptura pronunciat dicens: *Genere unquam habebat cum eis fada.* Necesse nobis est, fratres, pervigil eura, indefessa custodia: quia conflictus iste sine fine, hostis iste sine pace est. Hoste isto vinci potes, recipi in amictum non potes. Et ideo prælium istud, quod subcepimus, fatis durum, fatusque periculosum est; quia intra hominem geritur, & nisi cum ipso homine non finitur. Ideo ergo nos ad tranquilla hæc secreta &

spiritualia caltra contulimus, ut quotidie contra passiones nostras infatigabili congreSSIONe certemus; ut quotidie leniuribus nostris quasi famulas voluntates nostras subiiciamus; ut cordis nequitias circumcidamus; ut lingua gladium recondamus; ut non solum invicem non inferamus injurias, sed nec ab aliis sentimus illatas. Peculiariter enim ita ad professionem nostram pertinent, nihil in hac vita consolationis requirere, nihil honoris; praestantium rerum felicitatis refugere: ad promissa æternæ remunerations præmia animam præparare, subiectione & abjectione gaudere, & paupertatem studio querere, & non solum facultates, sed & ipsas voluntates de corporibus eradicare. Nihil enim proprii habere,

bere, res necessitatis exigit : nihil autem concupiscere, res est virtutis. Illud etiam scire debemus, quod qui inter vos vitam habere constitutimus ; aut cum grandi fructu, aut cum grandi periculo, vel diligentes, vel etiam negligentes sumos. Unde felix est illa anima, quae diu bene in congregatione versatur : multorum gaudium est, & plurimi ex ea vel adiificantur, vel illuminantur. Bona enim dum multis communicantur, adducuntur. Ad quod etiam sapientissimi Proverbi 9.18 illius sententia respicit, quae dicit. *Fabri mi, si sapienti fueris, iubemus te eris.* Itaque si quis in congregatione positus humilitatem sequentibus aut patientiam praeduerit, quantum ex se bonum proximis commodat, tantum in se lucra aliena convertit. Si vero est contrario per inobedientiam vel superbiam, quae res, quod pejus est, faciliter inveniri solet, ad mali exemplum, live iniquitatis alias attraxerit ; quantos deltruxerit, de tantis periculum damnationis incurrit : quantis detrimentum fuit, de tantis damna contraxit, & peccatum quod femei ab illo recedit, ad eum multipliciter redundabit. Quamobrem sicut ille valde admirandus atque laudandus est, cuius cursus bonus multorum protinus est : ita ille merito lugendus est, cuius vita multorum ruina est. Ideoque, fratres, quae ad edificationem pertinent, ea in medio positi agere studeamus ; ne vita nolita aliorum virtutibus noceat ; ne aliorum fervorem teper nostre debilitate ; ne aliorum patientiam nostram iracundia violet ; ne aliorum humilitatem superbia nostra depravet ; ne aliorum pulchritudinem freditas nostra contanuet ; ne aliorum ardentes extinguamus lampades, si nostras illuminare non possumus. Et quidem illa fatua virginis quamlibet stulta essent, hor tam alienas extinguiere, quam suas illuminare cupiebant : & ideo adinstar istarum, si debet igitur fidei, si flamma servotis, si oculum charitatis, si lumen dilectionis ; veniat ad eos, quos magis abundate perspexerit, & gratiam in le proximis non auferendo, sed imitando transfundat ; & bona possessionis aliena non solum sine damno, sed etiam cum lucro possessoris invadat. Numquam enim sentit luminis damnum, plurimus ignis accensus, nec minuit solis lucem considerantium multitudine ; quanti ad eum perspexerint, tanti munera sua commodat ; & ipse tamen semper integer perseverat. Benedicta a Deo illa anima est, cuius humilitas alterius confundit superbiam ; cuius patientia proximi extinguit iracundiam ; cuius obedientia pigritiam alterius tacite increpat ; cuius terror inertiā alieni teperis exfusci-

tat ; qua proximi sui per iram turbantur odium cordis gratia consolationis atque edificationis illuminat. Melius est huic quā illi qui fratrem paululum ab aliquo contritatu non tantum solatio suo porrecta manū non sublevat ; sed & circuantem sicut patietem inclinatum malloquiorum impulsu adjuvat ad fuinam, & salubriter per discipline rationem corruptum per finitima consilia sic incitat ut allidat, sic armat ut perimat. Certi sumus, charissimi, quod nisi caveamus, nisi nostras quotidianas resecemus & circumcidamus passiones, deteriores nos multum effici quām fueramus, dum in hoc saeculo viveremus ; ita ut hanc extrema nostra pejora prioribus. Et quidem, charissimi, quādī quād mundū pertinent, illis alibet & negotiis eramus militantes, in quibus non erahessemus ; tunc nobis adversarius non obstabat, immo etiam consentiebat : quia circa miserabilem ac perditam vitam nostram non inveniebat in quo exerceret invidiam suam : delectabant illum nostra opera ; sufficiebant illi per le nostra criminis & peccata. Quis enim suscipiat bellum contra militem suum ? Quis velit impugnare subjectum suum ? sed supra omnem infelicitatem erat vita illius, cui nocere designabatur, Inamicus. At vero hunc poliquam voluntatibus illius renunciavimus, videlicet tutores suos ad auctoris pristini redire esse famulatum ; videt in nobis quodammodo idola sua in Dei templum mutari. Frenderet itaque leo rugiens, omnes nondum aditus pervigil infidulator explorat. De quo lebre Apostolus attulat : *Vt. 1. Pet. 3. 8. gitare, & quis invenerit vestigia drabulus ut leo rugitur utrumqueque quem devoret.* Beati quos hic leo inquirendos judicat & sequendos ; utique virtutum vestigia & odore n enturorum. Non enim ab illo inquiruntur nisi boni ; quia ultra se ingenunt mali : post illas violenter currit. Beati igitur qui hic leo invita cogitare querere, & malitia non permittit invenire. Terribiliter quidem sonat in auribus nostris dum audivimus : *tempum i. Pet. 1. 13. les rugientes.* Sed quia dictum est : *Etsi Habac. 1. ejus electa sunt : quod quafit, electionis 16. est : quod rugit desperationis est : sicut in aliis loco legimus : Dñebus suis fremeat Psa. 123. & tabescat.* Ita haec loquitur sermo divinus, ut terroci conjuncta sit consolatio. Cruenti quidem est quod frendet ; sed vixi quid tabescit. Et inter haec quanta sint illa, qua a Deo preparata sint hominii, etiam horum prodit inimici. Hæc itaque, charissimi, cogitantes, in hoc agone defudantes, gloriose ac praelari Patris nostri nos & discipulos meminerimus esse & filios. Rapiamus unusquisque quod polliamus de bonis intestatis paren-

parentis. Hic de hereditate assumat filii dei holosericam gestorum varietate pretiosam : hic manuetudinem ac simplicitatis occupet talentum. Ille decus peccoris benevolentie ac sapientie monile sibi vendicit : hic margaritum compunctionis & thelaurum cattitatis invadat. Licet enim ille locupletissimus Del ami-

cus quidquid habuerit secum tulerit, in nobis tamen si volumus totum reliquit. Ita ergo agamus bona illius sedantes, ut qui in eternam gloriam suscitandus sub fine seculorum reddeatur ; nunc Ecclesie per rediviva in filii merita iam refugiat.

## SERMO SECUNDUS.

**I**NSTRUIT nos atque hortatur sermo dominus qualiter nos accingere debeamus ad inquirendam promissa sua, & obtinendam illa sua bona, quae nec vidi capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehendi possunt. *Perire*, inquit, & *dabitur uobis* : *querite & inveneritis* : *pulsate & aperietur uobis* : id est, ut petamus orando, queramus laborando, pulsemus desiderando, pulsemus proficiendo, pulssemus perseverando, & in spem celostum tanto incitemus studio, tanto inardescamus affectu ; ut cum premiorum dignitate desideriorum magnitudo concordet. Non vult enim Deus noster bona sua nimia inventandi facilitate vilesceare. Preciosa & concupiscibilis merces cupidum amatores atque avidum negotiatorum requirit. Ergo ille tantorum munierum reponens non vult in opere suo repudium, despicit fastidiosum, recusat coactum, & ingratum respuit & indevocatum. Lentum enim & parum gratum querere gratiam divini munieris, maxima est injuria remuneratoris. Ergo totis licet anima & corporis laboribus desudem, totis licet obedientie virtibus exerceamus : nihil tamen condignum quid merito pro celestibus bonis pensare & offerte valabimus. Non valent vite temporalis obsequia eterna vite gaudis coequari. Laiescant licet membra vigilis, pallefacant ora jejuniis : non erunt tamen condigne passiones ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Pulssemus ergo in quantum possumus ; quia non possumus in quantum debemus. Futura beatitudo acquiri potest, astimari non potest, nisi enim cum aviditate, nisi cum bona voluntate & cum letitia Dei precepta geramus, Deo nos perire noverimus. Putamus, charissimi, quod dignè querat illa anima, & ita pulsat ut ei aperiat, quæ ad leve preceptum senioris respondere presumit & dicere : numquid ego servus vester sum? jam feci vicem meam, & ille faciat suam? Quomodo hoc dicit, cui preceptum est : *Nelitæ querere qua uerba sunt*. Et iterum : *Non qua sua sunt singuli confundentes*, à quo non hoc expetitur ut mercedem suam impleat, sed ut alienas

invadat, preoccupet, rapiat. Putamus, inquam, quod ita petat ut accipiat, inquirat ut inveniat, ita pulsat ut ei appetatur, qui pro aliqua negligenter corruptus, & discipline ordine castigatus, non se ad emendationem, non ad satisfactionem consert, sed magis ad illum proterviam, ut dicat : defero atque difcedo : hoc ego ferre non patiar : ingenuus homo sum. Jam primorum qui ante Prepositum & Abbatem ingenium se esse jactat, puto quod adhuc redemptum esse se nesciat. Qui Christiane militiae mancipatus dicere se presumit ingenuum, penè est ut se neget Christi languine comparatum. Quid hoc est aliud quam si ipsi Domino clamare & dicere ausus est : liber ego homo sum ; nihil tibi debeo ? De talibus dicebat Apostolus : *Cum tuus seruus officis inobedientia, liberi Rom. 6. 10. suis sit iustitia*. Non bene ingenuus approbat, quem misera & infelix vitiorum servitus deprimit. Clamat autem in contumelias discipline, in peccato animus suus : malo discedere quam emendare, quam facili facere, quam impere quod præcipit Deus. Et quid est hoc aliud tam magna & tam periculosa protervia, nisi quod Christum à se repellere & cervicem discutere cupit, & diabolo se mancipare ? Ibi tales nesciunt quid vorverunt : oblieti sunt propter quod in Monasterio venerunt. Ibi tales non bene petunt, sed male vitiis appetuntur. Non hinc pulsant ; sed infidelitate pulsantur. O infelix ! quid prodest quod discedis, & Christi jugum à te repellis, qui undique astrinxit es vinculis passionum, quem hiis aquæ inde circumvallant via ? Quid, inquam, prodest quod discedis, qui quocunque vadis tecum temetipsum portas ? Merito discederes, si diabolum fugere posses. Dignè aliquis discederet, si in locum ite polset, ubi illum diabolus non inveniret. Nemo se fallat, fratres, nemo se circumveniat : quia nemo fugit adversarium de loco ad locum, sed de vicio ad virtutem, de passione ad emendationem. Si eum fugias, sequitur. Emenda te, & fugiet à te, sicut ait Apostolus : *Resistite diabolo, & fugiet Iac. 4. 7. à uobis*. Non autem obedire, & velle discedere,

discere , hoc est dupliciter facere diaboli voluntate : hoc est voluntariè sibi etiam in præsenti damnatione morte inferre peccati . His verò qui gravlus apud nos delinquunt , nullā tristotem , nullā acerbiorē possimus invenire sententiam , quā ut à corpore congregationis abscessi , sine pace discedant . An non amentiz genus est , ut hoc quisquis pro remedio expetat , quod etiam à Præposito nisi pro summo criminе non possit inferti ? Intelligamus ergo istas indignitates & contradictiones maximē causa superbie atque protervie inimico cooperante & dilponente provenire . Ille etenim qui non potest aliquem ab solute loco salutis excutere , immittit primum occasiones & causas , immittit inobedientia passionem , quam semper sociam infidelitas comitatut : cumque captivam illaqueaverit mentem , statim intolleranda atque impossibilia facit etiam illa quæ parva sunt . Et sūd dubium non est , quod vires inobedientibus divinitus subterahuntur . Et sicut ille qui non habet necessariam fidei devotionem , etiam quod habebat , auferunt ab eo ; ita & inobedientia obdurat animum quem semel ceperit ; ut ad suscipienda præcepta nec auctoritate nec ratione reflectat : sed quod pessimum est , sibi foli credit , & pro omni ratione intentiones suas sequatur & illicitas voluntates ; & hoc folium rectum paret , quod obdurato corde conceperit . Similis est ei effectus , de quo divinus sermo pronunciat . *Irrera insipientes recta in conspectu eorum . Et iterum : Sicut vix , que videmus recta esse hominibus : novissima autem eorum venient in profundum inferni . Postrem eveniet ejusmodi animabus , quod domini quæ supra arenam ædificata est : hæc enim parabola maximè inobedientes respicit . Sic enim legimus :*

*Prov. 12. Omnis qui audiit verba mea beret , & non facit ea , simulabitur vix fruto , qui efficiens dominum suum super arenam . Et id est , cùm influxerint illincidua passionum ; cùm advenient flumina & torrentes atque impetus tribulationum ex multitudine negligientiarum ; cùm flaverint venti , illi utique qui per istum aëtem volitant , parati ad Christi aream ventilandam , sicubi inveniant paleas , quas ad iudicium suum rapiant atque dispergant ; tunc irruent in dominum illam , quæ sine obedientiæ fundamento ædificata est , & fieri ruina illius magna . Sed forsitan dicit aliquis : Numquid statim de hoc loco discedere ruina dicenda est ? Dico , charissimi , non grandis spes est , si navis in fluctibus constituta est , licet ipsa non pereat , tamen jacturam maximam de onere ac de metibus suis faciat , & ipsa ad portum vacua perveniat . Sic non gran-*

de gaudium est , si aliquis ad seculi flumens revertens , nomen atque habitum promissionis suæ custodire videatur , anima verò ejus negligentiis tabescat ac difficiat . Et quid gravlus quā ut subito tanquam avis repentina eradiceris de loco , ad quem te Dominus tuus vocaverat , in quo te primum illuminaverat , in quem te primum post multa mala seculi quasi in poctum de tempestate adduxerat : oblivious subito fraterne sociatis & consolacionis , oblivious loci illius in quo primum dulcissimum habitum habuisti , & nomen seculare exuisti . Aves ipse diligunt nidos suos ; amant feræ loca in quibus nutritæ sunt ; amant cubilia & pascua sua : & qualibet naturali libertate passivis per diversa tapanunt excursibus ; sepius tamen ad chara sibi loca quodam desiderio revertuntur : & tu intellectu prædictus , ratione munitus , ita interdum sensu alienus efficiis ; ut præferas Dei beneficiorum voluntates vel intentiones tuas , & diaboli insinuationes fequareis , quæ quamlibet ad duros labores , quamlibet ad salutis naufragia , atque ad animæ detrimenta te rapiant ; totum hoc præ nimia cordis indignitate non sentis . Tempore etenim discessions multa promittis inimicus ; perfluat tibi illuc quo tendis majorem profectum , multam gratiam atque omnium rerum abundantiam reperturum , ac te tanquam Angelum succipendum : & post hæc quando anxiate repletus & pace nudatus , prosequitus tui stadium , ac lucrum ovile teliquetis ; tunc animadvertis , & quasi sedata temporis tui tempestate , tunc vides quid malè de te egeris ; tunc recognoscis quod periculum incurris ; cùm de loco ad quem cum gaudio veneras , sine pace cum scandalo discessisti . Tunc sera poenitentia supet ruinas tuas poentes ac defles : sicut quedam aves , quæ pro dolore , supet eos quos occiderint , flere dicuntur . Et hæc omnia animæ detrimenta ex inobedientiæ malo eveniunt . Obedientes autem & humiles animæ multas tribulationes atque omnes labores prostrerunt atque in compendium mittunt . Scindum est enim quod quanto humiliores & obedientiores fuerimus , tantò supet nos levius ac dulcius jugum Domini sentiemus : & quantum obedientiores fuerimus Præpositi & patribus nostris , in tantum obedier Deus otationibus nostris . Videamus quām acceptabilis sint Domino vel opeta vel jejunia eorum , qui suis potius quam seniobius voluntatibus obsequuntur . Clamat illi : *Quare jejuniamus & nesciili , bannuliamus ipsi . ss. 3. annus nostras , & non aspergimus !* Et ille respondet : *Iles , quæ in diebus jejuniorum vestrorum invenerimus voluntates vestras .*

*verba.* Videmus ergo per inobedientiam animarum opera non respici, ieiunia non audiri, vota non suscipi. Unde nos, fratres, amplius illius mandata sectemur, qui ad hoc ad nos est ex celo descendit, ut non solum nos redimeret mortis pretio; sed etiam ut vita edificaret exemplo; ut cum illo dicamus:

*Joan. 6. 38. Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem illius qui me misit Pater.* Ite autem post voluntates proprias tam perniciosem est, ut hoc Deus jam postmodum iratus pro damnatione peccati inobedientibus irroget dicens. *Et dimisi illis secundum defidem cardis eorum.*

*Quamobrem qui vult tuta esse opera sua vel recta in conspectu Domini, nihil obedientiae praeferat, nihil penitus anteponat, sive ille junior, sive senior sit. Quanto senior est: tanto plus debet studere edificationi & perfectioni: nullum sibi finem faciat proficiendi, nullumque terminum constituat acquirendi; cum sibi dici audiat: Para in exitu opera tua.*

*Et iterum: Non vereatis uix ad mortem iustificari. Et iterum: Separatio in exitu canitur. Quanto ergo plus proficimus, tanto plus humiliemur; quia quanto plus humiliari suerimus, tanto amplius proficiemus. Nullus ille senior tam doctus appetat, ut putet quod eum non deceat obedientia, qua Deum decuit. Humilitas enim atque obedientia in junioribus adhuc necessitas est, in senioribus autem dignitas est. Ille bene proficit, qui bene consummat, qui quotidie sic agit quasi semper incipiat. Quamobrem augmenta meritorum, incitamenta esse proficuum scriptura pronuntia.*

*De his vero qui dum primas negligentias pretermittunt, in alias atque alias semper incurrunt, ita ait: Peccator adiicit ad peccatum. De profecto vero dicit: Et sanctus sanctificans abduc. Videamus quid est, Peccator adiicit ad peccandum. Verbi gratia, si cuiuslibet vitii aut obrectationis passio impugnare me cooperit, si non statim me penitudo vitii hujus mordet, eras tanta mihi hujus vitii facilitas veniet, & quedam, ut sic dixerim, suavitatis, ut revocaret me ab illo & continere non possum. Ita enim evenit, ut qui primo tempore emendare noluit, incipiat in sequenti nec velle, nec posse. Verbi gratia: superbiz acquiscere cœpi, regulam violavi, seniorem laxi, juviorem deluxi: si non statim me penituit graviter sulce preventum; jam de die in diem libentissime me rapiet ipsa violentia consuetudinis & impetus*

passionis, ut jam nec delinquere me intelligam, nec peccare me sentiam. Obscurat enim me atque obruit intellectum delicti assiduitas delinquendi. Etenim ita cor negligencis obduratur, ut hoc ipso si non se humiliet, si non satisficiat Preposito suo, nocere se non credat, insuper insultet & dicat: Quām constanter illi restiti: quām bēcē non adquievi; quanta auctoritate respondi; putabat quod me semper illi humiliare debem: quod qui facit, diabolo se tradidisse captivum coenstat, qui de hominum vitiis & passionibus & perditione latetur. Et ejusmodi anlēt eveniet illa sententia, quod *peccator adiicit ad peccatum*. *Ecd. 5. 29. dum: quam non refugientes, illam potius teneamus, que dicit: Et sanctus Apol. 22. adhuc sanctificatur: & quotidie augeamus meritā, nec de nobis aliiquid praefumamus, quia Dei est omne quod possimus. Simus itaque in opere Dei indeficientes properū aeternam retributionem, & quotidie ad meliora tendamus. Ipsa enim apprehendendi aviditas, ipsa confitudo perficiendi semper nos ad majora provocabet: & ubi videbit Deus devotionem animi nostri, ardentiorem insinuabit affectionem: & quanto nos addiderimus ad studium, tanto apponet adjutorium: quanto nos apposuerimus ad intelligentiam, tanto ille addet ad gloriam. *Qui Smith. 1. habet dabitur illi & abundabit.* Et alio loco dicit: *Pesū adjutorium super potentem.* *Ecd. 22. 3. Gratia ergo de gratia nascitur, & profectus de profectibus. Serviunt lucra lueris, & merita meritis locum faciunt: ut quanto quis plus acquirere cœperit, tanto plus conetus inquirere: & quanto avidius de sapientiā bonis hauserit, tanto plus haurire desideret, sicut ipsa de se loquitur sapientia: Qui edet me, adhuc Ecd. 24. erit. + Urgeamus fratres cursum nostrarum, ut crescat in novissimo vita nostra. Queramus usque in finem, undē sine fine gaudere mereamur. Sed si istos non possimus jam exercere corporis labores, conseramus nos ad spiritualium bonorum desiderium, ad compunctionis & charitatis augmentum. Si quotidie in cordibus nostris disponamus ascensum, nulla infirmitate, nulla ætate lassari possunt mentes, ut spiritualibus quibusdam gradibus ascendere mereamur ad promissā Dei nostri JESU Christi, cui est honor, virtus, & gloria, potestia & claritas, & magnificentia, & imperium, & nunc, & semper, & in cuncta secula seculorum. Amen.**

## SERMO TERTIUS.

**Q**uod supplente, & quodammodo cum charitate jubente Deo & vestra fraternitate, qualemque sermonem profero: facio hoc non ex aliqua presumptione; sed ex vera & integra charitate. Et licet jam perfecti Deo proprio sitis, ut admonitione nostra minimè ogeatis, tamen imperante charitate, que nescit timere, etiam quod optimè implere novimus, suggestere & admonere cum vera humilitate & perfecta charitate presumimus, non tamen sine verecundia; cum nos necdum idoneos noverimus esse discipulos; & ad opus sanctum videsur excitare magistros: cum simus tepidi, cogimur admonere ferventes: cum simus peccatores, arguimus justos: cum simus imperiti, instruimus doctos: cum simus in pelago hujus mundi nimis fluctibus agitati, ad eos, qui ad portum jam feliciter pervenerunt, predicationis verba proferimus. Sed tamen, fratres dilectissimi, quia solent naves superatis & devictis fluctibus pelagi etiam in portu tutissimo laborare, & nisi grandis cauta fuerit, penè submersi; eum summa humiliata & ingenti reverentia admonemus; ut quia vos Christus capitalibus criminibus tamquam de pericolosis liberavit fluctibus, in portu quietis & beatitudinis constituti, parvas negligencias, & quasi minuta peccata, qua sic in anima confluent, quomodo per minutissimas navis rimulas in fentina gutta coocurrunt; cum omni vigilancia Christo adjuvante exhaustire jugiter festinetis. Nam quomodo navis posteaquam pelagi fluctus evaferit, si in portu sentinata non fuerit, de minutissimis guttis impetrat & mergitur; sic & Monachus devictis & superatis mundi hujus omnibus quasi pericolosis fluctibus, cum ad portum Monasterii venerit, si subrepentia, & minuta & quotidiana peccata de anima sua fentina exhaustire neglexerit; in ipso portu naufragii discrimen incurrit. Sed dicit aliquis: Quomodo potest anima fentinari? Utique orando, jejunando, vigilando, veram charitatem & veram humilitatem, & veram obedientiam exhibendo. Attendite fratres quæsto. Quomodo navis fentinatur à stulta; sic anima ab operibus malis liberatur Dominica Mat. 6.13. oratione, si dicat, & verum dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui enim omnibus in se peccantibus clementer indulserit, nullius peccati vestigium in illius anima remanebit. Attendite fratres, & considerate quod dixi: qui in se peccan-

ti indulserit. Non dixi, quod qui in Deum peccaverit, ipsi debeas indulgere: sed qui in te peccaverit, ipsi debeas veniam dare. Quod pejus est; aliquoties qui in nobis peccaverit, aut tardè aut difficultè veniam damus; qui in Deo peccaverit celeriter indulgemos. Sed si volumus justè agere; illi qui in Deum peccaverit sine leverissima distinctione non debemus penitus indulgere: ne dum illi per indicretam pietatem remittitur, exemplum perditionis aliis prebeatetur. In suo ergo se unusquisque ostendat esse clementem: quia Dominus ait; Si dimis. Ibid. v. 14. *sevis bonis peccata eorum, dimisit vos Pater vester celestis peccata vestra.* Quando verò in Deum aliquis peccatum presumit admittere, distinctionem debet monasteriale sustinere. Et hoc bono & pio animo debet fieri; ut spirituali castigatione ita corrigitur in hoc seculo, ut non pereat in futuro: quia omne peccatum quod in hoc mundo non corrigitur, in futuro seculo punietur, sic enim de filio divina scriptura commemorat: Tu, Proph. 13. inquit, *virga cum cadis;* & *annam illas*<sup>14</sup>. *de inferno lateras.* Et idē, sicut supra suggesti, non solum capitalia omoia caueamus, sed etiam parvas negligencias quotidie quasi venena diaboli recipiamus; Sunt enim nonnulli, qui post religionis professionem, quia videntur ex ille de seculo, nimis securitate solvuntur, & impletur in illis illa sententia Domini, quia dicitur: *Urinam calidus esse aut frigidi.* Apoc. 3. *dat!* Nunc autem quis tepidus es & incipias 13. *te evomerare ex ore meo.* Quid est quod dicit: *Urinam calidus esse aut frigidus?* Hoc Apoc. 3. vult dicere: melius tibi fuerat, ut in seculo remansisses frigidus, aut in Monasterio suis servidus: nunc autem quia & de seculo recessisti; & tamen spiritalem fervorem per negligentiam tuam apprehendere noluisti, tepidus effectus es; ex ore Domini vix iterum recipiendus evomeris. Ideoque fratres charitissimi, cum Dei adjutorio sententiam divisa scripturæ diligenter attendite, quia dicitur: *Omnis euodia servus erit domino.* Proph. 4.23. Sicut enim gaudendum est de Monacho, qui ad Monasterium mansuetudinem, obedientiam, patientiam voluerit misericordia & humilitatem exhibere: ita è contrario lugendum est de illo, qui corpore tantum de seculo ex ille videtur, corde tamen in mundo aut remansisse infideliter, aut audisse infeliciter cognoscitur; & pro humilitate profert superbiam, pro patientia iracundiam, pro obedientia contemptum, pro charitatis medicamento malitia.

militia effundit venenum. Talibus con-  
venit illa beati Petri vera & multum ti-  
menda sententia : *Atelius, inquit, illis  
fuerat nos cognoscere viam iustitia, quā pof-  
cognitionem retrosum converti.* Et iterum :  
*Ibid. v. 22. Camis reversus ad venitiam suam, & sus in  
velutabre lori.* Sed nōc de talibus despe-  
randum est, fratres : quia potens est  
Deus orantibus vobis scintillam com-  
punctionis accendere, & omnem fix-  
culi voluptatem, velut spinas & tribulos  
nequit salubri igne consumere ; illo  
*Luc. xii. 49. utique igne de quo Dominus ait : Ignem  
veni mittere in terram, & quid vult nisi ut  
ardeat ? Orate ergo, fratres dilectissimi,  
non solum ut vobis Deus perieverantiam  
bonam dignetur tribuere, sed & ut illi  
qui negligentes sunt, tandem debeant  
de fovea superbiz se sublevare & de la-  
queis eruere. Si enim vobis orantibus,  
& cum charitate consilium dantibus, qui-  
cunque sunt cœpiti & negligentes fuerint  
emendati ; duplicatum vobis premium  
Dominus & de vestra & de filiorum cor-  
reptione recompensare dignabitur. Nam  
nec illi qui boni sunt, le debent quasi  
de suis meritis excolere ; nec illi qui ne-  
gligentes sunt, de misericordia Dei de-  
sperare. Sed & illi cum humilitate Dei  
dona custodian, & illi cum grandi com-  
punctione celerius ad penitentie vel  
corrections medicamenta confugiant.  
Quia qui bonus est, si superbire cepit,  
humiliabitur : & qui superbus est, si se  
humiliat, per Dei misericordiam suble-  
vabitur. Tantum est, ut se non per-  
mittas amplius durissimo jugo premi,  
nec nimis quam periculosa dissimulatione  
in peccatis perseverando diutius obdu-*

tari ; sed tam cito confugiat ad pietatem Dei, ut in se peccati vestigium non  
relinquat. Optime calidis adhuc vulneribus malagma vel fibula opponitur : quia  
si velox fuerit ad celestem medicum in-  
tentio resurgendi, vestigium peccati non  
poterit remanere cum lapso : quia sub  
manu omnipotentis medici Dei & cito  
perit morbus, & velociter sanatur agrotis.  
Iterum atque iterum rogo & ad-  
moneo, fratres, ut obedientiam & hu-  
militatem & charitatem non solum se-  
nioribus & cœqualibus ; sed etiam ju-  
nioribus exhibere jugiter studeatis : quia  
quilibet bona servus Dei habere contem-  
perit, omnia perniciter perdit, si in illo  
humilitas & charitas non fuerit. Nolite  
murmurare, fratres : scriptum est enim  
quod *murmurantes à serpentibus perierant.* *1. Cor. 11.*  
Nolite detrahere, fratres ; quia scrip-  
tum est : *Qui detrahit fratrem, eradicabitur.* *Jac. 20.*  
Nolite iracundiam in corde servare ; quia  
scriptum est : *In tuis justitiam Dei non  
operar.* Nolite vos invicem odio habe-  
re, propter illud quod scriptum est :  
*Qui odit fratrem suum homicida est.* Sed non *1. Jom. 5.*  
est opus ut diutius sanctam charitatem *5.*  
vestram verbo doceamus ; quia vos ad  
Christi gloriam operibus implere & cog-  
noscimus & gaudemus. Hoc solum spe-  
cialiter petimus ; ut quia vos Deus in  
locum quietis & tranquillitatis collocare  
dignatus est, pro nobis quos sieculi istius  
temporibus & innumerabiles fluctus  
affligunt, abundantius Domino supplicatis : ut si nobis, quia non meremur,  
gloria non dabatur ; saltet vobis oranti-  
bus peccatorum tribuatur venia. Amen.

## SERMO QUARTUS.

*Si quando terre operarius & ruris cul-  
tor agrum suum seminibus preparat,  
non sibi sufficit rudem campum fortis vo-  
mtere proficuisse, assiduus aratro duras  
edornuisse glebas, ac fulcis frequentibus  
confecisse ; sed insuper studet agrum il-  
lum in secundis graminibus emundare,  
noxiis evacuare ruderibus spinarum, ac  
flirpium fomites excisa radice convellere,  
sciens terram suam sine porgatione mali  
germinis boni feracem esse non posse :  
ad se diutius putans illud quod ad spiri-  
tualiter agricolam pertinet : Novate vobis  
ruralem, & nolite seminare super spinas. Ita  
& nos qui Dei agricultura sumus effecti,  
qui spe fructuum nostrum non terra cre-  
dimus, sed celo depositum, non nobis  
sufficere putemus, terram corporis no-  
stri vigiliarum exercitii edomare, vel  
jejuniorum labore confidere ; sed impre-  
mis mentem vitiorum stirpe mundare*

*Cod. Regni. Tom. I.*

conemur, studeamus circumcidere mo-  
rum passiones, eradicare superbiam,  
plantare humilitatem, effodere iram,  
fundare patientiam, amputare invidiam,  
inferre benevolentiam ; & hujusmodi  
virtutibus agrum cordis nostri, quasi  
quibusdam bona frugis fecundare semi-  
nibus. Ceterum si caro conteritur, &  
anima fructificat. Simile est ac si arati  
campus non designat, & nunquam ta-  
mea melissi apparet. Quamobrem si  
interius non emendamur, & exterius af-  
fligimur, quantum video inimicicias con-  
tra utrumque suscipimus : tantum labo-  
ris indicimus propter animam, & nihil  
studii impendimus circa ipsam. Interdi-  
ximus nobis diversas sieculi voluptates,  
varios deliciarum sapores, in quibus erat  
aliquid jucunditatis atque dulcedinis :  
& nunc abstinere noo possumus à super-  
bia, ab ira, ab invidia, à venenatis pa-  
tioni.

O o o a

sionibus ; in quibus nihil est, nisi quidquid amaritudinis argue rancoris est. Propter timorem Dei ad relinquendos dulces affectus & chara pignora fortis fuimus ; jucundissimos pleniorum vultus parentum quasi odissimus , ita effugimus ; bellum quadammodo pietati intulimus : & nunc ad declinandas negligencias, ad expugnanda levissima via infirmi ac defides sumus. In abdicanda seculi jucunditate tam magna premissimus, & nunc maledicere , obrectare , moveri contra vilia, insuper & in homines irasci & scandalizari patemus. Hec vincere impossibile, & supra humanam putamus esse naturam. Sed quod nunc in minoribus cedimus , per bona initia nostra nos accusamus. Docet nos enim quod quidquid non agimus , non impossibilitatis sit, sed tepris. Ideoque fratres respiciamus ad fidem illam fervoremque quo excepimus, & ad ornandum conversionis nostrae usum de primordiis nostris sumamus exemplum. Si periculum est non quotidie aliquid addidisse ; quanto periculosis est ab initio recessisse ? Opus est ergo ut corporalem laborem spiritalis fructus , id est , morum emendatio subsequatur. Virtus que utrumque horum impetrunt , uniuscunque labore vincenda sunt atque expugnanda. Parum prodest carnis contrito , nisi adhibeatur cordis intentio , & mentis sollicitudo. Quod si folium labore corporis , & spiritus non repugnet ; quid prodest passiones impugnari a famulo , que pacem inveniuntur habere cum Domino ? Nam levius est si interdum caro sola impugnationibus quibusque vexetur , verbi gratia , si concupiscentia , gula aut luxuria inquietetur. Fieri enim potest ut ad anime non perveniat detrimenta vel periculum , si mens respiciat voluptatem. Quod si concupiscentia peccati arcem mentis obtineat , quid mihi prodest si nondum maculatus videatur exterior , meliore sui parte viata ? Si enim interior vietus est , jam uterque captivus est. Quid prodest si extra civitatem geramus bellum , & intus patiamur excidium ? Ideoque si me de vigiliis revertentem inobedientia passio , si spiritus invidie , si consoeto ad obrectationis excipiat ; si ad transgressionem regule furtiva presumptio sollicitet ; si xizania tritico miscui , & quod videbar congregasse dispersi , spem missis avibus ferisque donavi ; ac sic uno momento labore totius noctis effudi , & quod pejus est , nec effusisse me sensi. Hec est enim spiritualium laborum ratio , ut cum ea summo labore cum Dei gratia confiteri acquire , ita tam facile pereat , ut yis possit intelligi. Et inde est quod

hos interdum sanctos putamus , quia hora de laboribus extimamus , & detrimenta subsequencia deprehendere nequeamus. O quam frequenter judicationis , vanitatis ac fastidiosus malum dum nos sentimus , incurrimus ! Quam frequenter spiritu foecundationis adurimur , vel in honestas atque obscenitas cogitationes in ipso corde condimus , & perceptionem vulneris nullus sequitur sensus doloris , nulia contrito compunctionis. Sei quid ego de his occultis loquar , quae serpento quodam lapsu ad ipsam animam penetrantes venenato nescientes & ignarus dente percutiunt ? Aperte interdum a nobismetiopis scandalorum bellis collidimus , obrectationibus ac maleolquis lingue velut proprio mucrone confundimus ; convitis etiam interdum in Praepositos illatis violamur , & in eorum injuriis quodammodo Christum Dominum delaphizamus , qui dixit : *Qui, Luc. 10. vii spernit, me spernit.* Et nullus conscientie scrupulus , nulla compunctionis medicina subsiquitur. Sed quid in nobis penitentiae genitus queremus ? Utinam interdum post speratam veniam non peniteatur : utinam non penitenter humiliari , quos non potuerit peccare. Respondet mihi illa anima que peccatum suum confusione mortifera celans in conspectu fratrum sic agnoscere erubuit , quomodo vitare debuisse ; quid faciet cum ante tribunal divinum , & ante celestis nullus fuerit presentant conselium ? cum hinc atque inde quasi vehementissimis testibus perurgeri cooperit , veteribus suis circumscriptis malis , que per humilitatis & compunctionis remedium curari nolunt dum licet : qua Praepositus subtrahendo atque celando aeterno examini , argue aeterno iudicii integra reservavit facinora ? Ideoque qui culpas & negligencias , etiam qua parva sunt , curare voluerit , noverit se per supplicium aeternum in brevi transisse compendio. Itaque si cupimus , ut nos nequamquam fallat atque decipiatur follicitissima carnis vanitas , secreta in honesta cogitationis obscenitas , racita mentis voluptas , incauti cordis impietas ; prius ea que manifesta sunt , id est , gula appetitus , ira motus , superbita impetus , contradictiones tumidas , obrectationes improbas ex moribus nostris excidere festinamus. Quomodo enim praevidere poterimus in secreto hostem , si cavere non valeamus aperta congreessione pugnaremus ? Ideoque , charillimi , milicia nostra hoc a nobis exigit ut non contra alios , sed contra nosmetipos quotidie dimicemus , & universos hostes nostros io nobis ipsi jugiter persequentes , palmarum spiritalis triumphi a Domino consequamur. Et quidem

quidem quamdiu ad mundum pertinebamus, negligili militantes, iu quibus nunc erubescimus; tunc nobis adversarius non obstat, immo etiam consentiebat: quia circa miserabilem & perditam vitam nostram non iuveniebat, in quo suam extenderet invidiā. Delectabant enim eum nostra opera, sufficiebat ei per se nostra crimina. Quis enim sulpiciat bellum cum milite suo? Quis vellet impugnare subiectum suum? Supra omnem infelicitatem erat vita illius, cui nocere non dignabatur inimicus. At vero nunc postquam voluntati illius renunciavimus, videt cultores suos ad auctoris pristini rediisse famulatum; videt quodammodo in nobis idola sua in Dei templo mutari: tremens & tanquam leo rugiens omnes nocendi aditus pervigil insidiator explorans dirigit contra nos vitiorum acies, exhibens secum septem spiritus nequiores se, si forte domum nostram spiritalibus studiis vacuum inveniat ac vacantem; ut cum turbis suis eam valeat occupare, ac sibi in eam præmissis vitiis quasi quibusdam metatoribus preparamet mansionem. Atque ideo dilectissimi, mille contra nos uocendi versat ingenia; juniores quoque & incipientes vel indecoris gulae blandimentis, attentat, vel aculeis nondum edomita carnis inquietat, si possit eorum sensus vel inhonesta cogitatione polluere, & ignobilem triumphum de castis vulnere reportare. Meliores vero quoque ac seniores per elationes ac jactantiae malum profecta ipso ac meritis propriis expugnare conatur; dum tempora, dum merita ingerit, per immundissimam vanitatem humilitatem cordis excidat, & quod periculofum est, in conspicuū sibi homines placere persuadet. Jam vero illud commune & familiare malum est, quod armat contra nos lingue nostrae gladios: quod irarum flammat stimulis, atque ita diversis passionibus inebriat mentem, ut quando aut irascimur, aut obrectamus, aut maledicimus, alii nos nocere credamus. Sed noui est ita, charissimi, nam uniuscujusque viti malum in suum redundat auctorem: suam linguam maliloquus maculat; suum cor obrectator exulcerat; suam mentis lumen iracundus obsecrat; suam animam invidus veneno livoris aspergit: iu quo illud Salomonis Proverbiis 9. 18. impletur: *Fili si malus fueris, fatus haeritis malum.* Inde ergo evenit, charissimi, sicut dixi, quod nos interdum deteriores esse sentimus, quam in hoc seculo fuimus; quia adhuc in colluctationis incerto sumus; quia hosti quem ipsa couversatione provocavimus, in medio certaminis manus damus, nec in fervore quo cœpimus perseveremus. Sed & debel-

lante tempore succumbimus; ideoque magnis viribus defendendum est magna uomen professionis. Multum est quod ad eremum veniendo promisimus Deo, quanlibet multa sit que speramus à Deo. Ideoque discutiamus omnem inertiam, omnem laßitudinem meutis, & pretiosam militiam prelio agamus affectu: nec expetemus ad obsequia Dei nostri mercenariorum ac servorum more, compelli, neque contenti simus ut alius à nobis exigat quidquid ad salutem & gloriam nostram pertinere cognoscimus. Ante omnia caveamus, ut quod agere necesse est non agamus invitati, nec ante opus contradicamus; nec in opere murmuremus; nec nobis de confusione opere placeamus male blandiente jactantia. Ante omnia fratres, sollicito corde negligentias uostras quotidie discutiamus, easque nobis discussa teoris nebula ante oculos constituamus. dientes illud: *Pecatum meum ego cognosco, & delictum Psl. 50. 3;* mea contra me est semper. Scelus est quod interdum levia nobis faciat esse peccata ipsa confuetudo peccandi, cum certum sit nos sicut de minimis bonis augeri, ita de minimis negligentiis debere compungari. Non est enim minimum vita in vita hominum negligere minima. Nescio enim de quibus debeat esse securi, etiam de peccatis ignorantie judicandi, ac rationem de otiosis sermonibus ac de cogitationibus reddituri. Nescio que delicta debeat negligere, de quibus ipse Dominus in quadam definitione declarat dicens: *Amen dico uobis si quis dixerit fratri suo fratris, reus erit gebenuis igni.* Quis porro hic sperare ullam indulgentiam posset, nisi quam proclivis est homo ad delinquendum, tam misericordia Dei nostri dives esset ad remittendum? Respiciamus ergo fratres vocationem nostram, & ambulemus in omni humilitate, in omni patientia, in omni mansuetudine. Ponamus ori nostro custodiā; timor futuri iudicii mitiget iracundiam: cogitatio ultimi diei frangat superbiaem. Cogitemus qui luctus erit negligenti animæ ex hoc corpore discedenti; que angustie erunt? que caligo, que tenebrae erunt, cum ei ex illo adversariorum numero prima occurre coepit conscientia diversis circumiecta criminibus? Ipsa enim remotis omnibus probationibus ingerenda erit oculis nostris, ut nos & convincat probatio, & confundat agnitus. Non tibi licet vel celare aliquid vel negare, ubi non de longe aliundè, sed deintus processurus est & accusator & testis. Quonobrem futuram illam confusionem ex prefenti que inter homines evenire solet confusione coniungiamus, si aliquis inter nos obijceretur delicta & occulta sua, querendam & cordi intrinsecus nota

nota sunt; verè dico, communes omnium vultus ferre non posset. Et quid faciet infelix anima quando cum opprobriis & fuditatibus suis Angelorum tuerit conspectibus præfrenata? At verò illa anima quæ benè cursum tuum direxerit, quæ Christo in senioribus suis obtemporeaverit, quæ professionem suam per omnia conservaverit, non timebit ultimæ illius horæ necessitatem; sed excedens de his corporis habitaculo, ita sibi videbitur quali post longas carceris tenebras producatur ad lucem; quali de caliginoso, obscurissimo, & horridissimo spece in aulam Regiam introducatur; quali de lacu miseriz & de luto fixis abstracta pretiosis ac splendidis vestibus induatur, atque inter florum & aromatum suavitatem mitificis reficienda odoribus collo-

cetur. Recordemur quām jucunda sit quietes, quām delectabilis repausatio post depositam alicuius gravissimi oneris faecem: quām dulce sit post longæ captivitatis catenas ad charam patriam recuperata libertare remeasse; quām preciosum sit post multa navigationis pericula ad optatam terram, & ad portum desiderabilem pervenisse; atque ex his colligamus & cognoscamus quām jucundum erit comite bona conscientia ad veram & solidam gaudia atque Angelorum confortia; & ad illam vitam confondere, ubi nulli erunt labores, nulli dolores, nulla damnatio, nulla incommoda, & quod super omne bonum est, nulla peccata; sed æterna innocentia, inviolata justitia, incoquussa securitas, & sempiterna felicitas.



## SANCTI EUCHERII EXHORTATIO AD MONACHOS.

**Q**uid vobis exhibeamus, fratres charissimi, quod & nobis dicere, & vobis audire dignum sit? Quid vobis loqui audemus, quos etiam tacita admirazione suspicimus? Quid nos edificabimus vos verbo, cùm vos nos edificetis exemplo? Docebimus vos quid agatis, qui jam mirarum quod agitis? Quid ergo dicturi sumus? Ut deseratis mundum, quem jam deseruitis? Ut contempnatis divitias, quas jam multi contempsitis? Ut fugiatis cupiditates, quas jam fugiatis? Ut eligatis salubriora, quæ jam elegistis? Aperiam igitur in exhortatione communis os meum, adimplente illo qui dixit: *Aperi ut rum, & adimple te sibi.* Loquar ergo apud vos, dilectissimi, non expavescens; ne sit unius revercundia, ubi lætitia multorum est. Divinum opus est unde gaudeamus. Diu discas quod benè doceas. Utinam secundum meritum vestrum dignè vobis prædicare os nostrum possit. Quod rectè alii prædicant, vos impletis; quod alii loquuntur, vos facitis: quia Angelorum vitam homines adhuc in terra positi exhibetis. Nam illam conversationem celestem, quamvis pauci illic videbant, vos facitis iam hic videre. *Vos effis,* siccut Salvator ait, *Iux bujus mundi:* Vos lucerna illa super candelabrum posita. Si quis ab hac lucerna remotus est, in-

volvatur necesse est mundi tenebris. Quisquis autem se huic lumini appropinquaret, ille utique habebit oculos vindendi, qui & habuit aures audiendi. Hæc ergo lucerna ut clarissimum lumen habeat, implenda est semper oleo misericordie, pietatis, mansuetudinis, humilitatis, obedientie, charitatis.

Humilitas verò maximè excolenda est, quæ nos justis sequat, Angelis jugabit, Deo appropinquare facit. Hæc est, quæ nos ruinam, non precipitum, non lapsum timet: quia humilitas unde cadat non habet. Vis ergo non cadere? non extollari. Vis non inflare? non inferri. Nam & ex hoc benè quidam ait: Quidquid tumet, sanum non est. Superbia enim, quæ est humiliati contraria, quid aliud quām tumor est? Sed sicut corpus cum tumore, ita anima cum superbia fanatico non habet. *Humilitas ergo temetipsum, & altera te ne queas.* Icl. 3. 12: Attamen si quis vult superbis esse, habet in se ubi exerceat superbiam suam. Superbiat mundo, despiciat conversationem scilicet, pro nihilo habeat concupiscentias ejus; adversum vitis insurgat, adversum ipsum superbiam sit superbus, & sub pedibus suis habeat parentia, divitias, cupiditates, & cætera quæ mundo dominantur. Quæcumque hæc putantur magna, atque

atque magnifica , tanquam purgamenta & sternora superbiz laudabili rigore contemnat : satisfaciet superbis sue , cum se animo & supra ipsos etiam Reges videbit . Hic tamen si tamen sancte superbis esse voluerit , contemptor quidem erit mundo ; sed humilis erit Christo . Erit quidem ibi elatus , sed hic subditus : propterea enim se in illis erigit , ut se facilius ad hanc deponat .

Hanc ergo humilitatem si intendet custodierimus , etiam vera illa obedientia sine labore servabitur . In qua obedientia , dilectissimi , utique compunctione manifestatur . Compunctionis enim corde est , qui se minimum judicat . Quando audeat voluntates suas exequi ? Quando audeat resistere auctoritati ejus qui praecipit ? Unde & Apostolus ; *Obedire , inquit , Præceptis uestris , & reliqua .* Sed numquid is qui praecipit solus in laude est ? Nec ille qui obtemperat , dilectissimi , sine laude erit . Ille meretur regendo gloriam , hic obsequendo . Ad magnum ergo decus & mercedem ab utroque tenditur , dum alius bene consilium , & alius bene consilii obtemperat . Hanc obedientiam maximè Salvator noster inculcavit nobis , qui non solum dum nos redemit , sed etiam dum obedientiam docer , salvare nos volebat : tequalis enim Patri obedivit Patri . Et quomodo obedivit ? Numquid in re facili obediuit ? Urge ad mortem . Er qualis mortem ? mortem autem crucis . Nec solum obtemperavit , sed etiam voluntate Patris voluntatem suam fecit . Facere enim quæ jubemus etiam inviti possumus : illa vera obedientia est , cum eam quæ vult ille qui praecipit , ea incipit velle qui pareat . Scriptura sacra ait : *Bonum est homini cum portaverit jugum à juventute sua ; sedebit singulariter & tacbit .* Ponamus ergo adjuvante nos Christo ori nostro oltum & seras , & verbis nostris stateram . Apostolus namque ait : *Qui bene ministraverit , gradum bonum sibi acquirit .*

**Hebre. 13.**  
17.

**Phil. 2.**  
8.

**Thess. 4.**  
21.

**i. Tim. 3.**  
13.

Et haec quidem , dilectissimi , non ad instruendos vos loquor ; sed ut humilitatis & obedientiae bona quæ exerceretis , in verbis meis recognoscatis : quæ bona , quæ ad æternum Dei regnum vos trahunt , cupimus ut indefinenter possideatis . Neque enim qui cooperit , sed qui perseveraverit , hic saluus erit . Ei autem qui vult saluus esse , hic certandum

est . Si quis in pugna , quando acies ordinatur , & contra adversarios starut , loco suo recesserit , deinceps ignavus ac refuga habetur . In hoc quoque loco milites Christi adversum diabolum videntur , quasi in acie ordinati stare : deferere certamen & discedere hinc , non solum ingloriosum , verum etiam periculosum est . Manendum est in hoc eodem loco ; ut tenentibus nobis quod tenemus , non alii coronas nostras accipiant . Manendum & permanendum est ; ut hic glorioissime pugnantes , quietissime navigantes tutissimam vitam in studiis spiritualibus transfigamus , & apprehendamus vitam æternam , in qua vocati sumus .

Salvatorem noster loquitur : *Nobis potestis misericordia tua manifestari : neque accendunt lucernam , & ponunt eam sub modio , sed super candelabrum , ut lucar annulus quæ in domo fuerit . Reckè ergo tam illustris lucerna sub Monasteriū modo constituta ad Ecclesiæ translata est candelabrum . Et sicut modius iste Evangelicus benedictus Monasterio cooptatur , ubi nihil agitur absque mensura . Habent enim illuc universa dimensio , omnia facta aut dicta æquissima ratione prolata tenent ad vicem modii modum . Benè ergo spirituali Intellectu per hanc figuram Monasteriū Interpretamur , quæ ad similitudinem modii nihil soleat in se habere permixtum . Nam sicut triticum à paleis segregatum , ita de seculo separatos recipere consuevit ; & post Domini ventilabrum , qui mundat aream suam , ejecit foras excrementis tanquam purlora jam granaria intra se electos suos continet . Proinde sicut modius Monasterio , ita candelabrum Ecclesiæ comparatur : quia cùm sit in edito vel in conspicuo constituta , splendorem ad se translacum oculis effert , lumen sibi impositum cunctis ostendit . Accensus ignis rationabiliter profert ut luceat : parum enim prodest latens bonum , parum lucet lumen absconditum . Exalta , beatissime Pontifex , sicut tuba vocem tuam : cælitus ediffere populus ; revela quem in secretis effodisti thelaurum tuum ; sparge opes quas conquistasti : divicias quas in eremo parasti palam esurientibus effunde , adjuvante Domino nostro Iesu Christo , qui cum Deo Patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum . Amen .*

## SENTENTIA SANTI EUCHERII AD MONACHOS.

**I**N hunc ferè modum artifex mundi Deus cùm cætera animalia prona in humum fingi iussit, solum hominem rectum sublimemque factum habitudine ipse corporis ad contemplationem sui provocavit. Hunc noo intellexisse, læsile est. Intelligimus autem, si observantiam mandatis ejus afferamus. **Deut. 6. 5.** **xima** verò mandata haec sunt; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua.* Intolerandum quoque aliquid aut ingratum precipitur? Diligi sc̄ a nobis iubet, cuius donum est, quæ in nobis, quæque intra nos nostra sunt. Hic immortalitatem tribuit; hic eandem decepto reparavit; hic nobis constitueris legem; hic Prophetas emisit; hic postremo propter nos unicūm filium suum à celo descendere, nasci, attractari, moti passus est. Nonne hic diligi se, si non admoneat præceptis, cogit beneficiis? **Pldm. 115. 22.** *Quid retrahit Dominus pro omnibus quæ retrahit mihi?* Ut diligam eum ex toto corde meo, & ex tota mente mea, & ex tota anima mea. Sequens mandatum est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ad hujus verò mandati obedientiam non tam præcepto, sed natura dicimur. Quid enim tam commune cunctis, quam diligere proximū? aut quid tam proprium humano generi, quam haec que etiam ex nomine ipso traxit est humanitas? Nam quid aliud magis quam hic affectus nos à bellūs discernit? Ita non reservata charitate, feritas est. Et tamen non in hac, ut in plerisque rebus, beneficium tantum damus, sed mutuas connexæ charitatis vices, fructum ejus non magis præstamus quam capimus. Namque dum proximum amamus, ut à proximo amemur necesse est. Diligamus ergo omnes eum ex toto corde nostro, qui legem sancit, ut matuo nosmetipos diligamus. Reliqua mandatorum Domini his præceptis continentur. Namque ista hujusmodi sunt, ut si quis ea tantum custodiat, omnia implet. Atque haec etiam ante adventum Dei Salvatorisque nostri servata sunt. Nobis verò recentioribus insuper præceptis, & Christo, cuius sumus, inherendum est dicente **1. Cor. 6. 20.** *Nostrī enim non sumus, & non esse uerbi: empti enim eis pretio magni: glorificare & portare Deum in corpore uero.* Dedit nobis pretium, id est, qui & pretium est; ut jam non nostræ, sed vo-

luntati pareamus fuze. Hinc itaque Redemptor noster ad electos suos loquitur; *Vix de hoc mundo non es sis.* Hinc & ille: **John. 15. 4.** *Exire de medio eorum & separarimi;* Cujus **19.** voces affecuti, secedentesque, velut **2. Cor. 6.** post tergum cum vitiis suis mundum reliquimus. Quod ergo secessioneis hujus erit pretium, ipse Dominus noster Ihesu Christus indicat dicens: *Si quis venit ad me, abegit semipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Portemus ergo crucem nostram, carnis desideris, id est, viciis repugnantes, voluptatibus ejus pravis nihil indulgendo. Crucifixit corpus qui non vivit corpori. Hujus igitur curam ne feceritis in desideriis: quia **Rom.** 13. non minus per illecebras suas infestum est **14.** nobis & adverbum, quam ille Princeps aeris hujus indecessus hostis noster, qui retrahere nos à eorum nitenti regno contendit. Denique haec ipsa illi ad decipieodium hominem sapientia machina est. Et revera cùm ipsi nos in anima simus constituti, extrinsecus sic corpus; ideo à Deo, ut hic ibi datum est, hic interim dum ille resurrectionis dies venerit, relinquendum est. Dubium ne est magis nos custodiare debere quod est proprium, quam quod exterrum nobis est? Nobis potius consulamus quam corpori, quod planè non minus quam dixit ac reliqua, quæ quandam nostra diximus, deferendum: Mortificemus enim membra nostra, ut vivamus vita, quæ hanc non tam vitam quam pretium vitæ esse probat. Non nunc quidem primo de turbidi seculi coeno emergimus. Cui tempori quippe apud haec præceptorum ars videri potest. Iocundum tamen nobis est, vana hujus mundi gaudia, vanæ illæ omnia, quæ semper volentes invitosque amisit, piè nos quod mortaliati debent Deo reddere. Angusti abjectique est animi, qui non spes suas ultra hoc seculum porrigit. Quapropter in futura nos extendentes facultum & voluptatum præteritarum obliviscamur. Lot beati conjux tellis in æternum manet, respicientem retrosum evadere ad superiora non posse. Quid negotii ei cooverit ea quæ secundum spes veris? quamquam si consideremus, & ne vel hinc vane sit locus gloriae, non sprevimus ea neque abjecimus; sed fænore majore commutavimus. Contemperamus fænæ quæ reliquimus, si ob hoc celum cœli non speraremus. Nec tamen ea

John. 6.  
14.Mark. 10.  
41.

ea ipsa , quæ reliquimus nostra sunt : nam cùm ipsi nos sumus ejus à quo inspiruti videmur ; agnoscendum est ejus esse quæ reliquimus , & quæ desideramus : His igitur apud animum oblitteratis quæ jam repudiata sunt , secessum , mansuetudinem , fidem , charitatem . Custodiamus thesaurum , quem Christi pauperes gerunt , & in vasis fictiliis depositum tueamur . Firmis est infidendum vestigis : quia quod scandimus iter lubricum est : & quo difficilis carere delicto potest , in hoc esse debet major custodia . Sed ne dubietas in laboris fidei que bujus spe sit , audiamus quæ justis iustisque merces manent . *Qui credit in me habet vitam eternam* , ait Dominus . Quis ergo creditibus vel timentibus Deum finis est , quibus æterna vita erit finis ? At è contrario præceptis Domini non obtemperantibus quis denunciat exitus ? *Dicendote à me maledicti* , ait Dominus , *in ignem eternum , qui preparauit eft diabolus & angelis suis* . Videtis qui utrumque meritum terminus consequatur . Si ex hac , quæ promittitur , vel pena vel gloria , una tantum res nobis remota , alia denunciaretur infinita ; sic quoque incitamenta ad bene vivendum proponi putarem . Nunc verò an illud magis refugendum sit , an illud magis ambiendum : cum hinc magna sint supplicia , hinc magna sint præmia ? Et tamen etiam si metita nostra retributio digna non sequeretur , quid fieri rectius ab homine possit , quam indultam vitam castè ac pia vivere ; sanctitatemque ejus , cuius imaginem gestare , amulari ? Adeo quod per ineffabilem Domini nostri misericordiam ad beatam vitam minime præmissaque etiam sollicitarum . O quam pulchra illa , spretis fideliter facili hu-

rus rebus , adveniet post Domini in vos fidelis remuneratio , cùm in illa coruscanti fede glorie , sanctorum chorus mixti verum Dei Filium agnum sequetur : pariterque in hac vita Christo sepulti , in illa pariter exultantes regnabimus ! *Indigne sunt passiones hujus temporis Rom. 8. 13.* ad futuram gloriam quæ revelabatur in nobis . Atque idcirco ut bujus glorie non expertes sumus , vita bujus voluntate non capiamur . Vita enim nostra abscondita est in celo . Nil in hoc mundo speremus . *Spes enim quæ videtur non est spes* . Nec multitudinis refugiamus exemplo : *multi enim sunt vocati : pauci vero electi* . *Mark. 22.* Nec inchoato studio lasemur : non enim *qui ceperit , sed qui perseveraverit salvus erit* . *Mark. 10.* Gula , libidinis , avaritia , ira , vanitas , superbia , una est debellatrix tot criminum continentia : cuius optimus erit cultus timor , si memineremus in conspectu Domini nos semper fitos . Gaudium ac tristitiam tunc magis nostram ducamus , cùm proximorum sunt . In obtrectationibus rēquè detestanda nobis sit lingua , & aurium prurigo . Hæc filii mei memorie , hæc observationi mandate ; nec longus in his custodie labor erit . Quantuli enim ut sumus vita huju sunt dies in nobis ? Propterea quia sicut scriptum est *seculorum finis decurso* . *1. Cor. 10.* sunt , non esse diuturnum potest , quin *11.* nos si non communis , propria saltēm absoluſio , ad judicem nostrum sponsorumque meritorum Dominum transferat . Hæc audientes tacitis ora lacrymis rigantur tantus eorum erga beatitudinem futuram in hujusmodi exhortationibus affectus est . Sic itaque beatissimus Paulus mysticis imbutus disciplinis , devovens militiam Regi seculorum Deo , per stipendia innocentia vite præmia confatur æterna .

## INCIPIT ADMONITIO S. EUCHERII AD VIRGINES.

**S**1 diligenter attenditis , venerabiles filia , evidenter agnoscitis , quod nullus homo sibi foli vivit , nullus sibi moritur . Omnis enim quantiscunque exemplum sanctæ conversationis prebuerit , cùm tantis & pro tantis ad præmia æterna perveniet . Et econtra qui exemplum malæ vita & perversæ actionis ostenderit ; quantascunque suis malis moribus ad opera iniqua provocaverit , cùm tantis & pro tantis perpetua supplicia sustinebit . Nos verò non solum exemplum malæ vivendi ceteris non pre-

*Cod. Regul. Tom. I.*

beamus , sed etiam sancta & salubri admonitione ad humilitatem & charitatem vel obedientiam jugiter provocemus . Non sumus de illis , quæ irascitibus vel furentibus quibuscumque fororibus malis consilii solent pavulum superbiam ministrare , dicentes , quod non debeant tanto tempore abjecta se humiliare dejicere , & tam dura vel inepta imperia sustinere . Non sumus de talibus , quæ per amarillas linguas , non solum vulneratas curare nolunt , sed etiam quæ fanz sunt vulnerare contendent ; quæ murmurando ,

P p p

detract-

detrahendo , per inobedientiam vel iracundiam non Christo servire , sed diabolο militare & ministrale consueverunt : asturis enim & crudelis diabolus callidissimis artificiis ac multiformis ingenii animas quas semel persuasionē nequissima desideris , repidas , ac negligentes efficerit , etiam in aliorum luber- sionem sibi servire compellit , de quibus

**Apoc. 5.15.** scriptum est: *Utrum calidus esset aut frigidus: nunc autem , quia tepidis es , incipiam te ecomere ex ore meo.* Tales enim animas ad inobedientiam vel superbiam preparatas diabolus omni lumine veritatis & charitatis excecat , & quasi venator robustissimus & callidissimus aucte velut illices sibi ad capienda , si potest , etiam sanctas animas aprat ac preparat ; quomodo aucte facere solent , qui columbas quas primum ceperint excecat & furdas faciunt ; ut dum ad ilias reliquæ columba convenient , preparatis rebus capiantur . Ita etiam hostis antiquus de tepidis clericis , & de negligenteribus Monachis , vel desidiosis virginibus exercere consuevit : & cum in eis oculos patientie clauserit , ignem compunctionis & flammam verae charitatis extinxerit , & de solo religionis habitu persuaserit gloriari , sicut iam dixi , ad aliarum perditionem vel illices eos proponit , & preparat in exemplum , ut dum illos simplices quique & minus folliciti imitanter , diversis laqueis vel rebus capiantur . Ipsi tales non tolum pro se , sed etiam pro aliis quos exemplo mala conversationis de bono humiliatis & obedientie revocaverint , rationem sunt in die judicii reddituri .

Antiquus enim hostis , qui bonis semper invidere consuevit , primum servos vel ancillas Dei , quos tepidos ac negligentes esse cognoverit , persuader oriosis fabulis occupari , murmurando vel detrahendo ad contumaciam provocare , & ad audiendam lectionem tardissimos reddere : & cum in eorum cordibus velut callum , & , ut ita dixerim , scoriam reportis induxerit ; ad qualibet opera mala sibi eos faci preparatos , & omnibus viris vel negligentibus infeliciter servire compellit ; secundum illud quod veritas dixit : *Qui facit peccatum , seruus est peccati ; & à quo quis separatur , ejus seruus efficitur.*

**John. 8. 34.** **2. Pet. 2. 19.** Sicut enim sancte ac spirituales anime servore charitatis accensit Spiritu sancto aguntur , & ad omne opus bonum jugiter preparantur , secundum illud

**Rom. 8. 14.** quod Apostolus ait : *Quicquid spiritu Dei agitur , bi sunt filii Dei.* Ita ē contrario negligentes & tepide ab illo contrario spiritu possidentur , de quo scriptum est :

**Luc. 11. 44.** *Cum exierit immundus spiritus ab homine , vadit*

*per luci ardita , quartis requiem & non invenerit : posse reverentis invenerit domum suam vacuam & scopis mandatam , & adducit secum alios septem spiritus nequiores se , & erunt nequissima humilia illius pejora prioribus.* Hęc enim sine dubio patiuntur clerici Monachi , five virgines superbi , inobedientes & tepidi . Cū enim in primordiis conversionis suę religi- Et facili conversatione ad militiam sanctę religionis animo ferventes consugeant , per gratiam Dei vacuantr omnibus malis : postea vero dum per negligenciam ac desidiam non apponunt illud , ut cum Dei adjutorio replicantur spiritualibus bonis , vīta qua discesserant invenientes eos cum multiplici nequitia remeant , compellunt eos redire ad vomitum : & impletur in illis quod scriptum est : sicut canis quando revertitur ad vomitum suum odibilis fit , ita & peccator quando revertitur ad peccatum suum . De illis talibus terribiliter clamat Apostolus Petrus : *Si enim , inquit , refuta Pet. 2. gies coinqvarationes mundi his rursum ips. 10.* placent superantur , scitis fuit eorum posteriora deteriora prioribus . *Melius , inquit , fuerit illis non cognoscere quam justitie , quam post cognitionem retrofatu converti ab eo quod illus tradidit est sancto mandato : consigit enim illus illud veri preverbiu : & canis reversus ad vomitum suum , & sic late in volvabre luti.* Hoc illis evenit , qui post abstinenciam ad gulam , post vigiliis ad somnolentiam , post humilitatem ad superbiam , post obdientiam ad contumaciam , post patientiam ad iracundiam , velut canis ad vomitum , & velut sues revertuntur ad luxuriae volutabrum .

Et ideò qui se talem esse cognoscit , dum corrugandi tempus est , cum rugitu & gemitu ad vulnus superbie humilitatis medicamentum contendat apponere : contra murmuratiois vel iracundie venenum antidotum obedientie feltinet accipere . Et antequam anima sua multis peccatis obnoxia de hac luce discedat , remedium sibi in diem necessitatis acquirat , & lampadi sue per superbiam exinde humilitatis & charitatis oleum , dum colligendi & emendi tempus est , preparare concessat : ut inter sanctas virgines accensa virginitatis lampade in valculo anime sue oleum charitatis exuberet . Quia penitus virginitas in corpore nihil proderit , si charitas vel humilitas à corde discesserit . Et hęc quidem observant animae sancte , & quaz illis similes esse volunt , facere non defiuntur .

Alię vero quaz non spiritualiter sed carnaliter vivunt , non humiliati sed superbie infelicia colla submittunt : nec velut

velut apes spiritalia mella colligunt, sed quasi vespe crudelia venena diffundunt: quando senioribus inobedientes existunt, quando diammis iracundiz succenduntur, quando odium in corde condunt, quando murmurationibus suis & se & alias vento superbiae de portu obedientiae excusas, & de tranquillitate patientiae proturbatas faciunt naufragare; & quæ in primordiis conversionis suis relictis scœuli fluctibus ad quietem Monasterii confugere, nunc nimio furore superbie in ipso portu procellis iracundia naufragare probantur. Ibis talibus meliores sunt illæ, que seculo servire videntur: quia multo melius est humilis conjugalitas, quam superba virginitas, & plus laudabiles quæ in medio pelago se Deo auxiliante custodiunt, quam illæ quæ in portu nimia negligentia vel securitate merguntur.

Felices ergo sunt illæ animæ, quæ ita cor suum diversis virtutum aromatisbus Christo donante replere contendunt; ut ex illorum ore non nisi charitas & humilitas, nunquam nisi castitas, vel mansuetudo, vel obedientia proferatur: unde & sibi æterna præmia, & aliis praebant sanctæ conversationis exempla. Sicut è contrario infelices sunt, & miserae, & omni lacrymaram fonte lugendæ, quæ ita malis moribus corruptuntur, ut ex illarum ore, vel indigna conversatione, non Christi medicamenta, sed

diaboli venena procedant. Quæ cùm foris religioso habitu quasi pellibus ovium contegantur, velut lupi rapaces intrinsecus esse noscuntur, & serpentum vel viperarum more, tamdiu fidam humilitatem habitu corporis demonstrare videntur, quaenam nulla castigatione corripiuntur: at ubi vel levis admonitio fuerit; tunc falsa humilitate remota superbie se furor exeret: & tunc in veritate cognoscitur, quia aliud proferebatur in ore, aliud abscondebatur in corde; falsa humilitas fingebatur in corpore, & superbie virus tegebatur in mente.

Hæc ergo omnia timentes potius quam de vobis sinistrum aliquid sentientes, cum omni humilitate & paterna sollicitudine charitati vestra fuggellimus; & ideò ante oculos vestros corporum negligientias proferre voluimus: ut & de bonis, quæ in vobis munere divino collata sunt spiritaliter gaudentes, Deo gratias referatis, & pro me ac mei similibus, qui adhuc multis negligientiis premimur, jugiter Dei misericordiam supplicetis: ut cùm ante tribunal Christi vobis pro perseverantia bonorum operum corona tribuatur, nobis intercessione vestra vel peccatorum indulgentia concedatur, præstante Domino nostro, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

## EPISTOLA S. CÆSARII EPISCOPI ARELATENSIS AD CÆSARIAM ABBATISSAM EJUSQUE CONGREGATIONEM.

**C**OEGISTI me famula Dei ac venerabilis in Christo soror, & crebris petitionibus extoristi potius quam rogasti, ut quæleuncunque sermonem exhortatorium tibi scribere deberem: non quod ad scientiam vel ad perfectionem tibi quidquam conferre possim; sed in quo magis providentiam meam facile reprehendere quæas. Quod ego diu multumque renifus facere diluli, verens jastantis simul impudenteraque notam incurrere; prefertim cùm sciām te diviniis voluminibus assidua meditatione vacare, nihilque quod ad perfectionem tuam attinet te penitus igno-

*Cod. Regul. Tom. I.*

rare. Sed quid faciam? Negare non audeo quod implere nequeo. Tanta est enim petendo & jubendo fides simul & auctoritas, atque extorquendo perseverantia; ut tibi quidquam negare irreligiosum videatur. Tamen si das fidem nulli te lecturam alii, nec ad legendum edituram; secundum quod Deus vires dederit faciam, quæ hortaris. Danda mihi venia est, si opus injunctum dignè implere nequivero; tibi potius imputandum, quæ ut hoc aggrederer imperasti. Reuoti igitur à temeritate, atque ab elatione liberi, proposito infudemus operi; nec de mediocritate dissidamus ingenii,

P pp a

quod

quod credimus merito tua orationis adjuvari. Hoc tamen sciri volo, nihil me tibi statuisse scribere, nisi quod ad perfecte virtus normam, emendationemque morum te possit instruere; quod expostam beatitudinem virginitatis pedibus subiiciat mundum. Hæc in eorum pedibus illi scribere studeant quibus laudari cupiunt: nobis alio longè pergendum est itinere. Igitur hoc primum studium prima cura sit tibi scire voluntatem Domini tui, & diligenter inquire quid ei placeat, quidve displiceat; ut rationabile Deo secundum Deum reddas obsequium: quia fieri potest, ut votum oblique quisque offendat, qui quomodo obsequi debeat antea non didicit. Inter omnia Dei precepta generale mandatum est de iustitia: quia nulli transgredi omnino licet, quod omnibus imperatum est. De virginitate itaque dicitur: Qui potest capere capiat.

*Sed omnis qui non fecerit fructum bonum excedetur, & ibid. 3. 10. in ignem minoratur: quam Salvator plenissime quidem, sed breviter in Evangelio Luc. 6. 31. comprehendit dicens: Omnia quacunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facine eis. Igitur perfectionis secuta consilium, vide ne respergeris retro: sed in mente salvum fac animam tuam: Quia enim cupis scandere vitam, per anguli itineris illius callem tendendum est, derelicta mundi spatio maximaque luxuri pompa, quam corpore Apostolicam vis exhibere virginem: Quam lampadam tuam honororum oleo accensam, cogitando semper quæ Domini sunt, in obviam preparares sponsi. Qualis debet esse perfectio, cuius tale fuit principium? Omne opus levius agitur, cum ejus principium semper agatur. Quamvis quisque perfectus dissolvi desiderat & esse cum Christo, in hac vita necesse est, ut numquam definit cum vitis habere conflictum, si vult de hostie referre triumphum. In primis namque contra superbiz morbum fortiter dimicandum est; ut vitorum capite radicibus evulso, cetera vita quæ ex eo prodeunt facilius extirpetur. Nec enim est ad ruinam facilior lapsus; de qua scriptura dicit:*

*Ecclesiastes 10. 15. Initium omnis peccati superbia. Recte namque; quia sicut origo est omnium criminum, ita inimica cunctarum virtutum. In peccato enim ipsa est prima, & in conflictu postrema. Hæc enim aut in exordio mentem per peccatum prosternit, aut novissime de virtutibus deiicit. Unde & omnium peccatorum est maxima: quia tam per virtutes quam per vitia humanam mentem exterminat. Plerumque ex culpa superbie in abominandam carnis immundiciam itur; quia alterum pendet ex altero. Nam sicut per*

superbiæ mentis itur in prostitutionem libidinis; ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. Deus autem non nunquam deiicit occultam superbiam mentis per manifestam ruinam carnis. Principaliter namque his duobus vitiis humano generi diabolus dominatur; id est, per superbiam mentis, & luxuriam carnis. Unde & de diabolo ad Job loquitur Dominus dicens: *Sub umbra dormis & in secreto Job. 40. 16. calamis & locis humanis.* Per calamum enim inanis superbia; per loca vero humilitas carnis demonstratur luxuria. Per hec enim duo, ut diximus, vitia diabolus humanum possidet genus, vel dum mentem per superbiam erigit, vel dum carnem per luxuriam consumit. Forte enim adhuc necesse est contra luxuriam repugnandum: quia interius est hostis inclusus. Omnis virtus diaboli contra viriles in lumbis; adversus feminas, in umbilico ventris ejus; de quo scriptum est: *Virtus ejus in lumbis, & potestas in umbilico ventris ejus.* Qui enim delectationem non refringat libidinosæ suggestionis; citio transit ad consensem libidinis. Nam facile resistit operi, qui titillanti non se accommodat delectationi. Quamvis sanctorum Dei intentio inconclusa in amore Dei perficit, de carne tamen quam exterius gestat, multa prælia interna tolerat. Sed Deus qui hæc ad probationem permittit, gratia protegente suos non deserit. Propterea ex corde sunt fornicationes amovenda, ut non prorumpant in opere. Hinc per Prophetam Isaias 32. 13. dicitur: *Accingit lumbos vestros super absentes;* hoc est, libidines in corde ressecate; quando instigatione dæmonum mens unuscipiusque iusti impeditur, divini iudicij meritis, æterna tormenta ante oculos proponantur: quia nimis omnium poena gravioris supplicii formidina superatur. Sicut enim clavus clavū expellit; sic ardoris gehennæ recordatio ardorem excludit luxurias. Audi quid Dominus de Job. 40. 12. diabolo satetur dicens: *Stringit cardam suam quasi codrum:* quia prima ejus fugitio velut herba tenera facile absconditur; at si senectem dentem delectationia fixerit, more cedri obdurescit. Præcipue fictam humilitatem fugiens, illam sectare quæ vera est, quam Christus docuit, in qua non sit inclusa superbia. Umbras enim hujus virtutis multi, veritatem autem sequuntur pauci: verum enim humilem patientia ostendit injuria. Numquam in iracundia succendatur anima tua; quia *ira viri justitiam Dri non sperat.* Quod si paululum te inflamaverit; fertiles necesse est ut expellatur. Nullum in anima tua inuidia inventat locum. Pessimumque hoc malum est, quando de alieno bono quisquis de- terior

terior fit : nam unde bonus proficit , inde invidus contabescit. Difficile namque ex hoc morbo quisque recipit medicinam ; qui non vult patetfacere culpam. Rara enim ex hoc confessio : quia saepè aliud pro alio dicitur , & ideò ad salutem numquam venitur , de quo ad populum beatus Cyprianus scripsit. Satis sollicitam ori tuo pone custodiunt : nec quisquam facilius quam per linguam peccati

Jacob. 3. 8. contrahit maculam ; teste Jacobo Apo-

Ibid. 1. 26. stolo : Lingua nostra bonum demas pe-  
teſt. Unde piè admonet dicens : Si quis  
putat se religiūm eſſe , non refrenans lingua-  
fum , ſed ſeducens cor ſuum ; buju vana eſſe  
religio. Juxta ſententiam ſapientiſimi  
Salomonis : Qui dimittit aquam , caput eſſe  
jurgorū : quia qui linguam non reſtre-  
nat , concordiam diſſipat. Unde & Apo-  
ſtolas illum afferit eſſe perfectum qui  
non offendit in verbo. Sed multi dum  
indiscretē silentium cuſtodiunt , quod  
prodeſſe proximi per verbum poterat  
ſubtrahunt : dumque eorum vitia aſpi-  
clunt , quos per correptionem verbi cor-  
rigere potuerunt ; dum clauſtra oris  
muſunt , proximum in pravitate dere-  
linquent , ut diſtrictius iudicentur ; &  
quantis verbo prodeſſe poterant , pro-  
tantis reatu silentii culpabiles exiſtant.  
Duobus namque modis oratio impeditur,  
ut impetrare non valeat poſtulata : fi aut

Prov. 17. 14. Lingua nuda bonum demas pe-  
teſt.

quisque adhuc mala committit , aut ſi  
delinquenti ſibi debita non dimicet. Quod  
geminum malum dum quisque à ſemel-  
ipſo abſterferit , protinus ſecurus ſtudio  
orationis incumbit , & ad ea qua im-  
petrare precibus cupit , mentem liberè eri-  
git. In quantum prevales , cave ne re-  
corderis faciem viri , niſi in oratione  
pura : nam non in diſiderii turpitudine  
idolum facies in anima tua. Regis mu-  
lier ad ſervos non defleſtitur ; & Christi  
ſponſa ad mortales non reſpicit : quia  
eum cui pro fe paſſus eſt diligat , eum  
qua toto amore complectitur. Vultum  
Sacerdotum ac Levitarum cum timore  
aſpice , eorumque ſcilleſt qui probati  
ſunt : hoc ſciens quia amor charitatis  
habitabit in illis. Voce lectoris ſuavi nec  
deleſetur in diſiderio anima tua ; ne  
corrumpanτ ſenſus tui , & excedant à  
caſtilate. Dicas forſitan , grandis labor  
eſt : fed reſpice quod promiſum eſt:  
Considera queſo premiū tui magnitudi-  
nem , ſi conſiderari poterat ; & praesentis  
injurya futuram mercedem ante oculos  
pinge. Poſt abſeffus animæ & carniſ  
interitum , in meliorem ſtatum reparan-  
da es virgo ; corpus terra mandatam in  
celo eſt elevandum ; poſt hæc Angelorū  
eſt donanda conſortio , regnum ac-  
ceptura coelorum , & in perpetuo man-  
uſa cum Christo.

## CÆSARIUS EPISCOPUS MINIMUS

omnium ſervorum Dei famulus Cæſariae ſanctaſ forori

Abbatissæ , vel omni Congregationi ſuæ in Christo  
aeternam ſalutem.

**V**ERBOS , venerabiles in Christo filie , ne dum vobis pro conſervanda  
quiete vel pudicitia ruflico impe-  
ritoque ferme aliquid preſumptione ſugge-  
re , apud illos , qui neſciunt quanta sit  
virtus verę charitatis , notam videar  
preſumptionis incurere. Ego enim li-  
cet peccatorum meorum ſim conſcius ,  
& veſtrę poritatis non ſim ignarus ; pre-  
ſume tamen tepidus admonere ferventes ;  
lentus & negligens incitare currentes ;  
languidus fanis conſilium dare ; & in via  
remanens ad æternę vos patris diſde-  
rium provocare. Et quia ſecundum  
ſanctum vocum veſtrum frequentius vos  
viſitare non valeo ; hanc admonitione  
lam , in qua etiam antiquorum patrum  
capitula pauca inferui , & ariditatem ſen-  
ſus mihi , quaſi viorū fortiſ ame-  
nitate condivi , cum perfecta charitate  
curavi ſinceritati veſtrę ad vicem pre-  
ſentie mea pia humilitate tranſmittere.

Sed hanc preſumptionem , ſicut dixi ,  
iſpi mihi charitas ingerit , qua timere  
non novit. Et ideo rogo vos , vene-  
rables filie , ut audacie meæ veniam dan-  
tes , quæcumque fugiſſero , patienter  
& benignè ſuſcipiatis , & conſulentes ru-  
ſicitati vel verecundia mea , quæcumque  
exhortationem meam ſecretus  
relegeti , nulli alli tribuentis : ne cuſus-  
cumque eruditæ aures ruficollimi fermoni-  
ni nostri alſeritate feriantur. Nos enim  
Deo propiō , licet nihil ſiniftrum  
de veſtra converſatione ſanctissima  
ſentiam ; tamen propter multiplices la-  
queos inimici , de quo dicitur : cui ſunt  
nomina mille , mille nocendi artes :  
propter illius ergo venenosas artutias ,  
& maleblandas concupiſcentias , ſanctam  
veſtram conſientiam qualibuscumque eti-  
tepidis fermonibus admonemus ; & licet  
minus idonei bellatores , arma vobis ſpi-  
ritualia contra ignitas fagittas diabolī

P P P 3 provi-

providemus. Gaudete ergo & exultate in Christo, venerabiles filii, & gratias illi jugiter uberes agite, qui vos de tenebris facili hujus conversatione ad portum quietis & religionis attrahere & provocare dignatus est. Cogitate jugiter unde exiit, & ubi pervenire merui-  
stis. Reliquis fideliter mundi tenebras, & lucem Christi feliciter videre cupitis. Contempnitis libidinis incendium, & ad castitatis restigerum pervenitis. Re-  
guisitis gulam, & abstinentiam elegitis. Repudialis avaritiam atque luxuriam, & charitatem ac misericordiam tenuisitis. Et quamvis vobis usque ad exitum vita non deerit pugna; tamen Deo donante securi fumus de vestra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filii, ut quantum eis securus de præteritis, tantum sitis sollicitus de futuris. Omnia enim criminia vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur.

4. Pet. 5.

Audite Apostolum Petrum dicente: *Sobri effite & vigilate, quia adver-  
sarius vester diabolus tamquam leo rugiens al-  
quam derisorum querens circuit.* Quamdiu in hoc corpore vivimus, die noctuque Christo adjutore vel duce contra diabolum repugnemus. Sunt enim aliqui, quod pejus est, negligentes & repidi, qui de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, & putant quod illis sufficiat ve-  
stem mutatis, & religionis tantum habi-  
tum suscepisse, nescientes illud Pro-

5. Pet. 2.

*pheticum; Fili accedens ad servitatem Dei  
sta in justitia & similitute, prepara animam tuam  
ad tentacionem.* Nec tententiam Psalmi-

16. 4.

considerant: *Propter verba laborum  
tuum ego enstedi vias duras.* Et illud

4. &amp; 14. 22

quod Apostolus dixit: *Per multas tribula-  
tiones speraret nos intrare in Regnum celorum.* Veilles enim secularies deponere & reli-  
giofas assumere hujus horæ momento possumus: mores vero bonos jugiter re-  
tinere, vel contra maleduces voluptes facili hujus quamdiu vivimus Christo adjutore labore debemus: quia non

Marc. 10.

qui ceperit, sed qui perseveraverit salvus erit. In primis ergo omnis anima qua religione servare desiderat, gule con-  
cupiscentiam vincere, ebrietatem vitare tota fidei virtute contendat, & ita temperatum convivium in mensam medietate abstinentiam debilitetur, nec per de-  
liciarum abundantiam luxuria provoca-  
tur. Deinde abjecta superbia, cui Deus resisteat, profundæ humilitatis faciat funda-  
menta; invidiam velut vipereum ve-  
nenum detestetur ac fugiat; lingua re-  
franet; detractionem quasi venenum re-  
spuat; verba otiosa nec ipsa proferat, nec ab alio prolata auribus suis libenter admittat; vestimentorum habitum nec nimis abjectum, nec nimis pomposum,

aure periculosè elegantem habere confus-  
cat; lectionem aut ipsa frequentius legat, aut legentis verba tota pectoris aviditate suscipiat: de divinis scriptura-  
rum fontibus jugiter aquam salutis haui-  
rat; illam utique de qua Dominus dicit: *Qui credit in me, flumina de ventre joar. 7. 38.*

eius fluen aque uiuæ. De paradisi etiam horibus, hoc est, sanctuarum scriptorum sensibus, anima sancta se jugiter ornare contendat: ex ipsis pretiosis mar-  
garitas auribus suis indeclinenter appen-  
dat: ex his annulos & dextralia, dum exercet opera bona, componat: ibi vul-  
nerum medicamenta, ibi castitatis aro-  
mata, ibi compunctionis holocausta re-  
quirat. Qui vero religiom in immu-  
culato & puro corde conservare deside-  
rat; aut nunquam in publicum, aut certè non nisi pro grandi & inevitabili  
necessitate procedat; familiaritates viro-  
rum, quantum potest rarius habeat: ita  
tamen, ut quies necessitas viros vi-  
dendi aut fatigandi exegerit; ipsi videan-  
tur, quos etatas & vita sancta commen-  
dat: sed ipsis, ut dixi, rarius; & non  
diurna, sed brevissima cum illis colloca-  
tio habeatur. Juvenes vero aut num-  
quam aut difficile videantur. In fami-  
liaritate vero aliud nec laeti unquam  
nec religiosi suscipiantur; quam rem non  
solum feminis de viris, sed etiam viri  
de feminis observare contendant, si in-  
tegram puritatem castitatis custodiore de-  
siderant. Nec dicat alius, sufficit mihi  
conscientia mea. Dicat sibi quisque  
quod sibi placuerit, misera & sati odibilis Deo est excusatio ista, quæ magis  
de impudentia quam de conscientia bona  
procedit. Nam quando prima familiarita-  
tis aut viri cum scimina, aut feminis  
cum viro esse ceperit, latissimæ verecunda  
& sancta esse cognoscitur: quia subtra-  
hit imprimis diabolus machinamenta sua,  
donec paulatim aliud familiaritate cre-  
scente, inter ambos inimicam nutrit  
amicitiam. Callidus enim hostis facit  
illos sibi invicem parvo tempore deseruire  
sine ulli titillatione libidinis, sine ullo di-  
spendio castitatis: & ita illos falsa securi-  
tate circumvenit; ut eos quasi in blanda  
tranquillitate velut duas naviculars produ-  
cat in altum: & dum se putant esse secu-  
ros; nec se juniores quasi remorum adjuto-  
rium petunt, nec vigilarum gubernaculum  
querunt: cumque eos securos fecerit,  
in se ipsis elidens subita illas tempestate  
demergit, & in vulnificos implexus impin-  
gens, simul uno iœtu mortificat. Tam-  
diu sopitum ignem sine ullis flammis oc-  
cultat, donec duas faculas jungens, si-  
mul ambas accendat: sic explicat dia-  
bolus quod celare antea videbatur: sic  
quasi de simplici charitate amorem conflat

illata-

illictum. Inprimis contentus est cedere, ut sic valeat amplius occupare. Ecce securus est quisque de conscientia sua, quod eum aliquem viderit, scandalizari de ipso non possit. Nunquid quonodo conscientiam suam novit, sic voluntatem alterius videt? Ecce tuus oculus alium simpliciter videt, & forte ille te crudeliter contupiscit. De tua castitate gaudes, & de illius ruina non times; Si enim tu te nimium familiariter prebueris, alterius concupiscentiam nutrit: etiam si ipsa non pecces, alium tamen perdes; & erit tibi causa etiam sine causa, ut te libido maculet aliena. Nolite, quæso, vos; nolite quibuscumque aut occasionem date, aut familiaritatem tribuere: ne forte eujuscumque concupiscentia in vos male succentia alibi incipiat querere, quod in vobis non potuit invenire. Sed forte dicit aliqua: secura sum de conscientia mea. Absit ut hoc de ore religioso procedat. Jam enim cecidit, qui de sua virtute confidit. Libidinem si Christo adjuvante desideras vincere, familiaritatem debes refugere. Certissime noverit, quod qui indignam familiaritatem non spreverit, aut se, aut alium cito perdet. Sed forte dicit aliquis: id est familiaritatem non fugio, quia volo habere quod vincam, adversarium meum cupio tenere captivum. Vide ne contra te adversarius incipiat rebellare: vide ne te ducat captivitas ista in captiuitatem. Audi Apostolum dicentem: *Fuge fornicationem.* Contra reliqua vita oportet nos omni virtute resilitere: contra libidinem vero non expedit te pugnare, sed fugere. Esto ergo libidinis fugitus, si vis esse castitatis pugnator egregius. Sed quod dixi diligenter attendite. Quando aliquis stimulis libidinis incitatur, Christo adjuvante pugnet quantum praevaleat contra se; quia non habet quo possit fugere: Si quando vero per alterius societatem opportunitatem voluptatis diabolus subministrat, ipsam familiatatem quantum praevaleat, ut supra dixi, anima sancta refugiat: et si aliquando aliquis in se ipso tentatur, sibi Deo adjuvante resistat; quando per alicius societatem vel levi concupiscentia titillatur, quasi serpentem venenatum quanta potest celeritate relinquit. Sed ut haec omnia servate possimus; abstinentiam rationabilem teneamus: quia vera est illius sanctissimi viri sententia: prout continueris ventrem, ita & venenosos motus ejus. Humilitatem etiam nostram quantum possumus conservemus: non enim diu carnis integritas servatur, ubi anima tumore superbie corruptitur. Præcipue si & iracundia flamma frequentius surgit,

castitatis & virginitatis flores cito confundit. Casta enim & Deo devota anima non solim extraneorum, sed etiam parentum suorum aliudam familiaritatem, aut ad se veniendi, aut ipsa ad eos ambulandi habere non debet: et aut quod non oportet audiat, aut quod non expediat dicat, aut quod castitati potest esse contrarium videat. Si enim vasa que Ecclesiæ offeruntur, & in factro altario ponuntur, sancta ab omnibus appellantur, & nescias est ut de Ecclesia postmodum ad domum laicam revocentur, aut usibus humanis aptentur: si tantam dignitatem habent vasa, quæ nec intellegunt possunt habete nec servos; putas qualem dignitatem apud Deum habent omnia ad ipsius imaginem procreata? Sicut ergo vasa sancta humanis usibus servitura nec possunt nec debent de Ecclesia revocari; sic religiosum quemquam non oportet, non docet, non expedit parentum suorum multis obligacionibus implicari, aut quorumcunque extraneorum perniciosa familiaritate constringi. Illud ante omnia admoneo, ut emulationis malum quasi venenum vicecum fugatis: & ita inter vos charitatis dulcedinem conservetis; ut vobis invicem per sancta colloquia medicamenta spiritalia prepareris. Sunt enim, quod pejus est, aliqua, quæ quando se pariter jungunt, magis sibi detrahendo, vel contra Propositas mutuando vulnera faciunt, quam spiritalia medicamenta componunt. Vos vero sanctæ ac venerabiles filii, si aliquam videtis purificantem, consolationem impendite: si superbientem, humilitatis medicamentum apponite: si iracundam videritis, refrigerari patientiæ ministrate. Si nobiles eritis ells, magis de religionis humilitate quam de laicæ dignitate gaudete; & sic terrenam substantiam dilipente, ne unde spiritalis pennas bene & citè tribuendo habete potestis, aliquid vobis reservando aut tardius erogando, carnales compedes habeatis. Terrea namque substantia si tardius erogatur, animæ penas quasi visco illigare cognoscitur: quia verum est illud quod scriptum est: *Impedimenta mundi fecerunt eos miseris.* Si qua vero pauper fuit, antequam religionem sanctam assumet, Dco debet gratias agere, qui illam mundi istius facultatibus noluit illigate. Multos enim, quod pejus est, ita suæ facultates ligatos tenent, ut ad eternam patriam redire non possint. Vos vero jam etiam in hoc saeculo Christo proprio felices ells, quæ facultates simul & voluptates seculi istius non solum corde; sed etiam corpore contemptibiles. Tenete ergo manus in arato, & nolite respicere retro.

retro. Et quia in te<sup>chum</sup> jam perfectio-  
nis ascendere meruisti; non vos inde  
deponant seculi illius voluptates. Me-  
mentote uxoris Loth, que retro respiciens  
verba eis in flatuam sedis. Nunquam jura-  
mentum, nunquam maledictum de vir-  
ginis ore procedat. Non solum corpora,  
sed etiam corda vestra omni sollicitudi-  
ne custodite, propter illud quod scri-  
psit psalmus est: *Omni castitia serva te enim.* Et  
illud quid Dominus in Evangelio dixit:  
**Matt. 15.** *De corde enim exsancti cogitationes male.* Si  
enim in corde nihil male cogitatur,  
quidquid sanctum est ex ore profertur;  
quia, sicut scriptum est: *Ex abundantia  
cordis ex loquuntur.* Hoc enim lingua pre-  
ferre consuevit, quod ex officina cordis  
conscientia ministraverit. Et ideo si ex  
ore vulpis bona proferre, semper in corde  
qua sancta sunt cogitate. Sic lec-  
tioni & meditationi debitis incumbere,  
ut ante omnia etiam manibus possitis  
aliquid exercere, secundum illud quod  
**s. Thes. 5.** Apostolus ait: *Qui non operatus non man-  
datur;* præcipue tamen usque ad horam  
tertiam lectioνi vacare consuecite, &  
meliorem diei partem sancto operi dedi-  
care. Oratio vestra ita cum silentio  
procedat ex corde, ut vix audiat in  
ore: nam qui alta voce orare volue-  
rit, & sibi & alteri multum no-  
cet, dum per suam garrulitatem alterius  
mentem ab oratione sancta & sacra suspen-  
dit. In ipsis operibus que manibus sunt,  
secularia & pomposa adjuranta, que  
non utilitati, sed vanitati serviunt, fa-  
stidite atque contemnите; ut etiam in  
ipsis terrenis possitis quidquid sobrietati  
& honestati convenient exercere. Multi  
enim quod in moribus diligunt, hoc  
etiam in operibus suis ostendunt. Pre-  
parant sibi ornamenta secularia seculum  
diligentes, & voluntati servientes vel  
luxuriaz. Vobis vero, quibus mundus  
crucifixus est, nihil sit communite cum  
talibus; sed omnia ornamenta quibus ad  
luxuriam caro componitur, velut inimi-  
ca & contraria à vestro proposito respu-  
antur. Sunt enim, quod pejus est, qui  
pro vanitate seculi istius plus student  
terrenis cupiditatibus operam dare, quam  
lectioνi divinae insistere: dum volunt  
stragula pulchra, & picta tapetia, plu-  
maria etiam & reliqua his similia cum  
ingenti sumpta & superflua expensa ad  
oculorum libidinem præparare, neficienes  
illud quod Dominus per Joannem Evange-  
**1. Jean. 2.** lista clamat & dicit: *Nolite diligere mundum,  
neque ea que in mundo sunt, quoniam omnes quod  
in mundo est, concupiscentia carnis.* & concupi-  
scientia oculorum, & seculi ambitus est. *Quid prodest virginis integrarem corporis cu-  
stodire, si oculorum concupiscentias no-  
luerit evicare?* Sunt etiam nonnulli;

que etiam de facultatibus suis maiorem  
partem paucis, & fortè divitibus,  
qui pauperibus dare volunt; & nos  
cogitant, quod dum illis substantiam  
suam ad luxuriam tribuant, se eterna  
mendicitate consumuant. Sed dicit ali-  
quis: ergo despicer debo paretes  
meos? Absit ut nos dicamus quod pa-  
reares tuos non debetas honorare. Quo-  
modo potest fieri ut parentes prædicem-  
us non amando, qui inimicos dicimus  
diligendos? Ata parentes tuos quantu-  
m potes: & si calci sunt & honesti,  
honorem illis semper impende, & de  
facultatibus tuis aliqua illis pro tul me-  
moria manuscula derelinque. Totum  
vero quidquid est majus atque utilius us-  
que io hinc facili profuturum pau-  
peribus tribue; ut eleemosynæ tuæ usque  
ad diem judicii per refrigeria pauperum  
transante ad Regna celorum. Quod  
minus dederis parentibus tuis, poterunt  
sibi ipsi postmodum providere, poterunt  
laborare: quod tibi minus pro miseri-  
cordia præparaveris, illo seculonumquam  
poteris invenire. Attamen si sunt aliqui  
parentes pauperes, ut viatum aut vestitu  
sufficienter habere non possint; mercede  
apud Deum habebis si illis, unde  
possint sustentari tribuis. Venturi enim  
sumus ante tribunal eterni judicis: & si  
benē egimus feliciter audiemus? *Venite* **Matt. 8.**  
*benedicti, percipite regnum,* quia esurii & ja-  
firo. Et post pauca: *Quandiu fecisti mihi* v. 40.  
*ex misericordia istis,* sine dubio **pauperibus**,  
**mali fecisti.** Non dixit: venite & percipi-  
re regnum, quia parentum vestrorum  
divirias vestris divitias cumulasti; quia  
illis unde luxuriantur in seculo dimisi-  
stis. Non hoc utique dixit; sed illud  
quod in Evangelio commemorat, quod  
& per Prophetam ante prædicter **Di-** **psalm. 112.**  
*spicit deinde parentibus.* Attende quoz: **p.**  
*Dispergit,* inquit, *dedit pauperibus.* Nam  
& dives ille de quo in Evangelio legi-  
mus, quod *indubitate purpure & his,* fra- **Lac. 16.**  
tres suos divites dereliquerunt, sed ille po-  
ste guttam refrigerii in inferno ardens  
quæsivit, & inventire non potuit. Vos  
vero, sancte & Deo dignæ anime, to-  
tum spiritualiter agite, & cui confessio  
animas vestras, ipso offerte, immo reddite  
substantiam vestram. Dignum est ut  
à vobis accipiat terrena, qui præparat  
eternam. Iple à vobis accipiat terrena  
substantiam, qui vobis contulit virginis  
coroam. Vos aurem illi amplius  
debitrices estis, quibus dedit, ut illum,  
qui est immaculatus agnus, quounque  
jerit sequi possitis. Sequitur quidem  
Christum cetera fidelium multitudine,  
non quounque jerit, sed quo usque  
potuerint. Penitentes enim & conju-  
gata possunt per alias justitiae vias sequi  
**Chri-**

Christum; cum in virginitatis decorum præcedit, non habent quid faciant ut virginis sint. Vos vero sanctæ filie, sequimini cum tenendo perseveranter quod vovistis ardenter. Iterum atque iterum sanctæ & Deo dicata animæ rogo, & cum omni humilitate ad conservanda virginitatis præmia consilium dare præsum, ut familiaritatem incongruum à vobis vel à vestris animis totis viribus repellere laboretis. Longè fatis, longè si pestis ista & lues, quam inordinata familiaritas jaculatur. Non est in hac societate securitas, quæ collisionem paritur velut à quibusdam fluctibus turbulentis. In hac familiaritate non habitat amica concordia, quæ non nisi discordantes inimicitias creat. Nam ad conservandam sanctæ religionis dignitatem, singularitas magis quam inordinata familiaritas testis sanctissima est. Attende, ò anima sancta, & diligenter intellige quanta mala de inordinata societate nascantur. Familiaritas enim cujuslibet si frequens esse coepit, non nisi corruptionem seminar, victia pullulat, cupidinem concupiscit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciviam pacit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas edificat, ripas erigit, præcipitia aperit, periculis navigat, naufragis velificat, perditioni gaudet interitum fovere, confusionem meretur, thesaurizat opprobrium, criminaciones exaggerat, excusationes inflamat, & catervatim simul in fascem glomerat numerosas indagines captionum, ac per infinita dedecora multiplices mortes inventiet in perniciem perditorum. Tot & tanta sunt mala perniciose familiaritatis. Nemo prosternit, nisi qui societatem unde periclitari possit, aut difficile, aut certè rarius haberet contempserit. Nam si anima sancta secretum suum custodiare voluerit, & assidua familiaritatis malum tota animi virtute resugierit; ipsa sancta singularitas munimen illi invictum est sanctimonior, expugnatio fortis in infamie, fortitudinis firmitas & lascivie petulantis infirmitas, probitatis præsidium & improbitatis excidium, anime victoria, & corporis preda, libertas gloriariæ & captivitas criminum, pronuba sanctitatis & repudium turpitudinis, finceritatis indicium & abolitio scandalorum, exercitium conscientiae & evacuatio tota luxurie, pax secura virtutum & expugnatio inquietæ bellorum, puritatis culmen & libidinis carcer, honestatis portus & ignominie naufragabilis portus, virginitatis mater & hostis immun-

ditæ, lorica pudoris & spolia probrofatis, murus incorruptionis, dícretio vulgaritatis, integritatis dignitas & fornicationis abdicatio, charitatis fastigium & dedecoris præcipitum, voluntas bonorum operum & afflictio viatorum, refrigerium pudicitia & prena petulantia, acquisitio triumphorum & facinorum detrimenta, requies salutis & perditionis exilium, vita spiritus, & carnis interitus, status qualitatis Angelicæ & funus humanæ substantie. Hæc omnia mala fortiter Deo adjuvante, & illa quæ diximus bona feliciter acquirentur, si ab animabus sanctis familiaritas inordinata respuitur. Artendite quæ vos, anime sanctæ, quia inter omnia certamina, quibus semper comes est Christiana militia, sola durlora prelia castitatis, ubi quotidiana pugna est & rara victoria. Gravem castitas fortita est inimicum, qui quotidie vincitur & timetur: quotidie, inquam, vincitur, & non definit provocare. Nemo securus vincit, qui secum pugnat. Periculosa navigatione est ubi sepe naufragatur, & cum periculo transitur in fluctibus, ubi multi mersi sunt, libidinis. Cupiditas enim cum vincitur non finitur. Castitatis dura sunt prelia, sed majora sunt premia. Flamma qua nimium flagrat, cito venit ad cineres: incendium verò corporis cum illi acquiescit, acceditur potius quam finitur. Castitatis palmam nemo securus accipit; cui quantum durus existus, tantum gloriose sunt fructus. Premiale sibi periculum indicit, qui bellum suscipit cum natura. Hostis publicus patet in noctibus, latronis infida solis graffantur in tenebris: libidinis verò cupiditas & in noctibus provocat, & in die non pareit, nec regum purpuras metuit, nec pannos pauperum perhorrescit. Ut ergo castitatis præmia & virginitatis coronam feliciter Deo remunerante possitis accipere, periculosam familiaritatem à vobis semper excludite. Currite fideliter, ut possitis feliciter pervenire. Et mei memoræ estoit, cum in vobis coronata fuerit immaculata virginitas. Hæc Epistola ante tribunal Christi me excusabilem reddet, quia cum vera charitate & perfecta humilitate quod mihi oportebat dicens, & vobis audire, fuggefi. Si quis, quod Deus non patiatur, obediens neglexerit, erit illi in testimonium: qui verò libenter accepit, converteatur in gaudium non temporale sed eternum. Vigeatis in Christo, sanctæ & venerabiles feminæ.

# EJUSDEM SANCTI CÆSARII EPISTO- LA HORTATORIA AD VIRGINEM DEO DEDICATAM.

Rom. 11.  
33.

**O** PROFUNDUM divitiarum sapientie & scientie Dei! & quis cognovit famam Domini? Quis enim exaltare potest in diebus adolescentie tuæ, & venerabilis mihi integritate quidem & meritis domina, sed ordine ac gradibus In Christo filia, cùm in Cœnobio fanicularum virginum conserta choro spirituali studio & divinarum scripturarum eruditioibus intenta, me tunc quasi partem animæ tuae diligeres: hominem juvenem & non magna indolis virum, qui per abrupta voluptatum lasciviamque vagabatur, ac pererrans mox anfractibus propter leticiam scilicet temporalis felicitatis, in clandestino jaœu festinabat immixti; cuius præterea nomen tantum auditu noverat, vultu penitus ignorabat; quod ad hoc nos officium dispensatio omnipotentis Dei prædestinatos habebet, scilicet ut nobis familiam suam traduceret gubernandam, isto dumtaxat ordine, ut tu in officina hujus Ecclesiæ ministrares secundum divini precepti orationem. Si, inquit, separaveris prius à tuis, quasi as meas eris. Velut soler-  
titissima traperita inter eos qui aeterni Regis in se impressa custodiunt, ut eos quoniam denarum ejus contra conkientiam cum clave adulterina forde contumaciant, sagaci discretaque divisione se-  
ternas: quippe qua non rudi vel neophyta hac sacra dictata ministeria, sed ab ipsis penè eunubulis per annos infantis atque adolescentis, à juventute usque studiis regularibus exercuisti vitam, in quibus vivendi didicisti normam, & doctrinæ copiam affasim ei consecuta. Ego vero qui scientiam prærogativam, præ-  
pediente segnitia affectus non sum, & ab abstinentia quam in te intulit divina dignatio procul distare me video & terrenis necessitatibus implicari. Unde garfulus potius à sapientibus quam recte aliquid loquens jure reprehendor, sicut etiam ipsius dictio designat impolita materies. Sed licet stolidus & terreni operis luto fudatus, prisci tamen amori recordans, credi non potest, postquam hoc quod nunc habes officium fortis fuisti, quemadmodum de te habeam sollicitudinem vel timorem. Unde quanta devotionem habui, ut illud secundum Deum ordinatè susciperes, & absque macula bajulares; tanto acrius time, ne forsitan aut divinus te intuitus, aut humana reprehendant opinio, quod juxta te pateat reprehensioni: nec inveniatur in te, ut qui reprehendere volunt digne lacerare videantur, aut qui imitari appetierint, delinquant: quod ita augustus poteris evitare, si supernum semper judicium ante cordis oculos ponas. Audi ergo me, ô dulcissima virgo Christi, foror ac filia: tu quantumcunque semper in studiis spiritualibus occupari desideras, propter fororem tamem, necessaria aliquando etiam exteriora tibi erunt negotia dirinandia. Curandum ergo tibi iuniores est, ut sic temporalia quasi pro tempore agas, ac semper tenacius in spiritualibus devotione & amore inhaeres; ut cùm spiritualis citius dispensaveris, ad orationem illico vel lectionem quasi ad matris linum recurras. Optare quippe debes, ut abjecta sollicitudine mundi, semper cogites de fervitio Christi, propter illud: *Nemo militans inquit, 1. Tim. 2. Deo impluat se negotiis secularibus.* Cogita sine intermissione, quia hujus Ecclesie & instituta lucerna, non occultanda sub modio, sed super candelabrum ponita, ut omnibus qui hanc domum habitant lumen bonorum operum exempla imperias propter illud: *In omnibus, in Tit. 4. quicunque remedium praebet exemplum bonorum operum:* Vitaque tua velut pennatum animal ad alta templa per deiderium evolet, per velbum resonet, luceat per exemplum. Cum vero ad annuntiandum verbum Dni te fororibus atlectaveris, seu propter utilitatem animarum, tenorecunque regulæ custodiendum necessitas incubuerit altercandi; prius causa consideratione pena, ut quod ore promasis, factis imples; ut quod alius prædicas, operibus præbebas: scilicet ut in tuis humeris, atque cervicibus prius sensitias, utrum gravibus an levibus oneribus colla fororum onustus: verbi gracia, si jejunium super quotidianum, vel abstinentiam extra consuetudinatum, nec non, ut affloct, plus solito in tynaxi psalmos placuerit decantare. Prior in Ecclesia inveniaris, poltrona exas: prima suscipias labores, solvas polterior; & in quotidiano corporis alimento atque communii Qbo par tis his, cùm quibus pari uteris in mensa confelix; ut quae ad unam fedetis mensam unum vos paucis reficiat alimentum: iisdem & tu quibus & forores servitorum saporibus delectare, & æqualia vobis cibaria potionisque exhibeant vel portirant communes di-  
sciplæ.

scorseret vel pincernet; primatumque tuum, quem prior ad mensam tenes, prima ad virtutem parcimoniam vindices; ut abstinentiam quam lingua predicat, proximae fauces vel vicinus stomachus sentiat; ne forsitan subditus audientes racitis cogitationibus dicant: O quam pulchre uobis abstinentiam predicitat plenus venter, & contentas nos juberet esse vilissimis cibis ac poculis accuratis cibis poculisque delectabilibus referunt guttur & eructans! Illa enim de abstinentia predicatione acceptabilis est, quam lurdida jejunia ora decantant. Et in his omnibus ceterisque hoc tibi noveris convenire, ut angusti callis itinera, per quae socias admones gradientur, prior ipsa gradiaris; ut omnia quae agenda sunt, ante factis impletas; ut polmendum velut ductilis tuba ex percussione perduta reducta erumpas in voce, propter illud Dominicum: *Qui, inquit, scandalizaverit unum de pueris istis qui in me credunt, & reliqua. Inter cetera, cum magna tibi cautela custodiendum est, ut omnes in Monasterio, quarum gubernacula aequaliter tuis imploviisti cervicibus, aequaliter diligas; neve unam plus, minus aliam ames: sed cuncta quae sunt, in quibus possibilitas extat; aequo-moderamine disponas, parique moderatione dispenses, ac parem eis charitatem impertas; & non quibuslibet per privatum amorem, sed cunctis secundum merita singularium, quae sunt necessaria largiaris. Non quae tibi vultu intuituque placuerit, non quam tibi ad oculum cognoveris, vel cuius blandiori fueris obsequio delinita; sed quam amor Christi & religiosor demonstraverit vita, praeponas. Si quod Dominus substantiam contextu largiri dignatus in Monasterio fuerit, cum summa aequitatis linea, aequa omnibus lance, prout cuique opus fuerit, dispensetur; servara ramen senioribus veneratione, his dumtaxat, quae Ecclesie columnæ esse meruerunt. Non sis vestibus ornatio ceteris: exhibe non quae malitia hominum, sed in his quae diabolus invidere potest; ut pro ornacu vestium sis ornata conversione ac moribus; & hec omnia lectio divina condiat. Oportet enim te, ut vereor, propter quasdam, cultrum nonnunquam habere in gutture, cauterium in lingua gelare, virginem tibi & baculum in manu ferre; ut per cultrum defeces vita, per cauterium vero ad sanitatem secta reducas; per virginem disciplinam corregas, per baculum vero disciplinam sustennes. Si cui vero pro suis debitis penitentiam impofueris, obseruantur, ut cum eam sub fasce à te imposito incluari incurvarique conspexeris, imiteris formice solertia, secundum preceptum sapientis.*

*Cod. Regul. Tom. I.*

tissimi Salomonis, & humerum tuum oneri ejus spiritali supponas; ut medio ejus itinere obliam oneratas subleves vel sustentes; & sic singulas quibusque negligentiis aut colpis specialibus admoneas & instruas, ut de earum salute à Christo Domino tibi aeterna gloria representetur. Si quando vero cum liecularibus ad colloquendum fueris evocata, & ire necesse fuerit; prius arma frontem trophae crucis, vexillo Christi pectus ingemina; ut cum sua virguncula Christus comitari dignetur: semper tamen virginali pudore cooperata, menor beatae Marie, quae cum Angelo paucissimis colloquata verbi, cum Elisabeth postmodum in carmen & laudes Dei decantando proflixivit. Cumque post haec ad eos veneris cum tantæ honestatis constantia, nec ipsa vel locutionem preponas; ut qui te viderint, Christo Domino gratias agent, qui talis familia sua providere dignatus est matrem. Ipsa vero processio tua exterior rationabilis non minus debet esse quam rara. Confabulatio vero tua cum eis semper sit mixta gravitate & dulcedine; illa scilicet, quae de sancto ac puro amore procedit coercenda semper sit & verecundia intermixenda, sicut Christi virginem decet. Item ut ne usquequam tacens, aut superbia aut stultitiae notam incurras; sed tantum loquaris, quantum opportunitas flagitat rei ac temporis; ut abscedens quisquis ille fuerit desideret te quam se, vel loqulam tuam audire, quam ornat morum gravitas, affectus dulcedinis & paucitas locutionis. Si quid vero ab eis petitus fuerit, quod præstare deliberes: cum vultu bilari præsta. Si quid vero præstari non convenit, petitionem eorum honestate saltem sermonis mollifiques. Nomen tuum plures uoverint, beneficia tua in quantum prævales plures sentiant: vultum rari cognoscant. Si quando autem tibi pro necessitate Monasterii sordium cum provisore fuerit colloquendum; cum duabus vel certe cum tribus electis sororibus facito; aut si negotium secretius supervenerit aliis saltem videntibus loco patulo colloquaris: quia opinio bonæ famæ, sicut etiam perfectæ vite custodia tibi necessaria est: & tunc primum despicienda humana decretio, cum Christus in causa est. Si quando vero tale aliquid acciderit faciendum; ut ambiguitate constricta, quacunque parte divertas, quasi syllogismo innexa, in incertum incedas, si feceris, tunc demum ad minus te coverte periculum, quod facilius ad bonum gubernando retorques; & non solùm de dubiis, sed omnis tua actio sit propter Deum, sermo de Deo, cogitatio in Deum, & exceptio

*Q. q. 2*


*vitiis,*

vitiis , quibus non compassio , sed rectitudine debetur , omnibus te cupio esse compatisibilem , omnibus gratam , omnibus piam , omnibus affectuosam , cunctis bonis animatam : quemadmodum Paulus Christi virginem decoravit , ut sis

1. Cor. 7. *sana corpora & spiritu : ipso sponio & Do-*

*mino tuo mentem tuam regente , & cunctas vias tuas disponente , qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

*Explicit Epistola S. Caiaritii.*



## NOVATI SED CATHOLICI SENTENTIA

### DE HUMILITATE ET OBEDIENTIA, ET DE CALCANDA SUPERBIA.

**S**ECULARIBUS aliter in Ecclesia loquimur , aliter vobis loqui debemus . Illis loquimur aliquando res quae sonum habent , & virtutem non habent , delectantur enim tanquam infirmi sonis verborum , non virtute Dei . Vos autem in nomine Christi , non in hoc delectamini ; sed vultis audire salutis verbum , in quo vocati estis ; & has vestes lugubres in mundo induitis expectantes meliores apud Deum . Nostis jam & sapitis . Jam multum tempus huc habetis aduersus quem vobis est collatio , adversarius vester non est foris , sed intus est in visceribus : & in ipsis membris nostris habemus obductatores .

**Gu. 5. 17.** Si enim caro concupiscit aduersus spiritum , & spiritus aduersus carnem , ut uen se que viae Iustus faciamus ; videtis quia intus est aduersarius iste . Adversarius autem iste non vincitur nisi humilitate & charitate : quia & ipse Dominus noster Jesus Christus diabolum non viceret , nisi humiliatus fuisset ; humiliatus autem non necessitate , sed charitate . Si enim non amasset , humilius factus non fuisset . Amore nostri factus est humilius . Si ergo

**Film. 145.** qui fecit celum & terram , mare & omnia que in eis sunt , Dominus Angelorum omnium , qui creavit omnia , propter nos humilius factus est ; quare nos propter nosmetippos reculamus humiliatem ? Via ergo salutis non est nobis pervia , nisi humiliatis . Cum ceperis humiliatem , quare eam propter Deum & propter ipsam congregationem sustine . Et in ipsa congregacione quamvis aequales sitis , unusquisque alterum superiorem habi eximiitatem debet , tametsi non sit superior . Non illud facit , nisi qui humiliatem habuerit . Non est necessarium servis Dei aliud premium , nisi humiliatus : quia humili-

tas , si fuerit in homine , facit illum obedientem . Obediens vero qui fuerit , vel qui obedientiam sequatur , non hominibus obediens sed Deo . Sic enim Dominus ait : *Qui vos audire me audis : qui me audire , Iuc. 10. audire eum qui me misit . Abbas Pater est , 16.* sequentes fratres Patriarche sunt . Et quicunque est alius inter vos , qui forte bonam habet vitam , meliorem continentiam , meliores vigilias , meliorem custodiem corporis , & ipse propter imitationem Pater est . Haec ergo agite inter vos , ut primum humilitatem custodiatis , non ut hominibus humiles videamini , sed Deo . Illa est vera humilitas , quae Deo , non hominibus , demonstratur . Nam humilitas quae hominibus monstratur , fictio est , non humilitas , quod a servis Dei omnino alienum esse debet . Non quidem arbitrari , quia sint tales in vobis ; sed ne surrepat talis morsibus , admoneo . Homines enim sumus , & hominibus loquimur . Idcirco primum humiliatem fratribus vestris monstrare debet propter imitationem ; ut fundata sit ipsa humilitas intus in corde secundum Deum . Cum fuerit enim humilitas fundata in corde tuo propter Deum , tunc dat illi Deus , id est fratri tuo , ut intelligat & imitetur humiliatem tuam . Nam si non fuerit humilitas fundata in corde tuo ; ostendit Deus fratri tuo , quia fides est humilitas tua . Prima ergo via salutis haec est : humiliatem tenere simplicem propter Deum , non propter hominem : non placere inde hominibus , sed placere inde Deo . Humilitatem sequatur obedientia , & obtemperatio vobis ipsis , sicut sibi obtemperant membra . Numquid cum consilio obtemperant membra , & non naturali charitate ? si pes offenderit , manus occurrit ; ne totum corpus

**corpus ledatur**, ut cadat. Sicut ait A-  
x. Cor. 11. postolus : *Si patitur anima membrum, con-  
parvuntur omnia membra.* Unde ergo, nisi  
ex charitate ? Si ergo dilexeritis vos invi-  
cem, nulla erit conturbatio. Scandala  
nemo patiatur ; non propter cibum, non  
propter potum, non propter vestimentum,  
non propter vigilias, non propter opera,  
non propter coquiam, non propter  
ministerium. Jam cum vos invi-  
cem dilexeritis, si quis aliquid faciat,  
quod non debet ; charitas illa non per-  
mittit ut offendatis. Habete ergo, fra-  
tres, humilitatem & obedientiam, quam

**Col. 3. 14.** sequitur pax, ut sitis filii pacis : *Quia  
charitas, sicut ait Apostolus, vivulum est  
perfectionis.* Cum quis habuerit humilita-  
tem, Christum imitatur, qui humili-  
factus est propter nos. Cum quis ha-  
buerit obedientiam, Christum imitatur,

**Phil. 2. 8.** qui *obedientis factus est usque ad mortem.* Cum  
quis habuerit charitatem, Christum imi-  
tatur : *quia Deus filiarum est.* Sed prius

**1. John. 5. 26.** elaborate, ut intus vita vefra vincatis.  
Fiat pax primò animæ & cordis cum  
precepto Dei ; ut adversus confuetudinem  
corporis atque fragilitatem duo sint  
victores, preceptum Dei, & consensus  
tuus. Causa enim talis est, medicus,  
agrotus & agritudo. Si iste agrotus se  
cum agritudine dederit, vincitur medici-  
cus, efficientur duo aduersus unum,  
atque superatur medicus. Si ergo agro-  
tus cum medico se dederit, vincitur in-  
firmitas. Medicus Christus est ; agroti-  
nos fumus ; agritudinis morbus, con-  
fuetudo peccati est. Jam qui ex parte  
renunciavit seculo, quamvis vivat in  
seculo, attendat ubi debeat inhærere ;  
utrum morbo an medico. Si medico  
non inhærerit, laborat medicus. Ideo  
nobis Evangelium in seculo clamat & di-

**Matth. 5. 25.** cit : *Esto conscientes aduersario tuo cito, dum  
es cum illo in via.* Non nos docet, ut si-  
mus conscientes aduersario diabolo ;  
sed docer, ut conscientes sumus adver-  
sario, precepto divino, quod adver-  
satur malis nostris, & aduersatur confue-  
tudini nostris, aduersatur iniquitatibus  
nostris. Si consentimus, facti sumus  
concordes cum precepto Dei, & accipi-  
mus quasi jugum Dei ; propter quod ait

**Matt. 11. 28.** Dominus : *Venite ad me omnes qui laboratis  
& onerati esis, & ego reficiam vas.* Tali est  
jugum meum, quia levi est, & sarcina mea  
levis est. Ecce quid tam leve ? Denique  
confideris quemadmodum qui aliquid ha-  
bent in hoc mundo timent ne rapiatur.  
Quomodo timent ne quid acquiuerint  
perdant ? Quibus modis torquentur,  
quasi sub gravissimo pondere sollicitudinem  
habendo ? Vos autem non aliud la-  
boratis, nisi ut hoc faciatis quod Abbas  
principit. Jam sub jugo es : non cogitas

ubi vivas ; quia nec debes cogitare. Est  
qui te regat : est qui tibi curam ferat.  
Omnino ad vos cogitatio eibi & vesti-  
menti nec pertinere debet. Quod dede-  
rit Abbas, sic puta quasi Deus dederit :  
ipſa est enim vera humilitas. Sed forte  
onus plus habet, & alter minus ; & hoc  
tanquam à Deo factum habete. Sed  
onus sedet ad alteram menſam ; si sic  
jubet Abbas, si sic probaverit, sic habe-  
te quasi Deus iussit. Nolo inde Inter-  
roges, ut dicas ; cras ego ibi fessurus  
sum. Nolo ut facias confuetudinem,  
ut tibi des illam necessitatem. Si forte  
non est quod detur, aut non videtur ut  
detur ; sic habe, aut quia non est quod  
detur, aut viuum est non expedire ut  
detur. Ita fratres si servaveritis, pror-  
fus vitam aternam habebitis. Nolite  
permittere vos verbis malis agi. Si forte  
aliquis infirmus cadit, ut loquatur  
perverba ; statim cohibete illum : statim  
dicite, noli facere, noli frater, peccas.  
Debetis enim, propter quod in unum  
estis, & Abbatem unum habetis, & vos  
vobis Abbates esse. Numquid unus,  
qua duos oculos & duas aures habet,  
Abbas potest omnes audire, aut omnes  
videre ? aut non habet necessita-  
tem alicubi exire & aliquid providere ?  
Vos vobis Abbates estote ; & quomodo  
metuistis Abbatem presentem, metuite  
& abiectem, quia praesens est Deus.  
Omnino hoc timete, hoc metuere, quia  
Deus semper praesens est. Et si unus cu-  
ram fert tantis : quantò magis vos omnes  
ferre debetis ; ne inveniat unde irascatur,  
unde doleat, unde offendatur,  
unde ingemiscat, unde putet quia peri-  
bit labor ejus tanti temporis ? Hoc enim  
tunc nobis poterunt prodesse, si habue-  
rimus humilitatem, obedientiam & chari-  
tatem. Via alia ad Deum non est,  
nisi humilitas, obedientia & charitas.  
Ipsi est via, veritas, & vita. Nam  
cruciari, jejunare bidno, triduo, qua-  
triduo, septimanas facere frequenter,  
inde superbiunt fratres, putantes quia  
quod ipsi faciunt, alias facere non po-  
test : infinitum potest esse quod alias  
non potest facere : aut ambulat nudo  
pede, & arbitratur quoniam ipse solus  
hoc potest facere : aut forte nec bibit  
nec ipsum aquam mixtam ; exercitatio  
temporalis est, quia semper illud facere  
non potest. Sed cogitet magis humili-  
tatem, cogitet pietatem, charitatem,  
obedientiam. Propter enim frangendas  
vires corporis, propter domandum san-  
guinem & carnem debet arripere ista  
quasi bonus athleta ; sed non inde glo-  
rietur, ne perdas quod fecit. Nam  
Phariseus ille qui asecedit in templum  
orare, numquid opera, quæ numerabar,  
modica

*Luc. 18. 9.* modica erant? Ithmensa erant; jejunare bis in Sabbato; decimas omnia rerum suarum pauperibus dare; non facere fraudem; adiuterium non committere, infinitum est: sed quoniam jactavit illud in superbiam, totum quod fecit, superbia fuit. Propterea David dicit: *Non venier mihi per superbiam, & manus peccatoris non mercede me.* *Ibi occiderunt unnes qui operantur iniquitatem.* Ubi occiderunt? In lapsu superbie. Inde enim ecclidit dominus, per superbiam lapsus est. Omnia ergo non admittatur ad servos Dei

superbia. Qui ergo jam aliter vivit, vitamque suam melius instituit, non sit quemadmodum ille Phariseus. Publicanus autem humiliatus non auderet nec oculos ad celum levare, & sententia Domini collaudatus reddit ad domum suam justificatus magis quam ille Phariseus. Expertum namque habemus, & in ipsis sanctis scripturis, & in fratribus nostris, quia quicunque viam humilitatis tenuit, proficit, & non perit.

*Explicit Novitii Sententia.*



## SANCTI PAULINI AD MONACHOS DE POENITENTIA.

**I**NTERROGATIO. Quomodo debemus agere poenitentiam?

**RESPONSI**O Detur utique poenitentia seculari, cuius adhuc cervix sub jugo dependet seculi; & huic pro immanitate peccati sive delicti termineatur tempus: quia adhuc temporis servit. Ceterum abrenuntians seculo & ejus militiae, spondensque se cunctis diebus servitum Deo, cur poenitentiam mereatur, qui liber effectus, velut onager, sectatur creni validitatem? Sicut ait Job: *Quis dimisit onagrum liberum in deserto?* A Ieone fortiter caveat, & arentibus herbis, pocolue exiguo alatu in creno: erigit in aera caput, & flagrantem nimium scitis ardorem sancti Spiritus aura restriguat: ne dum valde desiderat amena virientia, nimis delitatis prepeditus periculum salutis incurrat. Igitur abrenuntiata poenitentia publica non est necessaria: quia conversus ingenuit, & cum Deo aeterno pactum initit. Ex illo igitur die non memorantur ejus delicta, quae gelit in seculo, in quo facturum se iustitiam de reliquo promiserit Deo. Ergo chirographum de quo se Monachus debitum ex tota fide promiserit implire;

& si fidelis factus peccavit in seculo; post abrenuntiationem suam iterum factam, Dominicum Corpus non dubitet accipere: ne occasione humilitatis nimis prolongetur a corpore ejus & sanguine, cui se junxit, ut unum corpus efficeretur. Communicare non definit qui peccare quievit; tantum ne de reliquo peccet. Nam sicut ignis iste visibilis duas in se quasdam efficacias habet, id est, comburere fragilia, & illuminare tenebrofa; ita igitur illud Dominicum corpus, quando cum metu & reverentia grandi fuerit sumptum, corporis quidem delicta consumit, anima vero sensum illuminat: & idcirco maximè communicare frequentius debet. Si vero fuerit, sicut scriptum est, *lepra in pelle, immunda erit*, id est, peccatum in Monacho: quia pelle esse Monachum scriptura significat mortificantem membra sua super terram; cujus ossibus adhaesit caro, cuiusque caro immutatur propter oleum, & a jejunio infirmatur, & genua venum sanguinem arescant. Ergo si in hac pelle visa fuerit lepra, immunda erit, & nisi fuerit hyacintha aut rubra pura, ad ornatum tabernaculi non erit apta.



PICTA PATRIS NOSTRI  
EUTROPII ABBATIS  
AD PETRUM PAPAM  
DE DISTRICTIONE MONACHORUM  
ET RUINA MONASTERIORUM,  
DIRECTA ROMÆ.

**O**MNIPOTENS Dominus pro sua misericordia humanos miseratus errores per Moysen sandissimum virum nobis certissimum prebuit documentum, & pro offensione & culpa delinquentibus debere iracui, & è contra bene sancteque viventibus mites & benignos esse fatis congruum & laudabiliter declaravit in eo, quod pro peccato populi delinquentis, ut scriptura propriè loquitur, iratus ninius tabulas, quas à Dominò acceperat, ad radicem montis confregit; infuper & facinus populi delinquentis Levitarum gladio vindicavit. Mitem autem & benignum in hoc eum sussisse non dubium est, quia pro eis sepius Dominum deprecando, iteram Dei super eos venientem avertit; & à quibus aliquando lapidari potuit, pro eisdem Dominum deprecari non delituit. Hoc ad presens de multis de veteri testamento sufficiat testimonio. Sed ipse Dominus in Evangelio sic dicit: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Et hoc qualiter intelligatur adverte. Ille in hoc dicto tenetur obnoxius, qui non vitio, quod est in homine malum, sed natura ipsius humanae, quam Deus utique bonam condidit, ira voluerit pragare stimulum. Propterea & quibusdam male conversantibus, & à se durius increpatis Apostolus dicit: *Ut malas effem vos exigitis.* Et de abscliffe ac separatione eorum qui penitente nolunt ista loquitur: *Urinam existantur qui vos contrahant.* De quibus & Dominus in Evangelio, ut aliis verbis loquar; si sepius autem admonitus frater corrigi noluerit, si sibi sit cubiculari & publicaneri. Quod si tacere, & delinquentem ( quod dictu quoque netas est ) pro culpa modulo non debemus arguere; cur queso nobis per Iacobum Dominus præcipit dicens: *Clama, ne esces, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo mei scilicet eorum, & filii Israël peccata eorum:* & illud Ezechielis:

*Si non annuntiaveris impiis ut ab iniuste-  
ria convertatur, ille quidem impius in ini-  
stare sua, quem operatus est, in ipsa me-  
ritetur; sanguinem autem illius de manu tua  
requiram.* Cui sententia nos dictum illud  
Doctoris egregii subjugimus. Et quid  
prodest non puniri suo, qui puniendus  
est alieno peccato? Ad Timotheum au-  
tem Paulus Apostolus aperte loquitur,  
dicens: *Argue, obscura, increpa, in omni z. Tua. 4.  
patientia & doctrina: fed eos qui semel z.  
& iterum admoniti facinus suum ponen-  
tendo cognoscere, & in melius suam vo-  
luerint vitam corrigerem.* Ceterum de  
illis, qui in malo perseverate proposito,  
nei ad recta viae trahit resipiendo  
reverti elegerint, alibi præcipit: *Increpa Tit. 1. 13.  
eos dure.* Et iterum: *Cum bujusmodi nec 1. Cor. 10.  
cibum sumere.* Propter hoc etiam loqui-  
tur dicens: *Inimici vestri factus sunt vir. Gal. 4.16.  
vobis dicere vobis. Unde & secularis Pou-  
ta: *Obsequium, inquit, amicos, veritas  
adum par: amara est enim veritas, &  
qui eam diligunt replentur amaritudine.* Ideo & Hieremias dicit: *Salvs fedebam, Hier. 15.  
quia amaritudine repletus eram.* Et quæ est tunc  
ipsa amaritudo, nisi mala & non recta  
quorundam hominum conversatio? Quid  
nunc agimus, sanctissime vir, tacebimus?  
& dissolutioni consentiens, ut & man-  
ifestet, & mitis vocabulum acquiramus? Et  
quid nobis hoc ante Deum proderit,  
quando pro nostro silentio anima pereun-  
tis de nostra dicitur manu perquiri? Si  
autem à Deo nobis creditum gregem &  
exhortando & increpando sepius à diaboli  
laqueis & perverso voluerimus opere re-  
vocare, immites & asperfi multorum ore  
dicemur. Sed quamvis hoc à multis,  
qui locum officii nostri non intelligunt,  
læpide dicatur, tendenda est rameo discri-  
tio, & sancta Regula institutio; ut que  
patres instituerunt, etiam successores &  
fili integra illibataque custodian & ob-  
servent. Nam si in aliquo à sanctorum  
Patrum institutione & tramite devian-  
dum*

dum, nec pro culpe sue quis qualitate & opere increpandus est; quis quoque malorum hoc audit, qui nunc saltet propter supplicia terreantur, qui non quicunque voluerit agat, & precepit feratur ad vita? Et propterea divinae potentiae ordo & ineffabilis dispositio praecepit, ut sit in seculo princeps, in Ecclesia Pastor & Pontifex praeificatur, & in Monasterii pater; ut nefario operi & alijbus sceleris & impialis obsistere, & contra humani generis mores perpetratum facinus distributionis & severitatis possit gladio vindicare. Sanctus Augustinus praeclarus, ut optimè nostri, Ecclesie doctor, quæ in octavo civitatis Dei libro dicit adverte. Dericus in disciplina nostra non tam queritur, utrum pius animus irascatur, nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis: nec utrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim delinquenti ut corrigitur, contristari pro afflictio ut liberetur, timere periclitanti ne pereat, neficio utrum quam fana consideratione reprehendere audeat. Facultas autem istius facultati quam nobis Dominus pro necessitate & sustentatione istius transitoria vita, & non pro luxuria & superfluitate facienda sua miseratione donare dignatus est, etiam si in toto quod non est, sufficientes esse possint, non tamen id est affluerter & splendidè vivere, & ventri & gula inferiendum est, etiam si his omnibus abundemus. Prohibet enim hoc

quæd hominibus. Et Dominus in Evangelio: Videamus, inquit, vestra opera bona, Mat. 5. 16. & glorificant Patrem vestrum qui in celis est. Et hoc ideo, quia quocunque bonum in nobis esse dicitur, non ex nostra vita esse merito, sed Dei gratiam gratis nobis largienti tribuatur dono. Unde & Paulus Apostolus: Prudentes, inquit, 2. Cor. 8. bona non tantum coram Domino, sed etiam coram omnibus hominibus. Qui alibi laudem hominum pro vanâ gloria declinando dicebat: Si aducemus hominibus placorem, Christi Gal. 4. 10. servus non essem. Beatissimus quoque Petrus Apostolorum omnium caput & Princeps, Conscientiam & conversationem, 2. Pet. 1. inquit, Babete inter gentes bonam, ut in eo quod 12. detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, confundantur insaniantes vestram in Christo bonam conversationem. Optamus autem, & hoc ex toto cupimus affectu, mihi patet, quod & tu vis, & paratus sum ut dicam, manibus in domo Del venientes suscipere, & nostro in senu portare & sovere, dummodo tales sint, qui & Deo placeant, & professionem suam intelligent & custodiunt. Quia non defideramus quantos sed quales habeamus, & cum quibus castè & sanctè vivamus, ita ut in professione perfectorum Domino placeamus. Non enim in dissoluto tempore vocabulo & numero, sed in facilitate perfectorum Dominus delectatur. Idcō & multi vocati, pauci verò ele-Matt. 12. 41. At pulsus est grēx; Cui complanit 14. Paris vestre dare regnum. Satisque melius Luc. 12. 33. est cum paucis & iāclis in vitam ingredi, quam cum plurimis tepidè & luxuriosè viventibus à sanctorum consortio segregari. Et per arcam & angustum viam pauci ambulant, & in æternæ vite patria regnant: per amplam & spatiosam multi ingrediuntur, & in gehennæ profundo precipitantur. Nos enim, sicut fundatores & Patres istius Monasterii tenuerunt, & nobis tradita dimiserunt, auxiliante Domino & tonuimus & tenueris, nec quidquid super aut minus facimus, memores illius scripturæ, quæ dicit: Ne transgrediaris terminos antiquos Prov. 22. quos posuerunt Patres tui. Et: Qui medea spenit; paulatim decidit, ut per hæc do Ecd. 19. minos & patres nostros, qui regulam hanc secundum antiquorum normam, Deo sibi inspirante, instituerunt, in iudicio Dei non adversarios, sed patronos in omnibus habemamus. Nam eti forte aliquis dicat, nimis districte nos agere, & propter alios à nobis dicat exire; & pace tua loquimur, & salvo tuo charitissimo nobis & Deo digno honoris privilegio dicimus, quicunque alius hoc dicit, videtur nobis Monasteriale Regulam nec nosse penitus, nec intelligere; & per hoc appetet cum non nobis detrahere,

*Phil. 16. 11. scriptura dicens: Divisa si effluant, velut cor apparet;* Apóstolus autem: *Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Et cavige corpus nrum & in servitatem redige, ne ferredum alit prædicto, ipse reprobis officiar. Propter quod & frequenter in fame & siti, & nuditate, & jejuniis sapè afferit gloriarisi. Et illud in Evangelio Domini: Non gravauerit corda vestra in rapula & abiectate. Quod si non ita est, sine causa ergo sanctorum Patrum quotidie vitam legimus. Quorum professionem tenere nos dicimus, secundum eorum institutionem vivere detrectamus. Ut quid etiam & Dominus noster secundum Læsa vaticinium præcipit, dicens: In viam genitum ne abiuris, nisi ut quorum separata est Religio, separaret & vita?*

*Nulla enim erit distantia inter profanum & sanctum, inter secularem & Monachum, frugalem & parcum; & paup'li voluntati nostra & concupiscentie deseruire voluerimus, & satisfacere. Aut quid nobis ante Deum proderit in nomine tantum, & non etiam in sancta & bona vita & conuersatione laudabili professio religionis nostra? Primo ante Deum, deinde ante homines, si voluerimus ostendere, secundum illud quod de Samuelle legitur: Et pluebas tam Deo,*

trahere, sed suam imperitiam publicare. Dicat autem sibi quisque ille quod vult, nos autem quod accipimus & didicimus tenemus, & omnes sancti qui nobiscum sunt fratres, in quorum corde divinus amor & charitatis dilectione regnat, tota mentis intentione custodiunt, & in hoc periereverare Dominum se protegente & adjuvante confidunt. Nullius enim nos, io tali praesertim Dei causa, nec virtuperatio frangit, nec laus, etiam si fallo dicatur, elevat. Dicimus enim ab Apo-

*s. Cor. 6. 1.* Stolo dictum: *Per gloriam & iustitiam, per infusum & benam sanam, &c.* Solum est, ut auxiliante Domino nobis pro suis sanctis orationibus, hoc pro fervoribus Dei salute & proper Deum agamus, quod nobis non ad damnationem, sed ad mercedem in judicio justi judicis, ipso opitulante proveniat. Nam si detractiones hominum timere voluerimus, que Deo sunt placita minime faciemus. Quia sicut tuae sanctitatem bene est cognitum, si quis increpet arguaque peccantem, statim odio habetur, statim ei detrahitur, statim patitur infidias. Sed

*Memb. 5.* consolatur nos Dominus, dicens: *Beati estis cum malediceretis vos homines propter me: gaudete & exultate, quia non merces vestra expensa est in celis.* Hoc tauctum nos elaborare convenient, ut pro nulla alia re, nisi pro Christo sustineamus contumeliam, & detractionis causa sit Christus & maledicta perpelli pro veritate non maledici sciamus, qui eam pro salvatione eorum, qui nobis à Deo commissi sunt, omni cum fiducia predica-

mus: nec facilè his placabilem praebamus admittit Monasterium, qui etiam omnem Ecclesiaz coventum vesano ore dilaniant. Quia ut sancta scriptura loquitur: non tantum ille qui detrahit, sed etiam qui detrahentem libenter auscultat, unius reatus & culpe esse censetur. Haec tibi, beatissime Pater, propterea scribimus; ut scias nos nihil absque ratione gerere; sed secundum consuetudinem Monasterii hujus quæ & sanctæ & regulariter instituta sunt facere. Certè si aliquis consuetudinem Regule nostræ ferre non sustinet, non nostræ distinctione, sed sua imputet tepida voluntati. Neque enim si quis claritatè solis lippis oculis alpicere & videre no[n] potest, ideo culpa solis, & non potius vitium lippitudinis & cœcitatis esse dicendum est. Quia quod Deus bene, sanctè & perfectè à sanctis & perfectis viris in hac cella sua instituit, & nunc usque teneri voluit, nullo modo nunc propter paucos & tepidos, aut vagos & pseudomonachos, qui diversum quotidiè circumneunt domos, & cum Epicuro latenter dicunt: *Manducemas & ibi. 28. 13. bibamus, etiam enim moriemur:* in aliquo transgredi poterit, aut immutari, aut dimitti. Quia, ut sanctus ait Apostolus: *Fons Dei fundamen[t]um fuit, etiam si sit, & Tim. 2. qui in illo male voluntatis sua virtus obfuscat & cadat, nec in aliquo vacillet, aut nuter, quod Deus omnipotens sua dextera protegit & confortat.* Amen.

*Explicit Eutropii Abbatis Epistola.*

## INCERTI AUCTORIS SERMO DE DECEM VIRGINIBUS.

*Memb. 5.* **I**N lectione, quæ nobis recitata est, fratres dilectissimi, audivimus Dominum dixisse: *Simile est regnum caelorum decem virginibus, que acceptis lampadibus exierunt obviare sponsis & sponsa.* Hoc si secundum literam tauctum intelligimus, nimium durum videtur & aspernum. Absit hoc à sensibus nostris, ut vel de domo cuiuscunque etiam pauperis Christiani tam parvus numerus veniat ad vitam eternam. Et ideo quia nulla ratione secundum literam intelligi debet, quia revera ipsæ Dominus similitudinem esse dixit, requiramus quare

*Cod. Regul. Tom. I.*

quinq[ue] dicitur sunt fatuæ & quinq[ue] prudentes. Illæ enim quinq[ue] prudentes significant omnes sanctos, qui cum Christo sunt regnaturi: & è contrario illæ quinq[ue] fatuæ signantur habere Christianorum, qui sine operibus bona de solo tantum Christiano nomine gloriantur. Ideò antem fatuæ quinq[ue], & illæ prudentes quinq[ue] dicuntur: quia quinq[ue] sensus in omnibus hominibus esse probantur, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus: quia per istos sensus velut per quadam janus vel fenestræ aut vita, aut mortis ingreditur ad animam nostram.

R r r

- nostram.** De quibus & Propheta dixit : *Intrauit mors per sensib[us] vestras.* Ideo & ibi quinque virginis dicuntur prudentes, que illis sensibus bene utuntur ; & ibi quinque fatus, que per istos quinque sensus magis mortem quam vitam excipiunt. Quomodo autem illi quinque sensus, velut quinque virgines, aut virginitatem custodiunt, aut corruptioni subiaceant, diligentius requiramus. Si aliquis vir, aut aliqua mulier viderit aut filium, aut filiam, aut alienum servum, aut ancillam, & ad concupiscentiam diligenter alpexerit ; corrupta est una virgo : quis per oculos, id est per sensib[us] corporis in secretum cordis venenum mortis intravit. Si vero aliquis sive religiosus, sive laicus homines detrahentes, sermones etiam otiosos, & cantica luxuriosi vel turpia prosterentes libenter audierit, & cum delectatione placido auditu suscepit ; corrupta est alia virgo. Si autem non sit contentus mediocribus cibis, sed sumptuosas delicias acquirat ; si semper male loqui studeat, per iniquum gultum corrupta est alia virgo. Quod si etiam odores peregrinos, ut hominibus ad luxuriam placere possit, diligenter inquirat ; quarta virgo est violata. Si vero manibus suis aut filios aut filias alienas cum delectatione propter libidinem tangere voluerit, & vestimenta nimis mollia animo voluptuo quæserit, jam etiam quinta virgo corrupta est. Hoc enim ordine illi quinque sensus velut quinque virginis in hominibus corrumpuntur. Et contra, dum anime sanctæ illis quinque sensibus, id est, visum, auditum, gustum, odoratum & tactum, ab omnibus illicitis rebus refrinant, lingua suam ad ea quæ sunt licita vel legitima sobrie & castè relaxant, quinque sensuum virginitatem custodian. Ideo quinque virginis homines bonos significant ; & aliae quinque eos qui malis sunt præfigurant. Et revera, fratres charissimi, quid prodest viro vel feminæ, clericu vel Monacho, vel sanctimoniis, si in corpore virginitas custoditur ? quando per malas concupiscentias cordis integritas violatur ? Quid prodest in uno membro præterre castitatem, & in omnibus habere corruptionem ? Nam & illi virginis qui agnum sequuntur, si diligenter attenditis, non propter hoc sequuntur agnum, quia solam virginitatem corporis servaverunt : denique cum dixisset : *Hui sunt qui se cum mulieribus non inquievunt : fecutus adjunxit : Et non est inventum in ore eorum mendacium, sine macula sunt.* Qui ergo de sola corporis virginitate gloriantur, diligenter attendant, quia si mendacium diligunt, cum illis sanctis virginibus Christum sequi non poterunt. Nulla ergo virgo de sola corporis virginitate presumat ; quia si inobedient fuerit aut linguosa, ab illo thalamo sponsi caelestis se noverit excludendam. Cum ergo virgo centesimum gradum teneat, & mulier conjugata tricesimum ; melior tamen est casta & humilis conjugata, quam virgo superba. Illa enim castè & humilietur marito serviens tricesimum gradum posset ; virgini superba nec unus remanebit : & utrisque impletur quod ait Psalmista : *Tu populum hominem salvum fa- Psal. 17. cies, & scolis superbarum humiliabis.* Et ait quia totam Ecclesiam Catholicam beatus Apostolus virginem vocavit, non solas in ea considerans corpore virgines, sed incorruptas omnium desiderans mentes, ita dicit : *Aperi vobis omni viro, virginem.* Cor. 11. *cassum exhibere Christo.* Non solum fan- *ctimoniale, sed etiam omnium viro- rum vei mulierum animæ, si & castitatem in corpore, & in illis supradictis quinque sensibus virginitatem concordie servare voluerint, sponsas se Christi esse non dubitent. Non enim corporum, sed animalium sponsus intelligendus est Christus. Et ideo, fratres charissimi, tam viri quam feminæ, tam pueri quam pueræ : si virginitatem usque ad nuptias servant, & per istos quinque sensus, id est visum, auditum, gultum, edoratum, vel tactum, dum eis bene utuntur, suas animas non corrumpunt, in die judicij aperiuntur januis ad aeternum sponsi thalamum feliciter merebuntur intrare. Illi vero, qui & corpora sua ante nuptias adulterina conjugione corrumpunt, & postea per totam vitam suam male vivendo, male audiendo, male loquendo, animas suas violare non desinunt ; si eis dignæ fructus penitentiae non subvenient, clausis januis sine causa clamabunt : *Domine, Domine aperi Mch. 25. misericordia.* Et audire merebuntur : *Amen dico vobis, nescio vos unde sis.* Haec ergo, fratres, si & clerici, & laici, & Monachi, & sanctimoniales, & in conjugiis positi fideiiter & diligenter attendimus, & cum castitate corporis etiam integritatem cordis auxiliante Domino custodimus, non cum fatus proliciemur in teñebra exteriore ; sed cum sapientibus ad spiritales nuptias introibimus, si audiire merebimur : *Euge serve bone & fideli,* Mch. 25. *intrare in gaudium Domini tui.* Quod ipse prestat dignetur.*
- Apoc. 14.** *Hui sunt qui se cum mulieribus non inquievunt : fecutus adjunxit : Et non est inventum in ore eorum mendacium, sine macula sunt.* Qui ergo de sola corporis virgin-

## ITEM SEQUITUR EJUSDEM.

**I**N lectione Evangelica, quæ nobis de decem virginibus recitata est, fratres dilectissimi, dictum est quod omnes virgines ornaverunt lampades suas, sed fatus non baluerunt oleum lampadibus necessarium. Prudentes vero sumperferunt oleum in vesti suis. Miserum autem faciente sponsu, dormierunt & dormierunt omnes. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviem ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Et cum fatus virginum lampades extinguerentur, rogarerunt reliquias virgines, ut darent de oleo suo: & illæ responderunt: Ne forte non sufficiat nobis & vobis: sed ite potius ad vendentes & emite vobis. Dum autem ibant emere, venit sponsus, & que parata erant introierunt cum illo ad nuptias, & clausa est janua. Venerant postea reliqua virgines & dixerunt: Domine aperte nobis. Quibus responsum est: Nescio vos unde sis. Quid autem ista significant, fratres charillimi, secundum quod in antiquorum patrum expositione legimus breviter charitati velutæ fuggerimus. Non ideo dictæ sunt quinque virgines, quia tam parvus numerus futurus sit in vita æterna; sed propter quinque sensus, per quos aut mors aut vita ingreditur ad animam nostram; quibus aut male utimur & corrumpimur; aut certè bene utentes virginitatem animæ custodimus. Illud quod ait: Sponsu mortuam faciente dormierunt & dormierunt omnes: t' somnus ille mortem significavit. Denique sic ait Apostolus: De dormientibus autem nocte vos ignorare fratres. Media nocte quando clamor magnus factus est; significat diem judicii. Propter ignorantiam dictum est: media nocte; quia nemo seit quando aut qui hora dies judicii veniat. Quod autem omnes virgines ornaverunt lampades suas, & illæ fatus habuerunt oleum, sed tam parum fuit, ut eis sufficiere non posset: denique statim extingui excepertur. Unde quantum possimus cum Dei adjutorio laborare debeamus, fratres dilectissimi, ut quoniā in oleo misericordia vel charitas intelligitur, tantum reponamus in vasis animarum nostrarum, quantum nobis sufficiat in æternum. Nemini sufficit parum, fratres charillimi; nisi forte pro paupertate plus dare non prævaleat. Plena animæ lucerna opus est, ut per charitatis oleum lumen nostrum luceat in æternum. Cui Deus dedit largiorem substantiam, quantum potest laxet manum ad eleemosynam, nea credat quod ei possit sufficiere parum; sed confidet unusquisque

Cod. Regul. Tom. I.

ex eo tempore quo sapere coepit, quantum debeat pro his quæ malè cogitavit, quæ malè locutus vel malè operatus est: attendat multitudinem peccatorum, & singulorum pretia diligenter appendat: videat quantum pro mendaciis, præ juramentis, pro perjuris, pro maledictis, pro detractionibus, pro ebrietate, pro gula atque luxuria, pro cupiditate, pro invidia, pro superbia, pro cogitationibus folidis, pro sermonibus otiosis. Consideret ergo unusquisque ista omnia & his similia, quæ nec numerari possunt: & tunc agnoscat quantas cum elemosynas oporteat exercere. Cum enim etiam si totum demus, nisi præponderavit Deus misericordiam, redimere cuncta peccata non valeamus, vel humiliter contrito & compuncto corde quantum possimus cum Dei adjutorio, laboremus: & non pro laude humana, sed pro Dei amore & vita æterna contemplatione faciamus. Quod autem dixerunt virgines fatus sufficientibus: Date nobis de oleo vestro. Et illæ responderunt: Ne forte non sufficiat nobis: hoc pro timore humiliter dictum est: quia terror & tanta examinatio erit in die judicii; ut etiam illi qui oleum misericordie se intelligent abundantius preparasse, metuant ne eis non possit ad omnia peccata redimenda sufficiere. Illud verò quod dictum est: Ita potius ad vendentes, & emere vobis: potest hoc de pauperibus intelligi: Ipsi enim sunt negotiatori, qui oleum animarum lampadibus necessarium vendunt. Per ipsos enim hoc negotium Christus exercere confuevit: in ipsis enim accipit terrena, ut reddit caelestia; accipit caduca repensatur æterna. Denique sic ipse dixit: Math. 25, 14. Quando fecisti mihi ex ministris istis, mihi fecisti. 40. Lampades autem animæ intelliguntur. Vala verò illa, ubi oleum jubemus habere, quid aliud significat, nisi intus in conscientia bona opera recondere? Et quia bona opera alii faciunt pro Dei amore, alii verò pro cupiditate laudis humanæ, virgines illæ fatue & quod in corpore virgines erant, & quod vigilii, Psalmi, lectionibus vel orationibus le exercebant, totum hoc pro laude humana, non pro Deo, vel pro æterna beatitudine faciebant: ideo morte interveniente, ubi eis cessavit laus hominum, simul illis defecit oleum. Nam illud quod eis dictum est: Ita potius ad vendentes & emere vobis, potest & sic accipi, ut vendentes intelligentur adulatores, qui ficti laudibus eos qui opera bona pro humana

Math. 25, 14. goria

gloria facere videntur, extollunt. Denique qui pro vana laude boni aliquid facit, si eum nemo laudaverit, omnino non facit. Unde intelligitur quod omnes qui laudes humanas accipere cupiunt, quod in opera Dei exercere videntur, humanis aalentationibus vendunt, accipientes vanam laudem, & præmia æterna perdentes. Illa autem virgines, quæ oleum habuerunt in valis suis omne opus bonum intus in conscientia posuerunt: quia hoc non pro laude humana, sed pro misericordia divina fecerunt. Hæc ergo fideliter cogitantes, fratres chariflissimi, quia parabola ista ad universam Ecclesiam pertinet; qui non possunt servare virginitatem carnis, custodiunt cordis: ut si ad coronam Martyrum sive Virginum non potuerint pervenire, vel omnium peccatorum indulgentiam mereantur accipere. Virgines vero, qui integratatem corporis Deo auxiliante custodiunt, totis viribus cum Dei adjutorio laborare contendant verboſitatem fugere, detractionem velut diaboli venena respuere, invidiam vel superbiam morbum quasi antiqui hostis gladium pertimescere, obedientiam humiliter retinere, nunquam senioris præcepta contempnere, lectioni & orationi insistere, si infirmatas non prohibet, ad vigilias cum omni alacritate confurgere: sive in Ecclesia, sive in convivio, sive in aliquilibet loco semper quod ad obedientiam vel ad humilitatem pertinet studeant ex ore proferre: si tristem viderint, consolentur; si inobedientem agnoverint, castigare non cessent. Et quia in omni profelitione & boni inventuere & malis; & in Ecclesia Christi, quæ nunc areæ simili est, non solum triticum, sed etiam palea reperiunt; & ibi inveniuntur, quod peius est, non solum laici, sed etiam & clerici, & Monachi, vel sanctimoniales, ita negligentes & tepidi, ut non velut spirituales apes dulcia animarum mella coiffiant, sed velut crudelissimæ vespe, venenatis linguis aculeis fratum vel tororum corda percutiant; isti tales non adjutores Christi, sed defensores diaboli esse probantur. Qui si forte viderint fratrem vel fororem contra seniorem superbum existere, non solum student mitigare, sed malignis sermonibus ad majorem eum furorem conantur accendere; dicentes quod hæc non possit nec debeat diutius sustinere. Hortatur etiam ut ita senioribus suis cum grandi amaritudine aut furore respondant, ut ipsos seniores puniteat, quod eos paterna pietate admonere vel castigare voluerint. Sed quia in omni proprio, sicut jam diximus, non solum sunt adjutores seu mi-

nistri diaboli, sed Dei, & vasa Christi, & iustitie defensores; quoscumque adjutores diaboli ad inobedientiam vel superbiā calida fusurratione succundant, adjutores Christi blanda adhortatione & fando ac salubri consilio revocare contendunt. Illi venem, isti antidotum; illi faciunt vulnera, isti procurant medicamenta: illi perditionem, isti faltem; illi furorem, isti mansuetudinem; illi superbiam, isti humilitatem docent, illi injuriam, isti patientiam; illi odium, isti charitatem. Si quancunq[ue] faciant mali, plus tamen prævalent Christi medicamenta, quam diaboli vulnera. Illi enim qui in clero, vel in Monasterio positi & se & alios ad superbiam erigunt, velut pharetræ sagittis diaboli plenæ simplicium corda percutere, & omnem in eis humiliarem vel mansuetudinem conantur extinguere. Sed quia Deo proprie in medio palearum inveniunt & triticum, & animæ sanctæ, quæ velut amaritia Christi spiritualibus antidotis plenæ esse probantur; quid illi vulneraverint cœlestibus medicamentis curare non desinunt, dicentes cuicunque superbo: Noli superbire fratrem; quia scriptum est: *Domi superbis refixa.* Noli irasci; quia scriptum est: *Ira in Iau insipientis requiescit.* Ecce iterum: *Ecd. 7. 10.* *Ira viri justitiam Dei non operatur.* Si forte inobedientem viderint, blonde & milititer dicunt: Noli esse inobediens frater; quia scriptum est: *Obedientia suæ Reg. 11. per sacrificium.* \*Et Paulus clamat: *Obedientia Propterea vestris, & subiacet eis;* quia ipsi per vigilat tanquam ratione pro animabus vestris reddituri. Ita animæ Deo plenæ si tepidum aut negligenter videant, velut de spirituali armario, id est, de corde bono prolatis medicamentis ad compunctionem conantur accendere. Si detrahentem vel murmurantem videant, dicunt ei illud beati Apostoli: *Neque murmuraveritis, sicut quitan ex ipsi.* Cor. 10. *murmuraverunt, & perierunt ab extremis.* <sup>10.</sup> Tercie. Neque detrahant, quia scriptum est: *Qui detrahit frati suo eradicatur.* Et per hanc sanctam admonitionem à malloquio deterentes, ad laudandum eos incipiunt provocare. Si verboſum vel contentiosum agnoverint, medicamentum taciturnitatis adponunt, dicentes illi quod scriptum est: *Audi Iherol. 35. 7. & race.* Et illud quod de Domino Salvatore prophetatum est: *Sicut agnus carnem tendens se non spernit os suum.* Et illud: *Omne verbum vestrum quod locuti fuisti homines, reddent de eo rationem in die iudicii.* Talibus ergo & his similibus medicamentis quidquid vasa diaboli studierat vulnerare, vasa Christi conantur ad sanitatem.

sanitatem reducere. Sive ergo clericos, sive Monachus, sive Sanctorum confidere conscientiam suam; & si bene loquendo adjutorem Christi & defensorem iustitiae se esse cognoscit; gaudeat & Deo gratias agat, & ipso auxiliante perseveret usque in finem: quia non qui cooperit, sed qui perseveraverit saluus erit. Qui vero per superbia, per inobedientiam vel invidiam adjutorem vel vicarium diaboli esse se sentit; doleat de preterito, caveat de futuro, & per humilitatem confruatur quod superbis tyrannide destruxerat; quod iracundia succederat, mitiget mansuetudo; quod malitia vel inobedientia exasperaverat, charitatis dulcedo componat: & dum adhuc anima illa tenebrosa, quae diabolo servire consueverat, in isto mortali cor-

pore retinetur, remedium sibi in diem necessitatis adquirat: ut de sinistra translatius ad dexteram cum oibus Christi mereatur audire: *Venite benedi- Muc. 28. eti, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Et licet haec ita sint, fratres hoc tamen oportet, ut nec boni de sanctis meritis extollantur; nec illi qui mali fuerint, nimis desperatione frangantur: sed & illi humiliter perseverent in bonis, & isti cito corrigitur a malis; ut cum dies iudicij venerit, & bonos coronare possit vita integra, & malos valeat excusare correcta a praestante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

*Explicit sermo de X. Virginibus.*



# DIVERSÆ LECTIONES

## Ad aliquas Regulas cum MSS. post editionem collatas

A  
LUCA HOLSTENIO.

### Regula SS. Scaptonis, Macarii, Paphnutii & alterius Macarii.

Reperitur est antiquissimum Exemplar in Codice Vaticano 3542. ex  
quo cum excusis jam foliis collatis haec diversiores annotatioe sunt.

- Paginâ 9. In *título*, post nomina quatuor Patrum, additur *Abbatum*.  
 Pag. 11. Cap. 1. Lin. 1. *Sedentibus nobis MS. Residentibus*.  
     Lin. 3. *distribueret MS. tribueret*.  
     \* Cap. 2. Lin. 2. post *multorum MS. addit bonum*.  
       *Ibid.* *ad vita MS. interierit beata*.  
       Lin. 7. post *Nec MS. addit tamen: idemque 2. & 3. Caput*  
       *in unum conjungit*.  
 Pag. 12. Cap. 5. Lin. 3. *conscripta sunt, pro sunt MS. habet placuerunt*.  
 Cap. 6. Lin. 8. post *ne MS. addit forte*.  
 Cap. 7. quod in Codice Vaticano *quartum numeratur*,  
     Lin. 16. *bumiliter MS. legit bimilitate*.  
     Lin. 20. *parati estate MS. habet paratus sit*.  
     Lin. 27. *beldonada MS. addit continua*.  
     Lin. 37. post *primo MS. addit ante omnia*.  
     Lin. 43. *tenet MS. legit teneat*.  
     Lin. 52. post *noverit MS. addit se*.  
 Cap. 8. quod in MS. *quintum* est,  
     Lin. 3. pro *&* MS. *habet ut*.  
     *Ibid.* post *venientibus MS. addit nec ipsi audeat cum venientibus*.  
 Pag. 13. Lin. 18. post *aliqua MS. addit ibi*.  
     Lin. 19. *proferatur MS. legit recitetur*.  
 Cap. 9. quod in Codice Vaticano *sextum* est,  
     Lin. 3. *jejunorum MS. habet jejuniorum*.  
 Cap. 11. quod in MS. *oðavum* est,  
     Lin. 3; post *principi MS. addit dicens*.  
     Lin. 7. *quod si infirmus est animo MS. legit quod si firmus*  
       *est corpore*.  
 Cap. 12. quod in MS. *nonum* est,  
     post illa verba tituli *fratres præveniant* MS. addit  
       *iste ordo teneatur*.  
     Lin. 4. illa verba *& decernere* debet *ille* in MS. non habentur.  
     Lin. 5. pro *quomodo MS. habet qualis*.  
     Lin. 14. post *vocem gradum MS. addit sibi*.  
     Lin. 23. *meruit MS. legit meruerit*.  
 Cap. 13. In *título*, post *verbum obtineant* MS. addit *item*.  
     Lin. 4. post *nec MS. addit hoc*.  
     Lin. 8. post *verbum recipere MS. adjungit & non solum non*  
       *recipere*.  
     Lin. 14. *que possuntur post verbum suscipiatur usque ad illa*  
       *verba ille verò &c. Linea 24. non habentur in*  
       *Codice Vaticano*.  
 Pag. 14. Lin. 7. pro *ex his MS. habet his*.

Lin. 9.

Pag. 14. Cap. 13. Lin. 9. pro *d Patre* MS. legit *ab qui eo p̄aeſt*. Et in hoc definit, quid & Vaticanus tria ultima capita non agnoscit.

### Regula S. Pachomii Abbatis Tabennensis.

Pag. 22. In *título*, post vocem *Pachomii* addit MS. *bominis Dei ab Angelo tradita.*

Pag. 25. In *Præfatione*,

§. 1. Lin. 14. *Canabo* quod ex *Vaticano* legit *Canopo*.

Lin. 22. *ad eos* MS. legit *d Deo.*

Lin. 24. *fuerat* MS. legit *venerat.*

§. 2. Lin. 16. post vocem *Obriſi* MS. *Cassinenſe* & *Vaticanum* ad-  
dunt *ſilva ejus*.

Lin. 25. *Propoſito* *Cassinenſe* MS. qui *ſuper eos conſtitutus eſt*.

Lin. 30. post illa verba *per ordinem* MS. *Vaticanum* addit

*Explicit Prologus.* Et quod hic ſequitur §. 3. la  
Vaticano primus numeratur. *Cassinenſis* vero Co-  
dex hic omittit 7. §§. ſeu capitula ſequentia, & in  
principio Regulz ponit,

§. 3. Lin. 1. pro voce *miniflōrum* MS. Vat. legit *mīris*, & mox  
particulam & non agnoscit.

Lin. 18. post *biduum* MS. Vat. legit *in biduo.*

Pag. 26. §. 9. Lin. 1. *dicitur* MS. *Cassin.* legit *dicuntur.*

Lin. 5. *involvent* idem legit *involvente.*

In *Regula*,

Cap. 6. Lin. 2. *quidpiam volvens* idem legit *revolvens*: &  
Lin. 3. *pro ſuiente* legit *finiatur.*

Cap. 8. Lin. 5. *provoce* *vinculum* MSS. *Cassin.* & *Vat.* legit *ant.* *cingulū.*

Cap. 9. Lin. 2. *Unam* *Vatic.* legit *primam.*

Cap. 10. Lin. 3. *tres orationes* *Vatic.* legit *tertianu orationem.*

Cap. 23. Lin. 5. *post unum* *Vatic.* addit *mandatum.*

Cap. 31. Lin. 7. *donec alius surgat de vefcentibus* *Vatic.* legit *donec*  
*alii surgant a mensa.*

Cap. 32. Lin. 1. *comedendam* *Vat.* legit *comedendum.*

Cap. 36. Lin. 2. *pro & congregat* *Vat.* *habet dum congregantur.*

Cap. 37. Lin. 2. *tragematio* *Vat.* legit *dulciamina.*

Cap. 41. Lin. 8. *pro accipient* *Vat.* legit *accipient*: *tum addit & ſe*  
*miniflēnt ei.*

Cap. 42. Lin. 8. *pro agrotantibus* *Vat.* legit *agrotanti.*

Cap. 44. Lin. 2. *Vatican.* non habet illa verba *miniflāntibus* &, ſed  
pro illis ponit *fratribus.*

Cap. 47. Lin. 1. *pro conſeſſione* *Vat.* *habet conſeſſu.*

Cap. 49. Lin. 14. *ſi-enim* *Vat.* legit *ſi eum.*

Pag. 29. Cap. 53. Lin. 10. *pro ejus* *Vat.* legit *ei.*

Cap. 60. Lin. 2. *qua ſcripta ſunt* *Vat.* legit *qua ſenſa ſunt.*

Pag. 30. Cap. 84. Lin. 3. *pro voce foras* *Vat.* *habet procedendi.*

Pag. 31. Cap. 97. Lin. 4. *& deterius accipient* *Vatic.* *omiffo & legit deterius*  
*accipient.*

Cap. 109. Lin. 1. *Sub* *Vatican.* legit *ſuper*: &

Lin. 2. *pro tegmine* legit *timone.*

Cap. 112. Lin. 7. *alteram* *Vat.* legit *alterius.*

Cap. 113. Lin. 1. *Com mendatum etiam aliiquid d germano &c.* *Vatic.*  
legit *Com mendatum aliiquid, etiam d germano &c.*

Pag. 32. Cap. 118. Lin. 2. *poit diſciplina* *Vat.* addit *tenenda*, & tollit vocem  
*autem*, & *pro ſoluit* legit *ſolvet*, &

Lin. 3. *poit vocem* *funiculum* adjungit *nec moveat navigium.*

Cap. 122. Lin. 4. *reminent* *Vatic.* *ruminent.*

Cap. 134. Lin. 1. *Lotum* *Cassinenſe* MS. *Lutum.*


Cap. 135. Lin. 2. *diſiundi* *Cassin.* MS. legit *diſiundi*: &

Lin. 3. *poit illa verba in uſcendi loco addit hæc dimiſſis ma-*  
*nibus & humiliato corde, emendaturos ſe promitten-*

*tes, vitam de qua arguantur, & veniam deprecatet.*

Cap. 136. Lin. 1. *communione* *Cassin.* MS. legit *communione.*

- Pag. 12. Cap. 139. Lin. 5. pro & Cassinenſ. legit aut : &  
Lin. 9. ante verbum *statit* ponit &.
- Pag. 13. post caput 141. Cassinenſ. MS. duo alia capitula subjungit: prius de Puel-  
tarum disciplina, quod nos exhibemus in Regulis Sanctionialium pag.  
40. non enim est Pachomii. Incipit autem id capitulum: *Nemo ad eas*  
*veniet &c.* Secundum vero capitulum, quod hic ponit Cassinenſ. MS.  
est id, quod nos referimus infra pag. 36. incipiens: *Quicunque de his*  
*mandatis &c.*
- Post titulum: *Præcepta & Instituta P. N. Pachomii &c.*  
Lin. 5. post vocem *anima* Cassinenſ. addit *cooperorum.*
- Cap. 143. Lin. 4. post conjunctionem & initio versi politam Cassinenſ.  
addit *si: cum sub finem versi & mutat in ut.*
- Cap. 145. Lin. 3. altera Callin. legit *postera.*
- Cap. 147. Lin. 4. post *quod si* Callin. addit *quid.*
- Cap. 148. Lin. 2. *expansum* Callin. legit *appansum:* & post verbum  
*invenerit* addit nomen *dies:* mox post vocem *Do-*  
*minus* addit *vestimenti.*
- Cap. 149. Lin. 2. pro verbo *portet* Callin. legit *ponitur:* &  
Lin. 4. post illa verba in *veſcendi loco* haec adjungit: *Si mu-*  
*tem in furto fuerit* *deprebensus,* *triginta & novem*  
*verberabunt eum;* & *furis dabunt ei* *edere tantum*  
*pasum & aquam;* & *opertum cinere & cilicio per*  
*singula orationum tempora cogent eum agere peniten-*  
*tiam.* *Eadem lex in fugitiis obſervabitur.*
- Cap. 153. Lin. 5. post illa verba *reus non erit* Cassinenſ. MS. addit  
*peccati.*
- Cap. 154. Hoc capitulum sic habetur in MS. Cassinenſ.: *Si in domo sua*  
*Præpositus viderit delinquentes,* & *non statim increpaverit,*  
*nec multaverit &c.*
- Pag. 34. Cap. 159. Lin. 16. ne negligat Vat. habet non negligat: & mox  
Lin. 17. pro *ne vincatur* habet nec *vincatur.*
- Lin. 25. *Sermonem ducat* Callin. & Vat. legunt *Sermonem ducatur.*
- Lin. 31. post *fententiam* uteque MS. addit *verram.*
- Lin. 34. ante *gloria* uteque MS. addit *inanis.*
- Lin. 70. *Ethnorum ambo* MSS. legunt *iniþorum:* & mox  
Lin. 71. pro *ramorum* legunt *filiorum.*
- Quæ deinceps habentur post caput 159. in MS. Vat. non comparent.
- Pag. 35. Cap. 163. Lin. 7. post illa verba *ante fore* Callin. addit d *triginta &*  
*novem.*
- Cap. 165. Lin. 3. *perficitæ frontis* Callin. legit *perfecta statis.*
- Cap. 172. Lin. 4. pro *ipse* Callin. legit *per se.*
- Cap. 173. Lin. 1. pro *saltem* Callin. legit *autem.*
- Cap. 176. Lin. 2. post & Callin. addit *apud:* &  
Lin. 10. pro *operis sui* legit *opusque peccati sui.*
- Pag. 36. Cap. 181. Lin. 3. post *vocabulum fratres* Callin. addit *pro peccatis fr-*  
*atibus.*
- Cap. 182. Lin. 3. pro *fratris* Callin. habet *fratrum.*
- Cap. 183. Lin. 2. pro *illis verbis vel alterius domus fratrem* Cassinenſ.  
habet *vel ab alterius domus fratre:* &  
Lin. 4. pro *postulare* legit *postulaverit.*
- Cap. 187. Lin. 3. *celebrabant* Callin. *celebraverint.*
- Cap. 190. Lin. 9. post vocem *dintius* Callin. addit *cum:* &  
Lin. 12. ante conjunctionem & addit *ut.*
- Cap. 192. Lin. 3. *deferet* Callin. legit *defferentur.*
- Lin. 4. pro *cella* Callin. legit *vestitum:* & mox post verbum  
*introcundi* adjungit *illis.*



# INDICULUS DECLARATORIUS

## Vocum inusitatorum, usurpatarum in Regulis Patrum.



**B**horticatio, *Regula Magistri* cap. 8. pag. 238. part. 2. Videtur significare honorem internum alicuius cognitionis non bonae menti oblate.

**E**quivocus, *Prolog. Reg. Solitar.* pag. 292. part. 2. Qui eodem nomine vocatur. Nam utrique, tam auctori Regule, quam ei, cui ex nuncupata est, commune nomen erat GRIMLAICUS.

**A**llelujaticum, *S. Aurelian. in ordine p[re]f[er]end[i]*, pag. 373. part. 3. Videtur esse pars quedam Officii divini, in qua iterabatur ALLELUJA.

**A**mbascia, *Regul. S. Columb.* cap. 10. pag. 178. part. 2. Legatio, uti & Legati Ambasciatorum dicuntur, de quo verbo vide *Vossium de vitiis sermonis*, pag. 175. & 176.

**A**mbrosianus, *Regul. S. Benedicti* cap. 9. pag. 121. part. 2. Hymnus, vel à sancto Ambrolio compotus, vel ab aliis ad ejus imitationem. Vide Menard. ad Concord. Regularum, pag. 344.

**A**nalogium, *Regul. S. Benedicti* cap. 9. pag. 121. part. 2. Pulpitum sive suggestus, ex quo legitur. Vide Menard ad Concord. Reg. pag. 344. & Sonnerat in Glosso addito ad Anglicana Historia. Script. decem.

**A**posphragismus, *Regul. Solitar.* cap. 16. pag. 303. part. 2. Præcipiat Episcopus ostium retrouonis cellula Apofphragismo suo sigillare, &c. Vox græca ἀποφραγμός significans imprellionem sigilli.

**B**acillus, *Reg. S. Pachomii* cap. 81. pag. 30. part. 1. pro bacillo sive baculo.

**B**aum, *In Testim. Epiph. S. Pachm.* pag. 37. & 38. part. 1. Lingua Ægyptiorum Monasterii nomen. Gemad. Maffil. & Cyrill. relati ibid.

**B**ebrinum vestimentum, *In Recap. Reg. S. Casfar.* cap. 7. pag. 361. part. 3. Vestis è pelle castoria; nam castoreum animal alio vocabulo dici bebrum, docet Scholastes Juvenalis ad illud Satyr. 12. imitans Casfora, qui je

*Eunuchum ipse facit.*

**B**iberes, *Regula S. Benedicti* cap. 35. pag. 126. part. 2. & alia Regula alibi. significat liquoris haustus, sive sorbitiones; unde permitti dicuntur singuli biberes, aut tres biberes. Vita S. Popponis Abbatis cap. XXX. §. 51. Discedens inde charitatis vestigia suis reliquit, singulisque tricenos dies singulos doris biberes præcepit. Hoc est ( ut interpretatur *Vossius de vit. serm.* ) vini scyphos.

**B**ibitaria, *Regula S. Aurelianii*, *in ordine convivis* pag. 374. part. 3. Sorbitio, sive haustus. Vide supra vocem *Baberet*.

**B**irrus Amicularis, *in Testamento S. Casfar.* pag. 367. part. 3. & *Regule S. Idori* cap. 13. pag. 194. part. 2. Ex quibus locis apparet, Birrum fuisse vestimenti genus Monachis interdictum ob sui pretium, aut mollitatem. Vide Menard. ad *Conec. Reg.* pag. 904. & *Vossium de vit. serm.* pag. 182.

*Cod. Regul. Tom. I.*

S 55

Bisac-

- Bifacile**, *Regula Magistri* cap. 1. pag. 232. part. 2. suot mæntice duas peras habentes.
- Bracile**, *Regul. S. Benedicti* cap. 55. pag. 131. part. 2. Numerator in supellestili monastica: quid sit expoito latus *Isidorus* ex Cagliaro, sic scribens *Orig. lib. 19. cap. 33. Redamiculum* est, quod succinditorum, sive Bracile *muncipanum*, quod dividens per cervicem, & à lateribus collis divisum (lege demissum) utrarium alarum finum ambit, atque hinc inde succingit, &c. Vide *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 894.
- Bracislatorum**, *Regul. Cujusdam* cap. 12. pag. 400. part. 3. Similiter, & qua bracislatorum ad cervicem facienda inhabitarerit, &c. Officina, io qua cervisia seu zythum conficitur, à nomine *Bratium* sive *Brasium*, quod veteri Germanorum idiomatico significat bordeum ex madido torrefactum. Vide *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 1042.
- Caldellus**, In *Recop. Reg. S. Caesar.* cap. 16. pag. 362. part. 3. Vasculum potiorum cervisie, aut zythi: nam distinguit *caldellum* à mero *Reg. Mag. cap. 27. Vide Menard. ad Conc. Reg.* pag. 715. Viderunt idem esse *Calculus*, cuius mentione fit in *Reg. Magist. cap. 27. pag. 217. part. 2.*
- Campantes**, reponi debet in cap. 56. *Regula Magist.* pag. 270. part. 2. lin. 2. pto cantantes, quod ibi legitur perperam, ut dudum monuit doctissimus *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 850. Est autem *campare*, ut idem ibid. & *Gloss. Isidori* docet, id ipsum quod *fletere*, deductum nimirum à Graeco *καμπάνη*.
- Capitale**, *Regul. S. Benedicti* cap. 55. pag. 131. part. 2. Pulvinum cui caput jacantis incumbit: Cervical. Vide *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 893. & *Voss. de vit. ferni.* pag. 370.
- Caucellus**, *Regula Magist.* cap. 27. pag. 257. part. 2. Genus poculi certe mensuræ, diminutivum à *Coupo* voce usitata *Spartiano*, & *Ennodio*. Vide *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 828. Vide etiam *Rosmeidum in Onomastico* pag. 1014. qui docet fusile vas ligneum, ubi non exprimirur alia materia.
- Chorz**, *Regula S. Donati* cap. 75. pag. 391. part. 3. Videntur esse distinctiones Psalmorum, singulæ Psalmos plures contineentes, ut suot nostri Nocturni in Officio Romano.
- Chrismal** sive *Chrismale*, In *Panit. S. Columb.* seu *Reg. cap. 10.* pag. 175. part. 2. Vulum, sive fasciæ, que froos chrismate ab Episcopo inunctorum ligabatur. *Ordo Romanus*: *Deportantur ipsi Infantes ante Pontificem*, & dat singulis floslam candidam, & *Chrismale*. Ufis erat Christianorum in Anglia, ubi *S. Columbanus*, custodiire religiosè velum illud, quo fasciati in Confirmatione fuerant, & qui negligerent, poena afficiebantur. *Beda in Panit. cap. 13. Qui in plebem suum Chrismal perdidit & non invenerit, quadraginta dies paniteat*. Vide *Vocabularium Donatii Magri* pag. 66.
- Cicendelus**, *Regul. Mag. cap. 29.* pag. 259. part. 3. Idem quod *Cicendela* multis Scriptoribus Ecclesiasticis usurpatum vocabulum ad significandam lampadem penibilem. Vide *Vossium de vit. ferni.* pag. 382. & *Vocab. Margri* pag. 68.
- Cingella**, *Reg. S. Donati* cap. 65. pag. 390. part. 3. Diminutivum à *Cingula*.
- Circulum**, *Regula Magist.* cap. 95. pag. 291. part. 2. Est annulus timelæ janue insertus, quem movet is, qui sibi januam vult aperiri. *Menard. ad Conc. Regul.* pag. 1038.
- Collecta**, *Regula S. Pacbonii* cap. 9. pag. 26. & iterum cap. 132. pag. 32. & cap. 141. pag. 33. part. 1. *Reg. com. S. Fructuof.* cap. 13. pag. 215. part. 2. Est congregatio fratrum in locum unum, qui ipse locus *Collecta* quoque vocabatur, ut patet ex cap. 132. *Reg. S. Pacboni*.
- Confessio**, *Reg. S. Aureli* cap. 4. pag. 150. part. 2. De capillis illius in confessio- nem mittatur, ut ei in testimonio sit; hoc est: intra caplam sacrarum reliquiarum reponatur. Est enim *confessio*, (ut obseruat *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 980.) *capsa*, seu tabernaculum ex auro, vel argento, vel alia quavis preiofa materia in honorem aliquotus Sancti fabricarum, & probat ex multis locis *Anastasi Bibliothecarii*, nimirum ad honocifit conservandas ejus Sancti reliquias. Inde contento denominante continentem, Romæ *confessio sancti Petri* dicitur *scellum*, intra quod venerantur ejus reliquiae continentur.

- Corticula, *Reg. Monach. S. Fructuosi cap. 16. pag. 205. part. 2.* Locus, in quo recludebantur Monachi penitentes.
- Cursus, *Reg. Cujusdam cap. 2. pag. 395. part. 3. & alii alibi sapt.* Id quod vulgo dicitur divinum Officium penso diurno perfolvendum. Vide Menard. ad Conc. Reg. pag. 78. & 1031.
- Cuspis, *Reg. Mag. cap. 81. pag. 278. part. 2.* Lignum sandalium è glosis veteribus. Vide Menard. ad Conc. Reg. pag. 922.
- Decanis, *Reg. S. Benet. cap. 21. pag. 123. part. 2.* Numerus decem Monachorum unius subjectus, qui Decanis vocatur, antiquioribus Latinis Decurio. Decanis in *Reg. Mag. cap. 11. pag. 241. part. 2.* Decada dicitur.
- Diptychum, *Regula Magist. cap. 93. pag. 288. part. 2.* Tabella duas plicas habens, in qua scriberebantur nomina Monachorum. Vide Onomasticon Rosweidi pag. 1016.
- Directaneum vel Directaneum, *Reg. S. Casfar cap. 21. pag. 146. part. 2.* Reg. S. Aureliani de ordine psallendi pag. 373. & 374. part. 3. Videtur esse pars Officii divini, quae àstantibus recitatur: quare videbitur *Voxius de vita serui. pag. 409.* quo fundamento dicat, esse id quo dirigitur vita monastica; nam loca, quae citas, id minimè suadent.
- Discoferz, *Eps. S. Casfar. ad Oratorium Abbatissam. pag. 366. part. 3.* Minister menarum, quae discos ferunt.
- Ebiymii Locus, *Regula S. Pachomii cap. 14. pag. 26. part. 1.* Ebiymius vel Ebiymum videtur esse vox Aegyptia; porro lingua Aegyptia, sive Coptica posterior à temporibus Alexandri cum è Graeca lere corrupta sit, ut etiam ejus characteres indicant, credibile est, vocem Ebiymius è Graecis iuxpiisse, aut fortè etiam iaphus detortam, notione sermè simili ejus, quæ vocabulo Latino Præcentor, sive Cantor subiicitur. Fuisse autem in Pachomianorum Psalmos cantantium choro locum proprium ejus, cul incumbebat ex officio præzire cantatores, & tonum dare, ex similium ceterum usi etiam hodierno non est ioverisimile. Accipere igitur possumus Ebiymius locum præ sede, vel pulpito Præcentoris, donec aliud absconde allugeat certius.
- Exagliarius, *Reg. Mag. cap. 91. pag. 286. part. 2.* Existimat Menard ad Conc. Reg. pag. 397, legendum Exagliarius, ut significetur distributor Exagellarum, quæ erant munera à morituris legata clientibus, aut amicis, prout intelligitur ex Ennodio in vita S. Epiphani. Ticiensis, quem ait seuentientem se brevi moriturum munera Sacerdotibus tribuisse, quod fecit ( verba sunt Ennodii ) quasi Exagellam relinquunt.
- Fimella seu Femella, *Regula Magist. cap. 95. pag. 291. part. 2.* est ferrum janus affixum, per quod circellum ei infertum ducitur, Menard. ad Conc. Reg. pag. 1038.
- Gavisæ, *Reg. Mag. cap. 81. pag. 278. part. 2.* Gaudere inaniter gessiendo.
- Heptaticum, *Reg. S. Bened. cap. 42. pag. 127. part. 2.* dicitur pro Heptateucbo, complectiur quinque libros Moysi, Josue, & Iudicium.
- Incaustum, *Reg. S. Casfar. cap. 7. pag. 361. & S. Donati cap. 64. pag. 390. part. 3* dictum pro Encausto, voce uitata Plinio à Greco ικαυσις. Est fucus incoctus, unde color efflorescit; unde extendi potest ad significandum atramentum, quæ notio locis hic citatis convenit, nec est incredibile, vocem in Italia vulgarēm *Inchiestro ex Incusto* detortam.
- Inthice, *Reg. Mag. cap. 27. pag. 258. part. 2.* è Graeco ινθια. Penurie celia, promptuaria, apothecæ, ubi reponuntur, quæ ad usum servantur. Vide etiam Menard. ad Conc. Reg. 148.
- Jutta, *Reg. Mag. cap. 27. pag. 257. part. 2.* Suspicitur Menardus esse potionem ex laete mixtam. Vide illum ad Conc. Reg. pag. 132. part. 2.
- Lebetones, *In excerptis ex vita S. Pachomii pag. 23. part. 1.* Linea vestis instar colobii sine manicis. Vide Rosweid. in Onomast. pag. 1026. qui docet idem esse Lebitonem sive Lebetonem cum levitonario sive Lebetonario, voce sepius in hisce Regulis usurpata. Vide etiam Menard. ad Conc. Reg. pag. 895.
- Lordicare, *Reg. Mag. cap. 1. pag. 231. part. 2.* Hoc est dorso incurvato incedere. Vide Menard. ad Conc. Reg. pag. 895.
- Lucernarium, *Reg. incert. Autor. cap. 1. pag. 138. part. 2.* Synaxis vespertina, ad quam lucernæ accendebantur, dicta etiam Lucernaria. Vide Menard. pag. 366.

- Mannariola linea , vel potius Manuatiola , *Regul. Mag. cap. 81. pag. 278. part. 2.*  
Sudariola manugeftata.
- Mantum , *Teflam. S. Caser. pag. 368. part. 3.* Est amictus seu pallium , sic dictum ,  
quod manus tegat.
- Marciones , *Regula S. Aurelianii ad Monachos , cap. 19 pag. 150. part. 2.* & idem  
*Regul. ad Virgines cap. 15. pag. 372. part. 3.* Opifices , qui marcolis  
utuntur , fabri murarii uti & carpentarii , cum quibus hic junguntur ,  
sunt fabri lignarii.
- Matta , *Reg. S. Pacbom. cap. 5. & alia sapè pag. 26. part. 1.* Genus culcitre durio-  
ris , cui Monachi macerandi corporis caufa solebant iocumbere. Vide  
Menard. pag. 893. ad Conc. Reg.
- Mentio , *Reg. Mag. cap. 5. pag. 248. part. 2.* Si mentionem suadet nempe Diabolus ,  
Mentionis vocabulo designatur hic mendacium. *Gloss. Pbiloxeni , men-  
tis frumenta.* Vide Menard. pag. 286.
- Mifia , *Reg. secunda Patrum cap. 6. pag. 16. part. 1. & Reg. S. Benedicti cap. 17. pag.  
122. part. 2.* Orationes & Collectæ , qua in fine verfus à Sacerdote di-  
cebantur , dictæ Mifia , eo quod à Deo mifia fuit : aliquando accipiun-  
tur pro horis Canonici , & curfibus nocturnis , prout in *Regula dicta*  
*Patrum cap. 6.* Vide Menard. pag. 331. 376. & 767. qui alias declara-  
tiones affert.
- Mucidare , *Reg. Mag. cap. 1. pag. 232. part. 2.* Mucidum fieri de pane.
- Nonnus & Nonna , sapè in his Regulis : Nomina , reverentie caufa , senioribus Mo-  
nachis & Monialibus tributa. Menard. ad Conc. Reg. pag. 1021.
- Nugalifimus , *Reg. tertia Patrum cap. 10. pag. 17. part. 1.* Augalifimus vestimento ,  
hoc est parvi momenti , nullius valoris.
- Patula , *Reg. Monach. S. Fruſtuſi cap. 19. pag. 206. part. 2.* patens , notoria , cui-  
vis spectabilis.
- Pavula , *Regula S. Pacbomii cap. 82. pag. 30. part. 1.* Nullus babeat separatum  
mordacem Pavulam , &c. Intelligitur ex sequentibus , his verbis signifi-  
cari instrumentum chirurgicum accomodatum ad evelendas spinas , quæ  
crebrò Inter Incendendum aut laborandum infigebantur pedibus nudis aut  
malè protectis Monachorum. Scimus linguam Ægyptiam posteriorum  
temporum , post Alexandriam conditam , multum è Greco habuisse. Si  
ergo quaramus apud Graecos vocabulum Pavula , occurret nūla , quod  
Hesychius interpretat ἀνερος οὐ πάντα , remissio , requies. Quia vero  
aculeum carni infixum gerens requieferet nequit pre sensu puncture  
priusquam evelletur ; sanè potul instiuiti , communicato caufa nomioe  
effectui , ut organum , quod pungulos abstraheretur è membro confixo ,  
nūla five Pavula , hoc est : Remissio & requies appellaretur. Sed tunc  
vocaret hōc loco adjunctum mordax : nam hī Pavula forcipula est , fatis  
intelligitur esse mordacem. Nōo est autem credibile , in Regula brevissi-  
mè scripta otiosum vocabulum possum. Non dissimiletur fulpicio , quæ  
oboriri potest de fide scripture hujus ; fortasse Pavulam hic ita scri-  
ptam legimus oeglegeotiā Librarii excidere sibi literulam R inter exscri-  
bendum paſſi , & Pavulam repreſentans , cùm parvula edere debe-  
ret. Sanè qui vixerunt io Narbonensi Gallia & Septimanía , quo in loco  
diu vixit non longè inde natus sanctus Benedictus , Abbas Anianensis  
hujus Collectionis Aotor , referunt , vernacula illuc , qua plebs uitur ,  
lingua forcipem mordacem five mordaciam dici. Quid si ergo fulpiceatur  
quis , ibi in Anianensi monaſterio itam ab aliquo Mooacho , qui , uti  
Cassianus , in Ægypto fuſſet , Regula Pacbomii interpretationem co-  
cionatam , & huic forcipulam , aut (ut Celsus loquitur) vulfellam ex-  
primere volenti , popularē vocem pro Latina obrepelliſſe ? Si hoc reci-  
pitur , mordax ſubstantivum hoc loco fuerit positum pro forcipe , cui ad  
ſignificandam forcipem parvam , five vulfellam , parvula epitheton fit  
adjuoctum. Hęc , si probare renuit , toleret faltem benignus Lector ,  
donec quid melius occurret.
- Paximatium , *Reg. S. Columbani cap. 3. pag. 170. & alibi part. 2.* Panis ſubcioericius.  
Vide Rarweid. *Onomast. pag. 1023.* Alii panem bis coctum interpretantur.  
Vide Menard. ad Conc. Reg. pag. 507.
- Preforiolis , *Reg. S. Caser. cap. 26. pag. 357. part. 3.* Arcæ , in quibus vesterſe fer-  
vantur : hic tamen ſumuntur pro arcis , in quibus res ad vičum ſpectan-  
tes reponabantur.

*Pflastrium*, sive in his Regulis : vox usitata, & est reges five storea ex junco, five papyro confecta ; ea pro lecto & stragulo atabantur Monachi. Vide Roswid. *Ovonaſſt.* pag. 1035. & Menard. pag. 718.

*Puducient*, *Regula Magist.* cap. 81. pag. 278. part. 2. sic habet : *Habere debent fratres in hysme paraturam grossam quotidianam flamineam, & tunicae aliam nocturnam, quam post nocturnos pudcent, quia in die diversis occupentur laboribus.* Sententia videtur exigere, ut verbum pudcent significet, exuant, five deponant : *hinc enim tunica, de qua agitur, vocatur nocturna.* quia noctibus tantum usui est recitantibus in choro Nocturnos, hoc est preces Ecclesiasticas & Psalmos, qui noctu cantantur : *dat vero rationem, cur exuenta sit post nocturnam Psalmiodam;* *quia in die diversis occupantur laboribus,* ad quos impedimento effet tunica illa talatis, & præterea tractatione materialium, circa quas laboratur, inquinaretur, minime deceret in choro nocte proxima cantantes. Ergo cum exigat analogia, ut pudcent sit à verbo pudcendo, nos quidem noscimus, quid hoc verbi sit, interimque, dum alluceat aliquid certius, suspicamur, vocem esse mendosam, & fortasse scriptum ab auctore fuisse debuculent, ut sit à verbo debuculare, quod sonet, resoluta quā ligabatur ad collum fibulæ five fibulâ, superne tunicam attrahere, & sic deponere, quomodo Sacerdotes sacrificio peracto exuant *Albam*, quam vocamus, hoc est, tunicam *lutam*. Fibulam veteri lingua Gallicâ (*Gallus* autem videtur fuisse Auctor *Reg. Mag.*) dictam esse *bucculum*, argumentum est hodierna vox *Gallica Boucle*, quā fibula designatur : inde porro facile formatum fuerit verbum *debuculare*. Hac tentabamus micantes in tenebris, miserebatur *Lector eruditus*, & si quid melius haberet, conferet.

*Pusca*, *Reg. Mag.* cap. 27. pag. 257. part. 2. alias *Pofca*, est potio ex aqua & aceto temperata. Vide Roswid. *Ovonaſſt.* ps. 1034.

*Quadra*, *Reg. Mag.* cap. 25. pag. 256 part. 2. quarta pars panis. *Menard. ad Conc. Reg.* pag. 669.

*Raca*, *Regula S. Basili* cap. 145. pag. 98. part. 1. vox est Evangelii, cuius declaratio præter ea, quæ S. Basilius hic assert, ex Interpretibus Evangeliorum peti debet.

*Rachinæ*, *Reg. Mag.* cap. 81. pag. 278. part. 2. genus straguli levioris. Vide Menard. ad *Conc. Reg.* pag. 922.

*Recellæ*, *Reg. Mag.* cap. 1. pag. 231. part. 2. Secundum diminutionem è vocabulo *Res* unde fit primò Regula, deinde Recella, pro quo & *Regelle* legitur *Reg. Solitariorum* cap. 47. pag. 330 part. 2.

*Registoria*, *Reg. S. Caspar.* cap. 26. pag. 357. part. 3. significat eam, quæ curam habet Arcellarum, quibus ciborum vel reliquie, vel alia ad victimum necessaria conciduntur.

*Repedate*, *Reg. Mag.* cap. 63. pag. 273. part. 2. Redire, unde quis venerit.

*Reltratus*, *Reg. Mag.* cap. 1. pag. 232. part. 2. Alious iterum stratus, hoc est, cui denuo stratum imponitur.

*Rogus Dei*, *Reg. Mag.* cap. 33. pag. 261. part. 2. & alibi sive, *Rogus à rogando*, est precatio Litanie *Ayrie eleison*.

*Sabanum*, *Reg. Mag.* cap. 19. pag. 252. part. 2. Linteum. Vide Menard. ad *Conc. Reg.* pag. 610.

*Sarfuriū*, *Reg. S. Caspar.* cap. 42. pag. 360. part. 3. *Nibil aliud in ipsis Crucis, aut nigra, aut latina tantum opere sarfurio.* Gregorius Turonensis lib. 2. Histor. Franc. cap. 15. *Parietes ab Altarium opere sarfurio, ex multo marmorum genere exornatos, &c.* Videtur opus esse quasi musivum, & teſcellatum ex Voffio de vit. ferm. pag. 586.

*Sarabañz*, *Reg. S. Benedicti* cap. 1. pag. 115. part. 2. & *Reg. Mag.* cap. 1. pag. 231. part. 2. Sunt Monachi vagi, nulli subjecti ; vox est *Egyptiaca à verbo significante renovere, aut reculare*, quod hi reculent Abbatem habere, cui subirent. Vide Menard. ad *Conc. Reg.* pag. 104. 124. & 141.

*Saltuarius*, *Reg. Mag.* cap. 11. pag. 243. part. 2. est quidam Magistratus seu Judex. Menard. ad *Concord. Reg.* pag. 441.

*Seemare*, *Reg. Mag.* cap. 81. pag. 278. part. 2. sibi placere, séque ostentare, ac sic parum sanum se probare. Vide Menard. ad *Conc. Reg.* pag. 910.

*Cod. Regul. Tom. I.*

Ttt

Spar.

## INDICULUS DECLARATORIUS.

- Spartea*, *Reg. S. Isidori cap. 17. pag. 195. part. 2.* est calceus ex sparto confectus Hilpanis proprius, apud quos calceamenta ex sparto conficiebantur, communiter *genista* dicitur. *Menard. ad Conc. Reg. pag. 536.*
- Sputum Sacramenti*. *Reg. Mag. cap. 24. pag. 275. part. 2.* Et ipse similiter sicut serum propter sputum Sacramenti accipiat. Sumebatur enim parva portio vini ad cohibendum sputum post communionem, ne quid ex ea projecteretur in sputo. *Vide Menard. ad Concord. Reg. pag. 692.*
- Stricata*, *Reg. Mag. cap. 79. pag. 277. part. 2.* id est: *Consumere.*
- Subtelaria*, *Reg. Solit. cap. 49. pag. 331. part. 2.* Genus quoddam *sandaliorum*.
- Suppositio*, vel potius *Superpositio*; nam ita potius videtur legendum ex *Menard. in Concord. Reg. In Ponit. S. Columb. seu Reg. cap. 10. pag. 175. part. 2.* Videtur esse extraordinarii jejunii indicatio ob culpam. *Vide Menard. pag. 800.*
- Synpechia*, *Reg. S. Benedicti cap. 27. pag. 124. part. 2.* vox Graeca σύνπεχεια sonans collusorem sive familiarrem.
- Totihoc*, *Reg. S. Pacbom. cap. 1. pag. 26. part. 1.* vox *Egyptia significans*, ut ibi dicitur, *Præpositum domus.*
- Toxa*, *Reg. Solit. cap. 50. pag. 332. part. 2.* Stragulum è crasso panno.
- Tutetur*, *Reg. Mag. cap. 29. pag. 259. part. 2.* Id est: *Extinguatur. Menard. ad Cont. Reg. pag. 463.*
- Vacivus*, *Reg. Mag. cap. 18. pag. 251 part. 2.* Vacuos ab opere, vice sua perfundit in ministerio.
- Verlus Apertoris*, *Reg. Mag. cap. 44. pag. 263. part. 2.* Verlus dici solitus in principio Officii Ecclesiastici, qualis hodie *Dens in adjutorium.*
- Verlus Clusor*, *Reg. Mag. cap. 37. pag. 263. part. 2.* Verlus dici solitus in clausula Officii Ecclesiastici, qualis hodie *Benedicamus Domino.*
- Verlus Taciturnitatis*, *Regula Mag. cap. 58. pag. 271. part. 2.* Videtur esse verlus, quod pronunciabat totus Chorus filebat ad tempus, ut hodie dicitur *Kyrie eleison omnes submissa voce recitant Orationem Dominicam.*
- Enigmatica Formula loquendi*, usurpatæ in *Regulis aut Epistolis sancti Pacbomii*, ubi classes Monachorum designantur per litteras Alphabeti &c, fose declarantur ab *Abbasio Kirebero Societatis IESU in Supplemento Prodromi & Lexici Copti cap. 1. cap. 503. & seq.* quem consulere Lector poterit.



# INDEX

## RERUM MEMORABILIA

*Quæ in toto hoc opere continentur.*

### A.

**A**bbris qualis esse debeat Pag. 17.  
16. 79. 116. & sequenti 131.  
133. 134. 164. 186. 206. 210.  
213. & sequenti 215. 221. 223. 233.  
248. 287. 289.  
verbo & facto suos subditos instruat. 12.  
116. 188. 204. 231.  
sine receptione personarum cum illis se  
gerat. 14. 116. 124. 231.  
Regulam in omnibus servet. 133.  
coquine & menzis in certis festivitatibus  
inferviat. 165.  
in Refectorio nil alius velius expectat.  
192. 214.  
cum timore Dei & observatione Regule  
omnia faciat. 116.  
studet plus amari, quam timeri. 133.  
omnium infirmitati compatiatur. 188.  
nil sibi propriè vindicet. 7.  
non potest alienare res Monasterii. 151.  
164.  
necessaria Fratribus provideret. 124. 329.  
sine consilio nil faciat. 117.  
simpliciter cum suis Fratribus in Mono-  
sterio vivat. 210.  
rationem reddet tam de sui, quam de  
subditorum anima. 116. 121. 172. 233.  
Dominus & Abbas vocatur. 23.  
An labore debet cum Fratribus. 162.  
quomodo se gerere debet circa tentatos.  
248.  
Ab eo totius Monasterii pendre debet  
ordinatio. 133.  
Abbas iracundus quomodo corrugendus.  
248.  
Abbas non Sacerdos in administratione  
Monasterii Sacerdoti præferri. 279.  
Abbatis quomodo fieri debet electio. 133.  
vita merito, & Sapientia doctrina eli-  
gendus, etiamque ultimus sit in Con-  
gregacione. Ibid.  
ceremonia in Abbatis ordinatione. 288.  
& sequenti.  
Abbes pro regimine convenire euent.  
Vide Superior.

Abbotissa qualis esse debeat. 336. 337.  
379. 394.  
omnia que subditis injungit, in se prius  
experitur. 336. 337. 378.  
Aequaliter te aliis exultimet. 336. 474.  
Unam plus aliis non diligat. 366. 378.  
417. 491.  
cum aliis reficiat. Ibid.  
profit magis quam præfit. 378. 412.  
tot habeat animas, quot filias. 194.  
cum timore & observatione Regule om-  
nia faciat. 178.  
contra Abbatillas dispendiolas. 365.  
*Abrogare* scipsum quid sit. 294.  
*Abrogatio* generalis in omnibus. 223.  
*Abrogatio* sui ipsius perfectionem facit.  
295.  
Abnegationis tres sunt species. 223.  
*Abstinens* memoria in Oratione facien-  
da. 134. 251.  
*Abstinentia* ab excommunicatione quomo-  
do fiat. 247.  
*Abstinentia* tegenda. 223.  
Abstinentie commendatio. 202. 413. 451.  
452.  
Acceptio personarum nulla debet esse in  
Religione. 14. 93. 116. 189. 207. 233.  
286.  
*Adversarius*, cui in via confentire de-  
bemus, quis sit. 104.  
*Egroti* non contristandi, aut ad man-  
ducandum cogendo, aut ab eis cibis  
retrahendo. 4.  
A feminis curari non debent. 136.  
qualiter à parentibus visitari possunt. 29.  
*Egrotorum* cura qualis esse debet. 28.  
& 29. 116. 204. 274. Vide *Infirmus*.  
*Amans* Deus super omnia. 7. 70.  
Amare Deum facile. 479.  
Amare Deum super omnia, quid sit. 7.  
312. & sequenti.  
*Amor* illicitus cavendum. 143.  
Amor inimicorum. 100. 316.  
Amor proximi. 46. 82. 100. 453. 457.  
Amor lui quid sit. 99.  
Ad amorem Dei & proximi quemam  
provocent. 312. 313.  
Ttt 2 Amoris

- Amori Dei privatio sumnum malum. 70.  
 Amoris Dei probatio. 312. Vide *Dilectio*.  
*Anacoreta*, Monachorum genus &  
 quale. 115. 231. 294.  
 Quis eorum Auctor. 294.  
*Angeli* opera nostra Deo omni hora re-  
 nunciant. 119. 240.  
 Angeli praesentes assistunt divino Officio.  
 329.  
*Angusta* & arcta via quzenam proprie sit.  
 210. 264.  
*Anima* unde dicta. 264.  
*Appellationes* quam sint odiosæ. 218.  
 in quibusdam casibus permisæ. 219.  
*Apus* ad potum sufficit. 75.  
 Aque potus nimius nocet animæ & cor-  
 pori. 257.  
 Aquam bibere die Jejunii non licet. 31.  
*Arbitrium* proprium refranandum. 277.  
*Arma* militiz spiritualis quzenam sint.  
 454.  
 Armorum spiritualium, & secularium  
 differentia. Ibid.  
*Arragans* quis. 99.  
*Artes* omnes, quantum fieri potest, in  
 Monasteriis exercendæ. 142.  
 in *Afinis* Monachi equitabant. 10.  
*Auraria* fugienda. 419.  
 ejus definitio. 28.  
*Averus* inferno similis. 98.  
*Auditu* justum esse quid sit. 450. & seq.  
*Austeritates* infirmitatis metu non defe-  
 renda. 428.

## B.

- Balneorum* usus quibus conceditur. 126.  
 118. 381.  
 de Baptismatis fonte quemquam excipere  
 nefas. 145. 151. 159. 388.  
*Baptizare*, neminem licet in Monasteriis.  
 159.  
*Beatus* in quo confusat. 439.  
 Beatus debet esse de suo statu seca-  
 ra. 300.  
 in eterna beatitudine tantum Deus per-  
 fectè videri potest. Ibid.  
*Benedicere* potest ad mensam Sacerdos  
 post Abbatem. 133.  
 non benedicitur cibus excommunicato-  
 rum. 124. 216. 321.  
*S. Benedicti* elegia. 111. 112. 113.  
*S. Benedicti* Regula ab omnibus Monachis  
 observata. Ibid.  
*Benedictiones* crebra apud Monachos.  
 251. & seqq.  
 Beneficentia erga proximum. 43 f.  
 Beneficentia Sororibus exhibenda, quam-  
 vis raro videnda. 223.  
 Beneficia Dei erga homines. 69. 70.  
 416. 457.  
*Bibere* binæ ad prandium, & ad co-  
 nam. 124.
- Biberes sumant Coquinæ septimanarii"  
 126. 190.  
*Bona* temporalia ex toto corde fugienda.  
 295. & seq.  
*Bona* temporalis amissio fit exercitium  
 iusti, & iusti supplicium. Ibid.  
*Bonum* quid sit. 295. & seq.  
*Bonum* temporale impiis est præmium,  
 bonis temporale foliatum. Ibid.

## C.

- Cantari* in choro cui liceat. 129.  
 quomodo cantari oportet. 141.  
*Cantilenæ* quzenam vetitæ. 140. & seq.  
*Capilli* in Monialibus non videndi. 310.  
*Capitulum* culparum collecta vocatur.  
 214. & seq.  
*Carcer*, apud Monachos frequens. 223.  
 & seq.  
*Charitas* omnium virtutum Mater. 157.  
 quomodo haberi possit. 99.  
 quibus indicis cognoscitur. 99.  
 que fit illius mensura. 99.  
 sine illa omnia sunt infructuosa. 160.  
 Charitas mutuæ & unanimitas ante om-  
 nia Monachis commendatur. 99.  
 Charitas erga proximum quomodo im-  
 plenda. 82.  
 qualem debemus habere Charitatem ad  
 invicem. Ibid.  
 Charitatem non de honestari quid sit. 101.  
 Charitatis proximi præcipua signa. 100.  
 Charitatis variæ effectus. 310. & seq.  
*Carnes* foliis & omnino debilibus  
 concedundu. 127. 146. 152. 170. 192.  
 210. 211. 327. 362. 41 f. 42.  
*Caro* qualiter mortificanda. 184.  
*Coffitas* est donum Dei. 427.  
 aliquid suo perficit. 310.  
 studio conservanda. 4. 7. 10. 31. 51.  
 considerati, sed illam conservandam. 418.  
 in Castitate præterita non fidendum. 216.  
*Callitati* drahunt, qui illam non amant.  
 448.  
*Callitatis* pericula fugienda. 157. 161.  
 163. 171. 192. 216. 221. 322.  
*Callitati* prælia dura. 364. & seq. 429.  
 484. & seqq.  
*Cauteles* & moderatio & pudicitia ornant  
 habitum Monachi. 268.  
*Celæ* est paradisus. 29.  
 in ea Monachus de quibus debet esse so-  
 licitus. 5. 7.  
 nil habendum in ea quod claudatur. 150.  
 181.  
*Cella* & grediens nil de supellecill aspor-  
 tet. 9.  
*Cellæ* Monialium ornatus. 429.  
*Cellæ* Retrusorum. 303.  
 in Cellam alterius ingredi prohibitum.  
 18. 5.  
*Cellæ* in speciam habere nulli licet. 145.  
 158. 181. 316.

Cellæ.

# INDEX ALPHABETICUS

## HISTORICO - MORALIS

### VOCUM ET MATERIARUM

hoc *primo* Tomo contentarum.

#### A.

**A**llas quid de se sentire debeat, dum alii precipit. pag. 79. Qualis debet esse, quoad omnia optime docet S. Benedictus cap. II. Regula sua, 116. Consilium Fratrum in rebus magni momenti adhibeat. 117. Cum eorum quinam manducare debeant. 279. Ejus mensa cum hospitibus, & peregrinis sit. 131. Ordinandus qualis sit, quomodo & quibus eligendus. 133. Qualis esse, & quibus virtutibus pollere debeat egregie describitur in Reg. S. Fructuosi cap. XX. 206. Qualis eligi debeat in Monasterio. 210. Aut Senior iracudius sepius frustra monitus deponendus ab imperio Fratrum ex Regula S. Columbe cap. XXV. 223. Electus quomodo ordinandus. 288. Ei subito morienti quomodo aliis substituendus. 290. Qualis esse debeat explicatur in Regula Magistri cap. II. 233. Debet docere Discipulos artem sancte in Monasterio vivendi & qua sit illa ars explicatur. 234.

**A**bbates quid debeant observare circa Horas Canonicas. 213. Qualiter debent esse solliciti erga Excommunicatos ex praescripto S. Fructuosi in Regula communii. 225. Voluptuos quomodo puniendi ex Regula S. Columbe. 223.

**A**bbatis Confessiones Monialium audire praecipitur in Reg. S. Columbe ad Virgines. 398.

**A**brogatio sui, Abrenuntiatio Bonorum petiecta in quo consiliat, & quomodo exercenda explicatur. 73.

**A**braham Abraham, cur sic bis vocatur à Deo 236.

**A**bstinentia à prioribus voluptatibus carnis perfectior est quam abstinentia à Coq. Regul. Tom. I.

cibis. 89. Qualis prescribatur Monachis in Regula S. Columbe cap. X. 222.

**A**busus quidam intolerabilis, qui olim in Hispaniam irrepit, quo homines cojusvis Status & conditionis vitam Monasticam amplectebantur. 200. Huic abusui corrugendo maxime infudavit S. Fructuofus Bracarenis Episcopus, qui Regulam discrecissimam huic fini aptissimam compoluit bono effectu. *ibid.*

**A**egroti Monachi quomodo tractandi quoad viatum & probandi an verè vel factè aegroti sint. 274. Vere tales qua charitate à Fratribus foveantur. *ibid.*

**S. A**elredus Abbas Rievalensis natione Scotus in Aula S. Davidis Regis Scotorum sanctissime educatus Regulam pro sponte inclusis Virginibus scriptis, qua habetur. 420. Ejus viræ compendium habetur. 419. Ejus Elogium in testimonis veterum. 418. Regulam suam ad Sororem suam sponte inclusam Monialem scripsit. 419. Ejus Regula hinc delcripta perperam à quisdam S. Augustino attribuitur. *ibid.* Coninet LXXVIII. Cap. ac porcius morales exhortationes, quām strictas Leges Monasticas. *ibid.* Huic S. Abbatii omnes Eruditi adjudicant tractatum de vita Eremitica ad Sororem, quem alii præterim Augustini ante hac attribuebant magno Augustino, 347.

**S. A**emilianus Regulam S. Benedicti primus in Hispaniam introduxit, quam amplecti sunt SS. Leander & Isidorus Archi-Episcopos Hispalensis. 187.

**A**fflatus digne Deo serviendi in quo consistat. 79.

**A**nchora Monachorum sanctissimum genus, quinam olim fuerint explicatur in Regula Magistri. 231.

# INDEX ALPHABETICUS

**A**ngelus S. Pachomio Regulam dictavit Monasticam , quæ in hoc Codice non exhibetur , sed habetur in Paladii Hist. Lausaca. 22. Eadem Cyclum decennovalem de modo celebrandi Pascha dedit. 38.

**A**nnona quid sit , & nude sic dictum explicatur. 258.

**S.** *Antonius Abbas Ægyptius Mouachorum Eremitarum Protoparent. 3.* Ejus vitam S. Athanasius insigni volumine scripsit. *ibid.* Primus Eremita , quo anno in solitudinem fecerit , & quo mortuus. *ibid.* Deo Veteranum quedam testimonia *ibid.* Regulam proprie dictam non scripsit , sed quæ sub ejus nomine habetur , defumpta est ex 7. Epistolis ejus ad varia Ægypti Monasteria scriptis. *ibid.* Ejus Regula Eremitis potius , quam Coenobitis convenit. *ibid.* Constitutio XLVIII. Articulus. *ibid.* Ejus Regulam nec Monachi Orientales nec Canonici Occidentales Antoniani in Gallia & Italia obseruant , cuius loco isti S. Basili , hi S. Augustini sequuntur. *ibid.* Ejus Regule ac Praecepta ad filios suos Monachos in Monasterio Nacalon XLVIII. articulis comprehensa habentur. 4. Moriens S. Macario Alexandrino discipulo suo præcipuо fere V. millium Monachorum Regimen Nicie Monasterio reliquit. 19.

**A**ppendicem ad Codicem Regularum unde accepiter Holstenius. 443.

**Arelatenfis** Episcopi S. Casarii Regula ad Monachos habetur p. 144. **Aurelianii** Regula ad Monachos , de ea Veterum testimonia. 147.

**A**rri , quam Abbas debet docere Discipulos in Monasterio , queuan si explicatur. 234.

**A**rtes in Monasterio perfectæ qualiter & quanti venundari debeant. 280.

**A**rtifices Monachiarum suas cum humilitate exerceant , in quarum venditione caveatur avaritiae malum. 131.

**A**rtificio dicens à Religiosis illiteratis , & metitandi ignaribz & ad spirituallia tractanda minus idoneis. 106.

**A**rtis spiritualis Instrumenta quænam sint docet S. P. Benedictus Cap. IV. Regule. 117.

**S.** *Atbanofius* Alexandri Urbis Episcopus vitam S. Antonii Abb. insigni volumine scripsit. 3. Ejus Liber de observationibus Monachorum. 444. Ejusdem exhortatio ad Sponsum Christi. 447.

**A**uthoris incerti sermo de X. Virginibus. 497. Ejusdem sermo. 499.

**S.** *Augustinus* Aurelius nullam Regulam proprie sic dictam neque pro Monachis , neque pro Canonicis scripsit. 347. Ejus Regula quæ hic exhibetur prescripta est sanctis Moulalibus utpote defumpta ex ejus Epistola CIX. ad Sororem anno 423. Missa quæ hic habetur. 348. Hanc , quæ in prefata Epistola continetur agnoscit Robertus Bellarminus pro sola & genuina S. Doctoris Regula. 347. Ex hac confecta est vera Augustinianum Canoniconrum Regula , quam tot Religiösi Viri & Sacrae Virgines hodiecum sequuntur. *ibid.* Ejus nomini perperam à Canonicis Augustinianis attribui solent varia alia Regule & Tractatus hic nominati. *ibid.* Ejus Regula vera XXIV. Articulos continens ex Epistola ad Sororem deducti hic habetur. 349.

**S.** *Aurelianii* Episcopi Arelatenfis Regula ad Monachos , de ea Veterum testimonia. 147. Scripti duas Regulas unam ad Viros quæ habetur. *ibid.* Ejusdem altera Regula ad Virgines XL. Cap. confituta habetur. 371. De ea Veterum testimonia. 368. Ejus Ordo de modo pfallendi ad Virgines Monasterii sui Arelatenfis habetur post ejus Regulam. 373.

## B.

**S.** *B*asilius quis qualisque fuerit ex testimoniis plurimis Veterum de eo hic adductis sufficienter videri potest. 65. Ejus Regulam sequuntur omnes Monachi Orientales & non S. Antonii. 3. Eam Ruffinus Presb. e Greco in Latium cum Praefatione transtulit. 66. Ejus Opera omnia Julianus Garuerius Benedictinus Gallus edidit Parisis anno 1722. *ibid.* Ejus Acetica Opera in duas partes divisæ solent appellari duæ Regule , fusiores nempe & breviores. *ibid.* Ejus Regule conjunctim à Ruffino Monachis propositæ CCIII. questionibus cum suis Responsiis hic habentur. 67. Quando natus , quando sieculum reliquerit , quando Regulam suam scripsit , & quando mortuus. 66. Ejus admonitio ad filium spiritualem. 455.

**B**eneborensi Monasterium triplex fuit : I. In Vallie Principatu. II. In Hibernia. III. In Scotia hodierna ad ripam Dese fluminis situm. 169. Cujusnam horum trium

## HISTORICO-MORALIS.

trium Comnobiorum Beachorenium Alumnus fuerit S. Columbanus Abbas disceptator acriter inter Scriptores harum nationum. 169.

*Bellarmino* Roberti judicium de Regula S. Augustini. 347.  
*S. Benedictus Anianensis* Abbas Codicis Regularum primus Collector fuit, sed quomodo narratur in Praefatione num. VIII. & IX. Occidentis Monachorum Patriarcha, de eo ejusque Regula testimonia varia Veterum. 111. Primus in Occidente scripta Regulam Monachalem à S. Gregorio Magno laudata, & Monachis præscriptam. 112. Ante ejus tempora qualem sequebantur Regulam Monachi Occidentis. *ibid.* Quando Ordinem suum instituerit & Regulam conscriperit. *ibid.* Ante mortem suam vidit Regulam longe lateque propagatam & acceptam. 113. Ejus Ordo & Regula paulatim omnes alias Regulas Occidentis ita absorpsit, ut VIII. Seculo nullo Ordo alias fuerit in Occidente, nisi S. Benedicti. *ibid.* Ejus Regulam sequebantur omnes Ordines & Congregationes Seculo IX. X. & XI. exortæ. *ibid.* Ejus Ordo quot SS. Pontifices, Cardinales, Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, S. Dei Ecclesiæ dererit. *ibid.* Ejus Regula LXXIII. Capp. constans integra habetur. *ibid.* Suam Regulam præ humilitate vocat *Initium Conuersationis Religiosa*. 135. Landat Collationes Patrum divi Joannis Cassiani, nec non Regulam S. Basili. *ibid.*

### C.

*Cæsarius* Arclatenensis Episcopus duas Regulas Monasticas scriptis, unam ante Episcopatum ad Monachos, de ea Veterum testimoniis habentur. 144. Ejus altera ad Virgines post adeptum Episcopatum XLIII. Capp. constans habetur. 355. De ea Veterum testimonia. 352. Ex Monacho Lirinensi primus Abbas, posteaque Episcopus Arclatenensis factus. 144. Monasteria quædam cum pro Viris, tum pro Feminis condidit. *ibid.* Ejus Regula XXVI. articulis constans habetur *ibid.* Ejus Epistola ad Cæsariam Abbatissam ejusque Congregationem. 483. Ejusdem alia Epistola Hortatoria ad Virginem Deo dedicatam. 490. Ejus Regule ad Virgines recapitulatio habetur. 360. Ejus sermo ad Sanctissimo

niales habetur. 363. Fjus testamentum habetur. 367.

*Canonici* S. Antonii Abb. in Gallia & Italia non sequuntur Regulam S. Antonii Abb. sed S. Augustini. 3.

*Cærer*, pœna Monachi murmurantis, mentientis, jurantis, verba otiosa loquentis ex Regula S. Columbae. 221.

*Cellarius* Monasterii qualis debeat esse. 125. & 249.

*Ciborum*, & potus continentia in Quadragesima quævis à Monachis observari debeat. 268. Eorum mensura quanta prescribatur à S. Benedicto. 127.

*Charitas* præceptorum Dei primum quomodo exercenda prolixè explicatur à S. Basilio in Regula in Respons. ad 2. dñm quæst. 68. Erga infirmos Fratres quanta in Religione exhibenda. 82. Fratrum inter se quanta esse debeat. *ibid.* Eam quomodo quis exerceat erga proximum suum, *ibid.* Etiam in infirmo corpore quanta præfari potest. 89. Dei quæ, quomodo obtinenda, quæque ejus mensura & industria. 99. Monachorum circa agrotos Fratres quanta exercenda sit. 274. Non solum magnis, sed minoribus etiam prævaricationibus luditur. 79.

*Childebertus* Francorum Rex duo Comitia, pro Viris unum, alterum pro Virginibus in Urbe Arelateni ad instantiam S. Aurelianii Episcopi condidit, pro quibus idem Episcopus Regulas II. scripsit. 148.

*Chirur* exsurgentis reficiens in deserto quinque panibus & dinobus piceis cur non potum subministraverit. 76.

*Comobita* Monachorum optimum genus in Regula Magistri cap. I. ad finem in columnâ 2. 232.

*Cogitationes* vagabundas quomodo emendat Monachus & Religiosus. 82.

*S. Columba* Hyensis Monachorum Scotorum Patriarcha & Archimandrita C. Monasteriorum tum pro Viris tum pro Mulieribus Conditor. 220. Hic S. Abbas sibi obscuro nomine *cujusdam Patriti antiquæ Disciplinae* Monasticæ per Scotiam & Hiberniam Author aut saltem Reparator agnoscendus est. *ibid.* Scriptis duas Regulas Monasticas, unam pro Viris continentem XXXII. Capp. que habetur. 221. De ea Veterum testimonia. 220. Ejus 2. dñs Regula pro Virginibus XXIV. Capp. complectens habetur. 394. De ea Veterum testimonia. 393. Ex his eis duabus Regulis rigida dif-

# INDEX ALPHABETICUS

- Ciplina* veterum Scotorum Monachorum appetet fatente etiam doctissimo Calmeto. 210. Hunc S. Abbatem vocat S. Columbanus in sua Regula Cap. VII. Archimandritam mille Abbatum. *ibid.*
- S. *Columbani* Abbas Regula Cenobialis cum penitentiali habetur. 170. De eo ejusque Regula multa Veterum testimonia. 166. De ejus Patria nūm Scotus an Hibernus fuerit disceptatur inter harum Gentium Scriptores. 169. Anno 590. scat. XXX. cum turma Mouachorum fecerit in Gallias ubi Luxovicense Monasterium extruxit & Regulam suam scriptit. *ibid.* Ejus Regula nullam cum aliis Regulis Connectionem habet. *ibid.* In Cap. VII. loquitur de mille Monachis Catholicis sub uno Archimandrita (S nempe Columba) Monachorum Scotorum Patriarchab. *ibid.* E Galia in Italiam fecerit, exstratoque Robensis Cenobio quod uno anno rexit piissime obiit. 169. Post ejus obitum Regula ejus servabatur in variis Monasteriis, quorum nomina habentur. 169. Ejus Regula unicum S. Benedicti in Monasteriis Columbanianis perseveravit observari usque ad initium Saculi VIII. *ibid.* Ejus Liber penitentialis Regula subiunctus continet Poenas Regulares proximis etiam culpis injunctas ex rigidiissima veterum Scotorum Mouachorum disciplina. *ibid.*
- SS. *Communio* diebus Domilicis à Monachis devotissime semper celebranda. 224. Sacra seu Corpus Domini quanta, quali fide & affectu suscipienda. *ibid.*
- Councilium* Hispalense Cap. XI. decernit, ut Mouasteria Virginum in Provincia Bética à Monachis gubernentur. 404.
- Confessio* peccatorum quibus facienda ex sacra Scriptura ostenditur. 80. Sanctimonialium Abbatisse Propositus aut Senioribus ab Abbatisse ad id deputatis facienda prescribitur in Regula S. Columbe. 398.
- Consanguinei* amici, familiares &c. à Religiosis & Mouachis quomodo respiciendi. 81. Au, & qua cautela Religiosus ad eorum Domos invitatus vadat. 82.
- Confessoria* Monachorum Regula cur siccida. 136.
- Confitimus* Fratrum in rebus magni momenti Abbas adhibeat. 117.
- Continentia* ciborum & potos in Quadragesima qualis præscribitur Monachis in Regula Magistri. 268. In Religione obseruanda quartæ & quomo- do. 74. Ejus mensura quoad cibum & potum explicatur. 57.
- Contritus* seu compunctionis cordis cue sepe adeo difficile elicatur, explicatur. 91.
- Conventus* terni de die, totidemque de nocte ad Opus Dei celebrandum in Ecclesia fiebat à Monachis S. Columbe. 224.
- Cogitatio* septimanaril quænam observan- da iis prescribit Beuedictus. 126.
- Correptio* quo animo suscipienda. 80. Non cum tristitia aut adverso animo suscipienda. *ibid.*
- Corripiens* alios quomodo ipse corrige- dantia. *ibid.*
- Culpa* Mouachorum qua excommunicatiōne puniendae. 244. Eam tam le- vium quam gravium excommunicatio quomodo infligenda, atque hoc spe- ciantia per plura Capitula docet S. Benedictus. 124.

## D.

- Decani* Monasterii quales eligendi. 133.
- Defensio* Monachorum delinquentium in Monasterio stricte prohibetur à S. Be- nedicto. 135.
- Defensores* peccantium quale judicium maneat. 81.
- Desideria* mala quomodo excienda. 84.
- Detractio* quid sit? 83. Superiorum quantum malum sit docet exemplum Mariz Moysis Sororis. *ibid.*
- Dextera* quomodo faciat opera, que non cognoscat sinistra. 85.
- Deus* an, & quomodo semper ante oculos mentis haberi à nobis possit. 91. Ejus judicia quomodo timenda. 97.
- Diabolus* quo vito præcipue Monachum perdere nititur. 221. An & quomo- do peccati causa dicendus. 106.
- Disciplina* Monastica in Monasteriis S. Pachomii describitur particulatim. 25.
- Distributio* temporis quoad lectiones sacras, opera manuum, & opus Dei in Oratorio per totum annum à S. Benedicto prescribitur. 129.

• S. Don

## HISTORICO - MORALIS.

**S.** *Donatus* Vesontionensis Episcopus quis fuerit, & unde hoc nomine *Donatus* appelleatur. 376. Monasterium Virorum in loco *Palatium* dicto erexit sub arcta Disciplina S. Columbani postea à Canonicis Reg. ad S. Paulum posseum, ad S. Paulum in Burgundia nominatur. 376. Alterum intra muros Clivatis post Episcopatum adeptum erexit sub Regulis SS. Benedicti & Columbani, in quo usque ad mortem mansit & sepultus anno DCXXIV. *ibid.* NB. Mabillonius putat hoc & prius Monasterium suffice unum idemque. *ibid.* Pro Monasterio Jussanensi Virginum à B. Flavia ejus Matre eretto Regulam scripsit LXVII. Capp. continentem, quæ habetur. 377.

### E.

*Mendacio* peccatorum ad veram penitentiam requiritur. 80.  
*Epistola* & verba mystica S. Macarii Alexandrini ad Monachos. 21. *Exhortatio* Joannis Episcopi Arelatensis ad Virgines Moniales Monasterii S. Aurelianii. 375.  
*Epistola* SS. Pachomii & Theodori. 37.  
*Epistolas* VII. *Ægyptiace* scriptas milit. S. Antonius Abo. ad diversa Monasteria *Ægypti*, ex quibus confecta est Regula, quam sub ejus nomine hic habemus. 3.  
*Epitaphium* SS. Leandri, Isidori, & Florentiae. 418.  
*Eremita* à S. Paulo primo Eremita exordium ducunt. 294.  
*Eremita* vita quomodo, & qua de cœla ab Antiquis instituta & usurpata sit. 420.  
*S. Euclerii* exhortatio ad Monachos. 478. Ejusdem sententia ad Monachos. *ibid.* Ejusdem admonitio ad Virgines. 481.  
*Eulogia* à Sacerdote Monasterii transmisæ quomodo, & qua forma suscipi debeant. 276.  
*Eutropii* Abbatis Epistola ad Petrum Papam de distinctione Monachorum & ruina Monasteriorum directa Roma. 495.  
*Evagrii* Monachi sententiae ad eos qui in Cœnobitis & Xenodochiis habitant Fratres. 465. Ejusdem sententiae ad Virgines. 468.  
*Eucharistia* SS. diebus Dominicis à Monachis devoutissime sumenda. 224.

*Excommunicare* Fratres delinquentes in Monasterio nulli nisi superioribus competit. 115.

*Excommunicati* per Regulam S. Benedicti quomodo satisfaciant. 128.

*Excommunicatio* culparum tam levium quam gravium quomodo infligenda explicatur per plura capita Regulae S. Benedicti. 124.

*Exemplo bono* Monachi profectiores instruunt juniores circa Opus Dei. 89.

*Exemptionis* à Jure Episcopali vivendum exemplum Seculo jam VI. habetur in Monasterio S. Aurelianii Episcopi Arelatensis, quod Vigilius Papa in suam specialem protectionem suscepit. 148.

### F.

*Fausti* Abbatis Lirinensis Sermones ad Monachos. 469.

*Ferrarelaci*e Monasterium sic dictum à S. Ferreolo Episcopo Uzetenii ejus conditore. 155.

*Ferramenta* spiritualia cum quibus operari debent Monachi in Monasterio Artem Divinam recessentur in Regula Magistri Cap. IV. 235.

*Fides* ad mones transferendos sufficiens fine charitate quomodo haberet possit. 105.

*Fragmenta* II. de Regulis devotarum post Regulam S. Isidori habentur. 187.

*Fructus* Bracarenis Episcopus quis quantusque Vir fuerit docent testimonia de eo hic fuit allata. 198. Scriptis duas Regulas Muniticas, primam ex Regula S. Benedicti desumptam pro Monachis Complutensis, quorum Abbas fuit ante adeptum Episcopatum. 200. Alteram Regulam communem dictam jam Episcopus pro hominibus cuiusvis Status per abfum intolerabilem vitam Monasticam amplectentibus, qui abfus describitur hic. *ibid.* In suis Regulis Professionem Monasticam vocat *Patrum*, quo profites promittant se omnia Cœnobii sui Instituta observatores stricillime. *ibid.*

*Fruitus* digni penitentie quinam. 80.

# INDEX ALPHABETICUS

## G.

**G**rauerius ( Julianus ) Benedictinus Gallus opera omnia S. Basiliū magni tribus Voluminibus Parisiis edidit anno MDCCXXII. 66.

**Gaudia** in Domino quænam sint, & propter quæ facta gaudendam sit. 84.

**Genera** Monachorum IV. in Regula Magistri explicantur Cap. 1. 21.

**Gloria** Dei solius in omnibus quærenda, non hominum laudes. 85.

**Gloria** inanis cupidus & hominibus placens quis dicendum. 98.

**Gradus** XII. humilitatis pro Monachis à S. Benedicto præscripti explicantur. 112.

**Grimilicus** Presbyter pro omni genere Solitiorum seu Reclusorum scriptit Regulam sufficiam LXIX. Capp. continentem quæ habetur. 392. Hic duplex nominatur, unus qui scriptit Regulam, alter cui dedicata est, utrumque vixisse nono Saeculo ex ipsa Regula constat. *ibid.*

**Gyongi** Monachorum pessimum genus, quod fide & graphicè describitur in Regula Magistri Cap. 1. 21. & Sarabite viam latam perditionis curunt. 236.

## H.

**Habitus** Religiosorum qualis debeat esse. 76. Christianorum sit Statui conformis. *ibid.* **Ordinatus** iuxta Apostolum Paulum quis sit. 98. Per eum hominibus placere non studeat Religiosus. *ibid.*

**S. Hieronymus** Regulam S. Pachomii Abb. Tabenensis reddidit latinam eique præfationem premisit quæ hic habetur. 25. Ejus testimonia de S. Antonio Abb. ejusque Regula. 3. Ejus testimonium de S. Macario Alexandrino ejusque Regula. 18. Ejus Præfatio in Regulam S. Pachomii Abb. 25.

**Hispalense** Concilium Cap. XI. decernit, ut Monasteria Virginum in Provincia Boetica à Monachis gubernentur. 424.

**Hoffmannius** ( Lucas ) Hamburgensis quis fuerit, quando & ubi natus in Præfatione Num. IV. Ejus vita compendium præbet eadem Præfatio hoc & duobus sequentibus numeris. Ei Card. Barbarinus superbium ex marmore tu-

mulum erexit cum Epitaphio in Præfatione VI. Ejus Opera inter eminet Codex Regularum Monasticarum ex ejus Schedis posthumis materia dissertationis procentialis ad Regulas monasticas IV. Capp. comprehensa, & diversis Typis excusa inseritur eidem Præfationi supra cujus primum Caput habetur Numero XX.

**Honor** cui debetur dandus, quærendus autem non est à Servis Dei. 85.

**Honoriacense** Monasterium Regiam accepit à S. Ilidoro Hispalensi Episcopo, cuius Alumnus ante Episcopatum a fuit nec ne dubitatur. 187.

**Horæ** operis Dei accurate nuntianda à S. Benedicto præscribitur. 129.

**Hospites** iuxta S. P. Benedictum quomodo recipiendi declaratur Cap. LIII. Reg. 130.

**Humilitas** in obsequiis Frstrum admittendis qualis esse debeat. 82. Quid & quomodo à nobis implenda. 85. Monachorum, qualis debeat esse, & quibus modis acquiratur, & quomodo acquisita fervetur fide explicatur. 219. Ejus Gradus XII. à S. Benedicto describuntur. 112.

## L

**Lejunia** quibus horis, diversis anni temporibus à Monachis solvenda & quibus non solvenda sint explicatur in Reg. Magistri Cap. XXVIII. 218. Diebus Dominicis Feris V. & Paschate Magister in sua Regula Monachis non præscribit, & quare. 259.

**Lejunium** quomodo devotioni sociandum, quando ipsa Religio aliquid faciendum depositit. 90. Ejus mensura defumenda à confonant & unauimitate Communis Religiosis potius quam à voluntate alicuius in particulari. 89.

**Impossibilitas** si Monacho ex Obedientia injungantur quomodo se gerere debet. 135.

**Immunditia**, & **impudicitia** quidnam sine & quomodo differant. 105.

**Incerti** Authoris Regulæ due sub titulo *Confessoria Monachorum*, & altera sequens male S. Augustino attributa. 136.

**Inclusorum** Virginum Confessorius qualis sit. 419. Earum vite genus strictum describitur. *ibid.*

**Inclusio** spontanea in Cellis Monasteriorum frequens siebat Saeculo XI. XII. tum apud Viros non apud Virgines Moniales & quasdam piissimas Matronas. *ibid.*

## HISTORICO - MORALIS.

*Increpatio* non cum tristitia suscipienda. 80.

*Increpans* alios quomodo ipse increpandus. 80.

*Infans* fieri per Conversionem quomodo quis potest. 101.

*Infirmis* Fratribus quomodo serviendum ex praescripto S. Patris Benedicti. 126.

lis qua charitate serviendum. 82.

*Inimici* à nobis diligendi quinam sint, an bene. 100.

*Inquinamentum* Carnis & Spiritus quidnam sit & quomodo emendandum. 98.

*Infester* respondent, et si dicat se nihil mali in corde habere non credendum, quia malum ex bono corde non procedit. 83.

*Instrumenta* artis spiritualis quænam sint recententur in Regula Magistri Cap. IV. 235. Bonorum operum recentet S. Benedictus Cap. IV. Reg. 117.

*Joannis* Episcopi Arelatensis Epistola exhortatoria ad Virgines Monasterii Arelatenis S. Aureliani. 375.

*Ira* quomodo impedienda. 83.

*Iracundus* Abbas aut Senior si sit incorrigibilis ab imperio Fratrum deponendus ex Reg. S. Columbae Cap. XXIV. Colum. 1. 223.

*Ira* scimus & nolite peccare, quomodo intelligendum. 100.

*Ira locute dare* quomodo intelligendum. ibid.

S. *Iudas* Abb. S. Antonio aliisque SS. PP. cotaneus, inter cruciatu gloriose confessus est, quo autem anno ignoratur. 6. *Scripti* Homiliæ XVIII. valde utiles præfertim Monachis ad perfectionem tendentibus. ibid. *Scripti* Regulam LXVIII. parvis Capitibus seu tot Axiomatibus Morallibus constantem Eremitis aequæ ac Cœnobitis congruum; ibid.

S. *Ifidorus* à teneris annis Monasticam vitam fecutus, Regulam suam ante adeptum Episcopatum scripsisse existimat. 187. Utrum in Honoriacensi Cœnobio pro quo Regulam suam scripsit Tyrocinium posuerit nec ne. Inter Dodicos dubium est. ibid. Ejus Regula Monachorum XXIII. Capp. constans magnamque cum Regula Benedictina connexionem habens habetur. 188. Ejus Regule fragmentum seu *Scientia de Regula* devotarum à P. Martene ex MS. Elnonensi anno 800. erutum hic habetur. 187. Hoc fragmentum ob variantes lectiones iterum habetur. 404.

*Itinerantes* Monachi quid observare debant. 134.

*Judicia* Dei quomodo timenda. 97.

*Judicium* quale maneat illos, qui peccatores defendant. 81. Temerarium aliorum vitandum in Cœnobio. 87.

*Juniores* quomodo Senioribus obedient. 139. Iis quo affectu & modo imponerent Seniores. ibid.

## L.

*La*cum aqua mixtum permitit Monachis habitantibus in locis sterilibus Scotie Regula S. Columbae Cap. XXII. 223.

S. *Leander* Episcopus Hispalensis Regulam exhortatoriam seu Librum de contemptu Mundi ad S. Florentinanum. Sororem suam & Moniales sub ea Deo militantes scripsit, qui habet. 407.

Benedictinam Regulam professus etat. 406. Regulam suam scripti postquam fuit Episcopus factus. 407. Ejus & SS. Ilidori & Florentini Sororis Epitaphium. 418.

*Lector* Hébdomadarius in Monasteriis quid servare debeat. 126.

*Littera* non risus Monacho convenit. 84.

## M.

*Macarius* Alexandrinus Nitrensis Abbas S. Antonii Abb. Discipulus & Successor in Reginime V. Millum Monachorum. 19. Ejus Regulam Occidentales Monachi in suis celebribus Monasteriis excoluerunt. ibid. Ex ejus Regula Magnus S. Benedictus plurima in suam inferuit. ibid. Ejus Regula XXX. Capitulis constans habetur. 19. Præter hanc Regulam scripsit Epistolam ad Monachos, quæ hic habetur. 21.

*Macarius* utrinque Regula SS. PP. vide Serapionis. 9.

*Magister* Author Regulæ fulissime ad Monachos cur sic appellatur. 224. Quis fuerit ignoratur, gente Gallus & VII. vixisse Seculo probatur. ibid. Ejus Regula XCV. Capp. complectens multa ex S. Benedicti Regnia habet. 326.

*Mandatum* obedientie usque ad quem modum observandum. 95.

*Mandatorum* Dei ordinem, consequentiam &c. explicat S. Basilius in sua Regula. 68.

## INDEX ALPHABETICUS

- S.** *Mauritius* Thebez Legionis Dux Martyrium passus fuit in loco ubi Monasterium Tarnatense erexit fuit. 180.  
*Mensa Abbatis* cum Hospitibus ( si tales adiunxerit) sit. 131.  
*Mensura ciborum* quanta Monachis danda. 216. Potus quanta Monachis concedenda. 217. Iisdem specialiter in Quadragesima quae concedenda. 268.  
*Missa* menstruum in Monasteriis diligenter colligendæ. 256.  
*Monachii Occidentis* ante S. Benedictum quibus regebantur Regulis. 112. Antiqui in eodem Monasterio plures Regulas absque ulla zimulatione observabant. *ibid.* Eorum IV. genera describit S. P. Benedictus in Reg. Cap. L. 115. Quomodo dormunt. 123. Agroti vel sincere vel ficte tales quomodo tractandi quadat viatum. 274. Sibi occurrentes post mutuam Benedictionis salutationem orent pariter, & postea pacem sibi invicem dent. *ibid.* Eorum Vota seu pia proposita ex proprio arbitrio sine licentia concepta refrenanda ab Abate & quare. 276. Pollutionem in summo palli per bildum ab Eucharistia abstinere vult Magister in sua Reg. 277. *Proprium* nihil omnino habent neque parvum neque magnum. 125. Quomodo necessaria accipiunt. 126. Quibus horis reficiendi. 127. Eorum viatuum mensura qualis. *ibid.* Eorum vita deberet semper habere obversationem Quadragesime. 129. Tempore Quadragesime operi bona supererogatoria cum licentia & Benedictione Abbatis exerceant. *ibid.* Eorum vestimenta qualia sint & quanta pro locorum diversitate præscribat S. Benedictus. 130. *Litteras*, Eulogias, aut munuscula ne fusciant ab exteris etiam amicis, nec dent sine licentia Abbatem. 130. Artificios quomodo artes suas exerceant, & minori pretio vendant quam Saculæ. 131. Sacerdotes quomodo in Monasteriis se gerant, & male se gerentes quomodo puniendi. 133. Eorum ordo & precedencia in Monasterio quomodo observanda. *ibid.* Eorum IV. genera ex Reg. Magistri explicantur. 231. A proprio Monasterio dilabentes quomodo puniendo jobeat S. Fructuofus. 218. Murrurantes ex Regula S. Columbae Abbatis incarcerandi. 221. S. Columba ter de die, & ror de nocte in Ecclesiam conveniebant ad Opus Dei celebrandum & quomodo. 224. Diebus Dominicis communica tenebantur. *ibid.* Orientales non observarunt Regulam S. Antonii Abbatis sed S. Basili, que in ejus Asceticis comprehenditur. 3.  
*Monachus* ob culpas siue repetitas excommunicatus qualiter tractari debet. 245. Excommunicatus quomodo penitentiam agat. 246. Junior cogitationes pravas cordis Patribus Spiritualibus manifester. 248. Supellectilem aur substantiam Monasterii negligens aut dilapidans reus est faci pecculi. 221. Proprium non habeat. 81. Quam cautus esse debeat, in dandis aur accipendiis rebus carnallibus, propinquis. *ibid.* Quomodo erga coniugineos Seculares se gerere debeat. *ibid.* An & quo motivo & causa à consanguineis amicis familiaribus &c. Secularibus invitatus ad eorum Domos ire debeat. 82. Res privatas Monasterii non debet, exteris commodare aut sine licentia ab iis res accipere. 91.  
*Monasteria* antiqua primorum Seculorum gubernantur non Regula aliqua scripta, sed viva voce & Abbatum suorum exemplis, uti Monasteria quedam hic adducta probant. 180. Virorum & Puellarum quomodo se custodiare debent, docet S. Fructuofus in Reg. com. 215. In ea nemo fulcipientus nisi Facultatibus omnibus radicibus nudatus sit & quare. 217. In iis quid obserbare debeant, qui in Saeculo graviora peccata committunt. *ibid.* Eorum S. Pachomii per Egyptum Disciplina Monastica particulatum describitur à S. Hieronymo in Prefat. ad Reg. S. Pachomii. 25. Virgatum à Monachis gubernantur ex Conclito Hispalensi Decreto Cap. XI. 404.  
*Monasterium* est officina artis spiritualis, in qua ferramenta sive instrumenta virorum exercentur. 235. Extra illud Monachi Benedictini sine licentia non maneant, si eo die dominum reverti possunt. 130. Sollicitum Fratrem habetur, qui ipsius ferramenta, aliaque instrumenta diligenter custodiat. 125. In eo proprietatis vitium non tolerandum. *ibid.* In ejus Oratorio quanta devotionis reverentia sit agendum. 130. Ejus Prepositus qualis Vir sit, & à quo confiliendus. 134. Ejus Ostiarus qualis sit & in quibus ejus conflet officium. *ibid.* Ferreolacense sic dictum ab ejus Conditore S. Ferreolo Episcopo Licensi. 155. Ejus Regula habetur. *ibid.*

## HISTORICO-MORALIS.

*Beanchorense* triplex fuit I. In Vallie Principatu, II. In Hibernia III. in Scotia hodierna ad ripam Deæ fluminis situm. 169. Cujus horum trium Cenobiorum Beanchoriensium Alumnus fuerit S. Columbanus, Abbas disceptatur acriter inter Scriptores harum Nationum. *ibid.* Tarnatense saepe etiam S. Mauritii dictum, quia in ejus honorem exstructum fuit, ubi hic sanctus Thebae Legionis Dux Martyrum passus est. 180. Ab initio gubernarum fuit absque Regula scripta, sed soia viva voce, & exemplo Abbatum suorum. *ibid.* Ejus pupillæ seu substantia diligenter tractanda & custodienda. 213. Coulstruere absque licentia Episcopi vetat S. Fructuosus in Regula sua communis cap. I. & II. 208. In eo qualiter debent viri cum uxoris ac filiis absque periculo vivere docet S. Fructuosus in Reg. communis. 211.

*Mors* S. Antonii Abb. quo anno contigit. 3. S. Basili Magni quando contigit. 66.

*Mundus* corde quis dicendus. 99.

*Manusculta*, Eulogias &c. non dent Monachi, aut accipiant ab exteris etiam amicis sine licentia Superiorum. 130.

*Murmurantes* propter escam timore debent fententiam & judicium mormurantium olim sub Moyse in deserto. 90.

*Murmurare* de vestimentis, allisque rebus quæ ad usum corporis pertinent, et si videantur nimis vilis, verera, minusque apta &c. non debet Monachus. 90.

*Murmuratio* procul absit à Religiosorum Communicatis. 87.

## N.

*Novitiis* Seculo renuntiantes quomodo probandi in Religione. 73. Eorum fuscipendorum disciplina explicatur à S. P. Benedicto in Capp. LVIII. LIX. & LX. &c. 131.

*Novati* led Catholici fententia de humilitate & obedientia & de calcanda superbia. 492.

## O.

*Obedientia* quibus, & quomodo praestanda à Religiosis. 78. Sine mora & primus seu precipuus humilitatis gradus. 118. Sine mora, qua primus humilitatis gradus est, est propria Cod. Regul. Tom. I.

Monachorum. 236. Invicem præstanda à Monachis & quoque procedat hæc obedientia. 86. Monachorum sine murmure debet esse. 87. Prompta eram ad pericula subeunda proprie Domini. 88. Ad Opus mandati quo affectu præstanda. 89. Mandati usque ad mortem facienda est ad exemplum Domini. 221.

*Officium* ministrantium Fratrum quasi humilitate admittendum. 82.

*Officina* artis spiritualis est Monasterium. 235.

*Officium* Divinum tam de die, quam de nocte quoad singulas ejus partes quomodo celebrari debeat diversi anni temporibus per XXI. Cap. explicatur in Regula Magistri incipiendo à Cap. XXXI. usque ad LII. 260.

*Operaria* bonorum instrumenta quanam fint recesserat S. P. Benedictus Reg. Cap. IV. 117.

*Opus* Dei seu Officium Divinum quomodo à Monachis perfolvendum tum noctu, tum per diem quoad singulas ejus partes à S. Benedicto describitur à Cap. VIII. usque ad XX. 120. Ejus hora debito tempore quomodo & à quo munrandia. 129. Ab illis qui longius extra Monasterium, aut etiam itinerantibus hora debita flexis genibus perfolvendum. *ibid.* Terinis Conventibus de die, & ternis de nocte in Ecclesia à Monachis S. Columbae celebratur & quo ritu. 124. Ad illud ferò vestientes quomodo puniendi, *ibid.* Manuum quorundam quibus temporibus, & horis à S. Benedicto prescribitur. 129.

*Oratorium* seu Ecclesia Monasterii quantum in eo devotione & reverentia fit verandum. 130.

*Ordo* Monasticus per VIII. IX. X. & XL. Seculum in Occidente erat unicus Benedictinus. 113. S. Benedicti quot S. Pontifices, Cardinales, Archi-Episcopos, Episcopos, Abbes sacrae Del Ecclesie dederit. 113.

*Oratus* S. Pachomii Discipulus, à quo moriente constitutus est Tabennarum Abbas arcte tutoris Ordinis Praes Generalis. 47. Moriens anno CCCLXVIII. Monachis suis reliquit per modum reformati Regulam Monasticam LVI. Capp. constare ex Greco in Latinum à S. Hieronymo versam. 47.

## INDEX ALPHABETICUS

**Ostiarium** Monasterii. Vir prudens sit, cuius officium describitur. 134. Monasterii portas observare aut aperire debet. 290.  
**Otiosus** sermo quis censendus. 83.  
**Otiositas** est inimica animæ, cui ne vacent Monachi prescribit opus manuum S. Benedictus certis horis praestandum. 129.

### P.

**S. Pachomius** quis qualsique fuerit ex testimoniis Veterum hic adductus, & ex ejus vita sufficienter dicitur. 22. Scriptit Regulam utriusque generi Monachorum aptam. *ibid.* Hac omnium Orientalium Regularum prima & perfectissima est, quare? 24. Eum non solum solus, sed simul Orfelius & Theodorus insigniores ejus Discipuli composuerunt. *ibid.* Primus Monachorum Communites instituit. *ibid.* Primus Congregationem quantidam 9000. Monachorum in diversis Coenobiis rexit ut Praeses Generalis. *ibid.* Natus anno CCXCII. Parentibus gentilibus posita baptizatus, & a S. Palaemoni Habitui Monachi induitus, & instructus vita spirituali. 22. Præter novem Monasteria Virorum condidit etiam unum pro Sandimonialibus sub S. Sorore sua Abbatis constitutis. 24. Ejus Regula constans CXCV. Articulis habetur. 26. Præter Regulam scriptit XII. Epistles ad Superiores suorum Monasteriorum modo enigmatico. 37. Ejus Regulam reddit Latinam, eique præfationem præmisit S. Hieronymus, que habetur p. 25. Ejus Monachorum, & Monasteriorum disciplina delcribitur à S. Hieronymo in Prefatione. 25. Ejus præcepta & Instituta 33. Ejus præcepta atque iudicia. 34. Ejus præcepta & Leges. 36. Ejus Monita. *ibid.* Ejus & S. Theodori Epistola & verba mystica. 37. **Pactum** S. Fructuosi, quod ejus Regulam profitentes solenniter, & publice facere debebant habetur. 218.  
**S. Palaemon** Anachoreta Sanctum Pachomium Habitui Monachali induitum instruxit in vita spirituali. 22.  
**S. Papinius** Vide Serapion. 9.  
**Patet noſter** in principio Regule Magistrorum explicatur. 227.  
**Pauli & Stephani SS. Abbatum** Regula ad Monachos. 139. Eorum patria, setas, & ad quos Regulam suam scripserunt ignoratur. 138. Calmetus estimat eos vixisse & scripsisse Regulam suam Seculo VI. *ibid.*

**S. Paulini** ad Monachos de Penitentia. 494.  
**Pauperes** ad ostium Monasterii petentes aliquid quomodo dimittendi. 91.  
**Pauperes Spiritu** quinam vere tales sint explicatur. 95.  
**Precentium** defensores quomodo judicandi à Deo. 81.  
**Peccata** quibus confitenda ex sacra Scriptura insinuator. 80. Eorum causæ radices quomodo evellendæ. *ibid.*  
**Peccati** causa an proprie & quomodo dicendus Diabolus. 106.  
**Peccator** impenitus à bonis vitandus. 81.  
**Peculiaris** seu proprium in Monasterio non habeat Monachus. 278.  
**Perperam** agere quid sit. 98.  
**Plantaria turpes & nocturnæ unde proveniant & quomodo à Religiosis expurgandæ?** 82.  
**Piger** ad mandata Del industrius & vigilans redditur per memoriam & prælentiam Dei & comminationis ejus contra pigrum. 86.  
**Panitem** ex corde quomodo suscipiens. 81.  
**Panitentiale** S. Columbani Abbatis habetur. 174.  
**Panitentiam** agendi modus ex sacra Scriptura ostenditur. 79.  
**Panitentia** fructus digni quinam sint. 80.  
**Panitentia** sine emendatione peccatorum nulla est. 80.  
**Pollatio** nocturna in somno obrepens Monacho, cum à SS. Communione per biduum impeditre statuit Magister in sua Reg. Cap. LXXX. 277.  
**Porta** quae ducit ad mortem aut vitam quomodo late ant arcta dicitur. 98.  
**Potus** cur non à Christo datus sit efuriensibus in deserto à se refectis quinque panibus & duobus pīceibus. 76. Latitum cum aqua mixti permittitur Monachis in locis sterilibus habitantibus ex eadem Regula Cap. XXII. 223.  
**Prandium** ad illud ex culpa fero veniente Monachus Basilianus cibo careat ad prandium lequentis diei. 91.  
**Præcedentia** à Religiosis non ambienda, sed potius juxta Mandatum Domini ultimus locus querendus. 76.  
**Præcepta** atque iudicia S. Pachomii Abbatis. 34. Alias ejus & Leges. 36.  
**Præceptum** Charitatis plene explicatur à S. Basilio in resp. ad II. quæstiōem Reg. 68.  
**Praefatio** S. Hieronymi in Regulam S. Pachomii. 35. Ruffini Presbyteri Aquilei in Regulam S. Basili. 67.

Præ-

## HISTORICO-MORALIS.

*Propositus* Monasterii qualis sit, & à quo ordinandus. 134. Monasterii juxta Regulam S. Fructuosi stare debebat in medio dormitorio quoque cuncti quieteant, & quare. 201.

*Propositi* quales eligendi sint, & quid observare debeant ex Reg. S. Fructuosi. 213. Quales sint & quantum eorum Officia explicatur. 242.

*Praesentia Divina* remedium optimam contra evagationes mentis in oratione. 92.

*Praefatio Generalis* primus primæ Congregationis Monasticae erat S. Pachomius Abbas Tabenensis. 24. Secundus ejusdem Congreg. 1.008 erat S. Orosius S. Pachomii discipulus. 47.

*Probatio* eorum qui ad Religionem ex Sæculo veniunt qualis debet esse. 73.

*Professio Religiosa* à S. Fructuoso in suis Regulis vocatur pactum, quo profidentes obligabantur omnia Conobiti sui Instituta observare, habetur hoc patrum hic. 218. Ejus emittendæ etas qualis requiritur. 74.

*Prologus* Regule S. Benedicti Abb. 113. io Regulam Magistri. 226.

*Proprium* non debet habere Monachus. 81. Radicitus extirpandum ex Monasteriis, ut nullus proprium Monachos quid habeat. 145.

*Prudens* esse sicut serpens, & simplex sicut columba quid sit explicatur. 101.

*Habite sapienter* quomodo intelligendum. 92.

## Q.

*Quadragefima* qualiter, quomodo à Monachis observanda à S. Benedicto prescribitur. 129. In ea quam continentiam ciborum & potius exigat Magister in Regula sua. 268.

## R.

*Rata* quid sit. 98.

*Radices* peccatorum quomodo evellenda. 80.

*Reconciliatio* Fratrum inter se dissidentium quomodo facienda. 87.

*Reflexio* Fratrum in Monasteriis quibus horis fiat. 127. A Monachis qua hora sumenda. 258.

*Regula S. Aelredi* Abbatis Rievallensis pro spacio inclusis Virginibus LXXVIII. Capp. constans habetur pag. 420. Perperam à quibusdam Augustino Hippoensi Episcopo tribuitur, cum sequatur dilpositionem Regulae S. Benedicti. 419.

S. Antonii Abbatis nomine Insignita existimatur eo esse recentior deducita ex VII. ejus Epistola s. ad diversa Monasteria Ægypti scriptis. 3. Hæc Eremitis potius quam Coenobitis congruit. ibid. Constat XLVIII. Articulos, qui habentur p. 4. Eam non sequuntur Monachi Orientales, sed S. Basilii, nec Canonici Antoniani Occidentales sed Augustiniani. 3.

S. Augustini Episcopi Hippoensis formula vera & genuina ex eius Epistola CIX. Articulos XXIV. continens habetur. 349. De ea Roberto Bellarmino judicium. 347. Et si pro Virginibus scripta pro Viris etiam adaptari solet. 347.

S. Aurelianii Arlesensis Episcopi ad Monachos prima LV. Capp. constans habetur p. 147. De ea Veterum testimonio ibid. Ejus secunda ad Virgines XL. Capp. habetur. 371. De ea Veterum testimonio 368.

S. Basilii cum Praefatione Ruffini Presbyteri Aquilei è Graco in Latinum versa, CCIII. Questiones cum suis Responsis continens habentur. 67. Non tangit ceremonias & observationes exteriores Monachorum, interiori tamen homini reformando aptissima. 66. Eam pro norma vijs amplectuntur omnes Monachi Orientales, externos ritus observandos ex aliis Regulis mutuantes. ibid. Ea etiam in Occidente observator à quibusdam Monachis in Hispania, Italia, Polonia, idcirco Basiliani dicitur. ibid. Quonodo scripta fuerit. 66.

S. Benedicti quando scripta? 112. Ejus Encomium per Simplicium Abbatem Callinensem. ibid. De cavarria Veterum testimonia. 113. Ante obitum S. Benedicti longe latèque propagata. 113. Eam omnes Ordines & Congregationes Seculi IX. X. & XI. exortæ profitabantur. ibid. Ejus tenor integre habetur. ibid. Ejus Capitum Index habetur. 14. Eam per Hispanias promulgavit S. Æmilianus Abbas, quam ampliæ sunt SS. Leander & Isidorus. 187. A sanctissimo

## INDEX ALPHABETICUS

- Patre ex humilitate vocatur *Initium conversationis Religiose.* 335.
- S. *Casarii* Arclatensis Episcopl ad Monachos XXVI. Capp. constans habetur. 144. De ea Veterum testimonia. *ibid.* Ejus secunda Regula ad Virgines XLIII. Capp. constans haberur. 355. De ea Veterum testimonia. 352.
- S. *Columba* Scotorum Monachorum Archimandrite prima pro Viris XXXII. Capp. constans habetur. 221. Ejusdem secunda pro Virginibus Cap. XXIV. complectens habetur. 394. In hac Regula Cap. VII. preceptum datur Monialibus peccata sua confiteodi Abbatis vel Propositae aut Senioribus ab Abbatis ad id deputatis. 398.
- Cenobialis S. *Columbani* Abbatis euan Poenitentiali habetur. 170.
- Confessoria* Monachorum quare hoc nomine appellatur 136. Verus illius Author Ignoratur. 138. Eam multi praefertim Canonici Regulares perperam pro prima Regula S. Augustini venditant. 136. Ejus antiquitas signum quodnam. *ibid.* Ejus textus novem Capitulis constans habetur. 136. Alia incerti Authors etiam S. Augustino tanquam secunda ejus Regula perperam attributa. 137. De ea Calmeti judicium quale? *ibid.* Ejus textus in V. Artic. habetur. *ibid.*
- S. *Donati* Episcopl Vesontionensis pro Virginibus Cenobii Jaffanensis scripta habetur. 377. De ea Veterum testimonia. 375.
- S. *Ferreoli* Viaticensis Episcopi ad Monachos XXXIX. Capp. constans habetur. 155. Io ea Capite XXXVIII. prescribitur Abbat, ut culmine inferiat tribus solemnioribus festis Monasteri, Natali Domini, Paschate & S. Ferreoli Patroni Monasterii. 165.
- S. *Friduosi* ad Monachos suos Complutentes XXV. Capp. constans habetur. 198. Altera ejus communis dicta homines utriusque sexus eiusvis Status & Conditionis XX. Capp. constans habetur. 398.
- Solitariorum à *Grimalico* Presbytero ex S. Benedicti Regula magna parte defunpta habetur. pag. 292. Scripta sunt IX. Seculo. *ibid.* Ejus compendium ab ipso Authori in proposito exhibetur. *ibid.* *Italia* Abbatis ad Monachos habetur. 6.
- S. *Ifidori* Hispanensis Episcopi XXIII. Capp. constans, magnamque cum Benedictina connexionem habens reperitur. 188. Huic Regule Hildoriana aliud caput antea ineditum sub hoc titulo, Sententia de Regulae devotarum, ex P. Martene Anecdoto addendum habetur. 187.
- S. *Leandro*, sive de institutione Virginum & contemptu mundi ad Florentinam Sororem Liber. 407. Hanc Regulam scripsit post adeptum Episcopatum. *ibid.*
- S. *Macarii* Abbatis Nitriensis, qui habuit sub Ordinatione sua V. millia Monachorum. 19.
- Duorum SS. *Macariorum* aliorumque XXXIV. SS. *Patrum* habetur. 18.
- Magistri* XV. Capp. complectens habetur. 226. Ante eam, primitus *Thema*, & *Pater noster* explicatum. 227.
- S. *Orfeo* LVI. Capp. constans habetur. 47.
- S. *Pachomii* Abbatis Tabenoensis ad Monachos in CXCIV. Articulos distinxit, inventur. 26. Haec est prima & perfectissima omnium Regularium ab Orientalibus conscriptarum, quam obserabant ultra IX. millia Monachorum. 24. Noo ab ipso S. Pachomio solo, sed *Orfeo* & *Theodore* insignore ejus Discipulo simul composita sunt. 24. Ad eam S. Hieronymi prefatio. 25. Ab Angelo S. Pachomio dictata non habetur in hoc Codice, sed apud Palladium in Historia Lausiaca. 22.
- S. *Papenutii* habetur. 11.
- S. *Pauli* Abbatis ad Monachos, de ea testimonia Veterum. 138. Ejus Antiquitas unde defumenda? 134. Ubi, quando & ad quos scripta, non satis constat. *ibid.* Eam citant SS. *Benedictus* Anianensis, & *Sma ragus*

## HISTORICO - MORALIS.

*Vagdus ibid.* XLI. Capp. constans habetur. 139.

secus autem facientes quomodo pugniendi. 133.

S. Serapionis allorumque XXXIV. SS. Patrum habetur. 11. Alii eorundem Sanctorum Patrum ad Monachos Cenobitas habetur. 15. Tertia SS. Patrum ad Monachos Cenobitas. XIV. Capp. distincta, quæ ob varias causas videtur esse recentior, quam præcedentes Regule habentur. 17.

*Sanctificatio* quid sit & quomodo obtinenda. 98.

S. Stephani &c. vide S. Pauli &c.

*Sororita* Monachorum deterrium genus (laicale & secularare nisi ronfura & Habitus prohibetur) dicendum. 231. & *Gyrovagi* viam latam perditionis ambulant. 236.

Tarnatenæ, de ea Veterum testimonia. 179. Ab initio non sicut irreris mandata, sed regebarur viva voce, & exemplis iuorum Abbatarum, uti in aliis Monasteriis hic nominatis hebar. 180. Propria hie exhibita scripta fuit anno DLXX. constat XXIII. Capp. & habetur. *ibid.*

*Setatus* an & quomodo recte dicendus. 106. An propositum Sancti alicujus hominis impedire possit, & quomodo. 108.

Orientallis à Vigilio Diacono in Occidente scripta habetur. 61.

*Satisfactio* pro erroribus in Choros commissis qualis praestanda. 246.

*Relapsus* in eadem peccata quo medio curandus. 80.

*Scandalum* quale maneat judicium coram Deo. 81.

*Religiosi* quibus obedire debant & quomodo. 78. Eorum continentia qualis esse debet præsertim in clero & potu. 75. Eorum non est ambitus primus, sed potius ultimum locum juxta præceptum Domini. 76. Eorum Habitus sit simplex & paupertati Evangelicæ accommodatus, *ibid.*

*Seniores* quo affectu & modo junioribus imperent. 139. Iis quomodo juniores obediant. *ibid.*

*Sententia* S. Isidori de Regula devotarum. 187.

*Religiosus* proprium non possidest. 81. Quomodo erga Consanguineos se gerere debet. *ibid.* An & quo motivo & cautela à consanguineis amicis familiaribus &c. secularibus invitatus ad eorum domos ire debeat. 82.

*Serapionis*, Macarii, Paphnutii, & alterius Macarii nomine allorum. 34. SS. PP. Regula ad Monachos habetur. 11. Eorundem SS. PP. Regula alia ad Monachos Cenobitas præcipue septem Capitulii comprehensa habetur. 15.

*Sermo* otiosus quis censendus sit. 83. Maledictus quis habendus. *ibid.* Detractarius quis habendus. *ibid.*

*Ritus* non convenit Monacho, sed laicus. 84.

*Sero venientes* ad Opus Dei & ad mensam quomodo puniendi. 128.

*Ruffinus* Presbyter Aquileiensis Regulam S. Basillii è Greco in Latinum vertit Monachisque observandam proposuit 67. Idem ejusd. Regulas tam fusiores quam breviores à se latine redditas in unam Regulam conjunxit, cui præfationem præmisit. *ibid.*

*Sigismundus* Burgundionum Rex erexit Monasterium Tarnatense circa annum 515. ubi Martyrium passus est S. Mauritius Thebæa Legionis Dux. 180.

*Silentium* Monachorum juxta Regulam S. Benedicti quale sit. 118. Post Completorium stricissime servandum. 127. Penitus servare an bonum sit. 97.

*Simplicius* Abbas Cæsarensis in Regulam S. Benedicti. 112.

*Solicitudo* secularis quæ proprie sit. 84.

*Solitarit* pro quibus Grimlaius Presbyter Regulam composuit, non sunt Eremitæ, aut Anachoretae sed sposte sua cum licentia Abbatis & Cons.

Z 22 VEN.

S.

*Sacerdotes* in Monasteriis humilitatis & obedientie exempla mouent

*Cod. Regul. Tom. I.*

## INDEX ALPHABETICUS

- Ventus*, & approbatione Episcopi angustæ Cellæ Monasterii sūl inclusi. 291. Eorum Regula LXIX. Capp. complectens & magnam partem ex Reg. S. Benedicti defumpta habetur. 292. Et Monachi ex vocis significatiōne synonymā fūnt. 294. Eorum genera iuot II. Aoachoretarum seu Eremitarum, & Cenobitarum seu Monastiale. *ibid.* A S. Paulo primo Eremita exordium suum ducunt. *ibid.*
- Somnus* importunus unde proveniat & quomodo abiciendus. 84.
- Spiritus* Candidatorum fuscipendorum in Religionem quomodo probandus an ex Deo sit, nec ne. 89.
- Stultus* quomodo possit aliquis esse propter Christum in Sæculo præsentis. 108.
- Supplex* seu Substantia Monasterii non negligenda, aut dilapidanda, qui enim hoc fecerit, reus est faci peccati, ex Regula S. Columbae. 223.
- Superbus* quomodo quis intelligatur. 85.
- Superioribus* detrahere quantum malum docet exemplum Mariæ Sororis Moy- fis. 83.

### T.

✓ *Taciturnitas* Monachorum juxta Regulam S. Benedicti qualis sit. 118. Omnimoda an bona sit. 97. Monachorum quanta & qualis debeat esse explicat Magister in sua Reg. Cap. VIII. 137.

*Tarnatense* Monasterium ubi situm fne- rit, dilicentur Erudit. 180. Appel- latus sepe S. Mauriti Thebæz Legionis quodam Docis hoc in loco interfecti, in cuius honorem erectum fuit. *ibid.* Ejus Regula antiqua non erat litteris mandata, sed viva voce & exemplis Abbatum regebatur, uti passim lo antiquis Monasteriis moris erat. 180. Ejus Regula propria hic exhibita confitans XXIII. Capp. scripta fuit anno 570. & ha- betur. *ibid.*

*Temporis* distributio qualis à S. Benedi- cto præscribatur Monachis. 129.

- Testimonia* Veterum de S. Antonio Abb. 3. De S. Ioseph Abb. 6. De S. Seraphione, Macario, Papenatio, & alio Macario. 9. De S. Macario Alexandrino ejusque Regula. 18. De S. Pacomio ejusque Regula. 22. De Epistolis & verbis mysticis Theodorei & S. Pacomii. 37. De S. Orsielii Regula sive Doctrina Monastica. 47. De Regula Orientali à Virgilio Diacono scripta. 60. Multa de S. Basilio ejusque Regula. 65. De S. Be- nedicto Magno Cassinensi Abate, ejusque Regula. 112. De Regula SS. Pauli & Stephani Abbatum. 138. De S. Casario Arclatensi, ejusque Regula. 144. De S. Aureliano Are- lati. Episcopo ejusque Regula. 147. De S. Ferreolo ejusque Regula. 155. De S. Columbanus Abbatore ejusque Regula Cœnobiali cum Penitentiali. 166. De Regula Tarnateni. 179. De S. Ifidoro ejusque Regula Monachorum. 186. De S. Fructuoso ejusque Regula Monachorum. 198. Cujusdam Pa- tris nempe S. Columba Regula ad Monachos. 220. De Magistro ejus- que Regula ad Monachos. 224. De S. Donato ejusque Regula ad Vir- gines. 375. De S. Leandro ejusque Regula. 405. De B. Eldredo, ejus- que Regula. 418.

*Thema* Regule Magistri. 227.

*Thebæsus* bonus & malus quis sit. 97.

*Triflitia* duplex secundum Deum & se- condum sicutum, quæ sit utraque. 84.

### V.

- Vestimenta*, calceamenta, aliisque corpori necessaria sine murmuracio- ne & cum gratiarum actione tanquam ultra suum meritum acceptare humiliiter debet Monachus. 90. Vetera, aliisque similia alicui misericordie causa propter mandatum dare, ne- micio nisi Dispensatori in Monasteriis licet. 91. Et calceamenta qualia & quoniam habeant Monachi. 278. Vilia, per ea non studeat Religiosus place- re hominibus aut sibi. 98. Monachorum qualia, & quanta præscribat S. Benedictus pro diversis locis & tem- poribus. 130.

Via

## HISTORICO - MORALIS.

*Via* quæ dicit ad mottem aut ad vitam quo sensu spatioꝫ aut angusta dicatur. 98.

*Vigilius* Diaconus natione Gallus scripsit Regulam Monasticam ex Orientaliū PP. Regulis præsertim S. Pachomii Capp. XLVII. constantem, quæ habetut. 61. Papa Monasterium Virorum S. Aureliani Episcopi Arelatensis in suam speciem protectio[n]em suscepit, en exemptionis à Jure Episcopali exemplum Sæc. VI. 148.

*Vita* Eremitica quonodo, & qua de causa ab Antiquis instituta, & usupata sit. 420. Communis sen Coenobiticæ solitariz vita longe præferenda. 71.

*Vita* spiritualis instrumenta quenam sint edocet S. Benedictus Cap. IV. Reg. 117.

*Vitis* à quibus cavere debeant Monachi in Monasterio, recensentur. 235.

*Voluntas*. propria etiam quoad bona refreninda & mortificanda à Monacho. 276. Propria abneganda. 88.

*Voluptas* in cibis sumendis & libidine quonodo cohibenda ne quis vincatur ab ea. 84.

## Z.

*Zelus* Dei ab iracundia & passione quonodo discernitur. 88. Bonus Monachotum in quo consistat. 135.

*Zona* usi sunt Sancti tam in Veteri quam in Novo Testamento, ut plura hic adducta exempla monstrant, ad quorum exemplum etiam hodieum Religiosi omnes zonis se præcincti.

*F I N I S.*











Digitized by Google

